

This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

WIDENER LIBRARY
HX Q4J9 M

Digitized by Google

Lp 26.170



HARVARD
COLLEGE
LIBRARY

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

M. ACCII PLAUTI

COMŒDIÆ

EX EDITIONE J. F. GRONOVII

CUM NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

RECENSU EDITIONUM ET CODICUM

ET

INDICE LOCUPLETISSIMO

ACCURATE RECENSITÆ.

VOLUMEN QUARTUM.

LONDINI:

CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.

1829.

Digitized by Google

Kh26.120





Digitized by Google

M. ACCII PLAUTI

TRINUMMUS.

DRAMATIS PERSONÆ.

LUXURIA, } *Prologus.*
INOPIA, }
MEGARONIDES, } *Senes.*
CALLICLES, }
LYSITELES, *Adolescens.*
PHILTO, *Senex.*
LESBONICUS, *Adolescens.*
STASIMUS, *Servus.*
CHARMIDES, *Senex.*
SYCOPHANTA.

ARGUMENTUM, UT QUIBUSDAM VIDETUR, PRISCIANI.

Thesaurum abstrusum abiens peregre Charmides,
Remque omnem amico Callicli mandat suo.
Istoc absente male rem perdit filius:
Nam et ædis vendit: has mercatur Callicles.
Virgo indotata soror istius poscitur:
Minus quo cum invidia ei det dotem Callicles,

Charmides, jamjam profecturus longe, commendat thesaurum absconditum et fortunas omnes amico suo Callicli. Filius, eo absente, fortunas misere dilapidat. Domum etiam vendit: Callicles illam emit. Virgo, soror Lesbonici, poscitur in matrimonium sine dote: Callicles, ut citra invidiam fratris tribuat dotem virgini,

1 *Thensaurum* Pll. *Thesaurum suum abstrusum* Hermann.—6 *Minus cocum*

NOTÆ

3 *Filius*] Lesbonicus Charmidis filius.

5 *Virgo*] Soror Lesbonici anonyma.

6 *Cum invidia*] Videlicet non au-

Digitized by Google

Philemo scripsit, Plautus vortit barbare:
Nomen Trinummo fecit: nunc hoc vos rogat;
Ut liceat possidere hanc nomen Fabulam.
Tantum est: valete, adeste cum silentio.

Græce, Plautus eam vertit Latine: eam vocavit Trinummum. Nunc vos Plautus *orat, ut liceat huic Comœdiæ obtinere hoc nomen. Habeo tantum* hoc dicendum. *Valete: audite cum silentio.*

pag. 176. pro interpolatis habet.—21 Edd. quædam vett. *hoc nomen*, contra codd.

NOTÆ

19 *Philemo*] Menander et Philemo apud Græcos ejusdem argumenti scripserunt Comœdiam, et 'Thesaurum' inscripserunt. Hanc Plautus vertit Latine, inscripsitque 'Trinummum;' quia trium nummorum mercede sycophantia suscepta est.

Barbare] Id est, Latine. 'Barbaria' ponitur pro Italia: nam 'Barbari' dicebantur a Græcis antiquitus omnes gentes, exceptis Græcis. Idem frequentatum est deinceps a Romanis. Nos non Barbaros dicimus, nisi alienos a religione Christiana: ceteros non Barbaros, sed urbaniori nomine exteros vocamus, *étrangers*.

ACTUS PRIMI SCENA PRIMA.

MEGARONIDES.

NÆ amicum castigare ob meritam noxiam,
Immune est facinus; verum in ætate utile
Et conducibile: nam ego amicum hodie meum
Concastigabo pro commerita noxia,
Invitus, ni me id invitet ut faciam fides.

ME. *Profecto est grave castigare amicum quando meretur; attamen est salutare et fructuosum in vita. Ego arguam hodie meum amicum propter culpam quam admisit: facerem invitus, nisi fides me adduceret ut id facerem. Etenim hæc tabes*

1 *Me amicum* B. 1. C. [Lacuna] *e amicum* C. 2. *Ne amicum* Ven. 1. Mediol. *ob meritam non mala noxiam* C. *ob merita non mala* [lacuna] *noxia* C. 2.—

NOTÆ

2 *Immune*] 'Immune' est factum minime amicum. 'Munes' olim, amici; 'immunes,' inimici. Sane si judicio ejus qui peccavit, et qui non vult argui, rem metiamur, reprehensio est non amici, sed inimici.

In ætate] Id est, in vita.

Digitized by Google

Nam hic nimium morbus mores invasit bonos,
Ita plerique omnis jam sunt intermortui.
Sed dum illi ægrotant, interim mores mali,
Quasi herba irrigua, succreverunt uberrume.
Neque quicquam hic vile nunc est, nisi mores mali.
Eorum licet jam messem metere maxumam,
Nimioque hic pluris pauciorum gratiam
Faciunt pars hominum, quam id, quod prosit pluribus.
Ita vincunt illud conducibile gratiæ;
Quæ in rebus multis obstant, odiosæque sunt,
Remoramque faciunt rei privatæ et publicæ.

infecit mores nimium bonos; et sic universi hoc morbo sunt ferme extincti. Interea dum illi laborant, improbi mores copiose inoleverunt, veluti herba irrigata. Nihil negligitur hic, nisi pravi mores. Potest eorum colligi nunc uberrima messis, et magna pars hominum facit multo pluris amicitiam nonnullorum, quam id, quod pertinet ad plures: adeo gratiæ concedit utilitas publica. Gratia, inquam, quæ obest compluribus rebus, et est invisa, et impedimento rebus publicis et privatis.

2 *Immæne* Parei 3. *Immene* Pll.—7 *Ita plerumque* Pll.—9 *Quasi erba* C. *succrevere* Herm. et Goeller. *succrerunt* Acidal.—11 *Quorum* B. 1. *metere messem* C.—12 B. 1. *paucique.*

NOTÆ

7 *Plerique sunt intermortui*] Superiori versu de morbo morum: hoc de graviori morbo hominum, et eo cui mors imminere jamjam videatur.

8 *Ægrotant*] Id est, homines.

11 *Messem metere*] Id est, sunt plures.

ACTUS PRIMI SCENA SECUNDA.

CALLICLES, MEGARONIDES.

CA. LAREM corona nostrum decorari volo.
Uxor! venerare: ut nobis hæc habitatio
Bona, fausta, felix, fortunataque eveniat,

CA. *Volo nostros penates ornari corona. Uxor! cole eos: ut hæc commoratio nobis sit bona, auspicata, beata, et opportuna, et ut te conspiciam mortuam quam*

1 C. *decorati.*—2 Idem codex, *habetatio.*—3 C. 2. *frausta.* Herm. et Goel-

NOTÆ

3 *Bona, fausta*] Præfatio ominis causa, 'quod bonum, faustum, felix, fortunatumque sit.'

Digitized by Google

Teque ut quam primum possim, videam emortuam.
ME. Hic ille est, senecta ætate qui factus est puer,
Qui admisit in se culpam castigabilem.
Aggrediar hominem. CA. cuja vox prope me sonat?
ME. Tui benevolentis, si ita es, ut ego volo:
Sin aliter es, inimici atque irati tibi.
CA. O amice, salve, atque æqualis! ut vales,
Megaronides? ME. et tu edepol salve, Callicles.
Valen'? valuistin'? CA. valeo, et valui rectius.
ME. Quid agit tua uxor? ut valet? CA. plusquam ego volo.
ME. Bene hercle est, illam tibi bene valere et vivere.
CA. Credo hercle te gaudere, si quid mihi mali est.
ME. Omnibus amicis quod mihi est, cupio esse idem.
CA. Eho, tua uxor quid agit? ME. immortalis est.
Vivit, victuraque est. CA. bene hercle nuntias,
Deosque oro ut vitæ tuæ superstes suppetat.
ME. Dum quidem hercle tecum nupta sit, sane velim.
CA. Vin' commutemus? tuam ego ducam, et tu meam?
Faxo haud tantillum dederis verborum mihi.
ME. Namque enim tu, credo, mihi imprudenti obrepseris.
CA. Næ tu hercle faxo haud scies quam rem egeris.

primum. ME. *Hic est ille, qui evasit puer ætate devexa, qui perpetravit scelus subjiciendum pœnæ. Adoriar hominem.* CA. *Quæ vox sonat juxta me?* ME. *Tui amici, si es sicut ego exopto: si es aliter,* vox est *hostis, et tibi infensi.* CA. *O amice, atque æqualis, salve! Quomodo vales, Megaronides?* ME. *Et tu certe, Callicles, salve! Valesne? valuistine?* CA. *Valeo, et rectius valui.* ME. *Quid facit tua conjux? quomodo valet?* CA. *Melius quam ego opto.* ME. *Profecto es beatus, quod recte valeat et vivat.* CA. *Profecto credo te lætari si mihi accidat aliquid adversi.* ME. *Exopto esse cunctis amicis idem quod mihi est.* CA. *Eho, quid facit tua uxor?* ME. *Est immortalis. Vivit, et vivet.* CA. *Profecto nuntias jucunda, et precor Deos ut tibi sit superstes.* ME. *Dum modo esset conjugata tecum, optarim.* CA. *Visne ut commutemus? Ego ducam tuam, et tu meam? Efficiam ut non mihi verba dederis ullo modo.* ME. *Namque enim, credo, tu mihi imposueris imprudenti.* CA. *Profecto efficiam ut tu haud scias rem quam*

---

ler. *evenat.*—10 C. 2. *adque.* Mox, *æqualis mihi* Parei 3.—14 C. *ercle.*—23 *Nunquam tu* Cam. et Lamb. *Neque enim tu crede* Acidal.—24 Gœller.

NOTÆ

5 *Senecta ætate*] 'Senectum corpus,' 'senecta membra,' 'senectam infirmitatem,' Plautus, Lucretius, Sallustius, Apuleius dixerunt.

11 *Et tu edepol salve*] Donatus in Terent. 'Olim salutantes jusjurandum addiderunt, ut sedulo fecisse viderentur.'

Digitized by Google

ME. Habeas, ut nactus: nota mala res, optuma 'st.
Nam ego nunc si ignotam capiam, quid agam, nesciam.
CA. Edepol, proinde ut bene vivitur, diu vivitur.
ME. Sed hoc animum advorte, atque aufer ridicularia:
Nam ego dedita opera huc ad te advenio. CA. quid venis?
ME. Malis te ut verbis multis multum objurgitem.
CA. Men'? ME. num quis est hic alius præter me atque te? [tem?
CA. Nemo est. ME. quid igitur rogitas, tene objurgi-
Nisi tute mihi me censes dicturum male.
Nam si in te ægrotant artes antiquæ tuæ,
Sive immutare vis ingenium moribus,
Aut si demutant mores ingenium tuum,
Neque eos antiquos servas, ast captas novos;
Omnibus amicis morbum tu incuties gravem,
Ut te videre audireque ægroti sient.
CA. Qui in mentem venit tibi istæc dicta dicere?

perfeceris. ME. *Retine eam ut accepisti: mala res cognita, est optima. Nam si ego ducam jam incognitam, ignorabo quid moliar.* CA. *Profecto, quo melius vivitur, vivitur diutius.* ME. *Sed adhibe mentem ad hoc, et aufer jocularia: nam ego accedo huc ad te de industria.* CA. *Quare venis?* ME. *Ut te increpem plurimum, pluribus verbis.* CA. *Mene?* ME. *Estne hic aliquis præter te et me?* CA. *Est nemo.* ME. *Quare igitur rogas, utrum te increpem? Nisi tu existimas me mihi ipsi maledicturum. Nam si tuæ antiquæ technæ laborant in te, sive optas mutare mentem moribus, aut si mores mutant tuam mentem, neque tueris veteres, sed assumis novos; tu conflabis gravem ægritudinem omnibus amicis, ita ut evadant ægroti, si te aut videant, aut audiant.* CA. *Quomodo tibi incidit in animum proferre ista*

faxo, tunc scias.—25 C. *mactus.*—27 Acidal. *ut diu vivitur: bene vivitur;* aut, *proinde bene, ut diu vivitur.*—30 Pll. *objurgem.*—32 *Nemo est. Quid igitur?* ME. *rogitas* edd. vett. *objurgentem* C.—35 Hunc et sequentem vs. transposuit Acidal. *Sin immutare* Pll. B. l.—36 *Ac si* Acidal.—40 *Qui-d in* Parei 3.

NOTÆ

25 *Nota mala res, optuma 'st*] Apud Livium, 'Mulier tum demum est bona, cum aperte est mala.'

27 *Proinde ut bene vivitur*] Varro: 'Non eos optime vixisse dixit, qui diutissime vixerint, sed qui modestissime.' Seneca de Brevitate Vitæ cap. 8. 'Non est quod quemquam propter canos, aut rugas putes diu vixisse: non ille diu vixit, sed diu fuit.'

34 *Si in te ægrotant artes*] Lucretius lib. IV. 'Ægrotat fama vacillans.' Donatus, 'Antiqui artes, et virtutes, et vitia vocarunt.' Certe etiamnum artes, sine addito, ferme accipiuntur, et pro bonis, et pro malis artibus.

36 *Mores*] Id est, contagio morum sæculi hujus. Seneca, 'Desinit esse remedio locus, ubi quæ fuerant vitia mores sunt.' Tacitus de Moribus Germanorum: 'Nemo illic vitia ri-

Digitized by Google

ME. Quia omnes bonos bonasque accurare addecet,
Suspicionem et culpam ut ab se segregent. [rogas?
CA. Non potest utrumque fieri. ME. quapropter? CA.
Ne admittam culpam, ego meo sum promus pectori.
Suspicio est in pectore alieno sita.
Nam nunc ego si te surripuisse suspicer
Jovi coronam de capite, e Capitolio,
Quod in culmine astat summo; si id non feceris,
Atque id tamen mihi lubeat suspicarier,
Qui tu id prohibere me potes, ne suspicer?
Sed istuc negotii scire cupio, quicquid est.
ME. Haben' tu amicum aut familiarem quempiam
Cui pectus sapiat? CA. edepol haud dicam dolo;
Sunt, quos scio esse amicos; sunt, quos suspicor;
Sunt, quorum ingenia atque animos non possum noscere,
Ad amici partem, an ad inimici perveniant.

verba? ME. *Quia decet omnes bonos et bonas providere, ut arceant ab sese culpam et suspicionem.* CA. *Non potest fieri utrumque.* ME. *Quamobrem?* CA. *Postulas? Ego sum dominus animi, ne admittam peccatum: suspicio est posita in animo alieno. Nam si ego suspicer nunc te suffurutum esse coronam de capite Jovis, qui stat in summo culmine Capitolii: si non commiseris, attamen mihi placeat suspicari id, quomodo vales tu me impedire, ne suspicer id? Sed opto scire, quæ sit hæc res.* ME. *Estne tibi aliquis amicus, aut familiaris, qui sapiat?* CA. *Profecto non dicam dolo: sunt, quos novi esse amicos: sunt, quos suspicor: sunt, quorum nequeo penetrare ingenia atque animos, utrum stent a partibus ami-*

Quid in edd. vett.—42 C. *ut apse segregent.*—47 C. *capite, Capitolio.*—49 Douza, *mi lubeat;* C. 2. *mihi jubeat;* al. delent τὸ *mihi.*—51 *Sed istud* edd. vett.—55 *Sunt* deest in edd. quibusdam vett. *Sunt quorum haud possum ingenia atque animos noscere* Herm. *adque animos* C. 2. *atque animos nequeo noscere*

NOTÆ

det: nec corrumpere et corrumpi sæculum vocatur.'

41 *Accurare*] Id est, accurate operam dare. Ausonius: 'Nec vero crimine lædar, Nec maculer dubio: paulum differre videntur Suspectus vereque reus.'

44 *Meo sum promus pectori*] Erasmus in Epistolis: 'Innocentiam præstare possum: quid homines de me loquantur, non possum.' Justus Lipsius in Epistolis: 'Mihi sententia de me, non nisi apud me fertur: nec quis sim, alium rogo. Interno isto judice si probus audiam; quid addent aut dement mihi Marculi aut Laconis alicujus sermones? Quis sim, in me scitum est: qualis audiam, in vano isto vulgo.'

47 *Jovi coronam*] Petilius Jovi Capitolino surripuisse coronam dicitur; unde 'Capitolinus' dictus est.

Digitized by Google

Sed tu ex amicis certis mihi es certissumus.
Si quid scis me fecisse inscite aut improbe,
Si id me non accusas, tute ipse objurgandus es. ME. scio;
Et, si alia huc causa ad te adveni, æquom postulas.
CA. Expecto, si quid dicas. ME. primum dum omnium,
Male dictitatur tibi volgo in sermonibus:
Turpilucricupidum te vocant cives tui.
Tum autem sunt alii, qui te volturium vocant:
Hostesne an cives comedis, parvipendere.
Hæc cum audio in te dicier, excrucior miser.
CA. Est, atque non est, mihi in manu, Megaronides.
Quin dicant, non est: merito ut ne dicant, id est.
ME. Fuitne hic tibi amicus Charmides? CA. est, et fuit.
Id ita esse ut credas, rem tibi auctorem dabo.
Nam postquam hic ejus rem confregit filius,
Videtque ipse ad paupertatem protractum esse se,
Suamque filiam esse adultam virginem,
Simul ejus matrem, suamque uxorem mortuam;

corum, an inimicorum. Sed tu mihi es certissimus omnium amicorum certorum. Si scis me fecisse aliquid inscite aut improbe, si me non insimulas hujus rei, tu ipse es reprehendendus. ME. *Intelligo: et rogas æquum, si adveni huc ad te alio consilio.* CA. *Ausculto si dicas quiddam.* ME. *Ante omnia vulgus tibi maledicit in confabulationibus: tui cives te nuncupant turpis quæstus amantem: sunt alii qui te appellant vulturium:* dicuntque *te non curare vores hostem an civem. Quando audio dici hæc in te, angor infelix.* CA. *Hæc res est in mea potestate, et non est, Megaronides. Quominus dicant, non est* in manu: *ut non dicant merito, est* in manu. ME. *Hic Charmides fuitne tuus amicus?* CA. *Est, et fuit. Tibi proferam rem ipsam, quasi testem, ut credas hoc esse sic. Etenim ex quo hic ejus filius labefactavit rem familiarem, et animadvertit se esse delapsum in egestatem, et suam natam esse virginem ætate provectam, et una ejus matrem esse defunctam, et suam uxorem; quia ipse est migraturus hinc*

Goeller. Acidal. et Bentl. ad Terent. Ad. III. 2. 10.—56 C. *pervenat.*—59 *Si id non a. tu ipse* edd. vett. *ipse* delet Goeller.—65 C. *comedes.*—66 Pll. *in te*

NOTÆ

63 *Turpilucricupidum*] Vox ex tribus conflata, *αἰσχροκερδής*. Apuleius *Lucricupidinem* appellat, quod Græci *φιλοκέρδειαν*.

64 *Volturium*] 'Vultur,' seu 'vulturius,' avis est rapax. Conjectum in avaros rapaces et fures. Cic. in Pisonem: 'Appellatus est hic vulturius illius provinciæ, si Diis placet, Imperator.' Ibidem, 'Scaurus vulturius reipub.'

65 *Hostesne an cives*] Varroni, 'hostes' sunt peregrini.

70 *Rem tibi auctorem dabo*] Id est, re ipsa ostendero. Manilius lib. II. 'Ipsi res operi faciet pondusque fidemque.'

Digitized by Google

Quoniam hinc iturus est ipse in Seleuciam,
Mihi commendavit virginem gnatam suam,
Et rem suam omnem, et illum corruptum filium.
Hæc, si mihi inimicus esset, credo, haud crederet.
ME. Quid tu adolescentem, quem esse corruptum vides,
Qui tuæ mandatus est fidei et fiduciæ,
Quin eum restituis? quin ad frugem corrigis?
Ei rei operam dare te fuerat aliquanto æquius,
Si qui probiorem facere possis, non uti
In eandem tute accederes infamiam,
Malumque ut ejus cum tuo misceres malo.
CA. Quid feci? ME. quod homo nequam. CA. non istuc meum est.
ME. Emistin' de adolescente has ædes? quid taces?
Ubi nunc tute habitas. CA. emi, atque argentum dedi
Minas quadraginta adolescenti ipsi in manum.
ME. Dedisti argentum? CA. factum: neque facti piget.
ME. Edepol fidei adolescentem mandatum malæ!
Dedistine hoc pacto ei gladium, qui se occideret?
Quid secus est, aut quid interest dare te in manus
Argentum amanti homini adolescenti, animi impoti,
Qui exædificaret suam inchoatam ignaviam?
CA. Non ego illi argentum redderem? ME. non redderes:

in Seleuciam, mihi commendat suam filiam virginem, et sua bona, et illum natum vitiosum. Si esset inimicus, puto, haud committeret illa. ME. *Quare tu non restituis adolescentem, qui est commissus tuæ fidei et fiduciæ, quem cernis esse flagitiosum? Quare non revocas ad meliorem frugem? Fuisset multo justius, te incumbere ei rei, si qua ratione eum posses efficere meliorem, non ut tu incurreres in eandem contumeliam, et ut misceres ejus vitia cum tuis vitiis.* CA. *Quid egi?* ME. *Id quod homo perversus.* CA. *Istud non ad me spectat.* ME. *Esne mercatus hanc domum ab juvene? Quare siles? Ubi manes nunc.* CA. *Emi et numeravi quadraginta minas ipsi juveni in manum.* ME. *Numerasti pecuniam?* CA. *Est factum: neque piget facti.* ME. *Sane juvenem commissum pravæ fidei! Eine contulisti ensem, quo se interimeret ea ratione? Quid est aliud, aut quo differs, qui suppeditasti juveni amanti et amenti pecuniam, ut afferret extremam manum suæ socordiæ pristinæ?* CA. *Ego non illi restituerem pecuniam?* ME.

dicis; Goeller. *in te dici, ego exc.* et sic edd. vett.—77 C. *corruttam.*—78 *Hic si* B. 1. *mihi* deest in C. 2.—79 *Quia tua a. q. e. corruitum* C.—82 *Ei rei* Schneider.—83 Goeller. *posses.*—87 Parei 3. *adulescente.*—90 *Dedistin* B. 1.—91 *Edepol fide* Schneider. *adulescentem* Pll.—92 Pll. *hoc facto.*—93 *Quid sequius est* Ritters. ap. Sciopp. *Quid secutus est* Pll.—94 C. *ampote;* C. 2. *jampoti.*—

Digitized by Google

Neque de illo quicquam neque emeres, neque venderes;
Nec, qui deterior esset, faceres copiam.
Inconciliastin' eum qui mandatu'st tibi?
Ille qui mandavit, eum exturbasti ex ædibus?
Edepol mandatum pulchre, et curatum probe!
Crede huic tute: suam jam melius rem gesserit.
CA. Subigis maledictis me tuis, Megaronides,
Novo modo adeo, ut quod meæ concreditum est
Taciturnitati clam, fidei et fiduciæ,
Ne enuntiarem cuiquam, neu facerem palam;
Uti mihi necesse sit jam id tibi concredere.
ME. Mihi quod credideris, sumes, ubi posiveris.
CA. Circumspice dum te, ne quis assit arbiter
Nobis: et quæso identidem circumspice.
ME. Auscnlto, si quid dicas. CA. si taceas, loquar.
Quoniam hinc est profectus peregre Charmides,
Thesaurum mihi demonstravit in hisce ædibus,
Hic in conclavi quodam: sed circumspice!
ME. Nemo est. CA. nummorum Philippeum ad tria millia.
Id solus solum, per amicitiam et per fidem,

Non restitueres: neque venderes, emeres neque quicquam ab illo, neque dares, quo esset pejor. Abalienastine ab officio eum qui tibi demandatus est? Ejecisti ex ædibus eum qui tibi eum credidit? Profecto commissum est commode, et bene eruditum. Committe tu huic: administrarit nunc melius sua bona. CA. *Me cogis tuis conviciis, Megaronides, nova ratione, ut mihi sit necesse nunc tibi committere id, quod est concreditum clam meo silentio fidei et fiduciæ, ne aperirem cuiquam, et ne patefacerem.* ME. *Invenies id, quod mihi commiseris, ubi deposueris.* CA. *Circumspice, ne quis sit testis, qui nobis adsit: et rogo circumspice identidem.* ME. *Ausculto, si dicas aliquid.* CA. *Loquar, si tileas: quoniam Charmides est profectus hinc longe, mihi ostendit thesaurum, in hisce tectis, hic, in quodam conclavi. Sed circumspice.* ME. *Est nemo.* CA. *Ad tria millia nummorum Philippeorum. Me rogavit solum solus lacrymans, per amicitiam et per fidem, ne crede-*

100 *Illum* B. 1.—101 C. *pulchere.*—102 *Crede huic tute jam tuam* B. 1. *Crede huic tute: hic jam tuam rem melius gesserit* Goeller. *Crede huic tutelam: suam melius rem gesserat* Guilielm.—104 C. *quo meæ concreditum sim;* C. 2. *ut eum aee concreditus sim.*—107 *Ut mihi* Pll.—108 C. 2. *posueris.*—109 *Circumspiciendum tene quis adsit* B. 1.—110 C. 2. *itidemtidem.*—112 *Cum jam* al. *profectus est* Acidal.—113 Parei 3. *demonstravit mihi.*—115 *Phil. attria* C. *milia* C. 2.—

NOTÆ

99 *Inconciliastin' eum*] Id est, nonne per dolum decepisti? *Festus.*

Digitized by Google

Flens me obsecravit, suo ne gnato crederem,
Neve cuiquam, unde ad eum id posset permanascere.
Nunc si ille huc salvus revenit, reddam suum sibi:
Si quid eo fuerit, certo illius filiæ,
Quæ mihi mandata est, habeo dotem unde dem,
Ut eam in se dignam conditionem collocem.
Me. Pro Di immortales! verbis paucis quam cito
Alium fecisti me! alius ad te veneram.
Sed ut occepisti, perge porro proloqui.
Ca. Quid tibi ego dicam? qui illius sapientiam
Et meam fidelitatem, et celata omnia
Pæne ille ignavos funditus pessum dedit.
Me. Qui dum? Ca. quia rure dum sum ego unos sex
Me absente atque insciente, inconsultu meo,
Ædes venales hasce inscribit literis.
Me. Adesurivit magis, et inhiavit acrius
Lupus: observavit, dum dormitaret canes,
Gregem universum voluit totum avortere.

rem id suo nato, et nulli a quo id posset pervenire ad eum. Si ille reversus sit huc salvus, illi reddam, quod ejus est, salvum: si quid acciderit humanitus, habeo unde dem certo dotem ejus filiæ, quæ mihi est commissa, ut eam tradam in matrimonium dignum se. Me. *Pro Dii immortales! quam cito me reddidisti alium paucis verbis! Sed prosequere loqui, ut instituisti.* Ca. *Quid tibi dicam ego? quomodo ille ignavus pessumdedit propemodum prorsus illius sapientiam, et meam fidem, et omnia arcana!* Me. *Quomodo?* Ca. *Quia dum ego sum rure per sex dies tantum, inscribit literis, me absente atque insciente, me inconsulto, has ædes esse venales.* Me. *Lupus esurivit magis, et inhiavit cupidius; observavit usque eo dum canis dormitaret; voluit abducere gregem totum universum.* Ca. *Pro-*

118 C. et C. 2. *permanescere.*—120 *Si quid eo fuerit factum* edd. quædam vett. —124 Pll. *alius a te.*—128 C. *funditus spessum.*—130 *Me apsente* C.—131 *Ædis* Pll.—133 *Lupus adservavit* B. 1. *dormitarent* B. 1. C. et C. 2.—134 Aci-

NOTÆ

120 *Si quid eo fuerit*] Cicero, 'Si quid humanitus ei acciderit,' id est, si mortuus fuerit. Veteres abstinebant, quantum in se erat, a mortis mentione, tanquam a verbo mali ominis. Idcirco, aut circumlocutione utebantur, aut metonymia. Itaque abitionem, pro morte, dicebant: Græci οἴχεσθαι, *abire vita.* 'Vixit, abiit, fuit.'

131 *Inscribit*] Veteri more venalia prædia proscribebantur, ut etiamnum apud nos tam venalia, quam locabilia. Cic. Offic. lib. III. 'Claudius ædes, quas in Cælio monte habebat, proscripsit; insulam vendidit.' Terentius Heaut. 'Inscripsi illico ædes mercede.' Cic. ad Atticum, 'Iste

Digitized by Google

CA. Fecisset edepol, ni hæc præsensisset canes.
Sed nunc rogare ego vicissim te volo,
Quid fuit officium meum me facere, face sciam.
Utrum indicare me ei thesaurum æquum fuit,
Advorsum quam ejus me obsecravisset pater;
An ego alium dominum paterer fieri hisce ædibus?
Qui emisset, ejus essetne ea pecunia?
Emi egomet potius ædis, argentum dedi
Thesauri causa, ut salvom amico traderem.
Neque adeo hasce emi mihi, nec usuræ meæ:
Illi redemi rursum: a me argentum dedi.
Hæc sunt, seu recte, seu pervorse facta sunt:
Egomet fecisse confiteor, Megaronides.
Hem mea malefacta! hem meam avaritiam tibi!
Hascine me propter res maledicta differunt?
ME. Pausa! vicisti castigatorem tuum:
Occlusti linguam: nihil est, qui respondeam.
CA. Nunc ego te quæso, ut me opera et consilio juves,
Communicesque hanc mecum meam provinciam.

fecto fecisset, nisi canis persensisset hæc. Sed ego volo nunc a te sciscitari vicissim, ut facias ut intelligam, quid meum fuerit agere; utrum fuerit par me ei detegere thesaurum, contra obsecrationem ejus patris, an ego sinerem dari alium dominum hisce ædibus? Eane pecunia esset ejus, qui emisset has ædes? Sum potius mercatus egomet ædes; numeravi pecuniam propter thesaurum, ut servarem amico salvum. Neque sum mercatus has ædes pro me, nec in meum usum; redemi iterum illi; numeravi pecuniam e meo ære. Hæc feci, seu sunt facta probe seu improb: fateor me fecisse, Megaronides. Ecce meum crimen! ecce mea avaritia! Conviciis appetor idcirco? ME. *Subsiste, superasti tuum reprehensorem. Obstruxisti os; est nihil quod reponam.* CA. *Ego te rogo jam, ut me adjuves opera et consilio, et communices mecum hanc meam provinciam.* ME. *Spondeo auxilium.*

---

dal. *voluit secum avertere;* al. ap. Pareum, *tecum.*—136 Edd. vett. *ego rogare;* Pl. Both. *orare.*—137 Herm. et Goeller. *fac sciam.*—138 C. et C. 2. *thensaurum æquom.*—139 *Adversum quod* Ven. 1. Mediol. al. vett. item Dresdensis Lindemanni p. 220. *opsecravisset* C.—140 Voc. *hisce* deest in edd. quibusdam vett.—141 Acidal. *ejusne esset.*—145 C. *russum;* C. 2. *rusum.*—147 *Ego me* edd. quædam vett.—148 *Em mea malafacta, em, &c.* C. 2. *Em mea malefacta, em, &c.* C.—149 C. *Nascine me proterres;* C. 2. etiam *proterres.* B. 1. C. C. 2. Ven. 1. al. vett. *maledictas famas ferunt;* Goeller. *Hascine propter res maledicas famas serunt;* Douza, *maledictis differunt.*—

NOTÆ

locare incipit non proscripta neque edicta die.' Id fiebat pendente ex ædibus tabula, ut nunc fit.

141 *Ejus essetne ea pecunia*] Thesaurus in re emta inventus cedit emtori.

Digitized by Google

ME. Polliceor operam. CA. ergo ubi eris paulo post? ME. domi.
CA. Numquid vis? ME. cures tuam fidem. CA. fit sedulo.
ME. Sed quid ais? CA. quid vis? ME. ubi nunc adolescens habet?
CA. Posticulum hoc recepit, cum ædis vendidit.
ME. Istuc volebam scire: i sane nunc jam.
Sed quid ais? CA. quid? ME. nunc virgo nempe apud te est. CA. ita, est:
Juxtaque eam curo cum mea. ME. recte facis.
CA. Num, priusquam abeo, me rogaturus? ME. vale.
Nihil est profecto stultius, neque stolidius,
Neque mendaciloquius, neque argutum magis,
Neque confidentiloquius, neque perjurius,
Quam urbani assidui cives, quos scurras vocant.
Atque egomet me adeo cum illis una ibidem traho,
Qui illorum verbis falsis acceptor fui:
Qui omnia se simulant scire, nec quicquam sciunt:

CA. *Ubi eris igitur modo?* ME. *Domi.* CA. *Numquid vis aliud?* ME. *Cura quod est commissum tuæ fidei.* CA. *Curo attente.* ME. *Quid dicis?* CA. *Quid vis?* ME. *Ubi manet nunc juvenis?* CA. *Retinuit hanc partem posteriorem, quando vendidit domum.* ME. *Optabam scire id. Proficiscere nunc. Sed quid ais?* CA. *Quid?* ME. *Nempe nunc virgo est apud te.* CA. *Ita est, et curo eam juxta atque meam.* ME. *Recte facis.* CA. *Num vis rogare aliquid, antequam excedo?* ME. *Vale. Certe est nihil amentius, neque hebetius, neque mendacius, neque argutius, neque confidentius, neque perjurius, quam cives urbani assidui, quos appellant scurras. Atque adeo me insinuo ibidem simul cum illis, qui extiti illorum falsis dictis: qui fingunt se nosse cuncta, nec norunt quicquam: no-*

152 B. 1. *ut mea opera.*—153 *Communitesque* Gulielm.—156 Nonius, pag. 701. 11. *adolescens habitat.*—157 Idem ibid. *cum ædes venderet.*—159 Acidal. CA. *quid nunc?* ME. *virgo, &c.*—161 *Numquid* editiones quædam

NOTÆ

157 *Posticulum hoc recepit*] Id est, posteriorem domus partem exceptam fecit. Nonius: 'Cum ædes vendidit, particulam quandam, quæ post eas ædes erat, non vendidit, sed retinuit.' Cic. de Oratore lib. II. 'Dicet, te, cum ædes venderes, ne in rutis quidem et cæsis solium tibi paternum recepisse.' 'Recipere' hic pro excipere.

168 *Qui omnia se simulant scire*] De curiosis dicitur; quo pertinet illud Theocriti: Πάντα γυναῖκες ἴσαντι, καὶ ὡς Ζεὺς ἠγάγετ' Ἥρην· *Mulieres omnia sciunt, etiam quod Jupiter tractat cum Junone.*

Digitized by Google

Quod quisque in animo habet, aut habiturus est, sciunt.
Sciunt id, quod in aurem rex reginæ dixerit:
Sciunt, quod Juno fabulata est cum Jove:
Quæ neque futura, neque facta sunt, tamen illi sciunt.
Falson' an vero laudent, culpent, quem velint,
Non flocci faciunt: dum illud, quod lubeat, sciant.
Omnes mortales hunc aiebant Calliclem
Indignum civitate hac esse et vivere,
Bonis qui hunc adolescentem evortisset suis.
Ego de eorum verbis famigeratorum inscius
Prosilui amicum castigatum innoxium.
Quod si exquiratur usque ab stirpe auctoritas,
Unde quicquid auditum dicant, nisi id appareat,
Famigeratori res sit cum damno et malo:
Hoc ita si fiat, publico fiat bono.
Pauci sint faxim, qui sciant quod nesciunt,
Occlusioremque habeant stultiloquentiam.

runt quod quisque habet in mente, aut habiturus est. Norunt id quod rex dixerit ad aurem reginæ. Norunt quod Juno fabulata est cum Jove: tamen illi sciunt res, quæ neque futuræ, neque gestæ sunt. Non curant utrum falso an vero laudent, vituperent, quem voluerint; dummodo noscant illud, quod lubeat. Cuncti mortales dicebant hunc Calliclem esse indignum hac civitate et vita, qui avocasset hunc adolescentem a suis bonis. Ego imprudens cucurri ad increpandum amicum innoxium, impulsus dictis istorum sparsorum rumoris. Quod si investigentur auctores usque ab initio, unde dicant quicquid auditum, nisi id pateat, res cedat in detrimentum et cladem sparsoris rumorum; si hoc fiat, sic vertat in bonum publicum: efficiam ut sint pauci qui sciant quod ignorent, et habeant amentiam obstructiorem.

vett.—162 C. *stulticius.*—166 Edd. quædam vett. *una totidem traho.*—170 Acidal. et Parei 3. *Quod in aurem rex reginæ dixit, id sciunt.*—171 *Quod Juno f. est cum Jove, id sciunt* Acidal. *ii sciunt* Parei 2.—172 Lipsius delet voc. *facta;* et sic ed. Bipont. alii legunt, *neque sunt facta, illi sciunt;* alii, *neque sunt facta, tamen sciunt;* Pareus, *tamen ii sciunt.*—173 *Falson' an vere* edd. vett.—176 *Indignum civitate ac sese vivere* Gulielm. *civitate hac et se virere* Acidal. et Herm. *esset vivere* Pll. *et* deest in B. 1.—178 *Ego de verbis illorum* B. 1. *famigeneratorem* C. 2.—180 C. *apstirpe.*—181 *Unde quidque* Acidal. Herm. Goeller.—182 *Famigator ne sit* B. 1. *Famigerator ire sit* Pll. *Famigerator jure siet* al. ap. Pareum.—184 *Paucis ini faxim* Pll.

NOTÆ

182 *Famigeratori*] Id est, rumusculorum auctori et sparsori.

185 *Stultiloquentiam*] Μωρολογίαν. Auctores rumorum incertorum, curiosi, et novarum rerum architecti, olim suppliciis coërcebantur.

Digitized by Google

ACTUS SECUNDI SCENA PRIMA.

LYSITELES.

MULTAS res simitu in meo corde vorso, multum in cogitando [defatigo.
Dolorem indipiscor: egomet me concoquo, et macero, et
Magister mihi exercitor animus hinc est: sed hoc non liquet, [petessam,
Nec satis cogitatum est, utram potius harum mihi artem ex-
Utram ætati agundæ arbitrer firmiorem: amorin' me, an rei
Obsequi potius par siet: utra in parte plus voluptatis sit vitæ, [nisi hoc
Ad ætatem agundam: de hac re mihi satis haud liquet:
Sic faciam opinor: utramque rem simul exputem: judex sim, [primum
Reusque ad eam rem: ita faciam! ita placet! omnium
Amoris artes eloquar, quemadmodum expediant: nunquam
Amor quenquam nisi cupidum hominem postulat se in plagas [ab re
Conjicere: eos cupit, eos consectatur, subdole blanditur:

LY. *Volvo in mea mente multas res una: magnam ægritudinem in meditando colligo: memet exercito, et vexo, et incito. Animus est meus pædagogus a quo exerceor. Id non constat, nec satis est meditatum, utram harum artium magis expetam, utram solidiorem ad agendam ætatem putem; an sit potius æquum me obtemperare amori, an rei familiari; in qua parte vitæ sit plus voluptatis, ad degendam ætatem. Non satis mihi constat de hac re; nisi putem mihi ita agendum: expendam una utrumque: sum judex et reus in hac re. Sic agam! Sic libet! Inprimis exponam in quo artes amoris utiles sint. Nunquam amor gaudet ullum incurrere in retia, nisi volentem. Eos ambit; eos prosequitur, callide adulatur: ca-*

2 Pll. *conquoquo.* C. *defecigo*; C. 2. *defectigo.*—3 B. 1. Lips. *animus hic est.* —4 *Neque satis* Pll. Pro *artem,* Acidal. conj. *partem.*—5 C. *agunde arbitres: Amor in me an rei opsequi*; C. 2. *amor ire me.*—6 Pll. *voluptati sit.*—8 *Si faciam* C. et C. 2.—10 Palmer. *expetant,* pro *expediant.*—12 Herm. et Goeller.

NOTÆ

3 *Exercitor animus*] Græce παιδοτρίβης, *magister, exercitor* dicitur, seu *præceptor.* Græcis etiam 'progymnastæ,' erant pædagogi.

Digitized by Google

Consulit blandiloquentulus, harpago, mendax, cupes, avarus,
Elegans, despoliator, latebricolarum hominum corruptor,
Blandus, inops, celati indagator: nam qui ab eo, quod amat,
Quam extemplo saviis sagittatis percussus est, illico res foras [laudes.
Labitur, liquitur. Da mihi hoc, mel meum, si me amas, si
Ibi illi cuculus: Ocelle mi, fiat! et istuc, et si amplius vis dari, [sat
Dabitur: ibi illa pendentem ferit: jam amplius orat: non
Id est mali, ni amplius etiam, quod ebibit, quod comest,
Quod facit sumti: nox datur? ducitur familia tota;
Vestispicæ, unctor, auri custos, flabelliferæ, sandaligerulæ,

pit consilium e re nata dulciloquus, rapax, mendax, cupidus, avarus, scitus, prædo, vitiator hominum qui colunt latebras, insidiosus, egenus, curiosus secretorum alienorum. Nam bona ejus, qui est vulneratus, ab eo quod amat oculis, tanquam sagittis, dissolvuntur, statim labuntur. Cedo mihi id, mea suavitas, si me diligis, si potes. Tum cuculus respondet illi: esto, mi ocule! et hoc accipies et amplius, si optas dari. Tum illa mulctat munere pendentem animi: rogat amplius. Id non est satis detrimenti, nisi detur etiam, quod potet, quod comedat, quod insumat. Nox amatori *conceditur* ab amica? *ducitur tota familia; custodes vestium, unguentarius, custos auri, quæ flabellum, quæ sandalia ferunt, psaltriæ, cistellatrices,*

subblanditur. C. *ob re.*—14 *Eligans* idem codex.—15 B. 1. *indagator nec quenquam adclamat;* Herm. et Goeller. *celatum indagator, &c.* C. *nam quam ad quod damat;* C. 2. *nam qui ad quod damat;* Saracen. et Both. *nam cum quis clam amat quam;* Herm. *nam cum quisquam amat quam.*—17 B. 1. *si audis;* Parei 3. *sodes;* Herm. *si me amas, audias.*—18 *Ibi ille c. ecce ocule mi* Herm. *tibi etiam vis dari* idem.—19 Idem, *illa ibi.*—20 Pll. *quod ebebit;* Herm. *quod bibit.*—21 Herm. *sumptuis: n. d. d. f. ei tota;* al. ap. Pareum, *datur nox.*—22 *Vesti-*

NOTÆ

14 *Elegans*] Hic in vitio ponitur. A. Gellius: 'Elegans homo non dicebatur cum laude: sed id fere verbum ad ætatem Marci Catonis, vitii, non laudis fuit.'

16 *Saviis sagittatis*] Id est, oscula instar sagittarum animum percellentia. Alibi, 'armata oscula' dicuntur, et e contrario, 'inermia oscula.'

17 *Labitur*] Lucretius lib. IV. 'Labitur interea res, et vadimonia fiunt.' Tibullus, 'Labuntur opes.' Sallustius, 'Dilabitur,' pro diffluit ac dissipatur. Dionysius Cato in Distichis de Moribus, ad filium: 'Utere quæsitis parce, cum sumtus abundat. Labitur exiguo, quod partum est tempore longo.'

18 *Cuculus*] Avis dicta a duabus prioribus vocis hujus syllabis, quæ cantum ejus exprimunt. Veteres enim et ferme omnes gentes præter Gallicam nostram, cuculum quidem scribunt, sed quasi *coucoulum* pronuntiant. De alieni tori insidiatore dicitur, quoniam avis hæc in alieno nido ova ponit. Alibi dictum.

22 *Vestispicæ*] Nonius: 'Vestispici,

Digitized by Google

Cantrices, cistellatrices, nuntii, renuntii, raptores panis et peni. [ago
Fit ipse, dum illis comis est, inops amator: hæc ego cum
Cum meo animo, et recolo, ubi qui eget, quam pretii sit parvi; apage te,
Amor! non places: nihil te utor: quanquam illud est dulce, esse et bibere. [fugat tuos
Amor amara dat tibi satis, quod ægre sit: fugit forum,
Cognatos, fugat ipse se a suo contuitu.
Neque enim eum sibi amicum volunt dici: mille modis amor ignorandu'st:
Procul adhibendus est, atque abstinendus: nam qui in amorem
Præcipitavit, pejus perit, quam si saxo saliat: apage sis, amor! [sunt tamen,
Tuas res tibi habe! amor, mihi amicus ne fuas unquam:
Quos miseros maleque habeas, quos tibi obnoxios fecisti.
Certum 'st ad frugem applicare animum: quanquam ibi animo

nuntii, renuntii, prædones panis et peni. Ipse amator evadit egenus, quando est liberalis illis. Quando ego agito hæc mecum, et reputo quam sit exigui pretii qui inops est; abi, amor! non places, non utor tua consuetudine: quamvis est illud jucundum edere et potare. Amor tibi ministrat satis acerba, quæ sunt molesta: fugit forum, excludit tuos cognatos, ipse fugat suum conspectum. Neque enim patiuntur eum appellari suum amicum. Est ejiciendus animo amor mille de causis: summovendus est procul, atque deprecandus a se. Nam qui corruit in amorem perit crudelius, quam si desiliat de rupe. Abi, si vis, amor! Habe tuas res tibi, O amor! ne mihi sis unquam amicus. Sunt tamen quos reddas infelices, et male accipias, quos tibi devinxisti. Propositum est mentem convertere ad meliorem fru-

plice Pll. *Vestispici* Herm.—25 C. *et rectilo.*—26 C. *non pagales*; C. 2. *non palages.*—27 Pll. *fugat vos cognatos.*—29 *Neque eum sibi . . . ignorandum est* C.—30 Herm. et Goeller. *adhibendum.* C. *aptinendus*; C. 2. *abtinendus.*—31 *Apace* Pll.—33 Edd. quædam vett. *fecisti obnoxios.*—34 B. 1. *quanquam tibi animæ.*—

NOTÆ

Id est, vestium custodes servi: quod frequenti diligentia vestes inspiciant.' Dicebantur etiam 'a veste,' et 'ad vestem.' Olim 'cœlispex' etiam dicebatur, pro astronomo.

Sandaligerulæ] Sandalia erant matronis lautioribus, ut nunc sunt, carissima, etiam aurea. Persius Sat. v. notat purpurea interdum fuisse, 'solea puer objurgabere rubra.'

24 *Comis*] Comitas, quæ alias laudatur, hic vitio vertitur, in prodigo.

31 *Saxo saliat*] Subauditur 'Tarpeio.' Cogebantur interdum sontes de Tarpeia rupe sese dare præcipites.

32 *Tuas res tibi habe*] Verba in divortiis faciendis solennia.

Digitized by Google

Labos grandis capitur: boni sibi hæc expetunt, rem, fidem, honorem,
Gloriam et gratiam: hoc probis pretium 'st: eo mihi magis lubet
Cum probis potius, quam cum improbis vivere vanidicis.

gem: quanquam ad id improbus labor adhibendus sit. Boni sibi optant hæc; rem, fidem, honorem, gloriam et gratiam. Probi hoc sibi præmium proponunt. Idcirco libentius vitam agam cum probis, quam cum improbis, qui vana garriunt.

35 Pll. *bonis sibi*; Goeller. *sibi boni*; Palmer. et Acidal. *bonis ibi hæc e. res, fides, honor.*—36 *Gloria et gratia* Palmer. et Acidal. *est preti* Herm. et Goeller.—37 Al. ap. Parenm, *vanidicis vivere.*

NOTÆ

35 *Labos grandis capitur*] Nihil est enim tam arduum, quam vitia vitiorumque matrem cupiditatem domare. Persius Sat. v. 'Et premitur ratione animus vincique laborat.'

37 *Vanidicis*] Comica compositio. Alibi, 'blandidicus,' 'magnidicus,' 'falsidicus.' Terentius, 'sævidica dicta.' Cicero, 'veridicus.'

ACTUS SECUNDI SCENA SECUNDA.

PHILTO, LYSITELES.

PH. Quo illic homo foras se penetravit ex ædibus? LY. [me abs tuo pater, assum.
Impera quod vis: neque tibi ero in mora, neque latebrose
Conspectu occultabo. PH. feceris par tuis ceteris factis, [te viris, patrem
Tuum si percoles. Per pietatem! nolo ego cum improbis
Gnate mi, neque in via, neque in foro ullum sermonem exequi.

PH. *Quo ille prorupit ex ædibus?* LY. *Adsum, pater. Manda quod libeat. Non te morabor, neque fugiam in latebras a tuis oculis.* PH. *Facies rem dignam tuis ceteris gestis, si honores tuum patrem. Per pietatem! ego tibi veto, mi fili, instituere ullum colloquium cum malis viris, neque in itinere, neque in foro. Ego*

1 *Quo i. h. fortasse penetravit* Nonius p. 607. *foras* deest in B. 1.—2 C. *aps*

NOTÆ

4 *Per pietatem*] Obtestatio est atque obsecratio; ut hæc, 'per Deos.'

Digitized by Google

Novi ego hoc sæculum, moribus quibus sit: malus bonum malum [rapax,
Esse volt, ut sit sui similis: turbant, miscent mores mali,
Avarus, invidus: sacrum profanum, publicum privatum habent: [ciant.
Hiulca gens: hæc ego doleo: hæc sunt quæ me excru-
Hæc dies noctesque tibi canto, ut caveas: quod manu non queunt
Tangere, tantum fas habent, quo manus abstineant:
Cetera, rape, trahe, fuge, late: lacrumas hæc mihi, cum video, [prius
Eliciunt, quia ego ad hoc genus hominum duravi: quin
Me ad plures penetravi? nam hi mores majorum laudant;
Eosdem lutulant, quos collaudant: hisce ego te artibus gratiam
Facio, neu colas, neu imbuas ingenium: meo modo, et moribus vivito
Antiquis: quæ ego tibi præcipio, ea facito: nihil ego istos
Moror fatuos mores, et turbidos, quibus boni dedecorant se.
Hæc tibi, si mea imperia capesses, multa bona in pectore consident.

intelligo quibus institutis sit hoc sæculum. Improbus optat probum fieri improbum, ut sit sui similis: mali mores concitant turbas, seditiones; rapax, avarus, invidus habent sacra perinde ac profana, publica veluti privata: genus avida. Ego ægre fero hæc. Hæc sunt quæ me torquent. Tibi occanto hæc diu noctuque, ut caveas ab his. Existimant esse tantum æquum non injicere manus iis quæ non possunt rapere. Aufer cetera, trahe, fuge, delitesce. Quando video hæc, excutiunt lacrymas, quia ego vixi usque ad hoc genus hominum. Quin descendi ad mortuos ante hoc tempus? Nam hi celebrant mores majorum: inficiunt eosdem, quos prædicant. Ego tibi concedo ut non excolas te his artibus, neve imbuas ingenium. Vive meo modo et institutis vetustis: fac ea quæ ego tibi mando. Aspernor istos insanos mores, et turbulentos, quibus boni sese inquinant. Omnia hæc bona manebunt

---

tuo.—4 *Tuum si patrem percolas, pies pietatem* Palmer.—11 C. *aptineant.*—12 C. *quon video.*—13 Palmer. *quianam ego, &c.*—14 *Me ad patres* Camer.—15 Verba, *quos collaudant*, desunt in B. 1. et edd. vett. *quos laudant, lutant* Herm. et Goeller. *latitant* Pll. *his ergo tu artibus gratiam* Thomson. *hisce ergo tu, &c.* al. ap. Pareum. *de artibus* Goeller.—17 *Antiquis* delet Herm. *præcipito* Pll.—18 Pll. *faceos mores;* Camer. *facetos mores.*—19 Acidal. *si capesses mea imperia, multa bona in tempore conficient;* Herm. et Goeller. *bona multa in*

NOTÆ

15 *Gratiam Facio*] Id est, condono.
16 *Moribus vivito Antiquis*] Omnes ferme scriptores suorum temporum mores culparunt; antiqua tempora,

Digitized by Google

LY. Semper ego usque ad hanc ætatem ab ineunte adolescentia,
Tuis servivi servitutem imperiis et præceptis, pater.
Pro ingenio, ego me liberum esse ratus sum; pro imperio, tuum.
Meum animum tibi servitutem servire, æquom censui.
PH. Qui homo cum animo inde ab ineunte ætate depugnat suo,
Utrum is itane esse mavelit, ut eum animus æquom censeat,
An ita potius, ut parentes eum esse et cognati velint:
Si animus hominem perpulit, actum est; animo servibit, non sibi:
Sin ipse animum perpulit; dum vivit, victor victorum cluet.
Tu si animum vicisti, potius quam animus te, est quod gaudeas.
Nimio satius est, ut opu'st, te ita esse, quam ut animo lubet.

in tuo pectore, si capessas mea mandata. LY. *Pater, semper obtemperavi tuis mandatis et documentis, ab ineunte infantia ad hanc ætatem. Ego ratus sum me esse liberum, pro viribus animi: pro imperio tuo, existimavi esse æquum meum animum tibi servitutem pendere.* PH. *Homo qui ab ineunte ætate pugnat cum suo animo, utrum malit esse, sicut animus existimat esse par eum esse; an potius, sicut parentes et cognati velint eum esse. Si libido incitat hominem, est actum* de eo; *obtemperabit libidini, non sibi: sin ipse regit libidinem, quamdiu vivet, tamdiu habebitur victor victorum: si tu superavisti libidinem, potiusquam libido te superavit; est quod tibi gratuleris. Est longe præstantius te esse, sicut decet, quam*

---

tuo pectore considunt consilia.—21 *Tui servivi* C.—22 *Pro in ego* B. 1. *pro imperio tuo* C. C. 2. B. 1.—24 C. *ineunti.*—25 *Utrum is ita se esse* Acidal. *Utrum id itane* Pll.—27 *Si a. hominum* C. *perculit* Lamb. *animo servirit* Pll. *animo servit* Herm. et Goeller.—28 *Si ipse* Pll. *pepulit* C. et C. 2. *perpulit* B. 1.

NOTÆ

antiquosque mores impense laudarunt. Hoc etiam ferme homines in devexa ætate solent facere. Unde Horatius senes vocat, 'laudatores temporis acti.'

25 *Animus*] Id est, libido. Alibi Plautus, 'Meo animo morem gero.' Græci, φίλῃ ψυχῇ χαρίζεσθαι, *genio indulgere.*

28 *Dum vivit, victor victorum cluet*] Plato 1. de Legibus: Τὸ νικᾶν ἑαυτὸν, πασῶν νικῶν πρώτη τε καὶ ἀρίστη· τὸ δὲ ἡττᾶσθαι αὐτὸν ὑφ' ἑαυτοῦ, πάντων αἰσχιστόν τε καὶ κάκιστον. *Vincere se est optima omnium victoriarum: vinci autem a se turpissimum omnium malorum.* Valer. Max. lib. III. 'Multo seipsum, quam hostem superasse operosius est.'

Digitized by Google

Qui animum vincunt, quam quos animus, semper probiores cluent.
Ly. Istæc ego mihi semper habui ætati tegumentum meæ,
Ne penetrarem me usquam, ubi esset damni conciliabulum,
Ne noctu irem obambulatum, neu suum adimerem alteri.
Neu tibi ægritudinem, pater, parerem, parsi sedulo.
Sarta tecta tua præcepta usque habui mea modestia.
Ph. Quid exprobras? bene quod fecisti, tibi fecisti, non mihi.
Mihi quidem ætas acta est ferme: tua istuc refert maxume.
Is probus est, quem non pœnitet, quam probus sit et frugi bonæ.
Qui ipsus sibi satis placet, nec probus est, nec frugi bonæ.
Benefacta benefactis aliis pertegito, ne perpluant.
Qui ipsus se contemnit, in eo est indoles industriæ.
Ly. Ob eam rem hæc, pater, autumavi: quia res quædam 'st, quam volo [gestio.
Ego me abs te exorare. Ph. quid id est? veniam jam dare

sicut placet menti. Qui expugnant libidinem, semper habebuntur meliores, quam ii quos libido debellat. Ly. *Ego semper habui hoc præsidium meæ vitæ, ne me conjicerem in ullum locum, in quo esset concilium pestiferum: ne noctu divagarer, cavi diligenter, et ne detraherem aliis quod est suum, et ne tibi procurarem molestiam, o pater. Servavi tua instituta, salva et integra, præ mea modestia.* Ph. *Quid exprobras? Tibi fecisti, non mihi, id quod benefecisti. Mea vita quidem est propemodum exacta: istud tua interest imprimis. Is est bonus quem non pœnitet quod sit bonus et laudatæ frugi. Qui sibi placet satis ipse, nec est bonus, nec rectæ frugi. Contege rectefacta aliis rectefactis, ne impluat. Qui se despicit ipse, est in eo indoles industriæ.* Ly. *Dixi hæc, pater, idcirco, quoniam est quædam res, quam ego opto impetrare a te.* Ph. *Quid est id? Libet jam tibi*

Vèn. 1. et edd. vett.—30 Prius *ut* deest in B. 1.—31 Pll. *cluentis*.—32 *Istæ ego* C.—33 C. et C. 2. *conciliabolum*.—36 *Saneta tua* B. 1.—39 Herm. et Goeller. *quem pœnitet*. Bipont. *quam sit probus*.—40 Hic vs. deest in C. 2. *Qui ipsius* C.—42 Pll. et Parei 3. *contempnit*.—43 Pll. *quia res quæ dant quam volo*.

NOTÆ

38 *Mihi quidem ætas acta est ferme*] Cicero ad Brutum: 'Sed de hoc tu videris. De me possum idem quod Plautinus pater in Trinummo: 'mihi quidem ætas acta ferme est.''

40 *Qui ipsus sibi satis placet*] Cyprianus Serm. 3. de Bono Patientiæ: 'Qui nec humiles sunt, nec mites, sed sibi multum placent, hoc ipso quod sibi placeant, Deo displicent.'

44 *Veniam jam dare gestio*] Ad Heren. lib. IV. 'Veniam ad vos, si mihi senatus det veniam,' id est, si permittat. Nam, 'veniam dare,' non est tantum parcere et ignoscere alicujus culpæ et errato; sed interdum permittere, concedere, sinere.

Digitized by Google

LY. Adolescenti huic genere summo, amico atque æquali meo,
Minus qui caute et cogitate suam rem tractavit, pater,
Bene volo ego illi facere, si tu non nevis. PH. nempe de tuo.
LY. De meo: nam quod tuum 'st, meum 'st: omne meum est autem tuum.
PH. Quid is, egetne? LY. eget. PH. habuitne rem? LY. habuit. PH. qui eam perdidit?
Publicisne affinis fuit, an maritumis negotiis?
Mercaturamne, an venales habuit, ubi rem perdidit?
LY. Nihil istorum. PH. quid igitur? LY. per comitatem edepol, pater.
Præterea aliquantum animi causa in deliciis disperdidit.
PH. Edepol hominem prædicatum ferme familiariter.
Qui quidem nusquam per virtutem rem confregit, atque eget,
Nihil moror eum tibi esse amicum cum ejusmodi virtutibus. [volo.
LY. Quia sine omni malitia est, tolerare egestatem ejus

concedere veniam. LY. *Ego exopto, pater, si tu vis, beneficio afficere hunc juvenem natum summo genere, meum amicum æqualem, qui administravit sua bona nimis prudenter et considerate.* PH. *Nimirum de tua pecunia.* LY. *De mea: nam quod est tuum, est meum: omne autem meum est tuum.* PH. *Quid est, estne inops?* LY. *Eget.* PH. *Habuitne opes?* LY. *Habuit.* PH. *Quomodo eas amisit? Sene implicuit rebus publicis, an maritimis? Exercuitne mercaturam, an sumsit res venales, in quibus amisit opes?* LY. *Nihil horum.* PH. *Quid est ergo?* LY. *Profecto per urbanitatem, pater. Præterea amisit aliquam partem in voluptatibus, animi gratia.* PH. *Profecto ecce hominem celebratum amice propemodum. Qui quidem nusquam profudit bona sua in præclare factis, et indiget; nihil impedio quominus sit tuus amicus cum ejusmodi virtutibus.* LY. *Quoniam est absque ulla nequitia, desidero levare ejus inopiam.* PH. *Ille exitio est mendico, qui ei*

—44 Acidal. *enim jam dare gestio;* al. ap. Pareum, *dic enim jam, &c.*—47 Al. ap. Pareum, *si tu non abnuis.*—51 *Mercatura ne* B. 1. *Mercaturam eam venalis* Nonius p. 604. *urbi rem* B. 1.—52 *Nihil storum* C.—55 *Qui quidem nunquam*

NOTÆ

51 *Mercaturamne, an venales habuit*] Id est, fuitne mercator, an mango? 'Mercator' dicitur de quavis mercatura; 'mango,' de mancipiis venalibus.

54 *Prædicatum familiariter*] Hoc loco *familiariter* significat 'comiter.' Quasi dicat: Excusas amicum alioquin reum verecunda circumlocutione.

Digitized by Google

PH. De mendico male meretur, qui ei dat quod edit, aut quod bibat: [miseriam.
Nam et illud quod dat, perdit, et illi producit vitam ad
Non eo hoc dico, quin, quæ tu vis, ego velim, et faciam lubens:
Sed ego hoc verbum cum illi cuidam dico, præmonstro tibi,
Ut ita te aliorum miserescat, ne tui alios misereat.
LY. Deserere illum, et dejuvare in rebus advorsis pudet.
PH. Pol pudere quam pigere præstat, totidem literis.
LY. Edepol, Deum virtute dicam, pater, et majorum, et tua,
Multa bona bene parta habemus: bene si amico feceris,
Ne pigeat fecisse: ut potius pudeat, si non feceris.

suppeditat id quod comedat, aut id quod potet. Nimirum et ille amittit quod dat, et producit ejus vitam ad perferendam calamitatem. Ego minime loquor id, quia ego nolim juvare et facere lubenter quod optas. Sed quando ego dico hoc verbum de illo, quicumque tandem sit, commonefacio te, ut te misereat ejus, ita ut efficias ne alius miserescat tui. LY. *Pudet illum deserere, et minime adjuvare in rebus afflictis.* PH. *Profecto præstat pudere quam pigere, totidem literis.* LY. *Dicam quod auxilio Deorum, et majorum, et tuo habemus multa bona parta. Si affeceris beneficio amicum, ne pœniteat fecisse: sed pudeat potius, si non feceris.* PH. *Si*

edd. vett. *adque egit* C. 2.—58 Edd. vett. *edat.* Mox, *aut bibat* Reizius, Herm. et Goeller.—59 Servius ad Virg. Æn. IV. 231. *et illi prodit;* et sic Herm. et Goeller.—61 C. *præ nostro.*—62 C. 2. *miseres* [lacuna] *cave tui aliis;* C. *miseres cane tui alius.*—63 Festus, *et desivare;* Acidal. *et nejuvare;* al. ap.

NOTÆ

58 *De mendico*] Sententia Laconici apophthegmatis, quod extat apud Plutarchum: 'Mendicus a Lacone stipem petebat: hic vero: Si darem, inquit, tibi, eo magis mendicares; nam huic tuæ deformitati causam præbuit is, qui primus tibi dedit, eoque te ignavum reddidit.' Sed est hæc crudelis, et barbara senis avaritia.

63 *Dejuvare*] Id est, non juvare. Alii *desivare*, et *desinare*, pro deserere et desinere juvare, ex Festo. Olim veteres dicebant 'desinere' et 'desinare;' 'fodere' et 'fodare.' Seneca Epist. 117. 'Imbecillæ mentis ista verba sunt, et hac desinatione misericordiam captantis.' Ubi 'desinatio' significat, desinere auxilium ferre.

64 *Pol pudere quam pigere præstat*] Nonius, '*Pudet*, verecundiæ est: *piget*, pœnitentiæ.'

65 *Deum virtute*] Formula loquendi a veteribus usurpari solita, quâ res prosperas Diis acceptas referebant, et suam operam in iis quam minimi facere significabant.

66 *Multa bona bene parta habemus*] Terentius, 'Omnes te in lauta, et beneaucta parte putant.'

Digitized by Google

PH. De magnis divitiis si quid demas, plus fit, an minus?
LY. Minus, pater: sed civi immunifico scis quid cantari solet?
Quod habes, ne habeas: et illud quod nunc non habes, habeas malum:
Quandoquidem nec tibi bene esse potes pati, nec alteri.
PH. Scio equidem istuc ita solere fieri: verum, gnate mi,
Is est immunis, cui nihil est, qui munus fungatur suum.
LY. Deum virtute habemus, et qui nosmet utamur, pater,
Et aliis qui comitati simus benevolentibus.
PH. Non edepol tibi pernegare possum quicquam quod velis.
Cujus egestatem tolerare vis? loquere audacter patri.
LY. Lesbonico huic adolescenti, Charmidæ filio,
Qui illic habitat. PH. qui comedit quod fuit, quod non fuit?
LY. Ne opprobra, pater: multa eveniunt homini, quæ volt, quæ nevolt.
PH. Agedum, eloquere: quid dare illi nunc vis? LY. nihil quicquam, pater.
Sapientiæ ætas condimentum 'st: sapiens ætati cibus est.

tollas aliquid de magnis opibus, superestne plus, an minus! LY. *Minus, pater. Sed nosti id quod solet occantari civi illiberali? Ne habeas id, quod habes; et habeas malum, quod non habes; quoniam nec potes pati tibi esse bene, nec alteri.* PH. *Ego sane novi istuc solere sic circumferri. Sed, mi fili, ille est immunis a munere largiendo, cui est nihil, quo fungatur suo munere.* LY. *Pater, habemus benignitate Deorum, et id quo utamur nosmet, et id quo simus munifici erga amicos.* PH. *Profecto nihil possum negare, quod velis. Cujus cupis levare inopiam? Dic audacter patri.* LY. *Hujus juvenis Lesbonici, qui est filius Charmidæ, qui manet illic.* PH. *Qui ligurit quod fuit, quod non fuit?* LY. *Ne exprobra, pater. Multa accidunt homini, quæ optat, quæ non vult.* PH. *Agedum dic. Quid optas illi dare nunc?* LY. *Nihil omnino, pater. Ætas est condimentum sapien-*

Pareum, *et desinare.*—67 Pll. *ut potius;* Parei 3. *at potius.*—69 C. *civi immuni immunificos scis;* C. 2. *civi inmimi inmunificos scis;* Herm. et Goeller. *civi immuni scis.*—78 *Charmidæ hujus filio* Bentl. ad Terent. Adelph. v. 8. 23. Acidal. et Herm. *Charmidai filio* Goeller.—79 C. *non fui.*—80 Pll. *multe veniunt h. qui v. qui nevolt;* C. 2. *quæ ne volt.*—81 *Agidum* C.—82 *Sapientia* C. 2. *Sapi-*

NOTÆ

73 *Is est immunis*] Isidorus, 'Amœna loca Verrius Flaccus dicta ait, quod sine munere sint, nec quicquam in iis officii; quasi amunia; id est, sine fructu, unde nullus fructus exsolvitur.' Inde etiam nihil præstantes, 'immunes,' vocantur.

82 *Sapientiæ ætas condimentum*] Id

Digitized by Google

Ph. De mendico male meretur, qui ei dat quod edit, aut quod bibat: [miseriam.
Nam et illud quod dat, perdit, et illi producit vitam ad
Non eo hoc dico, quin, quæ tu vis, ego velim, et faciam lubens:
Sed ego hoc verbum cum illi cuidam dico, præmonstro tibi,
Ut ita te aliorum miserescat, ne tui alios misereat.
Ly. Deserere illum, et dejuvare in rebus advorsis pudet.
Ph. Pol pudere quam pigere præstat, totidem literis.
Ly. Edepol, Deum virtute dicam, pater, et majorum, et tua,
Multa bona bene parta habemus: bene si amico feceris,
Ne pigeat fecisse: ut potius pudeat, si non feceris.

suppeditat id quod comedat, aut id quod potet. Nimirum et ille amittit quod dat, et producit ejus vitam ad perferendam calamitatem. Ego minime loquor id, quia ego nolim juvare et facere lubenter quod optas. Sed quando ego dico hoc verbum de illo, quicumque tandem sit, commonefacio te, ut te misereat ejus, ita ut efficias ne alius misereat tui. Ly. Pudet illum deserere, et minime adjuvare in rebus afflictis. Ph. Profecto præstat pudere quam pigere, totidem literis. Ly. Dicam quod auxilio Deorum, et majorum, et tuo habemus multa bona parta. Si afferis beneficio amicum, ne paniteat fecisse: sed pudeat potius, si non feceris. Ph. Si

edd. vett. *adque egit* C. 2.—58 Edd. vett. *edat.* Mox, *aut bibat* Reizius, Herm. et Goeller.—59 Servius ad Virg. Æn. IV. 231. *et illi prodit*; et sic Herm. et Goeller.—61 C. *præ nostro.*—62 C. 2. *miseres* [lacuna] *cave tui alius*; C. *miseres cane tui alius.*—63 Festus, *et desivare*; Acidal. *et nejuvare*; al. ap.

NOTÆ

58 *De mendico*] Sententia Laconici apophthegmatis, quod extat apud Plutarchum: 'Mendicus a Lacone stipem petebat: hic vero: Si darem, inquit, tibi, eo magis mendicares; nam huic tuæ deformitati causam præbuit is, qui primus tibi dedit, eoque te ignavum reddidit.' Sed est hæc crudelis, et barbara senis avaritia.

63 *Dejuvare*] Id est, non juvare. Alii *desivare*, et *desinare*, pro deserere et desinere juvare, ex Festo. Olim veteres dicebant 'desinere' et 'desinare;' 'fodere' et 'fodare.' Seneca Epist. 117. 'Imbecillæ me[ntis] ista verba sunt, et hac desinatione misericordiam captantis.' Ubi 'desinatio' significat, desinere auxilium ferre.

64 *Pol pudere quam pigere præstat*] Nonius, '[P]udere verecundiæ est: *piget*, pœni[tet].'

65 *Deum virtute dicam*] Formula loquendi a ve[te]ribus usurpari solita, qua res p[ro]speras ab iis acceptas referebant. [Ma]gis in iis quam minim[e] confidebant.

multa bona bene parta habemus] [I]n lauta, et

Digitized by Google

PH. De magnis divitiis si quid demas. plus [illegible]
LY. Minus, pater: sed civi immunifico [illegible]
solet?
Quod habes, ne habeas: et illud quod [illegible]
habeas malum:
Quandoquidem nec tibi bene esse pote[illegible]
PH. Scio equidem istuc ita solere fieri: [illegible]
Is est immunis, cui nihil est, qui [illegible]
LY. Deum virtute habemus, et qui [illegible]
Et aliis qui comitati simus benevolentibus.
PH. Non edepol tibi pernegare possum [illegible]
velis.
Cujus egestatem tolerare vis? loquere [illegible]
LY. Lesbonico huic adolescenti, Charmidi fil.
Qui illic habitat. PH. qui comedit quae [illegible]
fuit?
LY. Ne opprobra, pater: multa evenire [illegible]
quae nevolt.
PH. Agedum, eloquere: quid dare [illegible]
quicquam, pater.
Sapientiae aetas condimentum est: [illegible]

tollas aliquid de magnis opibus, superesse [illegible]
Sed nosti id quod solet occantari civi illiberali? [illegible]
habeas malum, quod non habes; quoniam [illegible]
alteri. PH. *Ego sane novi istuc solere sic circumferri.* [illegible]
munis a munere largiendo, cui est nihil, quo [illegible]
habemus benignitate Deorum, et id quo alamur [illegible]
ga amicos. PH. *Profecto nihil possum negare, quin* [illegible]
inopiam? Dic audacter patri. LY. *Hujus juvenis* [illegible]
qui manet illic. PH. *Qui ligurit quod fuit* [illegible]
pater. Multa accidunt homini, quae optat, quae non [illegible]
optas illi dare nunc? LY. *Nihil omnino, pater.* [illegible]

Pareum, *et desinare.*—[illegible]
inmunificos scis; C. 2. [illegible]
ni scis.—78 *Charmidi* [illegible]
et Herm. *Charmidi* [illegible]
qui v. qui nevolt; C [illegible]

73 *Is est im* [illegible]
moena loca *V* [illegible]
m[illegible]

II.
i. te
Video
lo conj.
Goeller.

idem quod 'ec-
nula jurandi per
esset 'e Cere,'
eris.'

Digitized by Google

PH. Mentire, edepol, gnate! atque id nunc facis haud consuetudine:
Nam sapiens quidem pol ipse fingit fortunam sibi;
Eone multa quæ nevolt eveniunt, nisi fictor malus siet.
Multa est opera opus ficturæ, qui se fictorem probum
Vitæ agendæ esse expetit. LY. sed hic admodum adolescentulus.
PH. Non ætate, verum ingenio adipiscitur sapientia.
LY. Tu modo ne me prohibeas accipere, si quid det mihi.
PH. An eo egestatem ejus tolerabis, si quid ab illo acceperis?
LY. Eo, pater. PH. pol ego istam volo me rationem edoceas. LY. licet.
Scin' tu illum quo genere gnatus sit? PH. scio, apprime probo.
LY. Soror illi est adulta virgo grandis: eam cupio, pater,

tiæ: sapiens est esca ætati. PH. *Profecto, fili, mentiris! et facis nunc id præter morem. Etenim sane sapiens sibi fabricatur ipse fortunam. Et idcirco nulla contingunt sapienti contra sententiam, nisi quia est imperitus faber fortunæ. Ei est opus magna industria in fingendo, qui exoptat se esse laudatum artificem regendæ vitæ.* LY. *Sed hic admodum juvenis.* PH. *Acquiritur sapientia non ætate, sed mente.* LY. *Dummodo tu non vetes ne accipiam, si mihi det aliquid.* PH. *Nonne levabis ejus inopiam, si quid acceperis ab illo?* LY. *Levabo, pater.* PH. *Profecto ego exopto ut me doceas istam rationem levandæ alienæ inopiæ.* LY. *Edocebo. Scisne tu quo genere ille est ortus?* PH. *Scio, probo inprimis.* LY. *Illi est soror quæ est grandis adulta virgo: opto eam ducere uxorem, pater.* PH. *Sine dote?*

enti C. et Parei 3. *cibum 'st* C. 2. Alii vss. 81. 82. collocant post vs. 83.—85 Parei 3. *malu'st.*—87 Pll. *expetis*; C. *adulescentulus.*—88 *Non ætatem* Pll.

NOTÆ

est, ætas perficit sapientiam; accedente enim ætate accedit sapientia.

Sapiens ætati cibus est] Id est, sapientia alit ætatem; ætatem enim citra sapientiam languere oportet, atque emori.

84 *Sapiens fingit fortunam sibi*] Cicero in Paradoxis: 'Nec est ulla res, quæ plus apud sapientem polleat, quam ipsius voluntas atque judicium: cui quidem etiam, quæ vim habere maximam dicitur, fortuna ipsa cedit, sicut sapiens poëta dixit, 'Suis ea cuique fingitur moribus.'' Appius in Sallustio: 'Sed res docuit id verum esse, quod in carminibus Appius ait: 'Fabrum esse suæ quemque fortunæ.'' Cornelius Nepos, in Vita Attici, 'Sui quique mores fortunam fingant.'

88 *Non ætate*] Ambrosius, 'Non annorum canities est laudanda, sed morum.'

Digitized by Google

Ducere uxorem. PH. sine dote? LY. sine dote. PH. uxorem? LY. ita:
Tua re salva: hoc pacto ab illo inibis summam gratiam,
Neque commodius ullo pacto ei poteris auxiliarier.
PH. Egone indotatam te uxorem ut patiar? LY. patiundum est, pater:
Et eo pacto addideris nostræ lepidam famam familiæ.
PH. Multa ego possum docta dicta, et quamvis facunde loqui:
Historiam veterem atque antiquam hæc mea senectus sustinet:
Verum ego quando te et amicitiam et gratiam in nostram domum
Video allicere, etsi advorsatus tibi fui, istac judico.
Tibi permitto, posce, duce. LY. Di te servassint mihi.
Sed adde ad istam gratiam unum. PH. quid id est autem unum? LY. eloquar.
Tute ad eum adeas, tute concilies, tute poscas. PH. eccere.

LY. *Sine dote.* PH. *Uxorem?* LY. *Ita; salva tua re: hoc modo illum afficies magno beneficio: neque poteris illum adjuvare commodius ulla ratione.* PH. *Patiarne ego te ducere uxorem sine dote?* LY. *Ferendum est pater, et hoc modo impertieris nostræ familiæ jucundam famam.* PH. *Ego possum loqui multa dicta docta, et magnopere diserta: hæc mea senectus tenet historiam veterem atque antiquam. Verum quando ego te video inducere in ædes nostras, et amicitiam et gratiam, tametsi fui contrarius, tibi illam adjudico; tibi concedo; postula; duc.* LY. *Dii te servent mihi. Sed adjice unum ad istam gratiam.* PH. *Quid autem est id unum?* LY. *Edicam. Adi tu ad illum, tu consilia, tu posce.* PH. *Pro-*

—90 C. *et tolerabis;* C. 2. *et tolerabilis.*—94 Reizius, Herm. et Goeller. PH. *uxoremne?*—95-98 Hæc verba, *ab illo i. s. g. N. c. u. p. ei p. a.* PH. *E. i. te u. ut p.* LY. *p. est, p. Et eo pacto,* desunt in B. 1.—98 Pll. *nostra.*—102 *Video adlicere et si adversatus t. f. istec* B. 1. *etsi advorsatus tibi fui istuc sedulo* conj. Acidal. *advorsatus si tibi fui* Pll.—104 *Sed ad istam adde* Herm. et Goeller.

NOTÆ

105 *Concilies*] 'Concillo' et 'conciliator,' et 'conciliatrix,' in utramque partem capiuntur; nonnunquam in bonam, nonnunquam in malam: nonnunquam pro proxeneta et proxenetria; nonnunquam pro lenone et lena.

Eccere] Charisius, idem quod 'ecce.' Festus, formula jurandi per Cererem; quasi esset 'e Cere,' 'per ædem Cereris.'

Digitized by Google

LY. Nimio citius transiges: firmum omne erit, quod tu egeris. [tum mea.
Gravius erit tuum unum verbum ad eam rem, quam cen-
PH. Ecce autem in benignitate hoc repperi negotium.
Dabitur opera. LY. lepidus vivis: hæ sunt ædes: hic habet.
Lesbonico est nomen: age, rem cura: ego te opperiar domi. 110

fecto. LY. *Transiges multo celerius: quicquid tu feceris erit firmum. Unum tuorum verborum erit gravius in ea re, quam centum meorum.* PH. *Ecce vero suscepi hanc rem propter meam beneficentiam. Curabitur id.* LY. *Es jucundus. Adsunt ejus ædes: hic manet. Nominatur Lesbonicus: age, cura negotium: ego te expectabo domi.*

ACTUS SECUNDI SCENA TERTIA.

PHILTO.

NON optuma hæc sunt, neque ut ego æquom censeo:
Verum meliora sunt, quam quæ deterruma.
Sed hoc unum consolatur me atque animum meum,
Quia, qui nihil aliud, nisi quod sibi soli placet,
Consulit advorsum filium, nugas agit: 5
Miser ex animo fit: factius nihilo facit.
Suæ senectuti is acriorem hyemem parat,

PH. *Hæc non sunt bona, neque esse puto, ut est æquum; sed sunt meliora, quam ea quæ sunt pessima. Verum id unum me reficit atque meam mentem; quia ille agit nugas, qui nihil aliud suadet adversus filium, quam id quod sibi soli placet: est vere infelix: nihilo melius agit. Ille accersit hyemem molestiorem suæ senectuti, quan-*

1 B. 1. *neque ego ut;* et sic edd. vett. Mox, *ecum censeo* C.—3 C. *consulaturu me;* C. 2. *consolaturum me.*—6 Pro *factius,* quod habent C. et C. 2. *sectius* conj. Gulielm. *sanctius* B. 1.

NOTÆ

6 *Factius nihilo facit*] *Factius* a 'faciendo;' id est, facilius. Alii legunt *sectius,* sive *secius,* a 'seco;' quasi 'sequo;' quod vices gereret activi 'sequor.' Sic sexto Æneidos, 'Ille viam secat ad naves,' id est, sequitur ad naves. Et decimo, 'Quam quisque secat spem,' id est, sequitur spem. Inde 'seculum,' 'secundus,' 'secta;' uno verbo, *sectius,* et *secius,* a 'seco,' idem sunt, ac *sequius* a 'sequor.'

7 *Senectuti hyemem*] Eratosthenes senectutem 'hyemem vitæ' appellat.

Digitized by Google

Cum illanc importunam tempestatem conciet.
Sed aperiuntur ædes, quo ibam: commode
Ipse exit Lesbonicus cum servo foras.

do conflat illam procellam importunam. At domus quo pergebam panditur. Lesbonicus ipse cum servo prodit foras commode.

ACTUS SECUNDI SCENA QUARTA.

LESBONICUS, STASIMUS, PHILTO.

LE. MINUS quindecim dies sunt, cum pro hisce ædibus
Minas quadraginta accepisti a Callicle.
Estne hoc quod dico, Stasime? ST. cum considero,
Meminisse videor fieri. LE. quid factum est eo?
ST. Comesum, expotum, exutum, elotum in balineis.
Piscator, pistor abstulit, lanii, coqui,
Olitores, myropolæ, aucupes: confit cito,
Quam si tu objicias formicis papaverem.
LE. Minus hercle in hisce rebus sumtum est sex minis.

LE. *Nondum sunt quindecim dies, ex quo numeratæ sunt tibi a Callicle quadraginta minæ pro hisce ædibus. Verane dico, Stasime?* ST. *Quando cogito, videor meminisse me accepisse.* LE. *Quid est actum de eo?* ST. *Liguritum, exhaustum, consumtum in vestibus, dilutum in balneis. Piscator, pistor abstulit, lanii, coqui, olitores, myropolæ, aucupes. Consumitur citius, quam si tu apponas papaver formicis.* LE. *Profecto est minus insumtum sex minis in hisce rebus.* ST.

1 B. 1. *his ædibus*; C. *pro isce bibus*; C. 2. *q̃m pro his adibus.*—4 *Meminesse* Pll. *fieri* deest in B. 1. *actum'st* Parei 3. *factumst* Pll.—5 Pro *exutum*, quod servant Pll. et B. 1. *exunctum* conj. Gulielm. et sic edidere Herm. et Goeller.—6 C. *apstulit.*—7 *Holitores, miropole* Pll.—8 *Quasi tu* Acidal. Herm. et Goeller. et sic Charis. p. 64. Putsch.—9 B. 1. C. et C. 2. *in istis rebus.* Mox,

NOTÆ

5 *Exutum*] Id est, pecunia in vestibus emendis posita. Alii, *exunctum*, id est, in unguentis parandis.

Elotum] Id est, in balneis est pecunia perdita. 'Heluo,' ab 'eluendo.' Magis crediderim *exutum*, et *elotum* dici a poëta, quia ante quam se eluant in balneis, sese exuunt. Itaque ad notandam bonorum dilapidationem, quemadmodum sæpius in hoc poëta, 'elotus bonis' dicitur, sic, et 'exutus bonis' metaphorice, pro 'spoliatus bonis.'

7 *Confit cito, Quam si*] *Cito*, pro citius.

8 *Papaverem*] Charisius, 'Papaver neutri generis est: sed masculino Plautus dixit.' Varro, 'Infria seni papaverem.'

Digitized by Google

ST. Quid, quod dedisti scortis? LE. ibidem una traho.
ST. Quid, quod ego defraudavi? LE. hem! ista ratio maxuma est.
ST. Non tibi illud apparere, si sumas, potest:
Nisi tu immortale rere esse argentum tibi.
Sero, atque stulte, prius quod cautum oportuit,
Postquam comedit rem, post rationem putat.
LE. Nequaquam argenti ratio comparet tamen.
ST. Ratio quidem hercle apparet: argentum οἴχεται.
Minas quadraginta accepisti a Callicle,
Et ille ædis abs te accepit mancupio. LE. admodum.
PH. Pol, opinor, affinis noster ædes vendidit.
Pater cum peregre veniet, in porta est locus,
Nisi forte in ventrem filio correpserit.
ST. Trapezitæ mille drachumarum Olympicum,

Quid dicam id, quod impendisti meretricibus? LE. *In eodem articulo accenseo.* ST. *Quid dicam de eo, quod suffuratus sum?* LE. *Hem! ista est maxima ratio.* ST. *Id nequit a te animadverti, si expendas: nisi arbitreris tibi esse argentum inexhaustum. Expendis tarde et insipienter id, quod oportebat cavere antea. Postquam ligurivit sua bona, postea rationes subducit.* LE. *Tamen rationes pecuniæ expensæ nullo modo habentur.* ST. *Profecto, ratio tenetur, argentum evasit. Accepisti a Callicle quadraginta minas, et ille domum accepit a te mancupio.* LE. *Maxime.* PH. *Per Pollucem existimo nostrum affinem vendidisse domum. Quando pater venie ta peregrinatione, erit manendum sub dio, nisi fortasse irrepserit in ventrem filii.* ST. *Redditæ sunt mille drachmæ Olympicæ trapezitæ, quas debuisti*

---

sumptus est eximiis.—11 C. *defrudavi.*—12 Pont. *si summos.*—17 C. C. 2. *ercle a. a. æchetæ;* B. 1. *æchete.*—19 C. *aps. te.*—20 *Pol, opino* conj. Acidal. et sic Herm. et Goeller.—21 *Patri* conj. Douza. Al. ap. Parenm, *in ponte est.*—22 B. 1. *invenirem filium cum repserit.*—23 *Trapezitem ille diagmarum* B. 1.

NOTÆ

10 *Ibidem una traho*] Id est, sex alteras minas duco.

12 *Si sumas, potest*] Pro insumas.

17 *Argentum οἴχεται*] Id est, *periit, abiit.*

21 *In porta est locus*] Id est, foris et sub dio habitabit, vel mendicabit in porta trigemina, in qua considere solebant mendicantes. Alii legunt *in ponte*, in quo iidem stipem rogabant. Seneca de Vita Beata: 'In sublicium pontem me transfer, et inter egentes abige: non ideo tamen me despiciam, quod in illorum numero consideo, qui manum ad stipem porrigunt.'

22 *Nisi in ventrem correpserit*] Nimirum Lesbonicus filius Charmidis ædes paternas et vendiderat et voraverat. Itaque comice dicitur, 'habere domum in ventre.' Cicero, 'Est gurges, vorago, barathrum, eversor patrimonii.'

23 *Mille drachumarum*] Sicut mille hominum, mille passuum. Id est, mille drachmæ, mille homines, mille passus.

Digitized by Google

Quas de ratione debuisti, redditæ.
LE. Nempe quas spopondi. ST. immo, quas dependi, inquito:
Quas sponsione pronuper tu exactus es
Pro illo adolescente, quem tu aiebas esse divitem.
LE. Factum. ST. ut quidem illud perierit. LE. factum id quoque est.
Nam nunc eum vidi miserum, et me ejus miseritum 'st.
ST. Miseret te aliorum, tui te nec miseret, nec pudet.
PH. Tempus adeundi est. LE. estne hic Philto, qui advenit?
Is, hercle, est ipsus. ST. edepol, næ ego istum velim
Meum fieri servom cum suo peculio.
PH. Herum atque servum plurimum Philto jubet
Salvere, Lesbonicum et Stasimum. LE. Di duint
Tibi, Philto, quæcumque optes: quid agit filius?
PH. Bene volt tibi. LE. edepol mutuom mecum facit.
ST. Nequam illud verbum 'st, Bene volt, nisi qui bene facit.

ex ratione. LE. *Nimirum quas spopondi.* ST. *Immo dic, quas impendi. Quas tu es coactus sponsione exsolvere nuper pro illo juvene, quem tu dicebas esse locupletem.* LE. *Sic est actum.* ST. *Scis quemadmodum hæc pecunia perierit.* LE. *Id est actum quoque. Nam eum conspicatus sum nunc infelicem, et me est misertum ejus.* ST. *Te miseret aliorum, nec te miseret tui, nec pudet.* PH. *Est tempus conveniendi.* LE. *Estne hic Philto, qui accedit? Est ille ipse per Herculem.* ST. *Per ædem Pollucis, ego vellem illum fieri meum servum cum suo peculio.* PH. *Philto jubet plurimum salvere dominum atque servum, Lesbonicum atque Stasimum.* LE. *Dii tibi tribuant, Philto, quæcumque cupis. Quid facit filius?* PH. *Tibi vult bene.* LE. *Per ædem Pollucis benevolentia est mutua.* ST. *Illud verbum est malum, optat bene, nisi qui agit bene. Ego exopto etiam esse liber; opto*

---

drachmarum edd. vett.—24 C. *debibuisti.*—25 B. 1. C. 2. *dependit inquit;* C. 2. *dependit in quid.*—26 *Qua* B. 1. Pll. *Quas sponsiones* Scal. et Casaub. *Quam sponsionem* al. ap. Pareum.—29 C. et C. 2. *miserium me ejus miserum unst.*—31 *Tempu'st adeundi* al.—32 Pll. *edepol, ni.*—35 Pro *Di duint*, Pll. habent *didunt.*—36 C. 2. *quæ quoniamque.*—37 C. *meum facit.*—38 *Neque illud* edd. quæ-

NOTÆ

Olympicum] Pro Olympicarum. Notum est, et pervulgatum, alia, atque alia moneta usos fuisse Græcos, in quibus aliud erat talentum Atticum, aliud Olympicum. Sic de drachma, sic de mina.

26 *Quas sponsione*] 'Sponsio' verbum juridicum, quod nos vernaculo nostro, *promesse, obligation.*

32 *Næ ego*] Pro, ni ego.

37 *Mutuom mecum facit*] Id est, a me mutuo amatur.

38 *Nisi qui bene facit*] Id est, nisi qui in aliqua re se beneficum ostendit.

Digitized by Google

Qui animum vincunt, quam quos animus, semper probiores cluent.
Ly. Istæc ego mihi semper habui ætati tegumentum meæ,
Ne penetrarem me usquam, ubi esset damni conciliabulum,
Ne noctu irem obambulatum, neu suum adimerem alteri.
Neu tibi ægritudinem, pater, parerem, parsi sedulo.
Sarta tecta tua præcepta usque habui mea modestia.
Ph. Quid exprobras? bene quod fecisti, tibi fecisti, non mihi.
Mihi quidem ætas acta est ferme: tua istuc refert maxume.
Is probus est, quem non pœnitet, quam probus sit et frugi bonæ.
Qui ipsus sibi satis placet, nec probus est, nec frugi bonæ.
Benefacta benefactis aliis pertegito, ne perpluant.
Qui ipsus se contemnit, in eo est indoles industriæ.
Ly. Ob eam rem hæc, pater, autumavi: quia res quædam 'st, quam volo [gestio.
Ego me abs te exorare. Ph. quid id est? veniam jam dare

sicut placet menti. Qui expugnant libidinem, semper habebuntur meliores, quam ii quos libido debellat. Ly. *Ego semper habui hoc præsidium meæ vitæ, ne me conjicerem in ullum locum, in quo esset concilium pestiferum: ne noctu divagarer, cavi diligenter, et ne detraherem aliis quod est suum, et ne tibi procurarem molestiam, o pater. Servavi tua instituta, salva et integra, præ mea modestia.* Ph. *Quid exprobras? Tibi fecisti, non mihi, id quod benefecisti. Mea vita quidem est propemodum exacta: istud tua interest inprimis. Is est bonus quem non pœnitet quod sit bonus et laudatæ frugi. Qui sibi placet satis ipse, nec est bonus, nec rectæ frugi. Contege rectefacta aliis rectefactis, ne impluat. Qui se despicit ipse, est in eo indoles industriæ.* Ly. *Dixi hæc, pater, idcirco, quoniam est quædam res, quam ego opto impetrare a te.* Ph. *Quid est id? Libet jam tibi*

Vèn. 1. et edd. vett.—30 Prius *ut* deest in B. 1.—31 Pll. *cluentis.*—32 *Istæ ego* C.—33 C. et C. 2. *conciliabolum.*—36 *Sancta tua* B. 1.—39 Herm. et Goeller. *quem pœnitet.* Bipont. *quam sit probus.*—40 Hic vs. deest in C. 2. *Qui ipsius* C.—42 Pll. et Parei 3. *contempnit.*—43 Pll. *quia res quæ dant quam volo.*

NOTÆ

38 *Mihi quidem ætas acta est ferme*] Cicero ad Brutum: 'Sed de hoc tu videris. De me possum idem quod Plautinus pater in Trinummo: 'mihi quidem ætas acta ferme est.''

40 *Qui ipsus sibi satis placet*] Cyprianus Serm. 3. de Bono Patientiæ: 'Qui nec humiles sunt, nec mites, sed sibi multum placent, hoc ipso quod sibi placeant, Deo displicent.'

44 *Veniam jam dare gestio*] Ad Heren. lib. IV. 'Veniam ad vos, si mihi senatus det veniam,' id est, si permittat. Nam, 'veniam dare,' non est tantum parcere et ignoscere alicujus culpæ et errato; sed interdum permittere, concedere, sinere.

Digitized by Google

LY. Adolescenti huic genere summo, amico atque æquali meo,
Minus qui caute et cogitate suam rem tractavit, pater,
Bene volo ego illi facere, si tu non nevis. PH. nempe de tuo.
LY. De meo: nam quod tuum 'st, meum 'st: omne meum est autem tuum.
PH. Quid is, egetne? LY. eget. PH. habuitne rem? LY. habuit. PH. qui eam perdidit?
Publicisne affinis fuit, an maritumis negotiis?
Mercaturamne, an venales habuit, ubi rem perdidit?
LY. Nihil istorum. PH. quid igitur? LY. per comitatem edepol, pater.
Præterea aliquantum animi causa in deliciis disperdidit.
PH. Edepol hominem prædicatum ferme familiariter.
Qui quidem nusquam per virtutem rem confregit, atque eget,
Nihil moror eum tibi esse amicum cum ejusmodi virtutibus. [volo.
LY. Quia sine omni malitia est, tolerare egestatem ejus

concedere veniam. LY. *Ego exopto, pater, si tu vis, beneficio afficere hunc juvenem natum summo genere, meum amicum æqualem, qui administravit sua bona nimis prudenter et considerate.* PH. *Nimirum de tua pecunia.* LY. *De mea: nam quod est tuum, est meum: omne autem meum est tuum.* PH. *Quid est, estne inops?* LY. *Eget.* PH. *Habuitne opes?* LY. *Habuit.* PH. *Quomodo eas amisit? Sene implicuit rebus publicis, an maritimis? Exercuitne mercaturam, an sumsit res venales, in quibus amisit opes?* LY. *Nihil horum.* PH. *Quid est ergo?* LY. *Profecto per urbanitatem, pater. Præterea amisit aliquam partem in voluptatibus, animi gratia.* PH. *Profecto ecce hominem celebratum amice propemodum. Qui quidem nusquam profudit bona sua in præclare factis, et indiget; nihil impedio quominus sit tuus amicus cum ejusmodi virtutibus.* LY. *Quoniam est absque ulla nequitia, desidero levare ejus inopiam.* PH. *Ille exitio est mendico, qui ei*

—44 Acidal. *enim jam dare gestio;* al. ap. Pareum, *dic enim jam, &c.*—47 Al. ap. Pareum, *si tu non abnuis.*—51 *Mercatura ne* B. 1. *Mercaturam eam venalis* Nonius p. 604. *urbi rem* B. 1.—52 *Nihil storum* C.—55 *Qui quidem nunquam*

NOTÆ

51 *Mercaturamne, an venales habuit*] Id est, fuitne mercator, an mango? 'Mercator' dicitur de quavis mercatura; 'mango,' de mancipiis venalibus.

54 *Prædicatum familiariter*] Hoc loco *familiariter* significat 'comiter.' Quasi dicat: Excusas amicum alioquin reum verecunda circumlocutione.

Digitized by Google

PH. De mendico male meretur, qui ei dat quod edit, aut quod bibat: [miseriam.
Nam et illud quod dat, perdit, et illi producit vitam ad
Non eo hoc dico, quin, quæ tu vis, ego velim, et faciam lubens:
Sed ego hoc verbum cum illi cuidam dico, præmonstro tibi,
Ut ita te aliorum miserescat, ne tui alios misereat.
LY. Deserere illum, et dejuvare in rebus advorsis pudet.
PH. Pol pudere quam pigere præstat, totidem literis.
LY. Edepol, Deum virtute dicam, pater, et majorum, et tua,
Multa bona bene parta habemus: bene si amico feceris,
Ne pigeat fecisse: ut potius pudeat, si non feceris.

suppeditat id quod comedat, aut id quod potet. Nimirum et ille amittit quod dat, et producit ejus vitam ad perferendam calamitatem. Ego minime loquor id, quia ego nolim juvare et facere lubenter quod optas. Sed quando ego dico hoc verbum de illo, quicumque tandem sit, commonefacio te, ut te misereat ejus, ita ut efficias ne alius miserescat tui. LY. *Pudet illum deserere, et minime adjuvare in rebus afflictis.* PH. *Profecto præstat pudere quam pigere, totidem literis.* LY. *Dicam quod auxilio Deorum, et majorum, et tuo habemus multa bona parta. Si affeceris beneficio amicum, ne pœniteat fecisse: sed pudeat potius, si non feceris.* PH. *Si*

edd. vett. *adque egit* C. 2.—58 Edd. vett. *edat.* Mox, *aut bibat* Reizius, Herm. et Goeller.—59 Servius ad Virg. Æn. IV. 231. *et illi prodit;* et sic Herm. et Goeller.—61 C. *præ nostro.*—62 C. 2. *miseres* [lacuna] *cave tui aliis;* C. *miseres cane tui alius.*—63 Festus, *et desivare;* Acidal. *et nejuvare;* al. ap.

NOTÆ

58 *De mendico*] Sententia Laconici apophthegmatis, quod extat apud Plutarchum: 'Mendicus a Lacone stipem petebat: hic vero: Si darem, inquit, tibi, eo magis mendicares; nam huic tuæ deformitati causam præbuit is, qui primus tibi dedit, eoque te ignavum reddidit.' Sed est hæc crudelis, et barbara senis avaritia.

63 *Dejuvare*] Id est, non juvare. Alii *desivare*, et *desinare*, pro deserere et desinere juvare, ex Festo. Olim veteres dicebant 'desinere' et 'desinare;' 'fodere' et 'fodare.' Seneca Epist. 117. 'Imbecillæ mentis ista verba sunt, et hac desinatione misericordiam captantis.' Ubi 'desinatio' significat, desinere auxilium ferre.

64 *Pol pudere quam pigere præstat*] Nonius, 'Pudet, verecundiæ est: piget, pœnitentiæ.'

65 *Deum virtute*] Formula loquendi a veteribus usurpari solita, qua res prosperas Diis acceptas referebant, et suam operam in iis quam minimi facere significabant.

66 *Multa bona bene parta habemus*] Terentius, 'Omnes te in lauta, et beneaucta parte putant.'

Digitized by Google

PH. De magnis divitiis si quid demas, plus fit, an minus?
LY. Minus, pater: sed civi immunifico scis quid cantari solet?
Quod habes, ne habeas: et illud quod nunc non habes, habeas malum:
Quandoquidem nec tibi bene esse potes pati, nec alteri.
PH. Scio equidem istuc ita solere fieri: verum, gnate mi,
Is est immunis, cui nihil est, qui munus fungatur suum.
LY. Deum virtute habemus, et qui nosmet utamur, pater,
Et aliis qui comitati simus benevolentibus.
PH. Non edepol tibi pernegare possum quicquam quod velis.
Cujus egestatem tolerare vis? loquere audacter patri.
LY. Lesbonico huic adolescenti, Charmidæ filio,
Qui illic habitat. PH. qui comedit quod fuit, quod non fuit?
LY. Ne opprobra, pater: multa eveniunt homini, quæ volt, quæ nevolt.
PH. Agedum, eloquere: quid dare illi nunc vis? LY. nihil quicquam, pater.
Sapientiæ ætas condimentum 'st: sapiens ætati cibus est.

tollas aliquid de magnis opibus, superestne plus, an minus! LY. Minus, pater. Sed nosti id quod solet occantari civi illiberali? Ne habeas id, quod habes; et habeas malum, quod non habes; quoniam nec potes pati tibi esse bene, nec alteri. PH. Ego sane novi istuc solere sic circumferri. Sed, mi fili, ille est immunis a munere largiendo, cui est nihil, quo fungatur suo munere. LY. Pater, habemus benignitate Deorum, et id quo utamur nosmet, et id quo simus munifici erga amicos. PH. Profecto nihil possum negare, quod velis. Cujus cupis levare inopiam? Die audacter patri. LY. Hujus juvenis Lesbonici, qui est filius Charmidæ, qui manet illic. PH. Qui ligurit quod fuit, quod non fuit? LY. Ne exprobra, pater. Multa accidunt homini, quæ optat, quæ non vult. PH. Agedum dic. Quid optas illi dare nunc? LY. Nihil omnino, pater. Ætas est condimentum sapien-

---

Pareum, *et desinare.*—67 Pll. *ut potius;* Parei 3. *at potius.*—69 C. *civi immuni immunifices scis;* C. 2. *civi inmimi inmunifices scis;* Herm. et Goeller. *civi immuni scis.*—78 *Charmidæ hujus filio* Bentl. ad Terent. Adelph. v. 8. 23. Acidal. et Herm. *Charmidai filio* Goeller.—79 C. *non fui.*—80 Pll. *multe veniunt h. qui v. qui nevolt;* C. 2. *quæ ne volt.*—81 *Agidum* C.—82 *Sapientia* C. 2. *Sapi-*

NOTÆ

73 *Is est immunis*] Isidorus, 'Amœna loca Verrius Flaccus dicta ait, quod sine munere sint, nec quicquam in iis officii; quasi amunia; id est, sine fructu, unde nullus fructus exsolvitur.' Inde etiam nihil præstantes, 'immunes,' vocantur.

82 *Sapientiæ ætas condimentum*] Id

Digitized by Google

PH. Mentire, edepol, gnate! atque id nunc facis haud consuetudine:
Nam sapiens quidem pol ipse fingit fortunam sibi;
Eone multa quæ nevolt eveniunt, nisi fictor malus siet.
Multa est opera opus ficturæ, qui se fictorem probum
Vitæ agendæ esse expetit. LY. sed hic admodum adolescentulus.
PH. Non ætate, verum ingenio adipiscitur sapientia.
LY. Tu modo ne me prohibeas accipere, si quid det mihi.
PH. An eo egestatem ejus tolerabis, si quid ab illo acceperis?
LY. Eo, pater. PH. pol ego istam volo me rationem edoceas. LY. licet.
Scin' tu illum quo genere gnatus sit? PH. scio, apprime probo.
LY. Soror illi est adulta virgo grandis: eam cupio, pater,

tiæ: sapiens est esca ætati. PH. *Profecto, fili, mentiris! et facis nunc id præter morem. Etenim sane sapiens sibi fabricatur ipse fortunam. Et idcirco nulla contingunt sapienti contra sententiam, nisi quia est imperitus faber fortunæ. Ei est opus magna industria in fingendo, qui exoptat se esse laudatum artificem regendæ vitæ.* LY. *Sed hic admodum juvenis.* PH. *Acquiritur sapientia non ætate, sed mente.* LY. *Dummodo tu non vetes ne accipiam, si mihi det aliquid.* PH. *Nonne levabis ejus inopiam, si quid acceperis ab illo?* LY. *Levabo, pater.* PH. *Profecto ego exopto ut me doceas istam rationem levandæ alienæ inopiæ.* LY. *Edocebo. Scisne tu quo genere ille est ortus?* PH. *Scio, probo inprimis.* LY. *Illi est soror quæ est grandis adulta virgo: opto eam ducere uxorem, pater.* PH. *Sine dote?*

enti C. et Parei 3. *cibum 'st* C. 2. Alii vss. 81. 82. collocant post vs. 83.—85 Parei 3. *malu'st.*—87 Pll. *expetis*; C. *adulescentulus.*—88 *Non ætatem* Pll.

NOTÆ

est, ætas perficit sapientiam; accedente enim ætate accedit sapientia.

Sapiens ætati cibus est] Id est, sapientia alit ætatem; ætatem enim citra sapientiam languere oportet, atque emori.

84 *Sapiens fingit fortunam sibi*] Cicero in Paradoxis: 'Nec est ulla res, quæ plus apud sapientem polleat, quam ipsius voluntas atque judicium: cui quidem etiam, quæ vim habere maximam dicitur, fortuna ipsa cedit, sicut sapiens poëta dixit, 'Suis ea cuique fingitur moribus.'' Appius in Sallustio: 'Sed res docuit id verum esse, quod in carminibus Appius ait: 'Fabrum esse suæ quemque fortunæ.'' Cornelius Nepos, in Vita Attici, 'Sui quique mores fortunam fingant.'

88 *Non ætate*] Ambrosius, 'Non annorum canities est laudanda, sed morum.'

Digitized by Google

Ducere uxorem. PH. sine dote? LY. sine dote. PH. uxorem? LY. ita:
Tua re salva: hoc pacto ab illo inibis summam gratiam,
Neque commodius ullo pacto ei poteris auxiliarier.
PH. Egone indotatam te uxorem ut patiar? LY. patiundum est, pater:
Et eo pacto addideris nostræ lepidam famam familiæ.
PH. Multa ego possum docta dicta, et quamvis facunde loqui:
Historiam veterem atque antiquam hæc mea senectus sustinet:
Verum ego quando te et amicitiam et gratiam in nostram domum
Video allicere, etsi advorsatus tibi fui, istac judico.
Tibi permitto, posce, duce. LY. Di te servassint mihi.
Sed adde ad istam gratiam unum. PH. quid id est autem unum? LY. eloquar.
Tute ad eum adeas, tute concilies, tute poscas. PH. eccere.

LY. *Sine dote.* PH. *Uxorem?* LY. *Ita; salva tua re: hoc modo illum afficies magno beneficio: neque poteris illum adjuvare commodius ulla ratione.* PH. *Patiarne ego te ducere uxorem sine dote?* LY. *Ferendum est pater, et hoc modo impertieris nostræ familiæ jucundam famam.* PH. *Ego possum loqui multa dicta docta, et magnopere diserta: hæc mea senectus tenet historiam veterem atque antiquam. Verum quando ego te video inducere in ædes nostras, et amicitiam et gratiam, tametsi fui contrarius, tibi illam adjudico; tibi concedo; postula; duc.* LY. *Dii te servent mihi. Sed adjice unum ad istam gratiam.* PH. *Quid autem est id unum?* LY. *Edicam. Adi tu ad illum, tu consilia, tu posce.* PH. *Pro-*

—90 C. *et tolerabis*; C. 2. *et tolerabilis.*—94 Reizius, Herm. et Goeller. PH. *uxoremne?*—95-98 Hæc verba, *ab illo i. s. g. N. c. u. p. ei p. a.* PH. *E. i. te u. ut p.* LY. *p. est, p. Et eo pacto,* desunt in B. 1.—98 Pll. *nostra.*—102 *Video adlicere et si adversatus t. f. istec* B. 1. *etsi adversatus tibi fui istuc sedulo* conj. Acidal. *adversatus si tibi fui* Pll.—104 *Sed ad istam adde* Herm. et Goeller.

NOTÆ

105 *Concilies*] 'Concilio' et 'conciliator,' et 'conciliatrix,' in utramque partem capiuntur; nonnunquam in bonam, nonnunquam in malam: nonnunquam pro proxeneta et proxenetria; nonnunquam pro lenone et lena.

Eccere] Charisius, idem quod 'ecce.' Festus, formula jurandi per Cererem; quasi esset 'e Cere,' 'per ædem Cereris.'

Digitized by Google

LY. Nimio citius transiges: firmum omne erit, quod tu egeris. [tum mea.
Gravius erit tuum unum verbum ad eam rem, quam cen-
PH. Ecce autem in benignitate hoc repperi negotium.
Dabitur opera. LY. lepidus vivis: hæ sunt ædes: hic habet.
Lesbonico est nomen: age, rem cura: ego te opperiar domi.

fecto. LY. *Transiges multo celerius: quicquid tu feceris erit firmum. Unum tuorum verborum erit gravius in ea re, quam centum meorum.* PH. *Ecce vero suscepi hanc rem propter meam beneficentiam. Curabitur id.* LY. *Es jucundus. Adsunt ejus ædes: hic manet. Nominatur Lesbonicus: age, cura negotium: ego te expectabo domi.*

ACTUS SECUNDI SCENA TERTIA.

PHILTO.

NON optuma hæc sunt, neque ut ego æquom censeo;
Verum meliora sunt, quam quæ deterruma.
Sed hoc unum consolatur me atque animum meum,
Quia, qui nihil aliud, nisi quod sibi soli placet,
Consulit advorsum filium, nugas agit:
Miser ex animo fit: factius nihilo facit.
Suæ senectuti is acriorem hyemem parat,

PH. *Hæc non sunt bona, neque esse puto, ut est æquum; sed sunt meliora, quam ea quæ sunt pessima. Verum id unum me reficit atque meam mentem; quia ille agit nugas, qui nihil aliud suadet adversus filium, quam id quod sibi soli placet: est vere infelix: nihilo melius agit. Ille accersit hyemem molestiorem suæ senectuti, quan-*

1 B. 1. *neque ego ut;* et sic edd. vett. Mox, *ecum censeo* C.—3 C. *consulaturu me;* C. 2. *consolaturum me.*—6 Pro *factius,* quod habent C. et C. 2. *sectius* conj. Gulielm. *sanctius* B. 1.

NOTÆ

6 *Factius nihilo facit*] *Factius* a 'faciendo;' id est, facilius. Alii legunt *sectius,* sive *secius,* a 'seco;' quasi 'sequo;' quod vices gereret activi 'sequor.' Sic sexto Æneidos, 'Ille viam secat ad naves,' id est, sequitur ad naves. Et decimo, 'Quam quisque secat spem,' id est, sequitur spem. Inde 'secnlum,' 'secundus,' 'secta;' uno verbo, *sectius,* et *secius,* a 'seco,' idem sunt, ac *sequius* a 'sequor.'

7 *Senectuti hyemem*] Eratosthenes senectutem 'hyemem vitæ' appellat.

Digitized by Google

Cum illanc importunam tempestatem conciet.
Sed aperiuntur ædes, quo ibam: commode
Ipse exit Lesbonicus cum servo foras.

do conflat illam procellam importunam. At domus quo pergebam panditur. Lesbonicus ipse cum servo prodit foras commode.

ACTUS SECUNDI SCENA QUARTA.

LESBONICUS, STASIMUS, PHILTO.

LE. MINUS quindecim dies sunt, cum pro hisce ædibus
Minas quadraginta accepisti a Callicle.
Estne hoc quod dico, Stasime? ST. cum considero,
Meminisse videor fieri. LE. quid factum est eo?
ST. Comesum, expotum, exutum, elotum in balineis.
Piscator, pistor abstulit, lanii, coqui,
Olitores, myropolæ, aucupes: confit cito,
Quam si tu objicias formicis papaverem.
LE. Minus hercle in hisce rebus sumtum est sex minis.

LE. *Nondum sunt quindecim dies, ex quo numeratæ sunt tibi a Callicle quadraginta minæ pro hisce ædibus. Verane dico, Stasime?* ST. *Quando cogito, videor meminisse me accepisse.* LE. *Quid est actum de eo?* ST. *Liguritum, exhaustum, consumtum in vestibus, dilutum in balneis. Piscator, pistor abstulit, lanii, coqui, olitores, myropolæ, aucupes. Consumitur citius, quam si tu apponas papaver formicis.* LE. *Profecto est minus insumtum sex minis in hisce rebus.* ST.

1 B. 1. *his ædibus*; C. *pro isce bibus*; C. 2. *q̃n pro his adibus.*—4 *Meminesse* Pll. *fieri* deest in B. 1. *actum'st* Parei 3. *factunst* Pll.—5 Pro *exutum*, quod servant Pll. et B. 1. *exunctum* conj. Gulielm. et sic edidere Herm. et Goeller.—6 C. *apstulit.*—7 *Holitores, miropole* Pll.—8 *Quasi tu* Acidal. Herm. et Goeller. et sic Charis. p. 64. Putsch.—9 B. 1. C. et C. 2. *in istis rebus.* Mox,

NOTÆ

5 *Exutum*] Id est, pecunia in vestibus emendis posita. Alii, *exunctum*, id est, in unguentis parandis.

Elotum] Id est, in balneis est pecunia perdita. 'Heluo,' ab 'eluendo.' Magis crediderim *exutum*, et *elotum* dici a poëta, quia ante quam se eluant in balneis, sese exuunt. Itaque ad notandam bonorum dilapidationem, quemadmodum sæpius in hoc poëta, 'elotus bonis' dicitur, sic, et 'exutus bonis' metaphorice, pro 'spoliatus bonis.'

7 *Confit cito, Quam si*] *Cito*, pro citius.

8 *Papaverem*] Charisius, 'Papaver neutri generis est: sed masculino Plautus dixit.' Varro, 'Infria seni papaverem.'

Digitized by Google

ST. Quid, quod dedisti scortis? LE. ibidem una traho.
ST. Quid, quod ego defraudavi? LE. hem! ista ratio maxuma est.
ST. Non tibi illud apparere, si sumas, potest:
Nisi tu immortale rere esse argentum tibi.
Sero, atque stulte, prius quod cautum oportuit,
Postquam comedit rem, post rationem putat.
LE. Nequaquam argenti ratio comparet tamen.
ST. Ratio quidem hercle apparet: argentum οἴχεται.
Minas quadraginta accepisti a Callicle,
Et ille ædis abs te accepit mancupio. LE. admodum.
PH. Pol, opinor, affinis noster ædes vendidit.
Pater cum peregre veniet, in porta est locus,
Nisi forte in ventrem filio correpserit.
ST. Trapezitæ mille drachumarum Olympicum,

Quid dicam id, quod impendisti meretricibus? LE. *In eodem articulo accenseo.* ST. *Quid dicam de eo, quod suffuratus sum?* LE. *Hem! ista est maxima ratio.* ST. *Id nequit a te animadverti, si expendas: nisi arbitreris tibi esse argentum inexhaustum. Expendis tarde et insipienter id, quod oportebat cavere antea. Postquam ligurivit sua bona, postea rationes subducit.* LE. *Tamen rationes pecuniæ expensæ nullo modo habentur.* ST. *Profecto, ratio tenetur, argentum evasit. Accepisti a Callicle quadraginta minas, et ille domum accepit a te mancupio.* LE. *Maxime.* PH. *Per Pollucem existimo nostrum affinem vendidisse domum. Quando pater venie ta peregrinatione, erit manendum sub dio, nisi fortasse irrepserit in ventrem filii.* ST. *Redditæ sunt mille drachmæ Olympicæ trapezitæ, quas debuisti*

---

sumptus est eximiis.—11 C. *defrudavi.*—12 Pont. *si summos.*—17 C. C. 2. *ercle a. a. æchetæ;* B. 1. *æchete.*—19 C. *aps. te.*—20 *Pol, opino* conj. Acidal. et sic Herm. et Goeller.—21 *Patri* conj. Douza. Al. ap. Pareum, *in ponte est.*—22 B. 1. *invenirem filium cum repserit.*—23 *Trapezitem ille diagmarum* B. 1.

NOTÆ

10 *Ibidem una traho*] Id est, sex alteras minas duco.

12 *Si sumas, potest*] Pro insumas.

17 *Argentum οἴχεται*] Id est, *periit, abiit.*

21 *In porta est locus*] Id est, foris et sub dio habitabit, vel mendicabit in porta trigemina, in qua considere solebant mendicantes. Alii legunt *in ponte*, in quo iidem stipem rogabant. Seneca de Vita Beata: 'In sublicium pontem me transfer, et inter egentes abige: non ideo tamen me despiciam, quod in illorum numero consideo, qui manum ad stipem porrigunt.'

22 *Nisi in ventrem correpserit*] Nimirum Lesbonicus filius Charmidis ædes paternas et vendiderat et voraverat. Itaque comice dicitur, 'habere domum in ventre.' Cicero, 'Est gurges, vorago, barathrum, eversor patrimonii.'

23 *Mille drachumarum*] Sicut mille hominum, mille passuum. Id est, mille drachmæ, mille homines, mille passus.

Digitized by Google

Quas de ratione debuisti, redditæ.
LE. Nempe quas spopondi. ST. immo, quas dependi, inquito:
Quas sponsione pronuper tu exactus es
Pro illo adolescente, quem tu aiebas esse divitem.
LE. Factum. ST. ut quidem illud perierit. LE. factum id quoque est.
Nam nunc eum vidi miserum, et me ejus miseritum 'st.
ST. Miseret te aliorum, tui te nec miseret, nec pudet.
PH. Tempus adeundi est. LE. estne hic Philto, qui advenit?
Is, hercle, est ipsus. ST. edepol, næ ego istum velim
Meum fieri servom cum suo peculio.
PH. Herum atque servum plurimum Philto jubet
Salvere, Lesbonicum et Stasimum. LE. Di duint
Tibi, Philto, quæcumque optes: quid agit filius?
PH. Bene volt tibi. LE. edepol mutuom mecum facit.
ST. Nequam illud verbum 'st, Bene volt, nisi qui bene facit.

ex ratione. LE. *Nimirum quas spopondi.* ST. *Immo dic, quas impendi. Quas tu es coactus sponsione exsolvere nuper pro illo juvene, quem tu dicebas esse locupletem.* LE. *Sic est actum.* ST. *Scis quemadmodum hæc pecunia perierit.* LE. *Id est actum quoque. Nam eum conspicatus sum nunc infelicem, et me est miseritum ejus.* ST. *Te miseret aliorum, nec te miseret tui, nec pudet.* PH. *Est tempus conveniendi.* LE. *Estne hic Philto, qui accedit? Est ille ipse per Herculem.* ST. *Per ædem Pollucis, ego vellem illum fieri meum servum cum suo peculio.* PH. *Philto jubet plurimum salvere dominum atque servum, Lesbonicum atque Stasimum.* LE. *Dii tibi tribuant, Philto, quæcumque cupis. Quid facit filius?* PH. *Tibi vult bene.* LE. *Per ædem Pollucis benevolentia est mutua.* ST. *Illud verbum est malum, optat bene, nisi qui agit bene. Ego exopto etiam esse liber; opto*

---

drachmarum edd. vett.—24 C. *debibuisti.*—25 B. 1. C. 2. *dependit inquit;* C. 2. *dependit in quid.*—26 *Qua* B. 1. Pll. *Quas sponsiones* Scal. et Casaub. *Quam sponsionem* al. ap. Pareum.—29 C. et C. 2. *miserium me ejus miserum unst.*—31 *Tempu'st adeundi* al.—32 Pll. *edepol, ni.*—35 Pro *Di duint,* Pll. habent *didunt.*—36 C. 2. *quæ quoniamque.*—37 C. *meum facit.*—38 *Neque illud* edd. quæ-

NOTÆ

Olympicum] Pro Olympicarum. Notum est, et pervulgatum, alia, atque alia moneta usos fuisse Græcos, in quibus aliud erat talentum Atticum, aliud Olympicum. Sic de drachma, sic de mina.

26 *Quas sponsione*] 'Sponsio' verbum juridicum, quod nos vernaculo nostro, *promesse, obligation.*

32 *Næ ego*] Pro, ni ego.

37 *Mutuom mecum facit*] Id est, a me mutuo amatur.

38 *Nisi qui bene facit*] Id est, nisi qui in aliqua re se beneficum ostendit.

Digitized by Google

Ego quoque volo esse liber; nequicquam volo:
Hic postulet frugi esse; nugas postulet.
PH. Meus gnatus me ad te misit, inter se atque vos
Affinitatem ut conciliarem et gratiam.
Tuam volt sororem ducere uxorem: et mihi
Sententia eadem 'st, et volo. LE. hau! nosco tuum:
Bonis tuis rebus meas res irrides malas.
PH. Homo ego sum, homo tu es: ita me amabit Juppiter!
Neque te derisum veni, neque dignum puto.
Verum hoc, ut dixi, meus me oravit filius,
Ut tuam sororem poscerem uxorem sibi.
LE. Mearum rerum me novisse æquom 'st ordinem.
Cum vostris nostra non est æqua factio;
Affinitatem vobis aliam quærite.
ST. Satin' tu sanus mentis aut animi tui,
Qui conditionem hanc repudies? nam illum tibi
Ferentarium esse amicum inventum intellego.
LE. Abin' hinc dierecte? ST. Si hercle ire occipiam, vetes.

incassum: is postulet esse probus; postulet nugas. PH. *Meus filius me misit ad te, ut contraherem affinitatem et gratiam inter se atque vos. Optat habere uxorem tuam sororem; et mihi est eadem mens, et opto.* LE. *Hau! novi tuam mentem. Illudis jacturæ mearum fortunarum tua secunda fortuna.* PH. *Ego sum homo, tu es homo: ita me amabit Jupiter! neque accessi ad te deridendum, neque existimo esse æquum. Sed, ut dixi, meus filius me rogavit, ut rogarem tuam sororem sibi uxorem.* LE. *Fas est recordari rationem mearum rerum. Nostræ opes non sunt æquales vestris. Quærite aliam affinitatem.* ST. *Tune satis sanus mentis et tui animi, qui rejicis hanc conditionem? Nam animadverto te invenisse illum amicum expeditum ad ferendum auxilium.* LE. *Abisne hinc, furcifer?* ST. *Si per Herculem*

---

dam vett.—41 B. 1. *inter se atque nos.*—44 B. 1. *haud nescio tu;* Lamb. et Goeller. *haud nosco tuum.*—49 C. *poscere.*—55 *Ferentaneum* Pll. *Ferentarium* edd. vett.—56 Pro *vetes*, codd. Pll. et B. 1. habent *votes;* edd. vett. *vetueris.*—

NOTÆ

44 *Hau*] Interjectio turbatæ mentis index, indignabundæ, et sensu mali perculsæ.

51 *Non est æqua factio*] Vestri ordinis hominibus, qui estis factiosi, id est, divites ac potentes, nos inopes tenuesque, pares esse non possumus.

55 *Ferentarium esse amicum*] Id est, celebrem et expeditum. Nimirum ferentarii milites, qui facile opitulantur. Plautus jocose et comice, *amicum ferentarium* vocat, qui laboranti amico ultro succurrit. Varro explicat *ferentarium*, inanem, id est, levis armaturæ equitem.

56 *Dierecte*] Nonius, 'Dierectus

Digitized by Google

LE. Nisi quid me aliud vis, Philto, respondi tibi.
PH. Benigniorem, Lesbonice, te mihi,
Quam nunc experior esse, confido fore:
Nam et stulte facere, et stulte fabularier,
Utrumque, Lesbonice, in ætate haud bonum 'st. [tibi,
ST. Verum, hercle, hic dicit. LE. oculum ego effodiam
Si verbum addideris. ST. hercle quin dicam tamen.
Nam si sic non licebit, luscus dixero.
PH. Ita tu nunc dicis non esse æquiparabiles
Vostras cum nostris factiones atque opes?
LE. Dico. PH. quid? nunc si in ædem ad cœnam veneris,
Atque ibi opulentus tibi par forte ut venerit,
Apposita sit cœna, popularem quam vocant,
Si illi congestæ sint epulæ a clientibus,
Si quid tibi placeat, quod illi congestum siet,
Edisne, an incœnatus cum opulento accubes?
LE. Edim, nisi ille vetet. ST. at pol ego, etiamsi vetet,

incipiam abire, prohibeas. LE. *Nisi vis me aliquid aliud, Philto, tibi reposui.* PH. *Lesbonice, spero te mihi futurum esse humaniorem, quam sentio esse nunc: nam et facere amenter et loqui insipienter, neutrum est laudabile in ætate.* ST. *Hic per Herculem dicit verum.* LE. *Ego tibi eruam oculum, si addideris verbum.* ST. *Per Herculem loquar tamen. Nam si non sic licet, loquar luscus.* PH. *Ita tu dicis nunc vestras divitias atque fortunas non esse conferendas cum nostris?* LE. *Dico.* PH. *Quid? Nunc si veneris in templum ad cœnam, et ibi forte instructa sit cœna, quam popularem appellant, quando opulentus tibi æqualis venerit, si cibi sint collati illuc a clientibus, edesne, si aliquid tibi placeat quod sit illic appositum, an accubes cum opulento impransus?* LE. *Edam, nisi ille prohibeat.* ST. *At certe ego ederem, etiamsi vetaret, et manducarem plenis genis ambabus: et*

62 B. 1. et Pll. *oculum tibi effodiam.*—63 Pll. *quid dicam.*—64 *Nam sic si* Goeller.—66 Nonius p. 657. *nostri factiones.*—67 Edd. vett. *quid tunc;* Acidal. conj. *quid tu.*—68 B. 1. *opulentius tibi forte ut veneris;* Pist. *forte obvenerit.*—70 C. *congeste.* C. 2. *æpulæ.*—71 *Si quid illi placeat* Pll.—72 *Ædisne* Pll.

NOTÆ

est ad crucem actus: quasi ad diem erectus.'

61 *In ætate*] Id est, interdum, aut in vita.

64 *Luscus dixero*] Id est, vel dispendio unius oculi dixero.

66 *Opes*] Veteres 'oves' appellabant *opes.* Hinc 'opicerda,' 'opilio.' Et quia ex ovibus proveniunt opes multæ, ab 'opibus,' id est, ovibus, dictæ sunt *opes,* seu divitiæ.

69 *Popularem*] Est epulum, quod populo dabatur in publica aliqua lætitia; verbi gratia, quando quis triumphabat.

Digitized by Google

Edim, atque ambabus malis expletus vorem:
Et quod illi placeat, præripiam potissumum:
Neque illi concedam quicquam de vita mea.
Verecundari neminem apud mensam decet,
Nam ibi de divinis atque humanis cernitur.
PH. Rem fabulare. ST. non tibi dicam dolo:
Decedam ego illi de via, de semita,
De honore populi: verum quod ad ventrem attinet,
Non hercle hoc longe, nisi me pugnis vicerit.
Cœna hac annona est sine sacris hæreditas.
PH. Semper tu hoc facito, Lesbonice, cogites,
Id optumum esse, tute uti sis optumus:
Si id nequeas, saltem ut optumis sis proxumus. [peto,
Nunc conditionem hanc, quam ego fero, et quam abs te
Dare atque accipere, Lesbonice, te volo.
Dei divites sunt, Deos decent opulentiæ
Et factiones: verum nos homunculi

occupabo inprimis id, quod illi placeat: neque patiar ab illo adimi quicquam de mea vita. Neminem oportet esse verecundum in mensa, nam ibi certamen est de divinis et humanis. PH. *Dic quod res est.* ST. *Non tibi dicam subdole: ego illi concedam in via, in incessu, in honoribus popularibus: sed quod spectat ad mensam, per Herculem, ne latum unguem cesserim, nisi me superaverit pugnis. Cœna hæc annua est hæreditas sine sacris.* PH. *Tu age semper hoc, Lesbonice: cogita id esse optimum, ut tu sis optimus; si id non possis, ut proxime accedas ad optimos. Lesbonice, volo te dare et accipere nunc hanc conditionem, quam ego fero, et quam a te postulo. Divites sunt Dii, opulentia et potentia decent Deos. Sed nos homunculi*

Edasne edd. vett.—74 *Edim atque* C. 2.—75 Pll. *præeripiam.*—82 Roverianus liber J. Lipsii, *hoc ongue;* unde Lips. Ant. Lectt. 1. 5. effinxit *hoc ungue.*—83 *Cœna hæc annona* Palmer.—85 Pll. *ut sis.*—86 *Si id neque vis at saltem ut optimo* B. 1. *Si id neque ad salutem* Pll.—87 Pll. *ap te peto;* unde Pareus, *apte.*—89 B. 1. C. 2. Ven. 1. al. ante Camer. *decet opulentia;* C. *decet opulentiæ.*—

NOTÆ

77 *Verecundari apud mensam*] Sententia parasitica de deponendo omni pudore, cum de ventre saburrando agitur.

78 *Cernitur*] Id est, dimicatur.

83 *Cœna hac* [*hæc*] *annona est*] Id est, cœna ista popularis annuus quidam nobis velut frugum proventus est, sine ullo impendio: ut hæreditas, quæ obvenit, nullis sacris obnoxia, sacrorumque sumtibus. *Cœna annona*, quasi 'cœna annonaria;' est enim 'annonus, a, um.' *Hæreditas sine sacris*, est quando hæres non asciscitur in sacra et gentem. Cum ea hæreditate servus cœnam comparat gratuitam.

90 *Nos homunculi Salillum animæ*]

Digitized by Google

Salillum animæ: qui cum extemplo amisimus,
Æquo mendicus atque ille opulentissumus
Censetur censu ad Acherontem mortuus.
ST. Mirum, ni tu illuc tecum divitias feras,
Ubi mortuus sis, ita sis, ut nomen cluet.
PH. Nunc ut scias hic factiones atque opes
Non esse, neque nos tuam negligere gratiam,
Sine dote posco tuam sororem filio.
Quæ res bene vortat! habeon' pactam? quid taces?
ST. Pro Di immortales, conditionem quojusmodi!
PH. Quin fabulare: Di bene vortant! spondeo.
ST. Eheu! ubi usus nihil erat dicto 'Spondeo,'
Dicebat: nunc hic, quom opus est, non quit dicere.
LE. Cum affinitate vostra me arbitramini
Dignum, habeo vobis, Philto, magnam gratiam.
Sed etsi hercle graviter cecidit stultitia mea,
Philto; est ager sub urbe hic nobis, eum dabo

salinum animæ sumus, qui cum primum mortui sumus, mendicus et ille ditissimus censetur æquali censu, apud inferos, quando est mortuus. ST. *Mirum, nisi tu feras tecum opes illuc, quando eris mortuus, ut sis quod nomen sonat.* PH. *Ut intelligas nunc non esse hic opes et potentiam, neque nos aspernari tuam amicitiam, postulo tuam sororem pro filio sine dote. Quod vertat bene! habeone promissam? Quid siles?* ST. *Pro Dii immortales, quæ conditio!* PH. *Quin pronuntias hæc verba: Dii bene vertant! spondeo.* ST. *Heu! quando non erat opus dicere, dicebat, 'Spondeo:' nunc hic, quando est necesse, non potest dicere.* LE. *Quando me putatis dignum vestra affinitate, vobis habeo, Philto, magnam gratiam. Verum per Herculem, Philto, tametsi mea amentia corruit graviter, nobis est hic ager in suburbio, quem*

91 *Tantillum animæ* B. 1. *quam quom exemplo emisimus* Acidal. et Turneb. *emisimus* etiam B. 1.—92 *Æque* codd. et edd. vett. *Æquo* Acidal.—93 C. *acharūte;* C. 2. *acheronte.*—94 *An mirum* Pll. *Au! mirum* Parei 3. *ni tu illum* Pll.—97 C. *neglelere.*—99 *Querens* C.—101 *Di bene vortat* Pll.—104 C. et C.

NOTÆ

Id est, anima nostra est nostro corpori prosale. Id a Chrysippo sumtum, qui dixisse dicitur, 'Porco pro sale animam datam ne computresceret.' Hoc videtur nimis detractum dignitati naturæ humanæ, meliori parte sui immortalis.

92 *Æquo Censetur censu*] Id est, post mortem mendicus est opulentissimo similis. Inde Horatius, 'Æqua tellus pauperi recluditur, regumque pueris.'

95 *Ut nomen cluet*] Quasi dicat: Credo profecto te ad Acherontem divitias tuas perlaturum ubi demum post mortem sis, ut nomen cluet, id est, sonat. 'Philto,' hoc est, hominum amans. Nam, ut nunc es, tu es admodum parcus, et 'Aphilto,' id est, non amans benignitatem et humanitatem.

Digitized by Google

Dotem sorori: nam is de stultitia mea
Solus superfit præter vitam reliquus.
PH. Profecto dotem nihil moror. LE. certum 'st dare.
ST. Nostramne vis nutricem, here, quæ nos educat,
Abalienare a nobis? cave sis feceris.
Quid edemus nosmet postea? LE. etiam tu taces?
Tibi ego rationem reddam? ST. plane periimus,
Nisi quid ego comminiscor. Philto, te volo.
PH. Si quid vis, Stasime? ST. huc concede aliquantum.
PH. licet.
ST. Arcano tibi ego hoc dico, ne ille ex te sciat,
Neve alius quisquam. PH. crede audacter, quid lubet.
ST. Per Deos atque homines dico, ne tu illunc agrum
Tuum siris unquam fieri, neque gnati tui.
Ei rei argumentum dicam. PH. audire edepol lubet.
ST. Primum omnium, olim terra cum proscinditur,
In quinto quoque sulco moriuntur boves.
PH. Apage! ST. Acherontis ostium in nostro 'st agro.

dabo dotem sorori. Nam ille solus superest de mea stultitia, præter vitam. PH. *Profecto nihil curo dotem.* LE. *Est propositum dare.* ST. *Here, visne agrum, nostram nutricem, quæ nos educat, amandare a nobis? Cave ne feceris. Quid nosmet comedemus deinceps?* LE. *Etiam tu taces? Ego tibi reddam rationem?* ST. *Nisi ego excogito aliquid, plane interiimus. Te volo, Philto.* PH. *Si vis aliquid, Stasime?* ST. *Concede huc aliquantulum.* PH. *Concedo.* ST. *Ego tibi dico hoc secreto, ne ille accipiat ex te, neve alius quisquam.* PH. *Dic constanter quid vis.* ST. *Dico, per Deos et homines, tu ne patiaris unquam illum agrum fieri tuum, aut tui filii. Dicam rationem hujus rei.* PH. *Per ædem Pollucis velim scire.* ST. *Primum quando aratur terra, boves moriuntur quinto quoque sulco.* PH. *Apage.* ST. *Janua est inferorum in nostro agro. Antequam etiam vinum*

2. *mea arbitramini.*—106 *Sed etsi hæc res cecidit* Sarac. *res graviter* B. 1. *hercules* Pll.—109 Hic versus in utroque cod. Pl. collocatur post vs. 105.—111 *Nostramne velis* edd. vett. *Nostramne elevis* Pll.—114 Pll. *plane perimus.*—120 *Tuum sinas* B. 1. *Tuum sciris* C. *Tuum sitis* C. 2.—128 B. 1. C. et C.

NOTÆ

111 *Nostramne vis nutricem*] Id est, agrum, cujus proventu, tanquam nutrice, alebantur. Valer. Max. 'Siciliamque et Sardiniam, benignissimas urbis nostræ nutrices.'

123 *Quinto quoque sulco*] 'Quinto sulco, sexto, nono,' dicunt, pro, serere quinquies, sexies, novies exaratum agrum. Hoc loco significat, boves vix quintum designasse sulcum, cum statim pereunt.

124 *Acherontis ostium*] Id est, infe-

Digitized by Google

Tum vinum, priusquam coactum 'st, pendet putidum.
LE. Consuadet homini, credo; etsi scelestus est,
At mihi infidelis non est. ST. audi cetera.
Post id, frumenti quom alibi messis maxuma 'st,
Tribus tantis illi minus redit, quam obseveris.
PH. Hem! istic oportet obseri mores malos,
Si in obserendo possint interfieri.
ST. Neque unquam quisquam est, quojus ille ager fuit,
Quin pessume ei res vorterit, quojum fuit.
Alii exulatum abierunt, alii emortui,
Ali se suspendere: hem! nunc hic, cujus est,
Ut ad incitas redactus! PH. apage a me istum agrum!
ST. Magis ápage dicas, si omnia a me audiveris.
Nam fulguritæ sunt hic alternæ arbores:

est coactum, pendet putidum. LE. *Credo, suadet homini; tametsi est scelestus, at non mihi est infidus.* ST. *Attende cetera. Præterea, quando alibi messis frumenti est copiosissima, ille reddit minus tertio tanto, quam mandaris.* PH. *Hem! oportet serere in illo malos mores, si possint interfici in obserendo.* ST. *Neque est ullus unquam, ad quem hic ager pertinuerit, quin negotia ei verterint pessime. Alii sunt ejecti in exilium, alii sunt mortui, alii sese suspenderunt. Ecce vero hic, ad quem pertinet nunc, quo pacto est redactus ad egestatem!* PH. *Apage a me istunc agrum!* ST. *Dicas magis, apage! si a me acceperis cetera. Nam arbores perculiuntur fulmine alternæ in illo agro: sues intereunt celeriter*

2. *quo ulibi.* C. *mesis.*—130 *Em istic* C.—131 *Si in opserendo* Pll. *interficier* edd. vett.—133 Pro *quojus*, C. habet *quoium*; C. 2. *civium*; Goeller. *quorum*; al. *cujus.*—136 *Ut ad incitas redactus est* Nonius p. 553.—137 C. *omnia me audi-*

NOTÆ

rorum. Veteres existimabant Orci patere ostium in his locis, in quibus esset pestilentia. Festus, 'Manalem lapidem, seu potius manal, sive manale ostium manium vocat.' Cicero, 'Sunt partes agrorum aliæ pestilentes, aliæ salubres.' Idem, 'Ager cœlo ac loco calamitosus.'

125 *Vinum pendet putidum*] Id est, uvæ, vindemia.

129 *Tribus tantis*] Vernaculo nostro, *trois fois autant.* In Bacchidibus, 'Sexcenta tanto reddam.'

131 *Possint interfieri*] Id est, confici, absumi. Lucretius lib. III. 'Aut flammis interfiat, malisve ferarum.'

136 *Ad incitas redactus*] Antiqui fines seu terminos, quos amplius promovere non possent, 'incitos' vocabant. Et qui eo rerum redacti erant, ut nullum certum in rebus suis consilium capessere possent, 'ad incitas' redacti dicebantur: ubi subaudi 'lineas.' Est metaphora a ludo duodecim scriptorum. Nam cum ad ultimam lineam promoti erant calculi, tum is, cujus intererat, 'ad incitas lineas' dicebatur redactus; calculi vero ipsi 'inciti.'

138 *Fulguritæ*] Id est, fulgure af-

Digitized by Google

Sues moriuntur angina acerrume :
Oves scabræ sunt, tam glabræ, hem ! quam hæc est manus.
Tum autem Syrorum, genus quod patientissumum est
Hominum, nemo extat, qui ibi sex menses vixerit :
Ita cuncti solstitiali morbo decidunt.
PH. Credo ego istuc, Stasime, ita esse : sed Campas genus
Multo Syrorum jam antidit patientia.
Sed iste est ager profecto, ut te audivi loqui,
Malos in quem omnes publice mitti decet.
Sicut fortunatorum memorant insulas,
Quo cuncti, qui ætatem egerunt caste suam,
Conveniant : contra istoc detrudi maleficos
Æquom videtur, qui quidem istius sit modi.
ST. Hospitium est calamitatis : quid verbis opu'st ?
Quamvis malam rem quærens, illic reperias.

angina : oves sunt scabræ, tam glabræ, aspice, quam est hæc manus. Tum vero est nullus Syrorum, quod est genus hominum patientissimum, qui in eo vitam produxerit ad sex menses : sic omnes interemt morbo solstitiali. PH. *Ego puto, Stasime, id esse sic : sed genus Campanum antecellit multum patientia genus Syrorum. At sane iste ager est ejusmodi, ut te audivi loqui, in quem oportet mittere cunctos improbos. Sicut dicunt insulas fortunatas, in quas omnes qui duxerunt caste suam vitam, conveniant ; contra videtur quidem justum conjici in agrum, sceleratos, qui sit hujusmodi.* ST. *Est domicilium malorum. Quid est opus verbis?*

---

veris ; C. 2. *omnia mea audiveris ;* B. 1. *omnia a me audieris.*—138 *Nam fulgurit assunt alternæ* B. 1. *fulgurita* C. 2. *fulgure ita afflatæ* cod. Meurs. *hic* deest in Pll.—139 Edd. vett. *acerruma.*—141 Verbum *est* exulat in C.—144 *Campans* Nonius p. 758.—145 Idem ibid. *jam anteit.* Pll. *patientia.*—149 Voc. *suam* deest in B. 1.—150 Edd. vett. *istuc.* C. *destrudi ;* C. 2. *detrumdi.*—151 B. 1. *si istius modi sit ;* Pll. et Parei 3. *sint modi.*—153 C. *quæras.*—

NOTÆ

flatæ arbores.

Alternæ] Id est, e duabus altera, ut una incolumis remaneat.

139 *Angina*] Sues angina infestantur. Plinius lib. VIII. 'Obnoxium genus sues morbis anginæ maxime et strumis.'

140 *Oves scabræ sunt*] Id est, scabie asperæ.

143 *Solstitiali morbo*] Solstitialis morbus, est quilibet pravus et lethalis. Quasi dicat servus, neminem intra sextum mensem iis in ædibus non interire. Hippocrates de aëre, locis, et aquis, docet solstitium periculosum, atque exitiale esse.

144 *Campas genus*] Id est, Campans genus, seu Campanum, pro mollibus et libidinosis hominibus.

145 *Antidit*] Pro anteit ; 'antideo,' pro anteeo.

Digitized by Google

PH. At tu hercle et illi et alibi. ST. cave sis dixeris,
Me tibi dixisse hoc. PH. dixisti arcano satis.
ST. Quin hic quidem cupit illum ab sese abalienarier;
Si quidem reperiri posset, cujus os sublinat.
PH. Meus quidem hercle nunquam fiet. ST. si sapies quidem.
Lepide hercle de agro ego hunc senem deterrui:
Nam qui vivamus, nihil est, si illum amiserit.
PH. Redeo ad te, Lesbonice. LE. dic sodes mihi,
Quid hic locutus tecum? PH. quid censes? homo 'st;
Volt fieri liber: verum, quod det, non habet.
LE. Et ego esse locuples, verum nequicquam volo.
ST. Licitum, si velles: nunc, quoniam nihil est, non licet.
LE. Quid tecum, Stasime? ST. de istoc quod dixisti modo,
Si antea voluisses, esses; nunc sero cupis.
PH. De dote mecum convenire nihil potes:
Quid tibi lubet, tute agito cum nato meo.
Nunc tuam sororem filio posco meo.
Quæ res bene vortat! quid nunc? etiam consulis.

Invenias in eo agro quamlibet rem malam, si quæras. PH. *At tu profecto quære et illic et alibi.* ST. *Cave, si vis, ne dixeris, me tibi dixisse id.* PH. *Dixisti satis arcano.* ST. *Quin hic quidem optat illum abalienare ab sese, si quem possit reperire, quem decipiat.* PH. *Profecto nunquam erit meus.* ST. *Ita sane, si sapies. Ego profecto festive deterrui hunc senem de agro: nam est nihil, quo vivamus, si illum amiserit.* PH. *Lesbonice, redeo ad te.* LE. *Dic mihi sodes, quid hic fabulabatur tecum?* PH. *Quid putas? Est homo: optat fieri liber: sed non habet, quod det.* LE. *Et ego cupio esse locuples, verum incassum cupio.* ST. *Concessum, si optares: nunc quoniam est nihil, non licet.* LE. *Quid dicis tecum, Stasime?* ST. *Esses, si voluisses antea isto modo, quo dixisti: jam optas sero.* PH. *Nihil potes statuere mecum de dote: quid tibi lubet, agito tuto cum meo nato. Nunc posco tuam sororem pro meo filio. Quæ res vertat bene! Quid nunc? du-*

154 *At tu hercle illic et alibi* B. 1. *At tu h. illi et alibi* Pll. *ibi et alibi* edd. vett. —156 C. *aps sese;* edd. vett. *ab se.*—157 *Si quem* Acidal. et Goeller. *possit* Herm. et Goeller. *cujus sublinat* Pll. *cui os sublinat* Parei 3.—162 Pll. *quid census.*—163 C. ex errore hic scribit, *verum nequicquam volo,* ex sequenti versu.—166 Edd. quædam vett. *quod dixti.*—167 *Si voluisses antea* Herm. et Goeller.—168 *De dotem* C. Mox, *conveniri non potest* Acidal.—171 *Querens* C.

NOTÆ

157 *Os sublinat*] Id est, illudat.

Digitized by Google

LE. Quid istic? quando ita vis, Di bene vortant! spondeo.
PH. Nunquam edepol cuiquam expectatus filius
Natus, quam est illud 'Spondeo' natum mihi.
ST. Di fortunabunt vostra consilia! PH. ita volo.
LE. Sed, Stasime, abi huc ad meam sororem: ad Calliclem,
Dic hoc negotii quomodo actum est. ST. ibitur.
LE. Et gratulator meæ sorori. ST. scilicet!
PH. I hac, Lesbonice, mecum, ut coram nuptiis
Dies constituatur: eadem hæc confirmabimus.
LE. Tu istuc cura, quod jussi: ego jam hic ero.
Dic Callicli, me ut conveniat. ST. quin tu i modo!
LE. De dote ut videat, quid opus sit facto. ST. i modo!
LE. Nam certum 'st me sine dote haud dare. ST. quin tu i modo!
LE. Neque enim illi damno unquam esse patiar. ST. abi modo!
LE. Meam negligentiam. ST. i modo! LE. o pater!
Æquum videtur, quin quod peccarim. ST. i modo!
LE. Potissumum mihi id obsit? ST. i modo! LE. o pater!

bitas etiam. LE. *Quid istic? Quandoquidem sic vis, Dii bene vertant! spondeo.* PH. *Sane nunquam nativitas filii fuit tam expectata cuiquam, quam mihi est expectatum illud verbum, 'Spondeo.'* ST. *Dii fortunabunt vestra consilia!* PH. *Sic volo.* LE. *Sed, Stasime, abi huc ad meam sororem: dic ad Calliclem, quomodo hæc res facta est.* ST. *Ibimus.* LE. *Et gratulator meæ sorori.* ST. *Scilicet!* PH. *Veni mecum, Lesbonice, ut te presente, indicetur dies nuptiarum: confirmabimus hæc eadem.* LE. *Tu cura id quod mandavi: ego ero jam hic. Dic Callicli, ut me adeat.* ST. *Quin tu i modo!* LE. *Ut videat de dote, quid fieri oporteat.* ST. *I modo!* LE. *Nam constitutum est me non daturum esse sine dote.* ST. *Quin tu i modo!* LE. *Nam non feram illi esse detrimento.* ST. *I modo!* LE. *Meam socordiam!* ST. *I modo!* LE. *O pater! videturne æquum, ut quod peccarim.* ST. *I modo!* LE. *Id mihi non obsit potissimum?* ST. *I modo!* LE. *O pater! Nunquamne aspiciam te?* ST. *I modo! i modo!*

consuis Pll.—172 *Quid istuc* Parei 3.—173 Edd. vett. *tam expectatus.*—175 Nonius p. 545. *nostra consilia.*—179 C. *ut c. noptiis.*—181 Edd. quædam vett. *jam ego.*—182 *Et Callicli dic* Herm. et Goeller.—183 C. et C. 2. *quid possit facto.*—184 C. *had dare.* Mox, Acidal. primus addidit *quin tu;* Goeller. *i modo, i modo.*—185 C. 2. *dampno.* Mox, pro *unquam,* quod exhibent B. 1. et Pll. al. habent *inquam.*—187 C. et C. 2. *peccarem.*—188 Pll. *id opsit.*—189 *En*

NOTÆ

182 *I modo*] Quasi dicas per contemtum et fastidium, *abi, abi.*

Digitized by Google

En unquam aspiciam te? ST. i modo, i modo, i modo!
Tandem impetravi abiret. Di, vostram fidem!
Edepol re gesta pessume gestam probe,
Siquidem ager nobis salvos est! etsi admodum
In ambiguo est etiam, nunc quid de hac re fuat.
Sed si alienatur, actum 'st de collo meo.
Gestandus peregre clypeus, galea, sarcina:
Effugiet ex urbe, ubi erunt factæ nuptiæ:
Ibit istac aliquo in maxumam malam crucem
Latrocinatum, aut in Asiam, aut in Ciliciam.
Ibo huc, quo mihi imperatum 'st, etsi odi hanc domum,
Postquam exturbavit hic nos ex nostris ædibus.

i modo! Tandem consecutus sum ut abiret. Dii vestram fidem! sane rem gestam feliciter re gesta pessume, siquidem ager nobis est salvus! tametsi est etiam admodum in ancipiti, nunc quid fiet de hac re. Sed si alienatur, est factum de meo collo. Gestandus longe clypeus, cassis, sarcina: effugiet ex urbe, quando nuptiæ fuerunt celebratæ: perget istac aliquo in maximam malam crucem prædatum, aut in Asiam, aut in Ciliciam. Ibo huc, quo mihi est imperatum, etsi odi hanc domum, postquam hic nos exturbavit ex nostris ædibus.

unquam al. ap. Pareum, contra codd.—191 Pll. *gestam*, et sic Parei 2.—193 C. *de ea re fuat*.—194 *Sed id si* B. 1. C. C. 2.—195 C. *clupeus*.—197 *Ibit isthinc* Douz. Herm. et Goeller.—200 Pronomen *nos* deest in B. 1.

NOTÆ

189 *En unquam*] Antiquitus pro 'unquamne?' Virgil. Ecl. 1. 'En unquam patrios longo post tempore fines,' &c. Et alibi, 'En erit unquam illa dies?'

191 *Gestam probe*] Quasi dicat tametsi rem hactenus male gessimus, tamen et hoc bene gessimus, quod inde filia heri collocata sit in tam luculentam familiam, et salvus nobis maneat ager noster.

198 *Latrocinatum*] Id est, militatum, bellatum.

ACTUS TERTII SCENA PRIMA.

CALLICLES, STASIMUS.

CA. QUO modo tu istuc, Stasime, dixisti? nostrum herilem filium

CA. *Quo pacto, Stasime, tu dixisti id? Filium nostri domini Lesbonicum*

Digitized by Google

Lesbonicum suam sororem despopondisse? St. hoc modo.
Ca. Quoi homini despondit? St. Lysiteli Philtonis filio,
Sine dote. Ca. sine dote ille illam in tantas divitias dabit?
Non credibile dicis. St. at tu edepol nullus creduas.
Si hoc non credis, ego credidero. Ca. quid? St. me nihili
pendere. [ante ostium:
Ca. Quamdudum istuc, aut ubi actum 'st? St. illico hic
Tam modo, inquit Prænestinus. Ca. tanton' in re perdita,
Quam in re salva, Lesbonicus factus est frugalior?
St. Atque equidem ipsus ultro venit Philto oratum filio.
Ca. Flagitium quidem hercle fiet, nisi dos dabitur virgini.
Postremo edepol ego istam rem ad me attinere intellego.
Ibo ad meum castigatorem, atque ab eo consilium petam.
St. Propemodum quid illic festinet, sentio, et subolet mihi:
Ut agro evortat Lesbonicum, quando evortit ædibus.
O here Charmide, quam absente te hic tua res distrahitur
tibi!
Utinam te redisse salvom videam, ut inimicos tuos
Ulciscare, ut mihi, ut erga te fui et sum, referas gratiam!
Nimium difficile 'st reperiri amicum, ita ut nomen cluet,

despopondisse suam sororem? St. *Hoc modo.* Ca. *Cui homini despondit?* St. *Lysiteli filio Philtonis, sine dote.* Ca. *Ille illam inducet in tantas opes sine dote? Non dicis verisimile.* St. *At tu per ædem Pollucis credideris: si non credis hoc, ego credidero.* Ca. *Quid?* St. *Me pendere nihil.* Ca. *A quo tempore, aut ubi hoc factum est?* St. *Statim hic ante januam. Quam mox, ait Prænestinus.* Ca. *Lesbonicus factusne est moderatior, in re eversa, quam in re incolumi?* St. *Atque profecto ipse Philto venit ultro rogatum pro filio.* Ca. *Per Herculem fiet scelus, nisi detur dos virgini. Postremo ego scio id ad me pertinere. Ibo ad meum censorem, atque ab eo rogabo consilium.* St. *Video ferme et odoro quare ille agitetur, ne avocet Lesbonicum ab agro, postquam ejecit ex ædibus. O here Charmide, quantum dilapidatur hic tua res, te absente! Utinam te aspiciam reversum incolumem, ut sumas ultionem de tuis inimicis, ut mihi agas gratias quod sum et*

1 Edd. vett. *vostrum h. filium.*—2 B. 1. C. et C. 2. *despondisse;* cod. Camer. ap. Gronov. *despondissem.*—3 Edd. vett. *despopondit.*—5 Pll. *dices.* Mox, B. 1. C. et C. 2. *credas.*—6 Pll. *me nihil pendere.*—7 B. 1. *illico hinc ante, &c.*—16 C. *quom apsente;* C. 2. B. 1. *quoniam absente.*—17 C. *te redisse salum;* C. 2. *te rediisse salvam.*—19 C. C. 2. et Exc. Pll. *inimicum ita.*—20 Pll. *cum rem credas.*

NOTÆ

8 *Tam modo*] Id est, modo. Festus notat Prænestinorum barbariem, et irridet peregrinitatem sermonis.
19 *Ita ut nomen cluet*] Id est, re non

Digitized by Google

Cui tuam cum rem credideris, sine omni cura dormias.
Sed generum nostrum ire eccillum video cum affini suo.
Nescio quid non satis inter eos convenit: celeri gradu
Eunt uterque. Ille reprehendit hunc priorem pallio.
Haud illi euscheme astiterunt: huc aliquantum abscessero.
Est lubido orationem audire duorum affinium.

fui ejusmodi erga te! Est valde arduum, invenire amicum, sicut nomen sonat, cui, quando commiseris tuam rem, dormias citra ullam solicitudinem. Sed ecce video nostrum generum accedere cum suo affini. Est aliquid in quo non consentiunt satis inter sese. Uterque ambulat veloci gradu. Ille retrahit hunc priorem pallio. Illi astiterunt haud decore. Concessero huc aliquantum. Libet audire orationem duorum affinium.

—21 Pll. et Parei 3. *ecillum*.—23 *Sunt uterque* Pll. Herm. et Goeller. *celeri graduscunt* al.—24 *Haud juxta me astiterunt* B. 1. *Haud in eusce me astiterunt* Pll. *Haud illi juxta me astiterunt* al. ap. Pareum. *apscessero* C.

NOTÆ

nomine tantum. Amicum vocavit antea ferentarium, id est, qui semper est in procinctu ad juvandum.

Cluet] Vox et ipsi Ciceroni usurpata in Bruto.

20 *Sine omni cura dormias*] Tibullus, 'Somnus solicitas deficit ante fores.' Statius, 'Quis alta tuenti somnus?' Horatius, 'Somnus agrestum Lenis virorum non humiles domos Fastidit.'

22 *Celeri gradu Eunt*] Alibi, 'tu es gradibus grandibus,' pro, tu is celeri curriculo.

24 *Euscheme*] Εὐσχημῶς, id est, *honeste, decore*.

ACTUS TERTII SCENA SECUNDA.

LYSITELES, LESBONICUS, STASIMUS.

LY. STA illico: noli avorsari, neque te occultassis mihi.
LE. Potin' ut me ire, quo profectus sum, sinas? LY. si in rem tuam,
Lesbonice, esse videatur, gloriæ aut famæ, sinam.

LY. *Mane illic. Noli aversari, neque te abscondas a me.* LE. *Paterisne me pergere, quo sum profectus?* LY. *Lesbonice, patiar, si putes esse conducibile tuæ*

2 Pll. *quod profectus . . . . si rem tuam*; al. *in rem tuæ*.—3 Al. *gloriam aut fa-*

Digitized by Google

LE. Quod est facillumum, facis. LY. quid id est? LE. amico injuriam.
LY. Neque meum 'st, neque facere didici. LE. indoctus quam docte facis!
Quid faceres, si quis docuisset te, ut sic odio esses mihi?
Qui bene cum simulas facere mihi te, male facis, male consulis. [ego nolo, id cum facis.
LY. Egone? LE. tu næ. LY. quid male facio? LE. quod
LY. Tuæ rei bene consulere cupio. LE. tu mihi es melior, quam egomet mihi?
Sat sapio, satis in rem quæ sint meam ego conspicio mihi.
LY. An id est sapere, ut qui beneficium benevolente repudies? [placet.
LE. Nullum beneficium esse duco id, quod, cui facias, non
Scio ego, et sentio ipse, quid agam, neque a me officium migrat:
Nec tuis depellor dictis, quin rumori serviam.
LY. Quid ais? (nam retineri nequeo, quin dicam ea quæ promeres)

gloriæ aut famæ. LE. *Agis quod est facillimum.* LY. *Quid est id?* LE. *Injuriam amico.* LY. *Neque est meum, neque didici facere.* LE. *Quam facis docte indoctus! Quid ageres, si quis tibi commonstrasset, ut mihi esses sic odiosus? Qui facis male, quando fingis te mihi facere bene, consulis male.* LY. *Egone?* LE. *Tu profecto.* LY. *Quid committo improbe?* LE. *Quando agis id quod ego nolo.* LY. *Opto consulere recte tuis commodis.* LE. *Tu mihi es commodior, quam ego mihi? Satis prudens sum, ego video satis ea quæ mihi sunt commoda.* LY. *Estne id sapientis viri, rejicere munus oblatum ab amico?* LE. *Existimo illud munus esse nihili, quod non acceptum est ei, cui præstes. Ego scio ipse et sentio quid faciam, neque munus abscondit a me: neque avocor tuis verbis, quominus obtemperem famæ.* LY. *Quid dicis?*

---

mam.—5 *Neque meust* Pll. *quandocte* C. 2.—7 *Qui* delet Herm.—8 Acidal. Herm. et Goeller. *qui male facio.*—10 Al. *in rem meam.*—11 Lamb. et Bipont. *beneficium a benevolente.*—12 Edd. vett. *duco esse.*—13 Reizius et Goeller. *neque se a me;* Scioppius et Pareus, *neque meum se.*—15 *Quid ais nam?* Aci-

NOTÆ

13 *Neque a me officium migrat*] Aliter, 'neque meum se officium migrat;' in quo 'migrare' active dicitur, pro mutare. Lucretius, 'Nec manet ulla sui similis res; omnia migrat, Omnia commutat Natura, et vertere cogit.' Cicero, 'Credo, ne communia jura migrare videatur.' A. Gellius, 'Cassita nidum migravit.'

Digitized by Google

Itane tandem majores famam tradiderunt tibi tui,
Ut virtute eorum antéparta per flagitium perderes,
Atque honori posterorum tuorum ut vindex fieres?
Tibi paterque avosque facilem fecit et planam viam
Ad quærendum honorem: tu fecisti, ut difficilis foret
Culpa maxume et desidia, tuisque stultis moribus.
Præoptavisti, amorem tuum uti virtuti præponeres.
Nunc te hoc pacto credis posse obtegere errata? ah! non ita est.
Cape sis virtutem animo, et corde expelle desidiam tuo:
In foro operam amicis da, haud in lecto amicæ, ut solitus es.
Atque ego istum agrum tibi relinqui ob eam rem enixe expeto;
Ut tibi sit, qui te corrigere possis; ne omnino inopiam
Cives objectare possint tibi, quos tu inimicos habes.
LE. Omnia ego, istic quæ dixisti, scio, vel exsignavero:
Ut rem patriam et majorum gloriam fœdarim meum.

Non possum non dicere ea quæ mereris: siccine demum tui majores tibi pepererunt gloriam, ut amitteres ea quæ comparaverunt antea sua virtute per flagitium, et ut evaderes labes honoris tuorum posterorum? Pater et avus straverunt iter pronum et expeditum ad comparandam gloriam: tu reddidisti culpa et socordia, et tuis insanis moribus maxime arduum, ut anteferres tuum amorem virtuti. Nunc existimas te posse obvelare hoc modo peccata? Ah! non est sic. Indue, si vis, constantiam mente, et depone segnitiem de tua mente: fer opem amicis in foro, non in cubili amicæ, ut moris est. Idcirco exopto etiam atque etiam ut istum agrum retineas: ut habeas, quo te valeas emendare: ne cives, quos tu habes infensos, queant tibi exprobrare egestatem. LE. *Ego teneo cuncta quæ locutus es hic, vel*

dal.—18 C. *ut undex.*—19 Pll. *facilem facit.*—20 C. 2. *difficilius.*—25 C. *hada aut intellectu amice*; C. 2. *hada aut intellecto amice.*—26 C. *rēmenixe*; C. 2. *rem enixe*; unde Pareus conj. *anxie.*—27 B. 1. *ne animo.*—29 C. *ista quæ*; edd. vett. *istæc quæ.* Mox, al. ap. Pareum, *scio vindex ignavia*; B. 1. *quæ te dixisti*

NOTÆ

18 *Ut vindex*] Ut vindex fieres honori posterorum; id est, ut posterorum honorem contaminares. 'Vindicare' enim interdum significat, injecta manu aliquid occupare per vim, quod non est suum. Aliter, 'vindicare,' est, dimittere: ut dicitur vindicari servus in libertatem. Revera Græce vindicta dicitur, ἀφαίρεσις, et ἔξαίρεσις, *dimissio.* Alii pro *vindex*, scribunt *vibex*; quasi dicas esse innatam gloriæ posterorum labem et maculam.

29 *Vel exsignavero*] Id est, subscripsero: adeo scitum illud, et certum puto.

Digitized by Google

Sciebam ut esse me deceret; facere non quibam miser,
Ita vi Veneris vinctus, otio captus in fraudem incidi:
Et tibi nunc, proinde ac merere, summas habeo gratias.
Ly. At operam perire meam sic, et te hæc dicta corde spernere,
Perpeti nequeo: simul me piget parum pudere te.
Et postremo, nisi me auscultas, atque hoc, ut dico, facis,
Tute pone te latebis facile, ne inveniat te honor:
In occulto jacebis, cum te maxume clarum voles.
Pernovi equidem, Lesbonice, imperitum tuum ingenium admodum:
Scio te sponte non tuapte errasse, sed amorem tibi
Pectus obscurasse: atque ipse amoris teneo omnes vias.
Ita est amor, balista ut jacitur: nihil sic celere est, neque volat,
Atque is mores hominum moros et morosos efficit.
Minus placet, magis quod suadetur: quod dissuadetur, placet.

subsignavero, ut contaminaverim fortunas patrias, et nomen majorum meorum. Intelligebam qualem oporteret me esse; non poteram esse, infelix: ita constrictus vi Veneris, delinitus quiete in perniciem incurri: et tibi ago jam magnas gratias, sicut mereris. Ly. *Sed nequeo ferre meum laborem labi sic, et te contemnere hæc verba: una me piget te minime pudere. Et demum nisi me audis, et agis hoc, ut edico, tu te occultabis facile pone te, ne honor te reperiat: jacebis in obscuro, quando optabis te esse maxime illustrem. Profecto, Lesbonice, intelligo tuam mentem magnopere hebetem. Scio te peccasse, non tua sponte, sed amorem tibi obtudisse mentem; et ipse novi omnes vias amoris. Amor est ejusmodi, sicut contorquetur telum: est nihil tam velox, neque tam celeriter volat, atque reddit mores hominum difficiles ac stultos. Id quod ei suadetur magis, ei placet minus: id quod ei dissua-*

scio vel ex signis vera.—31 *Scibam* Herm. et Goeller.—32 *Ita vi V. inunctus;* C. 2. *victus* al. ap. Pareum.—33 *Et tibi non* B. 1. *sumas* C.—34 Voc. *corde* deest in edd. quibusdam vett.—35 C. 2. *me piet.*—36 C. *ausultas.*—38 *In occulto* C. 2.—39 Pll. *imperium;* al. ap. Pareum, *impeditum;* al. ibid. *peritum.*—41 C. *opscurasse.* Mox, *amores* Pll.—42 B. 1. *balista jacit.*—43 *Atque his* Pll.

NOTÆ

32 *Otio captus*] D. Chrysostomus: πᾶσαν κακίαν ἐδίδαξεν ἡ ἀργία quod expressit e Scriptura: *Omnem malitiam docuit otiositas.*

37 *Tute pone te*] Id est, tu ipse tibi obstabis, et efficies ne te honor inveniat.

39 *Imperitum tuum ingenium*] 'Imperitus' veteribus 'impeditus.' Sic dicebant, 'arfines' pro 'adfines,' quod nos 'affines;' 'arferre,' 'arvenire,' pro 'adferre,' 'advenire.'

43 *Moros*] Μώρους, id est, *stultos.*

Digitized by Google

Cum inopia 'st, cupias; quando ejus copia 'st, tum non velis.
Ille qui aspellit, is compellit: ille qui consuadet, vetat.
Insanum est malum in hospitium devorti ad Cupidinem.
Sed te moneo, hoc etiam atque etiam ut reputes, quid facere expetas.
Si istuc, ut facis indicium, conare, tuum incendes genus.
Tum igitur tibi aquæ erit cupido, genus qui restinguas tuum.
Atque erit, si nactus, proinde ut corde amantes sunt cati;
Ne scintillam quidem relinques, genus qui congliscat tuum.
LE. Facile est inventu: datur ignis, tamenetsi ab inimicis petas.
Sed tu objurgans me a peccatis, rapis deteriorem in viam.
Meam vis sororem tibi dem: suades sine dote: hoc non convenit;
Me, qui abusus sum tantam rem patriam, porro in divitiis
Esse, agrumque habere: egere illam autem; ut me merito oderit.

detur, ei placet. Quando abest aliquid, id *desideras; quando adest, tunc nolis. Ille qui avocat, idem incitat: ille qui hortatur, prohibet. Est insignis amentia quærere hospitium apud Cupidinem. Sed te hortor, quantum in me est, ut cogites quid velis agere. Si enitare agere id quod indicas te velle agere, inflammabis tuam domum: tum optabis aquam, ut arceas ignem a tua familia. Et si inveneris ut amantes sunt callidæ mentis, ne relinques quidem scintillam, qua tuum genus augeatur.* LE. *Est facile reperire ignem: datur etiam, si roges ab inimicis. Sed quando me castigas ob peccata, trahis in viam pejorem. Exoptas ut tibi collocem meam sororem: hortaris ut dem sine dote: sed non decet me versari diutius in bonis, qui dilapidavi tantas fortunas patrias, et me possidere agrum: illam vero esse*

morbos et m. efficit B. 1.—44 C. *quia non suadetur;* C. 2. *qui non suadetur.*—47 *Insanum et malum* C. *Insanum 'st et male* C. 2. *devoti in hospitium* Herm. et Goeller.—48 C. 2. *adque etiam ut res putes.*—49 *Si istuc conare ut* Herm. et Goeller. *Si istuc, ut conare, facis indicium, conare* Gronov. *facis incendium* edd. quædam vett.—50 Gronov. *tibi aqua.* Donz. Brant. Taubm. Delph. Bipont. al. *tibi aquæ;* C. *tibi aquerit;* C. 2. *tibi querit.* Mox, *restringas* al. ap. Parenn.—51 *Atque erit* C. 2.—52 C. *condiscat;* C. 2. *conclusit.*—53 *Facil' est* Parei 3. *tametsi* Bipont. *ab inimices* C.—54 Pll. *rapidis deteriorem.*—56 C. *tantem rem.*

NOTÆ

47 *Insanum est malum*] Festus, 'Insanum magnum, pro valde magnum.' Nonius, 'Insanum te uterque amat, pro, valde.' Ausonius, 'Dives insanum in modum.' Varro, 'Plautus cum *vehementer* vellet dicere, dicit *insane;* quod insani omnia faciunt vehementer.' Cicero, 'Insanas moles substructionum.'

49 *Tuum incendes genus*] Ut nos vernaculo dicimus, *Vous mettrez le feu aux quatre coins de votre famille.*

Digitized by Google

Nunquam erit alienis gravis, qui suis se concinnat levem.
Sicut dixi, faciam: nolo te jactari diutius.
Ly. Tanto meliu'st te sororis causa egestatem exequi,
Atque eum agrum me habere quam te, tua qui toleres mœnia?
Le. Nolo ego mihi te tam prospicere, qui meam egestatem leves,
Sed ut inops infamis ne sim: ne mihi hanc famam differant,
Me germanam meam sororem in concubinatum tibi
Sic sine dote dedisse, magis quam in matrimonium.
Quis me improbior perhibeatur esse? hæc famigeratio
Te honestet, me autem collutulet, si sine dote duxeris:
Tibi sit emolumentum honoris; mihi, quod objectent, siet.
Ly. Quid, te dictatorem censes fore, si abs te agrum acceperim?
Le. Neque volo, neque postulo, neque censeo: verum tamen
Is est honos homini pudico, meminisse officium suum.

inopem, adeo ut me aversetur jure. Qui studet esse facilis suis, nunquam erit difficilis aliis. Agam sicut dixi: nolo te agitari diutius. Ly. *Est æquius te sororis gratia premi inopia, et me possidere eum agrum, quam te, quo obeas tua mœnia?* Le. *Nolo te tam providere mihi, quomodo succurras meæ inopiæ, verum ut non sim una et infamis et egenus: ne spargant hunc rumorem, me tibi collocasse meam sororem germanam, sine dote, quasi in concubinam, potius quam in conjugium. Quis dicatur esse me scelestior? Si duxeris sine dote, hic rumor te efferat, me vero deprimat. Tibi erit accessio gloriæ: mihi vero sit convicium.* Ly. *Quid? Existimas te fore dictatorem, si acceperim a te agrum?* Le. *Neque opto, neque rogo, neque existimo. Attamen est hominis honesti recordari sui officii.* Ly.

—59 *Sicut dixit* C. 2.—60 *Tandem* conj. Acidal. absque *te*.—61 Pro *mœnia*, C. habet *munia*.—63 Edd. vett. *mehe hac fama*.—65 *Si sine* Pll.—66 Donz. *famiferatio*.—67 Pll. *conlutulent et si sine*.—69 *Cui te dictatorem* C. 2. *fores si*

NOTÆ

61 *Tua qui toleres mœnia*] Unde tua munia et sumtus quotidianos tolerare ac sustinere possis.

63 *Famam differant*] 'Differre famam' est malis sermonibus differre. Aliqui legunt *mehe*, pro *me*.

67 *Collutulet*] Nonius, 'Dedecoret, et quasi luto inquinet.'

68 *Emolumentum*] 'Emolumentum' non tantum significat quæstum, et quicquid conducit; sed etiam id quod est operosum ac difficile, attentionemque requirit.

69 *Quid, te dictatorem*] Hoc eo pertinet, quod Lesbonicus dixerat, Lysitelem apud homines honorem consecuturum esse, si agrum non acciperet; se vero dedecus. Quid, inquit Lysiteles, si agrum mihi dederis? tene dictaturam consecuturum putas?

Digitized by Google

LY. Scio equidem te, animatus ut sis: video, subolet, sentio.
Id agis, ut ubi affinitatem inter nos nostram astrinxeris,
Atque eum agrum dederis, nec quicquam hic tibi sit, qui vitam colas,
Effugias ex urbe inanis, profugus patriam deseras,
Cognatos, affinitatem, amicos, factis nuptiis:
Mea opera hinc proterritum te, meaque avaritia autument.
Id me commissurum, ut patiar fieri, ne animum induxeris.
ST. Non enim possum quin exclamem, Euge! euge! Lysiteles, πάλιν
Facile palmam habes! hic victus. Vicit tua comœdia.
Hic agit magis ex argumento, et versus meliores facit.
Etiam ob stultitiam tuam te tueris? mulctam abomina.
LE. Quid tibi interpellatio aut in concilium huc accessio est? [mecum domum,
ST. Eodem pacto, quo huc accessi, abscessero. LE. i hac
Lysiteles: ibi de istis rebus plura fabulabimur.
LY. Nihil ego in occulto agere soleo: meus ut animus est, eloquar:
Si mihi tua soror, ut ego æquum censeo, ita nuptum datur

Profecto ego scio qua sit tua mens; video, odoro, animadverto. Contendis id, ut quando conjunxeris nostram affinitatem inter nos, atque dederis eum agrum, tibi nihil sit hic quo toleres vitam; celebratis nuptiis, effugias ex urbe egenus, relinquas patriam fugitivus, cognatos, affinitatem, amicos: existiment te ejectum hinc mea culpa, meaque avaritia. Ne existimes me id facturum, ut patiar fieri. ST. *Nam non possum quin exclamem, Euge! euge! Lysiteles: obtines facile victoriam! hic est superatus. Tua comœdia est anteponenda. Hic eam exhibet magis ex ratione argumenti, et condit versus meliores. Te ipse defendis tua amentia? Abominare mulctam.* LE. *Quare nos interpellas, aut accedis huc in consilium?* ST. *Migrabo eodem modo, quo accessi huc.* LE. *I hac mecum domum, Lysiteles; dicemus plura de istis rebus.* LY. *Ego nihil soleo agere in occulto. Eloquar, ut est meus animus: si tua soror mihi datur nuptum, sine dote, ut ego existimo esse*

eps te C.—73 *Tu agis* C.—75 C. et C. 2. *profugiens p. deferes.*—77 Gulielm. *hinc perterritum.*—79 *Enim non* Palmer. πάλιν deest in B. 1.—82 B. 1. *tuam te multa turis abomina*; Lips. *tete veris multabo minis*; C. *te curis*; C. 2. *te turis.* Pll. *multa.*—84 C. *apscessero.*—86 C. 2. *oculto.*—88 *Sine dotem* C. *habitu-*

NOTÆ

79 Πάλιν] *Rursus.*

82 *Mulctam abomina*] Id est, abominare; quasi dicat: Audes contendere cum Lysitele, in tuam rem loquente, et repugnare? Sile, et propter peccata abominare, id est, verere mulctam.

Digitized by Google

Sine dote, neque tu hinc abiturus; quod meum erit, id erit tuum:
Sin aliter animatus es; bene quod agas, eveniat tibi:
Ego amicus nunquam tibi ero alio pacto: sic sententia est.
ST. Abiit hercle ille quidem: ecquid audis, Lysiteles? ego te volo. [nunc agam,
Hic quoque hinc abiit. Stasime, restas solus: quid ego
Nisi uti sarcinam constringam, et clypeum ad dorsum accommodem;
Fulmentas jubeam suppingi soccis? non sisti potest.
Video caculam militarem me futurum haud longius:
Aut aliquem ad regem in saginam herus se conjecit meus.

justum, neque tu abiturus hinc; id quod erit meum, erit tuum: sin es affectus aliter, tibi id quod agas, vertat bene. Ego nunquam ero alio modo tuus amicus, mens est sic. ST. *Profecto ille excessit. Quid auscultas, Lysiteles? Ego te cupio. Hic abiit hinc quoque. Stasime, superes solus. Quid agam ego jam, nisi ut constringam sarcinam, et accommodem clypeum ad dorsum; jubeam suffigi soleas soccis? non potest retineri. Video me futurum brevi calonem: aut meus herus concesserit apud aliquem divitem, apud quem saginatur. Puto fore neminem in*

---

rus Pll.—89 C. et C. 2. *ereniet.*—91 C. *ercle . . . Lysitelis.*—92 C. *hinc habiit.*—94 *Fulcimenta j. s. soccos* B. 1. *Fulmenta j. s. soccos* Salmas. *socios* C. *sotios* C. 2.—95 *V. callamilitarem herus et se* B. 1.—96 *Saginam me rus conjecit* Pll.

NOTÆ

94 *Fulmentas jubeam suppingi soccis*] Id est, jubeam fulcimenta, seu fulmenta, subsui soccis, ut sint solidiores et firmiores. Festus: 'Calceamenta clavis fixa' sunt clavata; qui ea conficiunt, clavarii. 'Fulmentæ' autem sunt 'soleæ,' seu 'solum;' 'Suppactum,' subauditur 'solum,' 'suppingere,' subauditur 'calceos.' In Bacchidibus, 'qui soccis habeat aurum suppactum solum,' id est, qui soleas soccorum habet suppactas, et suffixas clavis aureis. Apud veteres suffigi solebant soleæ calceorum argenteis aureisque clavis. Dicitur de Antiochi exercitu, quod magna ex parte aureos clavos crepidis subjectos habuerit. Plinius refert de purpurato quodam Alexandri Magni; quod 'aureis clavis crepidas suffigere solebat.'

95 *Caculam*] Idem quod 'calo;' 'calones' autem dicti sunt, ἀπὸ τοῦ κάλου, *a ligno*, quod eorum esset militibus ligna suppeditare; vel quod ligneis clavis utebantur ad tutelam dominorum. 'Lixæ' etiam appellabantur a 'lixa,' veteri voce quæ aquam significat.

Haud longius] Id est, prope diem.

96 *Saginam*] Alii *sagenam*. Est autem 'sagena,' retis genus, in quod cum incurrerunt pisces nullo pacto sese extricare possunt. 'Sagina' vero est hoc loco sese alicui mancipare non ad laborem, sed ad otium et saginam. Unde Propertius: 'Qui dabit immundæ venalia farta saginæ,

Digitized by Google

Credo ad summos bellatores acrem fugitorem fore:
Et capturum spolia ibi illum qui meo hero advorsus venerit. [et sagittas sumsero,
Egomet autem quom extemplo arcum mihi, et pharetram,
Cassidem in caput, dormibo placide in tabernaculo.
Ad forum ibo: nudius sextus quoi talentum mutuum
Dedi, reposcam, ut habeam mecum quod feram viaticum.

fuga magis strenuum inter bellatores: et illum capturum ibi prædam, qui occurrerit meo hero. Ego vero quando accepero arcum, et pharetram, et sagittas, cassidem in caput, dormiam quiete in tentorio. Ibo ad forum: repetam talentum ab eo cui dedi mutuum nudius sextus, ut habeam viaticum quod deferam mecum.

conjexit Par.—98 Acidal. *sibi illum.*—100 Herm. et Goeller. *placide in contubernio.*

NOTÆ

Vincet ubi crassas barba pudenda genas.' In otiosum dicitur, et pinguedine distentum.

97 *Acrem fugitorem*] Quasi dicat: Ego novi, quam acris et fortis sis, non bellator, sed fugitor, ad summos autem bellatores, id est, si conferaris cum summis bellatoribus; ut supra in Captivis, 'Nam ad sapientiam hujus ille nimius nugator fuit;' id est, si Thaletem compares cum hujus sapientia, &c.

ACTUS TERTII SCENA TERTIA.

MEGARONIDES, CALLICLES.

MEGARONIDES. Ut mihi rem narras, Callicles, nullo modo
Potest fieri prorsus, quin dos detur virgini.
CALLICLES. Namque hercle honeste fieri ferme non potest,
Ut eam perpetiar ire in matrimonium
Sine dote, cum ejus rem penes me habeam domi.
MEGARONIDES. Parata dos domi 'st, nisi expectare vis,

MEGARONIDES. *Ut mihi exponis rem, Callicles, nullo pacto potest fieri, quin detur dos virgini.* CALLICLES. *Etenim per Herculem nequit fieri ut sinam eam jungi matrimonio sine dote, interea dum habeo ejus bona domi in mea potestate.* MEGARONIDES. *Dos est parata*

2 C. *prosus.*—5 Idem codex, *quin ejus.*—6 B. 1. *dos ni is domist.*—11 C. *po-*

Digitized by Google

Ut eam sine dote frater nuptum collocet:
Post adeas tute Philtonem, et dotem dare
Te ei dicas: facere id ejus ob amicitiam patris.
Verum hoc ego vereor, ne istæc pollicitatio
Te in crimen populo ponat atque infamiam.
Non temere dicant te benignum virgini,
Datam tibi dotem, ei quam dares, ejus a patre:
Ex ea largitari te illi; neque ita, ut sit data, in-
Columem te sistere illi, et detraxe autument.
Nunc si opperiri vis adventum Charmidis,
Perlongum 'st: huic ducenti interea abscesserit.
CA. Nam hercle omnia istæc veniunt in mentem mihi.
ME. Vide, si hoc utibile magis atque in rem deputas,
Ut adeam Lesbonicum, edoceam ut res se habet.
CA. Ut ego nunc adolescenti thesaurum indicem
Indomito, pleno amoris ac lasciviæ?
Minume minume hercle vero! nam certo scio
Locum quoque illum omnem, ubi situ 'st, comederit:
Quem fodere metuo, sonitum ne ille exaudiat,

domi, nisi cupias expectare ut frater eam det nuptum sine dote: postea tu convenias Philtonem, et dicas te ei daturum dotem: te agere id amicitiæ gratia ejus patris. Sed metuo ne hæc promissa te exponant conviciis populi atque contumeliis: ne prædicent te non esse sine ratione liberalem in virginem: tibi datam esse dotem, quam ei dares, ab ejus patre; te in eam esse liberalem ex ea; et ne existiment te non illi reddere incolumem, ut est data; sed te detraxisse. Nunc si libet expectare adventum Charmidis, est diuturnum: interim fraudabitur Lysiteles, qui puellam ducit. CA. *Etenim per Herculem cuncta hæc mihi veniunt in animum.* ME. *Vide si arbitraris id utilius atque conducibilius, ut conveniam Lesbonicum, aperiam quemadmodum res sese habeat.* CA. *Ut ego detegam nunc thesaurum juveni feroci, ardenti amore et petulantia? Nequaquam per Herculem! nam pro certo habeo absumserit etiam omnem illum locum ubi est positus: timeo eum effodere, ne ille audiat*

---

pulo populo ponat, τῷ populo bis posito.—14 Pll. B. 1. *largitate illi.* Mox, *in* deest in B. 1. C. et C. 2.—15 Pll. *detraxi.*—16 C. *vis adicentum.*—17 Pll. *huic ducendi*; al. ap. Parenn, *hinc ducenda i. a. illa interea in domum mariti abiit*; al. ibid. *ducendi mateteria abscesserit.* Post hunc vs. Herm. et Goeller. inserunt, *Lubido, atque ea conditio huic vel primariast*, e cod. Ambros. Mediol. quem Maius excussit.—18 *Eadem omnia istæc* idem cod. Mediol.—19 C. *utibilem agis.*—20 *Ut adeas L. edoceas* Acidal.—21 Pll. *thensaurum.*—23 Alterum *minume* deest in B. 1. *certe scio* C. 2.—

NOTÆ

17 *Ducenti abscesserit*] Id est, ducendi voluntas, vel, ducenti puellam juveni dos. Quasi dicat: si opperiri voles tantisper forte ducendæ virginis voluntatem, abjiciet Lysiteles.

Digitized by Google

Neu ipsam rem indaget, dotem dare si dixerim.
ME. Quo pacto ergo igitur? CA. clam dos depromi potest,
Dum occasio ei rei reperiatur: interim
Ab amico alicunde argentum roges.
ME. Potin' est ab amico alicunde exorari? CA. potest.
ME. Gerræ! næ tu illud verbum actutum inveneris:
Mihi quidem hercle non est quod dem mutuom.
CA. Malim hercle ut verum dicas, quam ut des mutuum.
ME. Sed vide consilium, si placet. CA. quid consili'st?
ME. Scitum, ut ego opinor, consilium inveni. CA. quid est?
ME. Homo conducatur aliquis jam, quantum potest,
Quasi sit peregrinus. CA. quid is scit facere postea?
ME. Is homo exornetur graphice in peregrinum modum,
Ignota facies, quæ non visitata sit,
Falsidicum, confidentem. CA. quid tum postea?
ME. Quasi ad adolescentem a patre ex Seleucia
Veniat, salutem ei nuntiet verbis patris,
Illum bene gerere rem, et valere et vivere,
Et eum rediturum actutum: ferat epistolas

sonitum, ne investiget rem ipsam, si dixerim me daturum dotem. ME. *Quomodo ergo?* CA. *Potest depromi dos occulte, interea dum sese offerat occasio illius rei: interim petas alicunde pecuniam a quopiam amico.* ME. *Potestne exorari alicunde ab amico?* CA. *Potest.* ME. *Nugæ! Profecto tu reperies illico in ore omnium hoc verbum: Per Herculem mihi non habeo quod tribuam commodato.* CA. *Per Herculem malim ut dicas verum, quam ut des mutuum.* ME. *At vide consilium, si placet.* CA. *Quodnam consilium est?* ME. *Reperi, ut ego existimo, rectum consilium.* CA. *Quid est?* ME. *Conducatur aliquis homo nunc, quamprimum fieri poterit, quasi sit peregrinus.* CA. *Quid faciat deinceps?* ME. *Ille homo vestiatur scite, sicut peregrinus, vultus ignotus, inusitatus, falsidicus, audax.* CA. *Quid deinceps?* ME. *Quasi veniat ex Seleucia ad adolescentem a patre, eum jubeat salvere verbis patris, illum gerere recte rem, et valere et vivere, et eum rever-*

26 *Ne ipsam* Herm. et Goeller. *indacet* Pll.—27 Al. ap. Pareum, *ergo agetur.*—28 Voc. *rei* deest in C. et C. 2.—29 Herm. et Goeller. *alicunde mi argentum in dotem rogem;* Acidalius etiam *rogem.*—30 Al. ap. Pareum, *exorare.*—31 *Gerra* B. 1.—32 *Pol mihi* Herm. et Goeller.—33 Lamb. *quam ut det;* Pll. *quam vides mutuum;* B. 1. *quam fides mutetur.*—34 Pll. *consili est.*—37 Herm. *quid istoc facere postea.*—39 Pll. *visita sit;* al. ap. Pareum *visa sit;* vel, *usitata sit.*—40 *Falsidicus confidensque* al. ibid. *cum fidentem* Pll.—41 Pll. *ex lentia.*—43 C. et C. 2. *bene gererem et valere.*—44 Iidem codd. *auctutum.*—

NOTÆ

36 *Quantum potest*] Id est, cum primum fieri poterit.

Digitized by Google

Duas: eas nos consignemus, quasi sint a patre:
Det alteram illi, dicat alteram tibi
Dare sese velle. CA. perge porro dicere.
ME. Seque aurum ferre virgini dotem a patre
Dicat, patremque id jussisse aurum tibi dare.
Tenes jam? CA. propemodo! atque ausculto perlubens.
ME. Tum tu igitur demum id adolescenti aurum dabis,
Ubi erit locata virgo in matrimonium.
CA. Scite hercle sane. ME. hoc, ubi thesaurum effoderis,
Suspicionem ab adolescente amoveris.
Censebit aurum esse a patre allatum tibi.
Tu de thesauro sumes. CA. satis scite et probe:
Quanquam hoc me ætatis sycophantari pudet.
Sed epistolas quando obsignatas afferet,
Siquidem obsignatas attulerit epistolas,
Nonne arbitraris eum adolescentem annuli
Paterni signum novisse? ME. etiam tu taces?
Sexcentæ ad eam rem causæ possunt colligi:
Illum, quem habuit, perdidit, alium post fecit novom.
Jam si obsignatas non feret, dici hoc potest,
Apud portitorem eas resignatas sibi
Inspectasque esse: in hujusmodi negotio
Diem sermone terere, segnities mera 'st.

surum brevi. Gerat duas epistolas: nos obsignemus eas, quasi sint a patre: illi det alteram, dicat sese velle tibi dare alteram. CA. *Prosequere porro.* ME. *Et dicat se ferre aurum virgini dotem a patre, patremque imperasse tibi dare id aurum. Scis jam?* CA. *Ferme! et audio lubenter.* ME. *Tum demum ergo tu dabis id aurum juveni, quando virgo erit collocata in matrimonium.* CA. *Festive profecto.* ME. *Quando effoderis thesaurum, averteris suspicionem, hoc modo, ab adolescente. Existimabit aurum tibi fuisse allatum a patre. Tu accipies de thesauro.* CA. *Satis eleganter et probe: quamvis me pudet sycophantam agere hac ætate. Verum quando afferet epistolas sigillo munitas, dummodo attulerit literas sigillo communitas, nonne existimas illum juvenem cognoscere signum annuli patris?* ME. *Tu etiam siles? Possunt conferri in unum sexcentæ rationes hujus rei: amisit illum quem habebat, postea fecit aliud novum. Nam si ferat minime obsignatas, potest dici hoc, eas fuisse apertas apud tabellarium, et visas. Est mera negligentia consumere diem*

---

46 Pll. *alterum dicat;* et sic Parei 3.—47 *Dari se velle* Lamb.—50 Edd. quædam vett. *propemodum.*—53 Pll. *thensaurum.*—55 C. *aliatum sibi;* C. 2. *alienatum sibi.*—57 Pll. *sicophantari.*—59 C. *opsignatas a. epistulas.*—60 Pll. *annuli.*—62 *Secentæ* C. *Secente* C. 2.—63 *Eum quem* Parei 3. et al. vett. *Illum quem* B. 1. C. et C. 2.—66 C. *in hujus modo.*—67 *Diem sermonem terrere* Pll.—

Digitized by Google

Quamvis sermones possunt longi texier.
Abi ad thesaurum jam confestim clanculum;
Servos, ancillas amove: atque audin'? CA. quid est?
ME. Uxorem quoque ipsam hanc rem ut celes, face.
Nam pol tacere nunquam quicquam 'st quod queat.
Quid nunc stas? quin te hinc amoves, et te moves?
Aperi, deprome inde auri ad hanc rem quod sat est.
Continuo operito denuo: sed clanculum,
Sicut præcepi: cunctos exturba ædibus.
CA. Ita faciam. ME. at enim nimis longo sermone utimur.
Diem conficimus, quod jam properato 'st opus.
Nihil est, de signo quod vereare; me vide.
Lepida est illa causa, ut commemoravi, dicere,
Apud portitores esse inspectas: denique
Diei tempus non vides? quid illum putas
Natura illa atque ingenio? jamdudum ebriu'st.
Quidvis probari poterit: tum, quod maxumum est,
Afferre, non petere hic se dicet. CA. jam sat est.
ME. Ego sycophantam jam conduco de foro,
Epistolasque jam consignabo duas,
Eumque huc ad adolescentem meditatum probe
Mittam. CA. eo ego igitur intro ad officium meum.

sermone in hacce re. Tametsi possunt institui longæ orationes. Vade jam ad thesaurum velociter clam, amove servos, ancillas: audisne? CA. *Quid est?* ME. *Fac etiam ut celes uxorem hanc rem. Nam per Pollucem est nihil quod possit celare unquam. Quid stas jam? Quin fugis hinc et te moves loco? Resera, deprome inde quod est satis auri ad hanc rem. Statim tege rursus: at occulte, sicut mandavi. Exturba omnes ex ædibus.* CA. *Faciam sic.* ME. *Sed versamur in longa oratione. Confecimus diem, quo opus est accelerato. Vide, est nihil quod formides de signo! Illa causa est festiva, ut institui dicere, esse visas apud tabellarios. Demum non vides tempus diei? Quid existimas hunc illa indole atque animo? Est ebrius jampridem, poterit suaderi quidvis. Tum hic dicet, se afferre, quod est maximum, non rogare.* CA. *Nunc sat est.* ME. *Ego nunc conduco sycophantam de foro, jamque consignabo duas epistolas, eumque mittam huc ad juvenem egregie doctum.* CA. *Igitur ego introëo ad meum officium. Fac id.* ME. *Perficiam.*

69 Pll. *thensaurum.*—71 *Voxorem* C.—72 *Nam pod tacere* C.—73 C. *tu hinc;* C. 2. *tu hunc.*—74 Pll. *at hanc rem.*—76 *Sicuti precepit* Pll.—79 C. et C. 2. *quo vereare.*—80 C. *est ille.*—84 C. et C. 2. *maxumi 'st;* et sic Parei 3.—85 *At ferre* C. *non petere isce dicet. tam sat est* B. 1.—87 *Epistulas* C. et Parei

NOTÆ

83 *Jamdudum ebriu'st*] Aucupantur senes tempus ad prudenter decipiendum Lesbonicum, quo videlicet jam sit temulentus.

Digitized by Google

Tu istuc age. Me. actum reddam. 90

3.—88 Al. ap. Pareum, *adulescenti*.—90 Ms. Cam. *actum reddam; nugaces sunt nisi;* al. ap. Pareum, *jam nugas hic fuit;* al. ibid. *nugæ hæ sunt;* Pll. *nugace sunt nisi.*

NOTÆ

90 *Actum reddam*] Quasi dicat: Alia cura: hujus perficiendi provinciam in me recipio.

[*Nugace sunt nisi*] Pro 'nugax.'

Dicebant veteres 'nugas adassint,' pro 'adaxint.' Quasi dicat 'nugax sim,' nisi 'actum reddidero.'

ACTUS QUARTI SCENA PRIMA.

CHARMIDES.

Salsipotenti et multipotenti Jovis fratri, et Nerei Neptuni, [fluctibus salsis,
Lætus, lubens, laudes ago, et grates gratiasque habeo, et
Quos penes mei potestas, bonis meis quid foret, et meæ vitæ: [faciunt.
Quom suis me ex locis in patriam urbisque mœnia reducem
Atque ego, Neptune, tibi ante alios Deos gratias ago atque habeo summas. 5
Nam te omnes sævomque severumque atque avidis moribus commemorant,
Spurcificum, immanem, intolerandum, vesanum: contra opera expertus:

Ch. *Laudo et gratias ago hilariter, lubenter Nereo Neptuno fratri Jovis, domino maris omnipotenti, et fluctibus salsis, penes quos fuerunt quicquid bonorum fuit, ego et mea vita: quoniam me reducunt ex suis locis in patriam et in mœnia urbis. Atque ego, Neptune, tibi ago gratias maximas et habeo præter alios Deos. Nam cuncti prædicant te ferocem et moribus cupidis, immundum, crudelem, intolerandum, insanum. Experientia didici te non esse ejusmodi: etenim sum expertus te in*

1 *Salipotenti* Brant. *Neptuno et Nereo* Herm. et Bipont. *Jovis fratri ætherii Neptuno* Both. et Goeller. *et Nereo Neptuno* al. ap. Pareum.—2 Ald. Junt. Parei 1. 2. 3. *gratas gratias;* Herm. *et gratis gratas habeo;* Goeller. *et grates gratiasque habeo et, &c.* Mox Pll. *e fluctibus.*—3 *Cum penes* B. 1. *Quo penes* C. *Qm̃ penes* C. 2. *me post bonis mis quid f. et mea ivite* C. *me potestas bonis mis quid, &c.* C. 2. *boni navisque foret* al. ap. Pareum.—4 B. 1. *in patriam ut redeam facis;* Pll. *in patriam urbis cumam reducem;* C. 2. *redeuni, faciunt.*—5 *Atque neptuno tibi* B. 1. *Adque* C. 2.—7 C. *intolerandam ve fanum.*—

NOTÆ

1 *Salsipotenti*] Horatius, 'Potenti maris Deo.'

7 *Spurcificum*] Nonius, 'Sævum, sanguinarium.'

Digitized by Google

Nam pol placido te et clementi meo usque modo, ut volui, usus sum in alto.
Atque hanc tuam gloriam jam ante auribus acceperam, et nobiles apud homines,
Pauperibus te parcere solitum, divites damnare atque domare.
Abi, laudo: scis ordine, ut æquom 'st,
Tractare homines: hoc Dis dignum 'st, semper mendicis modesti sint.
Fidus fuisti: infidum esse iterant: nam absque foret te, sat [scio, in alto
Distraxissent, disque tulissent satellites tui me miserum fœde,
Bonaque omnia item una mecum passim cœruleos per campos.
Ita jam quasi canes, haud secus, circumstabant navem turbines venti:
Imbres fluctusque atque procellæ infensæ frangere malum,
Ruere antennas, scindere vela, ni tua pax propitia foret præsto.

mari quietem, atque levem meo arbitrio, ut volui. Et quidem audiveram auribus jam antea apud homines nobiles tuam benignitatem, te consuetum ignoscere egenis, vexare opulentos et domare. Abi: laudo: nosti agere cum hominibus ordine, ut est par, id est, dignum Diis, ut sunt semper propitii indigis. Fuisti fidus; quamquam dicteni te esse infidum. Nam nisi tu prohibuisses, tui satellites, satis scio, dilacerassent misere in mari, et dissipassent fœde me infelicem et universas fortunas simul mecum passim per agros cæruleos. Adeo turbines venti circumveniebant jam navem, non aliter ac canes: imbres undæque atque procellæ conjuratæ rumpere malum, dejicere antennas, lacerare vela, nisi fuisses propitius. Abduc

8 C. 2. *sum in alio*; al. ap. Pareum, *sum haud alto*.—9 *Atque hanc gloriam tuam ante auribus nobilem jam acceperam ad homines* Bothe; *Atque ego hanc tuam gloriam auribus quidem jam acceperam ante* Goeller. *nobilem* conj. Brant. *apra homines* C.—10 C. 2. *dampnare*.—11 *Domare abi* C. *ordinem equnct* C.—13 C. *eoque foret et stat*. C. 2. *in alta*.—15 Pro *item*, Acidalius conj. *ibidem*; al. ap. Pareum, *ita una*.—16 B. 1. C. et C. 2. *turbines venit*.—17 *Imber* B. 1. in-

NOTÆ

13 *In alto Distraxissent, disque tulissent*] Virgilius, 'Haud procul inde citæ Metum in diversa quadrigæ Distulerant.'

15 *Cæruleos campos*] Id est, mare. Lucretius lib. v. 'Maxima qua nunc se ponti plaga cœrula tendit.' Virgilius, 'Annixi torquent spumas et cœrula verrunt.' Alibi, 'natantes campos,' 'liquentes campos,' 'salis campos,' 'arva Neptunia' appellat.

Digitized by Google

Apage me sis! deinde hinc certum 'st otio me dare: satis partum habeo.
Quibus ærumnis deluctavi, filio dum divitias quæro!
Sed quis hic est, qui in plateam ingreditur cum novo ornatu specieque
Simul? pol! quanquam domum cupio, opperiar hic, quam gerat rem.

me, si placet! constitui me dedere deinceps hinc otio. Habeo satis comparatum divitiarum. *Cum quot molestiis colluctatus sum, dum paro opes filio! Sed quis est hic, qui ingreditur in plateam, cum novo habitu, et nova specie simul? Per Pollucem! tametsi opto ire domum, expectabo, ut videam, quid agat.*

fense C.—18 *Re vere antemnas* C. 2.—19 *Apage a me* Goeller. *Apage te* Acidal. *Apage messis* C. 2.—20 *Cum his ærumnis eluctavit* Nonius p. 748.—21 C. *planteam .... speciaque;* al. ap. Pareum, *sp. simula personata.*—22 C. *sol, quanquam.* Pro *domum*, Donat. al. ap. Pareum *domi.* B. 1. *quam hic rem gerat.*

NOTÆ

21 *Specieque Simul*] Alii *simula*, id est, 'simulata:' veteres enim 'simule,' 'simulate,' et 'ficte.'

22 *Domum cupio*] Alii *domi.* Ut est in Terentio, 'quasi domi cupidus.'

ACTUS QUARTI SCENA SECUNDA.

SYCOPHANTA, CHARMIDES.

Sy. Huic ego diei nomen Trinummo faciam: nam ego operam meam
Tribus nummis hodie locavi ad artes nugatorias.
Advenio ex Seleucia, Macedonia, Asia, atque Arabia,
Quas ego neque oculis, neque pedibus unquam usurpavi meis.

Sy. *Appellabo hunc diem Trinummum: nam collocavi hodie meam industriam tribus nummis ad artes ludicras. Venio ex Seleucia, Macedonia, Asia, et Arabia, quas nunquam, aut vidi oculis, aut pedibus peragravi. Cernisne quid inopia accer-*

NOTÆ

4 *Oculis usurpavi*] 'Usurpare oculis,' 'usurpare sensibus,' id est, videre, sentire.

Digitized by Google

Viden' egestas quid negotii dat homini misero mali!
Qui ego nunc subigor trium nummorum causa, ut has epistolas
Dicam ab eo homine me accepisse, quem ego, qui sit homo, nescio,
Neque novi: neque natus, necne is fuerit, id solide scio.
CH. Pol hic quidem fungino genere est, capite se totum tegit:
Illurica facies videtur hominis; eo ornatu advenit.
SY. Ille qui me conduxit, ubi conduxit, abduxit domum.
Quæ voluit, mihi dixit: docuit, et præmonstravit prius,
Quomodo quicque agerem: nunc adeo, si quid ego addidero amplius,
Eo conductor melius de me nugas conciliaverit.
Ut ille me exornavit, ita sum ornatus: argentum hoc facit.
Ipse ornamenta a chorago hæc sumsit suo periculo.
Nunc ego si potero ornamentis hominem circumducere,
Dabo operam; ut me esse ipsum plane sycophantam sentiat.

sit molestiarum homini calamitoso! Ego cogar jam dicere, propter tres nummos, me accepisse ab eo homine has epistolas, quem ego ignoro, qui homo sit, neque novi: neque scio certo, utrum is fuerit natus, necne. CH. *Per Pollucem, hic est de prosapia fungorum; se operit totum capite: vultus hominis videtur ex Illyria; accedit hoc ornatu.* SY. *Ille qui me locavit, ubi locavit, abduxit domum, mihi dixit quæ libuit: docuit et præmonuit antea, qua ratione quidve facerem. Nunc adeo, si ego addidero aliquid amplius, qui me conduxit proferet eo melius nugas mea opera. Sum vestitus, ita ut ille me vestiit. Pecunia præstat hoc. Ipse sumsit hæc ornamenta suis damnis a chorago. Jam si ego potero decipere hominem vestibus, efficiam; ut intelligat me esse plane sycophantam.*

1 C. 2. *nam ergo.*—4 *Quas ego non* Pll.—6 C. *subicor.* Pll. *epistulas.*—9 *Sol hic* C. *capit e ē t.* C. *capite tot t.* C. 2.—10 *Hillurica* Pll.—14 C. *de me nogas.* —15 Pll. *exornavi.* C. *sum urnatus.* Pll. *hae facit.*—18 Gulielm. *ut me esse*

NOTÆ

9 *Fungino genere est*] 'Fungi' nihil aliud sunt ferme, quam caput. De petaso seu pileo sycophantæ.

14 *Eo conductor melius*] Si ea, quæ doctus sum, expolivero, tanto melius conductor, mea opera, rem nugatoriam fecerit.

16 *A chorago*] Choragus est scenici apparatus præfectus. Hinc Choragium, locus unde omnia ad ludos necessaria promuntur.

Digitized by Google

CH. Quam magis specto, minus placet mihi hominis facies: mira sunt,
Ni illic homo 'st aut dormitator, aut sector zonarius.
Loca contemplat, circumspectat sese, atque ædis noscitat.
Credo edepol, quo mox furatum veniat, speculatur loca:
Magis lubido 'st observare, quid agat: ei rei operam dabo.
SY. Has regiones demonstravit mihi ille conductor meus:
Apud illas ædis sistendæ mihi sunt sycophantiæ.
Fores pultabo. CH. ad nostras ædes hic quidem habet rectam viam. [vigilias.
Hercle, opinor, mihi advenienti hac noctu agitandum est
SY. Aperite hoc, aperite: heus! ecquis his foribus tutelam gerit? [tas? SY. heu senex!
CH. Quid, adolescens, quæris? quid vis? quid istas pul-
Census cum juratori recte rationem dedi.
Lesbonicum hic adolescentem quæro, in his regionibus

CH. *Quo magis specto faciem hominis, mihi placet minus; fallor, nisi ille homo est aut fur, aut sector zonarius. Lustrat loca, sese circumspicit, atque cognoscit ædes. Existimo profecto, contemplatur loca, ut veniat mox furatum. Libet observare magis quid faciat, dabo operam ei rei.* SY. *Qui me locavit mihi demonstravit has regiones: sycophantiæ mihi sunt depromendæ apud illas ædes: feriam fores.* CH. *Hic profecto tenet viam rectam ad nostram domum. Existimo sane esse agitandas vigilias, hac nocte, mihi advenienti.* SY. *Pandite hoc, pandite. Heus! Ecquis tuetur has fores?* CH. *Quid quæris, adolescens? Quid vis? Quid feris istas fores?* SY. *Heu senex! Sum relatus in censum, si tradidi recte rationem quæsto-*

ipsus.—19 B. 1. C. 2. *mihi hæc hominis.*—20 *Ni illinc h. a. dormitator* C.—22 Pro *mox*, Pll. habent *nox*; et sic emend. Palmer. *speculator* B. 1.—23 C. *opera.*—24 Idem codex, *de manstravit.*—26 Pll. *at nostras . . . . habeat*; C. *ediachic quidem.*—27 Edd. vett. ante Gruter. *agitandæ sunt vigiliæ.*—28 C. *hecquis.*—29 Parei 3. *heus senex.*—30 *Census sum, cum*, &c. Reizius; *Census*

NOTÆ

20 *Dormitator*] Id est, fur. Hesiodus, *ἡμερόκοιτον*, *furem* appellat, quod interdiu dormiat, noctu furetur: *ἡμεροκλέπται*, *nocturni grassatores*, passim dicuntur.

Sector zonarius] Βαλαντιότομος, *crumeniseca, crumenisex, sacculurius.* Antiquitus crumenam de zonis pendentem gerebant, vel in ipsis zonis insinuabant pecuniam.

27 *Agitandum est vigilias*] Virgilius, 'pacem Trojano a rege petendum est.' Cicero, 'Quam viam nobis quoque ingrediendum sit.' Helleniſmus est, *ἀκροατέον αὐτοὺς*, *istos audiendum.*

30 *Census cum juratori dedi*] 'Conjurator' erat apud quem peregrini profiteri cogebantur, et nomina, et patriam, et negotia. Græce, *συνωμότης*, *conjurator*, seu *censor.* 'Conjurator' forte significat juratoris socium et collegam.

Digitized by Google

Ubi habitet, et item alterum ad istanc capitis albitudinem:
Calliclem aiebat vocari, qui has mihi dedit epistolas.
CH. Meum gnatum hic quidem Lesbonicum quærit et amicum meum,
Cui ego liberosque bonaque commendavi, Calliclem.
SY. Fac me, si scis, certiorem, hice homines ubi habitent, pater. [advenis?
CH. Quid eos quæris? aut quis es? aut unde es? aut unde
SY. Multa simul rogitas! nescio quid expediam potissumum.
Sin unumquicquid singillatim et placide percunctabere,
Et meum nomen, et mea facta, et itinera ego faxo scias.
CH. Faciam ita ut vis: agedum nomen tuum primum memora mihi. [quia, pater,
SY. Magnum facinus incipissis petere. CH. quid ita? SY.
Si ante lucem ire occipias a meo primo nomine, [ris.
Concubium sit noctis, priusquam ad postremum pervene-
CH. Opus face est et viatico ad tuum nomen, ut tu prædicas.
SY. Est minusculum alterum, quasi vasculum vinarium.
CH. Hic homo solide sycophanta est: quid ais tu, adolescens? SY. quid est?

ri; quæro ubi maneat Lesbonicus adolescens in his regionibus, et item alium perinde canum atque hoc caput est: dicebat se appellari Calliclem, qui mihi dedit has literas. CH. *Hic profecto quærit Lesbonicum meum filium, et meum amicum Calliclem, cui ego commisi liberos et fortunas.* SY. *Doce me, pater, si scis, ubi maneant hi homines.* CH. *Quare eos quæris? Aut quis es? Aut unde es? Aut unde venis?* SY. *Rogas uno tempore multa! Ignoro quid respondebo primum: si forte interroges sigillatim et leviter unumquodque, ego efficiam ut cognoscas et meum nomen, et mea gesta, et mea itinera.* CH. *Faciam sicut vis. Agedum, dic mihi primum tuum nomen.* SY. *Incipis rogare rem arduam.* CH. *Quid ita?* SY. *Quia, pater, si incipias ante lucem ire a meo primo nomine, erit concubium noctis, antequam perveneris ad postremum.* CH. *Adhibenda est fax et viaticum ad tuum nomen, ut tu dicis.* SY. *Est alterum minusculum, velut vas vinarium.* CH. *Hic homo est plane sycophanta. Quid dicis tu, adolescens?* SY.

quom sum Acidal. et Goeller. *Censne conjuratori* Lamb.—33 C. *epistulas.*—36 Pll. *si sis.* B. 1. *iisce;* Parei 3. *hisce.* Pll. *ut habitem.*—39 *Si unum* B. 1. *quidque* edd. vett.—42 C. 2. et edd. vett. ante Gulielm. *incipis sic petere.* B. 1. *quia petere;* C. *q. patrem;* C. 2. *quia patrem.*—43 *Si ante lucem me occipias* B. 1.—45 *Opus facto est* Pll. et edd. vett. *Opus farto est* Lamb. *Opus sacco,* vel *face est* Palmer. *Face opus est* Reiz. Herm. Goeller.—46 Pll. *quasi vix*

NOTÆ

45 *Opus face est et viatico*] Quasi dicat Charmides: Si tuum nomen est

Digitized by Google

CH. Eloquere, isti tibi quid homines debent, quos tu quæritas ?
SY. Pater istius adolescentis dedit has duas mihi epistolas
Lesbonici : mihi est amicus. CH. teneo hunc manifestarium.
Me sibi epistolas dedisse dicit : ludam hominem probe.
SY. Ita ut occepi, si animum advortas, dicam. CH. dabo operam tibi.
SY. Hanc me jussit Lesbonico suo gnato dare epistolam :
Et item hanc alteram suo amico Callicli jussit dare.
CH. Mihi quoque edepol, quom hic nugatur, contra nugari lubet.
Ubi ipse erat ? SY. bene rem gerebat. CH. ergo ubi ? SY. in Seleucia.
CH. Ab ipson' istas accepisti ? SY. e manibus dedit mihi
CH. Qua facie est homo ? SY. sesquipede quidem est quam tu longior.
CH. Hæret hæc res : siquidem ego absens sum, quam præ-
Novistin' hominem ? SY. ridicule rogitas, quo cum una cibum
Capere soleo. CH. quid est ei nomen ? SY. quod edepol homini probo.

Quid est ? CH. *Dic, quid tibi negotii est cum istis hominibus, quos tu quæritas ?* SY. *Pater istius adolescentis Lesbonici, et meus amicus, mihi dedit has epistolas.* CH. *Deprehendo hunc manifeste : ait me sibi tradidisse epistolas. Ludificabo egregie hominem.* SY. *Loquar sicut incepi, si advertas mentem.* CH. *Te audiam.* SY. *Mihi imperavit reddere hanc literam Lesbonico suo filio, et mandavit etiam dare hanc Callicli suo amico.* CH. *Per ædem Pollucis, quandoquidem hic nugatur, mihi lubet nugari etiam ex adverso. Ubi erat ipse ?* SY. *Gerebat rem bene.* CH. *Ubi inquam ?* SY. *In Seleucia.* CH. *Accepistine illas* literas *ab illo ?* SY. *Mihi tradidit ipse e manibus in manus.* CH. *Quo vultu est homo ?* SY. *Est quidem altior te pede et dimidio.* CH. *Hæc res cohæret ; videlicet, ego sum absens procerior, quam præsens. Novistine hominem ?* SY. *Interrogas ridicule utrum noscam eum, cum quo consuevi sumere cibum una.* CH. *Quomodo vocatur ?*

---

illum vinarium.—47 C. et C. 2. *quid es.*—49 C. 2. *duas epistulas*, omisso pronomine *mihi.*—50 *Lesbonicis* C. *is mihi amicus* Par. *is mi est amicus* Goeller.—55 B. 1. C. C. 2. *quoniam hic.* Mox, Pll. *nuguratur ;* C. *nugaratur.*—58 Pll. *quiddamst.*—59 Hic vs. deest in C. 2. Ven. 1. et edd. vett.—61 Edd. vett.

NOTÆ

tam longum, ut ne intra unum quidem diem pronuntiari possit, est opus tibi face et viatico, ne lux te victusque deficiat.

59 *Hæret hæc res*] Non bene capio, quid id sibi velit.

Digitized by Google

CH. Lubet audire. SY. ille edepol! illi illi! væ misero mihi! [modo.
CH. Quid est negotii? SY. devoravi nomen imprudens
CH. Non placet, qui amicos intra dentes conclusos habet.
SY. Atque etiam modo vorsabatur mihi in labris primoribus.
CH. Temperi huic hodie anteveni. SY. teneor manifesto miser!
CH. Jamne commentatus es nomen? SY. Deum hercle me atque hominum pudet.
CH. Vide, homo, ut hominem noveris. SY. tanquam me: fieri istuc solet,
Quod in manu teneas atque oculis videas, id desideres.
Literis recomminiscar. C est principium nomini.
CH. Callicias? SY. non est. CH. Callippus? SY. non est. CH. Callidemides?
SY. Non est. CH. Callinicus? SY. non est. CH. Callimarchus? SY. nil agis. [mei.
Neque adeo edepol floccifacio, quando egomet memini
CH. At enim multi Lesbonici sunt hic: nisi nomen patris

SY. *Profecto est nomen quod homini bono.* CH. *Libet audire.* SY. *Ille profecto! ille ille! væ mihi misero!* CH. *Quid est rei?* SY. *Imprudens devoravi nomen.* CH. *Non placet, qui tenet amicos inclusos intra dentes.* SY. *Atque etiam modo mihi erat in ore.* CH. *Hunc anteverti hodie tempestive.* SY. *Teneor manifesto, miser!* CH. *Esne jam recordatus nominis?* SY. *Profecto me pudet Deum atque hominum.* CH. *Animadverte, homo, ut noveris hominem.* SY. *Veluti me. Id solet, quæras id, quod habeas in manu, et videas oculis. Literis refricabo memoriam. C est principium nominis.* CH. *Callicias?* SY. *Non est.* CH. *Callippus?* SY. *Non est.* CH. *Callidemides?* SY. *Non est.* CH. *Callinicus?* SY. *Non est.* CH. *Callimarchus?* SY. *Nihil agis: neque per ædem Pollucis, cujusquam facio, quando egomet recordor mei.* CH. *Nam sunt hic complures Lesbonici; nisi*

quod est.—62 B. 1. *ille ædepol illeve misero mihi;* Palmer. Spicil. p. 758. legit, *il, il, edepol, il, il.*—64 *Non places ... habes* Acidal. *quia amicos* C. *concluso habet* C. et C. 2.—65 *Adque etiam* C. 2.—67 *Jam re* C. *Jam rem* C. 2. *commentus* Parei 3.—68 Edd. vett. *istuc fieri.*—69 *Quod manu* Goeller.—72 Pll. et Parei 3. *nihil agis;* margo ed. Gronov. ex Mss. *mihi agis.*—73 C.

NOTÆ

62 *Ille edepol! illi illi*] Est conatus vocis reddendæ, qualis est ille hominum non bene recordantium eorum, quæ sunt aggressi dicere.

66 *Temperi*] Id est, tempestive.

67 *Jamne commentatus* [*commentus*] *es*] In aliis, *jamne recommentus es. Jam recommentatus es. Jam reincommentatus es.*

Digitized by Google

Dices, non monstrare possum istos homines, quos tu quæritas.
Quod ad exemplum est? conjectura si reperire possumus.
Sy. Ad hoc exemplum est, Char. Ch. an Chares? an Charidemus? num Charmides? [jamdudum tibi;
Sy. Hem istic erit: qui istum Di perdant! Ch. dixi ego
Te potius bene dicere æquom 'st homini amico, quam male.
Sy. Satin' intra labra atque dentes latuit vir minumi pretii?
Ch. Ne male loquare absenti amico. Sy. quid ergo ille ignavissumus
Mihi latitabat? Ch. si appellasses, respondisset, nomine.
Sed ipse ubi est? Sy. pol illum reliqui ad Rhadamantem in Cecropia insula. [sim, quæritem?
Ch. Qui homo est me insipientior, qui ipse egomet, ubi
Sed nihil disconducit huic rei: quid ais? Sy. quid? Ch. hoc te rogo.
Quos locos adisti? Sy. nimium miris modis mirabiles.
Ch. Lubet audire, nisi molestum 'st. Sy. quin discupio dicere.

appelles nomen patris, non possum ostendere illos homines quos tu quæris. Ad quod exemplum est? Si possumus invenire conjectura. Sy. *Est ad hoc exemplum, Char.* Ch. *An Chares? An Charidemus? Num Charmides?* Sy. *Hem! erit iste. Qui Dii perdant istum!* Ch. *Ego tibi dixi jampridem; est potius æquum te bene dicere homini amico quam male.* Sy. *Satisne vir minimi pretii occultavit se intra labra et dentes?* Ch. *Ne male dicas amico absenti.* Sy. *Quid ergo ille homo ignavissimus me latebat?* Ch. *Si vocasses nomine, respondisset: sed ubi est ille?* Sy. *Pol illum reliqui ad Rhadamantem in insula Cecropia.* Ch. *Qui homo est stolidior me, qui quæritem, ubi egomet sim? Sed nihil obest huic negotio: quid dicis?* Sy. *Quid?* Ch. *Te quæso hoc. Quæ loca adiisti?* Sy. *Admirabilia modis nimis admirabilibus.* Ch. *Velim audire, nisi est incommodum.* Sy. *Quin*

et C. 2. *memini mihi.*—75 C. *non mostrare.*—76 C. *possumus id.*—77 Edd. vett. *Ad h. e. est? an Chaxes? an Charmides? num Charmides?* Palmer. *Quod ad e. est? conjectura si reperire possumus;* Acidal. et Herm. *an Charmides? an Charidemus?* Syllaba *Char* deest in B. 1.—78 *Hem i. erat* Acidal.—81 B. 1. *loquere ei præsente;* Lamb. *loquare ei, præsente amico.* Mox, *quid ille ergo* Reisius.—83 C. *adi hada mante in Cecropio;* Both. *Pol eum reliqui ad Rhadaman Cecropia in insula;* B. 1. *in ceropia;* Meurs. *in Cercopia.*—84 *Qui homo est* desunt in B. 1. ubi, pro *me*, legitur *ne.*—85 Cam. Both. Herm. Goeller. *hoc quod te rogo.*—86 *Quos l. adistis* Acidal.—87 *Lubet audires* C.—

NOTÆ

83 *In Cecropia insula*] Ludens appellat Orcum, regnum Rhadamantis, qui sceleratos ibi pœnis, et cruciatibus maximis exercet: homines vero sceleratos Cecropiæ insulæ inquilinos. Nam κέκροπες et πίθικοι sunt *simiæ*, malignæ inprimis beatiæ.

Digitized by Google

Omnium primum in Pontum advecti ad Arabiam terram sumus. [illæc, ubi thus gignitur,
CH. Eho! an etiam Arabia 'st in Ponto? SY. est: non
Sed ubi absinthium fit, atque cunila gallinacea. 90
CH. Nimium graphicum hunc nugatorem! sed ego sum insipientior, atque hic nesciat:
Qui egomet, unde redeam, hunc rogitem, quæ ego sciam,
Nisi quia lubet experiri, quo evasuru'st denique. [mihi:
Quid est tibi nomen, adolescens? SY. Pax, id est nomen
Hoc cotidianum 'st. CH. edepol nomen nugatorium: 95
Quasi dicas, si quid crediderim tibi, pax! periisse illico.
Sed quid ais, quo inde iisti porro? SY. si animum advortas, eloquar.
Ad caput amnis, quod de cœlo exoritur sub solio Jovis.
CH. Sub solio Jovis? SY. ita dico. CH. e cœlo? SY. atque e medio quidem.
CH. Eho! an etiam in cœlum escendisti? SY. immo horiola advecti sumus, 100

opto dicere. Primum omnium sumus devecti in Pontum juxta Arabiam. CH. *Eho! Arabia estne quoque in Ponto?* SY. *Est: non illa in qua thus nascitur, sed ubi fit absinthium, atque cunila gallinacea.* CH. *Nugatorem hunc nimium graphicum! sed ego sum stolidior, qui interrogem hunc, unde egomet revertar; quæ ego sciam, atque hic nesciat: nisi quia libet experiri, quo evasurus est denique. Quod tibi est nomen, adolescens?* SY. *Pax, id est meum nomen: hoc est quotidianum.* CH. *Per ædem Pollucis nomen ridiculum: quasi dicas, pax! si tibi crediderim aliquid, periisse illico. Sed quid dicis, quo perrexisti inde porro?* SY. *Dicam, si advertas animum. Ad fontes fluvii, qui nascuntur in cœlo sub solio Jovis.* CH. *Sub solio Jovis?* SY. *Dico ita.* CH. *E cœlo?* SY. *Atque e medio quidem.* CH. *Eho! an etiam ascendisti in cœlum?* SY. *Immo advecti sumus navicula, semper adversa aqua per flumen.* CH. *Eho, an vidisti quoque Jovem?* SY.

88 B. 1. *inponto advecti arabiam;* C. *advectia arabiam;* C. 2. *in potentum advectia arabiam.*—89 Pll. *illac ubi tus gignitur.*—90 C. *apsentium;* C. 2. *absentiu;* Parei 3. *absynthium.*—96 Pro *pax*, Meurs. legit *tax.*—97 Parei 3. *istis porro;* Pll. *isti porro.*—99 Edd. ante Acidal. *atque medio.*—100 *Eo* C. *escendisti* Pll. *ascendisti* B. 1. *immod* C. C. 2. Parei 3. *immo doriola* B. 1. *immo do-*

NOTÆ

88 *Arabiam terram*] Quasi 'Arabicam terram:' sic 'Italia terra,' 'Thessalia regio,' 'Galliæ mulieres;' pro Italica, Thessalica, Gallicæ.

90 *Cunila gallinacea*] Aliter 'satyreia,' *de la serriette*, odorata herba, et condendis leguminibus, ac præsertim fabis, utilis.

96 *Pax*] Aliis, *tax*, dicitur a 'tango.' 'Tagax' qui bene non utatur manu siniatra. 'Tangere' est furari. *Tax*, furtim, tactim. Porro *pax* est vox, qua silentium imperamus ei quocum loquimur.

100 *Horiola*] Est navis levis et velox gravioribus navigiis, ad speculandum utilis.

Digitized by Google

Usque aqua advorsa per amnem. CH. eho, an etiam vidisti Jovem? [bum.
SY. Alii Di isse ad villam aiebant servis depromtum ci-
Deinde porro. CH. deinde porro nolo quicquam prædices.
SY. Ego hercle, si es molestus. CH. nam pudicum neminem
Esse oportet, qui abs terra ad cœlum pervenerit.
SY. Dimittam, ut te velle video: sed monstra hosce homines mihi.
Hos ego quæro, quibus me oportet has deferre epistolas.
CH. Quid ais tu nunc? si forte eum ipsum Charmidem conspexeris,
Illum, quem tibi istas dedisse commemoras epistolas,
Noverisne hominem? SY. næ tu me edepol arbitrare belluam,
Qui quidem non novisse possim, quicum ætatem exegerim.
An ille tam esset stultus, qui mihi mille nummum crederet
Philippeum, quod me aurum deferre jussit ad gnatum suum,
Atque ad amicum Calliclem, quoi rem aiebat mandasse hic suam?
Mihi concrederet, nisi me ille et ego illum nossem approbe?
CH. Enimvero ego nunc sycophantæ huic sycophantari volo;

Ceteri Dii dicebant ivisse ad villam, latum cibos servis. Deinde porro. CH. *Deinde porro, nolo prædices quicquam.* SY. *Nolo profecto si sim importunus.* CH. *Nam oportet nullum esse castum, qui translatus fuerit a terra ad cœlum.* SY. *Sinam abire ut animadverto te optare. Sed ostende mihi hosce homines. Ego quæro homines, quibus oportet me deferre has literas.* CH. *Quid dices tu jam? Si forte videris eum ipsum Charmidem; illum, quem dicis tibi tradidisse istas epistolas; noverisne hominem?* SY. *Certe tu existimas me esse feram, qui quidem non possum cognoscere quocum duxerim vitam. Essetne ille adeo amens, ut mihi confideret mille nummos Philippeos; quod aurum me mandavit ferre ad suum filium, et ad Calliclem amicum, cui dicebat mandasse suam rem hic? Mihi concrederet, nisi ille me nosset, et ego illum nossem optime?* CH. *Nam ego volo sycophantari nunc huic*

---

rialia codd. Cam.—101 Pll. *eo ante etiam;* B. 1. *eo anne etiam.*—102 *Callidus ad villam .... servi* B. 1. *Callicli isse ad villam aibant servis* Acidal. *Callicli se ad* C. 2. *Calliclis ad* C.—103 *Mande porro* Pll. *Deinde*, et mox alterum *deinde* desunt in B. 1.—104 *Eho hercle si est* B. 1. *Eho hercle vero si eris* Parei 3. *Ego vero hercle* Goeller. *Ego quidem hercle* Herm. *Hercle vero* Acidal. *O hercle sies molestus* Pll. et Both. *non pudicum* B. 1.—105 *Pre oportet* C. [Lacuna] *ere oportet* C. 2. *Manere oportet* Schopp.—106 *Di mittam* Parei 3. *Mit aut* Pll. *Mittam ut* al. ap. Pareum. *mostra* C.—107 *Quos ego* Acidal. Herm. Goeller.—112 C. 2. *nummos.*—113 C. *ad gnitum.*—115

Digitized by Google

Si hunc possum illo mille nummum Philippo circumducere,
Quod sibi me dedisse dixit: quem ego, qui sit homo, nescio, [crederem?
Neque oculis ante hunc diem unquam vidi: eine aurum
Cui, si capitis res siet, nummum nunquam credam plumbeum.
Aggrediundu'st hic homo mihi astu: heus, Pax, te tribus verbis volo. [pisti a Charmide?
Sy. Vel trecentis. Ch. haben' tu id aurum, quod acce-
Sy. Atque etiam Philippeum, numeratum illius in mensa manu,
Mille nummum. Ch. nempe ab ipso id accepisti Charmide?
Sy. Mirum quin ab avo ejus, aut proavo acciperem, qui sunt mortui.
Ch. Adolescens, cedo dum istuc aurum mihi. Sy. quod ego aurum dem tibi?
Ch. Quod a me te accepisse fassus. Sy. abs te accepisse? Ch. ita loquor. [ego sum Charmides.
Sy. Quis tu homo es? Ch. qui mille nummum tibi dedi,
Sy. Neque edepol tu is es, neque hodie is unquam eris, auro huic quidem.
Abi sis, nugator! nugari nugatori postulas.
Ch. Charmides ego sum. Sy. nequicquam hercle es: nam nihil auri fero.

sycophantæ; si possum huic emungere mille nummos illo Philippeo auro, quod affirmavit sibi a me datum: quem ego ignoro, qui homo sit; neque conspicatus sum unquam oculis ante hunc diem; eine crederem aurum? Cui non crederem nummum plumbeum, si agatur de capite. Est mihi adoriendus hic homo astutia. Heus, Pax, te volo tribus verbis. Sy. *Vel trecentis.* Ch. *Habesne id aurum, quod accepisti a Charmide?* Sy. *Atque etiam aurum mille nummorum Philippeorum numeratum illius manu in mensa.* Ch. *Scilicet id suscepisti a Charmide ipso?* Sy. *Mirum si non ab ejus avo acciperem, aut proavo, qui sunt mortui.* Ch. *Da mihi igitur, adolescens, illud aurum.* Sy. *Quod aurum tibi dabo ego?* Ch. *Quod fassus es te accepisse a me.* Sy. *A te accepisse?* Ch. *Sic loquor.* Sy. *Quis es tu?* Ch. *Ego sum Charmides, qui tibi dedi mille nummos.* Sy. *Neque profecto tu es is: neque eris hodie unquam, quidem auro huic. Abi si vis nugator! vis nugari apud nugatorem.* Ch. *Ego sum Charmides.* Sy. *Nequicquam es per Her-*

Pll. *ni me .... nossem aprote.*—117 Edd. ante Sciopp. *illis mille numis Philippeis.* Pll. *civem ducere.*—118 *Quos sibi* editiones veteres.—119 Pll. *ne mirum crederim;* unde Pareus, *nimirum.*—121 B. 1. C. 2. *homo masticheus;* C. *homo mi astu heus.*—123 B. 1. *illius immensa.*—124 *Mille nummos* Pll. B. 1. et edd. ante Sciopp. *Mille nummum* C.—125 *Mirum quid* Pll. —126 Goeller. Herm. Reiz. *ego dem aurum tibi.*—129 B. 1. *neque hodie un-*

Digitized by Google

Nimis argute obrepsisti in eapse occasiuncula: [des.
Postquam ego me aurum ferre dixi, post tu factus Charmi-
Prius tu non eras, quam auri feci mentionem: nihil agis.
Proin' tu te itidem, ut Charmidatus es, rursum recharmida.
CH. Quis ego sum igitur, siquidem is non sum, qui sum?
SY. quid id ad me attinet? 136
Dum ille ne sis, quem ego esse nolo, sis mea causa, qui
lubet. [eras.
Prius non is eras, qui eras: nunc is factus, qui tum non
CH. Age si quid agis. SY. quid ego agam? CH. aurum
redde. SY. dormitas, senex.
CH. Fassus Charmidem dedisse aurum tibi. SY. scrip-
tum quidem
CH. Properas, an non properas abire actutum ab his regi-
onibus, 141
Dormitator, priusquam ego hic te jubeo mulcari male?
SY. Quamobrem? CH. quia illum quem ementitus es,
ego sum ipsus Charmides, [is es?
Quem tibi epistolas dedisse aiebas. SY. eho! quæso; an tu
CH. Is enimvero sum. SY. ain' tu tandem, is ipsusne es?
CH. aio. SY. ipsus es? 145
CH. Ipsus, inquam, Charmides sum. SY. ergo ipsusne es?
CH. ipsissumus.
Abi hinc ab oculis. SY. enimvero sero quoniam advenis,

culem: nam nihil fero auri. Obrepsisti nimis astute in hacce occasiuncula. Postquam ego dixi me ferre aurum, postea tu evasisti Charmides. Tu non eras, antequam facerem mentionem auri. Nihil assequeris. Itaque quemadmodum tu Charmidatus es, te itidem rursus recharmida. CH. *Quis sum ergo, si is non sum, qui sum?* SY. *Quid id ad me spectat? Dum modo non sis ille, quem ego nolo esse; sis quilibet; per me licet. Non eras prius is qui eras: nunc is factus, qui non eras tum.* CH. *Age si quid agis.* SY. *Quid faciam?* CH. *Redde aurum.* SY. *Dormitas, senex.* CH. *Es confessus Charmidem dedisse aurum.* SY. *Scriptum quidem.* CH. *Acceleras, an non acceleras discedere statim ab iis regionibus, prædo, antequam ego mandavero te mulcari male hic?* SY. *Quare?* CH. *Quia ego sum ipsus ille Charmides, quem es ementitus, et quem dicebas tibi dedisse literas.* SY. *Eho! amabo, an es tu is?* CH. *Sum is enimvero.* SY. *Dicisne tandem, esne tu ipse?* CH. *Aio.* SY. *Ipse es?* CH. *Ipse sum Charmides.* SY. *Ergo ipsene es?* CH. *Ipsissimus. Fuge hinc a conspectu.* SY. *Enimvero, quia venis tarde, dabis pœ-*

---

quam. Donz. *aurum hoc cui dem.*—130 *A si sis* C. *At si sis* C. 2.—132 Pll *obresisti in eapse*; al. ap. Pareum *meapse.*—136 *Quid ego* C.—137 B. 1. *quodlubet*; C. 2. *quilibet*; edd. ante Acidal. *quidlubet.*—141 C. *abere.* C. 2. *actuum.*—142 Edd. vett. *multari*, sive *mulctari.*—144 C. *aiebat.* Mox, C. *eho que se an*; C. 2. *ehoque* [lacuna] *es* [lacuna] *is enim.*—147 *Ab hinc ab* Pll. *serio*

Digitized by Google

Vapulabis meo arbitratu et novorum ædilium.
CH. At etiam maledicis? SY. immo, salvos quandoquidem advenis,
Di te perdant; etsi floccifacio, an periisses prius.
Ego ob hanc operam argentum accepi: te macto infortunio.
Ceterum qui sis, qui non sis, floccum non interduim.
Ibo ad illum, renuntiabo, qui mihi tris nummos dedit,
Ut sciat, se perdidisse: ego abeo; male vive et vale.
Quod Di te omnes advenientem peregre perdant, Charmides.
CH. Postquam ille hinc abiit, post loquendi libere
Videtur tempus venisse, atque occasio.
Jamdudum meum ille pectus pungit aculeus,
Quid illi negotii fuerit ante ædis meas.
Nam epistola illa mihi concenturiat metum
In corde, et illud mille nummum quam rem agat.
Nunquam edepol temere tinniit tintinnabulum:

nas meo arbitrio et novorum ædilium. CH. *At dicis male adhuc?* SY. *Immo, quoniam advenis salvus, Dii te perdant; etsi facio nihili, an periisses antea. Ego accepi pecuniam ob hanc rem: te macto infortunio; sed floccifacio qui sis, qui non sis. Ibo ad illum, qui mihi dedit tres nummos; renuntiabo, ut sciat se amisisse. Ego proficiscor, vive male et vale! Omnes Dii te perdant advenientem peregre, Charmides.* CH. *Postquam ille profectus est hinc, verba faciendi tempus, et locus oblatus videtur. Jamdudum ille aculeus pungit meum pectus, quid rei illi sit, ante meas ædes. Nam illa litera mihi injicit metum in corde, et quam rem gerant illi mille nummi. Profecto tintinnabulum nunquam tinniit temere. Est*

---

quoniam Pll. et edd. vett.—148 Parel 3. *arbitrio meo.*—149 *An etiam* edd. ante Sciopp.—150 *Di me perdant* Goeller. et edd. vett. *si te fl. an periisse* Pll. —151 Pll. *accepē macto importunio;* B. 1. *emacto importunio.*—152 *Sed erum* Pll. et Dresd. *Sed herum* B. 1. *Sed enim* emend. Sciopp. Mox, Pll. et B. 1. *non interdum.*—153 *Ibi ad illum* Pll.—154 *Ut siat* C.—155 *Quo Di* Herm. *Charmides* deest in B. 1.—160 C. *concenturiat metuum.*—162 *Num quem* Pll. *temere*

NOTÆ

147 *Enimvero sero*] Moris erat apud antiquos, ut, qui noctu vagarentur, triumvirorum arbitrio pœnas darent. Id in Amphitryone, et alibi.

150 *Etsi*] In aliis, *si te flocci facio*, pro *etsi*, trajectione literarum.

160 *Concenturiat*] 'Concenturiare' est colligere, ductum a centuriis, quæ ad suffragia conveniebant, et in certas classes distribuebantur. 'Succenturiatus' melioris notæ auctoribus, est, in re militari, sufficere in locum deficientis militis alium militem. Hinc metaphora fit ad significandum quemlibet qui alienas vices implet.

162 *Nunquam temere tinniit tintinnabulum*] Quasi dicat: Hoc quod dicitur a sycophanta, non temere dicitur; neque enim pulsatur tintinnabulum, nisi ad aliquod, seu signum, seu indicium.

Digitized by Google

Nisi qui illud tractat, aut movet, mutum est, tacet.
Sed quis hic est, qui huc in plateam cursuram incipit?
Lubet observare, quid agat: huc concessero. 165

mutum, tacet, nisi aliquis illud impellit, aut movet. Sed quis est hic qui accurrit in plateam? Observabo quid faciat! huc recedam.

tinnitinnabubulum C. *temere tintinnabulum* C. 2.—163 *Nisi quis* al. ap. Pareum. *mutu'st* Parei 3. *mutus tacet* Pll.

NOTÆ

163 *Mutum est, tacet*] Id est, tintinnabulum; quasi dicat: Hic non ita loqueretur, nisi impulsu alieno; ut tintinnabulum non suopte nutu, sed alieno tinnit.

ACTUS QUARTI SCENA TERTIA.

STASIMUS, CHARMIDES.

ST. STASIME, fac te propere celerem, recipe te ad dominum domum;
Ne subito metus exoriatur scapulis stultitia tua.
Adde gradum! appropera! jamdudum factum 'st, cum abisti domo.
Cave sis tibi, ne bubuli in te cottabi crebri crepent,
Si abieris ab heri quæstione: ne destiteris currere! 5
Ecce hominem te, Stasime, nihili! satin' in thermopolio

ST. *Statisme, fac te repente velocem, concede tu domum ad herum; ne timor eveniat repente humeris, tua amentia. Accelera gradum! accelera! jampridem excessisti ex ædibus. Vide, si vis, ne crebri cottabi bubuli resonent, si excesseris quando herus te quæret. Ne cesses accelerare! Ecce hominem nihili, Stasime!*

1 Al. ap. Pareum, *face te p. celeres recipere.* Voc. *dominum* deest in B. 1. Edd. ante Gulielm. *facite propere.*—2 B. 1. C. et C. 2. *stultitiam*, omisso *tua.* —3 *Abde gradum* B. 1.—6 C. *nihil s. in termipolio.*—7 Goeller. *thermopotas.*—

NOTÆ

4 *Ne bubuli in te cottabi*] Græci, inter bibendum, quod reliquum erat in poculis, ad terram certa ratione conjiciebant; et quod inde existeret murmur, 'cottabum' appellant. Sic 'cottabos' Plautus appellat, per metaphoram, editum flagris sonitum, quando subjiciuntur mastigiæ.

6 *Thermopolio*] 'Thermopolia' vocabantur olim cauponæ, in quibus

Digitized by Google

Condalium es oblitus, postquam thermopotasti gutturem?
Recipe te, et recurre petere re recenti. CH. huic, quisquis est,
Curculio 'st exercitor: is hunc hominem cursuram docet.
ST. Quid, homo nihili, non pudet te? tribusne te poteriis
Memoria esse oblitum? an vero, quia cum frugi hominibus
Ibi bibisti, qui ab alieno facile cohiberent manus?
Theruchus fuit, Cerconicus, Crinnus, Cercobulus, Collabus,
Oculicrepidæ, Cruricrepidæ, Ferriteri, Mastigiæ.
Inter eosne homines condalium te redipisci postulas,
Quorum eorum unus surripuit currenti cursori solum?

esne oblitus condalium in thermopolio, postquam proluisti guttur calidis laticibus? Recipe te, et redi ad petendum, dum res est recens. CH. *Hic, quisquis est, magistrum habuit curculionem: is docuit hunc hominem currere.* ST. *Quid, homo nihili, te non pudet? Oportetne te esse lapsum memoria tribus scyphis siccatis? An vero, quoniam ibi potasti cum hominibus frugi, qui coërcerent facile manus ab alienis? Fuit Theruchus, Cerconicus, Crinnus, Cercobulus, Collabus, Oculicrepidæ, Cruricrepidæ, Ferriteri, Mastigiæ. Sperasne te recuperaturum condalium inter eos homines; quorum eorum unus surripuit soleam calcei cursori currenti?* CH.

8 Pll. *petere recenti;* al. ap. Pareum, *pede recenti.*—9 *Curculiost* Herm. Goeller. *Gurguliost* C. *Gurgiliost* C. 2.—10 Pll. *poteris.*—11 *Memoriæ* Gulielm. *Memorie* Dread. Mox, *an vero quoniam frugi* Reiz. ap. Herm. et Goeller.—13 *Truthus* C. *Truchus* C. 2. *Terrucus* B. 1. Pro *Collabus*, quod exhibent B. 1. C. et C. 2. *Cottabus* legit Palmer. et sic Parei 1. 2. 3.—14 *Oculi crepidæ* B. 1. Pll. *Occulteripidæ* Palmer. *Crucicrepidæ* B. 1. et editiones

NOTÆ

calida et esculenta, et potulenta apponebantur. Apud Plautum, 'thermopotare' verbum partim Græcum, partim Latinum. Ammianus Marcellinus de ævi sui moribus: 'Ita autem pauci sunt inter eos severi vindices delictorum, ut si aquam calidam tardius attulerit servus, trecentis affligi verberibus jubeatur.'

7 *Condalium*] 'Condulus,' 'condalus,' et 'condalium.' Festo est annuli genus.

Thermopotasti gutturem] Quasi dicat: Postquam calida potione guttur proluisti. Comica licentia dixit *thermopotasti*, verbo, tum ex Græco, tum ex Latino constante. Hoc enim in nullo ferme laudatæ notæ auctore reperitur, ut verbum ullum partim ex Græco, partim ex Latino constet.

8 *Huic, quisquis est, Curculio 'st exercitor*] Athletarum gymnastæ et magistri 'exercitores' appellabantur. In hoc joco poëta rationem habet primæ syllabæ hujus vocis *Curculio*, quia cursitat servulus. Et facile crediderim inde etiam appellatum 'Curculionem' illum, qui nomen dedit fabulæ Plautinæ, propter ejus velocitatem cursus in Chariam. 'Exercitio' dicebatur, pro 'exercitatio.'

13 *Theruchus*] Nomina servorum a Planto conficta, quæ per sese nihil ferme significant; aut adeo palam significant, ut Soli fœnereris lucem, si velis interpretari.

16 *Surripuit currenti solum*] Hyperbole est audacissima. Quis enim cre-

Digitized by Google

CH. Ita me Di ament, graphicum furem! ST. quid ego, quod periit, petam? [per?
Nisi etiam laborem ad damnum apponam epithecam insu-
Quin tu quod periit, periisse ducis? cape vorsoriam.
Recipe te ad herum. CH. non fugitivos est hic homo, commeminit domi.
ST. Utinam veteres mores, veteres parsimoniæ
Potius majori honori hic essent, quam mores mali.
CH. Di immortales! basilica hic quidem facinora inceptat loqui.
Vetera quærit, vetera amare hunc, morem majorum, scias.
ST. Nam nunc mores nihil faciunt, quod licet, nisi quod lubet.
Ambitio jam more sancta 'st, libera 'st a legibus:
Scuta jacere, fugereque hostes, more habent licentiam:
Petere honorem pro flagitio, more fit. CH. morem improbum!

Ita me Dii ament, consummatum furem! ST. *Quid rogabo, quid amisi? Nisi etiam adjiciam laborem ad jacturam, quasi epithecam? Quin tu putas amissum esse, quod est amissum? Accipe versoriam. Reverteré ad herum.* CH. *Hic non est homo fugitivus, recordatur ædium.* ST. *Utinam essent antiqua instituta, antiquæ parsimoniæ; essent hic majori honori, quam mala instituta.* CH. *Dii immortales! hic orditur pronuntiare regia facta. Quærit antiqua; ne ignores hunc diligere antiqua, morem majorum.* ST. *Nam faciunt nunc nihili mores, nisi licet facere quod lubet. Ambitio est nunc consecrata consuetudine; est immunis a legibus: qui abjiciunt scuta, qui fugiunt in certamine, in consuetudine habent auctoritatem. Fit consuetudine, si petas honores pro scelere.* CH. *Malam consuetudi-*

veteres.—16 *Quorum unus* Herm. et Goeller.—17 *Di amant* Pll.—18 B. 1. *laborem addam.* Mox, Pll. et editiones veteres, *apothecam*; B. 1. *nam apponam apotecam*; Lamb. *hypothecam.*—21 *Atque utinam* editiones veteres: *Utinam veteres homines* Pll. *Utinam veteres homines, utinam veteres* Grut. *Utinam veteres mores omnes, veteres* Both.—24 Douz. Herm. Goeller. *more majorum.* B. 1. *sciat.*—26 Gulielm. *liberata legibus.*—27 Parei 3. *habet*; B. 1. *fugere quæ hostes mores.*—29 *Strenuiores* Reiz. ap. Herm. *Strenuos jam*

NOTÆ

dat quenquam adeo esse et furacem, et in furando promtum, ut currenti homini solum, id est, soleam seu calceum detrahat?

17 *Graphicum furem*] Id est, hominem vere furem.

18 *Epithecam*] 'Epitheca' est additio, adjectio.

19 *Cape vorsoriam*] Id est, da vela retrorsum. Nimirum 'versoria' est funis, quo velum vertitur.

24 *Vetera amare*] Id est, veteres mores, veterem parsimoniam.

26 *Sancta 'st*] Id est, tuta et inviolata facta est.

Digitized by Google

ST. Strenuos præterire, more fit. CH. nequam quidem.
ST. Mores leges perduxerunt jam in potestatem suam,
Magis quis sunt obnoxiosi, quam parentes liberis.
Eæ miseræ etiam ad parietem sunt fixæ clavis ferreis,
Ubi malos mores affigi nimio fuerat æquius.
CH. Lubet adire atque appellare hunc: verum ausculto perlubens.
Et metuo, si compellabo, ne aliam rem occipiat loqui.
ST. Neque istis quicquam lege sanctum 'st: leges mori serviunt.
Mores autem rapere properant, qua sacrum, qua publicum.
CH. Hercle istis malam rem magnam moribus dignum 'st dari! [minum omnibus
ST. Nonne hoc publice animum advorti? nam id genus ho-
Universis est advorsum, atque omni populo male facit:
Male fidem servando, illis quoque abrogant etiam fidem,
Qui nihil meriti: quippe ex eorum ingenio ingenium horum probant. [sum.
Hoc qui in mentem venerit mihi, reipsa modo commonitus

nem. ST. *Est consuetudo aspernari fortes.* CH. *Nequam profecto consuetudo.* ST. *Mores jam vindicarunt in suam ditionem* leges, *quibus sunt magis obnoxii, quam parentes liberis. Eæ infelices sunt etiam defixæ ad parietem clavis ferreis, ad quem erat magis par defigi malos mores.* CH. *Libet convenire hunc atque appellare: verum audio perlibenter; et pertimesco, si interrogem, ne incipiat dicere de alia re.* ST. *Neque est quicquam inviolabile lege.* Leges *subjiciuntur consuetudini: mores autem invadere accelerant, et sacrum, et publicum.* CH. *Per Herculem, mali mores merentur affici mala re!* ST. *Nonne animadverti hoc publice? Nam id genus hominum omnibus est contrarium, et omni plebi malefacit: fidem male tuendo detrahunt etiam fidem* illis, *qui nihil meriti sunt: nimirum metiuntur horum mentem ex illorum mente. Qua ratione id mihi venerit in animum,*

præterire Goeller.—31 *Magis qui* Pll. *obnoxiosæ* Brant. *quam p. liberi* Pll.—36 *Neque isti* Pll. *sanctu'st* C.—39 C. *pullice.* Goeller. *genus hominum homi-*

NOTÆ

29 *Strenuos præterire, more fit*] Id est, consuetudine nunc fit, ut viri fortes ab improbissimo quoque in honoribus petendis victi discedant, locoque moveantur.

31 *Obnoxiosi*] Id est, leges illis parent, non illi legibus.

32 *Eæ miseræ*] Ingeniose poëta repræsentat leges clavis confixas, quemadmodum servos reos et fugitivos.

39 *Nonne hoc publice animum advorti*] Quasi dicat, nonne in hoc publice animadvertendum est?

42 *Ex eorum ingenio ingenium horum probant*] Persa, 'Tuo ex ingenio mo-

Digitized by Google

Si quis mutuom quid dederit, fit pro proprio perditum.
Cum repetas, inimicum amicum beneficio invenis tuo.
Si mage exigere cupias, duarum rerum exoritur optio:
Vel illud, quod credideris, perdas; vel illum amicum amiseris. [talentum mutuom
CH. Meus est hic quidem Stasimus servos. ST. nam ego
Quod dederam, talento inimicum mihi emi, amicum vendidi.
Sed ego sum insipientior, qui rebus curem publicis
Potius, quam id quod proxumum 'st, meo tergo tutelam geram.
Eo domum. CH. heus tu, asta illico: audi, heus tu! ST. non sto. CH. at ego te stare volo.
ST. Quid si egomet te velle nolo? CH. ha nimium, Stasime, sæviter! [argentum dedi.
ST. Emere meliu'st, cui imperes. CH. pol ego emi, atque
Sed si non dicto audiens est, quid ago? ST. damnum malum.
CH. Bene mones: ita facere certum est. ST. nisi quidem es obnoxius. [jubes.
CH. Si bonus est, obnoxius sum: sin secus est, faciam uti

sum admonitus mox re ipsa. Si quis dederit aliquid mutuum, deperditur pro proprio. Quando repetis, invenis inimicum tuo beneficio pro amico. Si velis repetere acrius, optio duarum rerum nascitur: vel amiseris id quod dederis, vel perdideris illum amicum. CH. *Hic est profecto meus servus Stasimus.* ST. *Nam emi eo talento quod ego dederam mutuum, inimicum, vendidi amicum. Sed ego sum amentior, qui curam geram rerum publicarum, potius quam id quod est proximum, curabo meum tergum. Eo domum.* CH. *Heus tu! sta illico. Audi, heus tu!* ST. *Non sto.* CH. *At ego opto te consistere.* ST. *Quid si egomet nolo te velle?* CH. *Ah, Stasime, agis nimium crudeliter!* ST. *Est satius emere, cui imperes.* CH. *Profecto ego emi, et dedi pecuniam. Sed si non est morigerus, quid ago?* ST. *Da infortunium grande.* CH. *Recte mones! institui sic agere.* ST. *Nisi quidem es obnoxius.* CH. *Si est bonus, sum obnoxius: si est secus, agam ut impe-*

---

nibus, ut emend. Sciopp.—45 Pll. *invenias;* C. *invenicas.*—47 Pll. *amicum miseris.*—49 C. *vendedi.*—50 C. *qui r. c. pullicis.*—52 Verba, *at ego te stare volo*, desunt in Pll.—55 B. 1. C. C. 2. *audiens es.* Mox, *da magnum malum* Gulielm. et Bipont. *dano malum* Palmer.—56 Pll. *certunst.* B. 1. *quidem*

NOTÆ

res alienos probas.' Terentius, 'Hei me miserum, qui tuum animum ex animo spectavi meo!'

46 *Optio*] Id est, electio.

54 *Emerem eliu'st*] Persa, 'Emere oportet quem tibi obedire velis.'

Digitized by Google

ST. Quid id ad me attinet, bonisne servis tu utare an malis?
CH. Quia boni malique in ea re pars tibi est. ST. partem
Tibi permitto, illam alteram ad me, quod boni est, apponito.
CH. Si eris meritus, fiet: sed respice ad me huc! ego sum
Charmides.
ST. Hem! quis est, qui mentionem facit homo hominis
optumi?
CH. Ipse homo optumus. ST. mare, terra, cœlum, Di,
Satin' ego oculis plane video? estne ipsus, an non est? is
est.
Certe is est! is est profecto! o mi here exoptatissume,
Salve! CH. salve, Stasime. ST. salvum te. CH. scio
et credo tibi.
Sed omitto alia; hoc mihi responde: liberi quid agunt mei,
Quos reliqui hic, filium atque filiam? ST. vivunt, valent.
CH. Nempe uterque? ST. uterque. CH. Di me salvom
et servatum volunt.
Cetera intus otiose percunctabor quæ volo.
Eamus intro: sequere. ST. quo tu te agis? CH. quonam,
nisi domum?
ST. Hiccine nos habitare censes? CH. ubinam ego alibi
ST. Jam. CH. quid jam? ST. non sunt nostræ ædes istæ. CH. quid ego ex te audio?
ST. Vendidit tuus natus ædis. CH. perii! ST. præsen-

ras. ST. *Quid id ad me spectat, an utaris bonis servis, an malis?* CH. *Quia obtines partem in ea re boni malique.* ST. *Tibi concedo alteram partem, adde mihi illam alteram, quæ est bona.* CH. *Addetur si bene meritus es; sed respice huc ad me! ego sum Charmides.* ST. *Hem quis est, qui facit mentionem optimi viri?* CH. *Ipse est vir optimus.* ST. *Mare, terra, cœlum, Dii vestram fidem! Conspicorne ego oculis satis plane? Estne ipse, an non est? Is est profecto! is est, is est sane! O mi here exoptatissime, sis salvus!* CH. *Salve, Stasime!* ST. *Salvum te.* CH. *Scio et tibi credo. Sed prætermitto alia! responde mihi hoc: quid faciunt mei liberi, quos hic reliqui, filium et filiam?* ST. *Vivunt, valent.* CH. *Nempe uterque?* ST. *Uterque.* CH. *Dii volunt me salvum et servatum. A te petam reliqua quæ volo scire in ædibus otiose. Ingrediamur! sequere.* ST. *Quo te agis?* CH. *Quonam, nisi domum?* ST. *Putasne hic nos manere?* CH. *Ubinam ego putem alibi?* ST. *Jam.* CH. *Quid jam?* ST. *Hæ ædes non sunt jam nostræ.* CH. *Quid ego ex te audio?* ST. *Tuus filius vendidit ædes.* CH. *Interii.* ST. *Præsentibus et nume-*

---

est.—57 *Si bonus es* Pll. et edd. vett. *secus es* Pll. *ut jubes* Herm.—59 *Qui boni* C.—67 *Sed omitte alia* Ald. Junt. Acidal. Herm. Goeller.—72 *Hicine*

Digitized by Google

Nimis argute obrepsisti in eapse occasiuncula: [des.
Postquam ego me aurum ferre dixi, post tu factus Charmi-
Prius tu non eras, quam auri feci mentionem: nihil agis.
Proin' tu te itidem, ut Charmidatus es, rursum recharmida.
CH. Quis ego sum igitur, siquidem is non sum, qui sum?
SY. quid id ad me attinet? 136
Dum ille ne sis, quem ego esse nolo, sis mea causa, qui
lubet. [eras.
Prius non is eras, qui eras: nunc is factus, qui tum non
CH. Age si quid agis. SY. quid ego agam? CH. aurum
redde. SY. dormitas, senex.
CH. Fassus Charmidem dedisse aurum tibi. SY. scrip-
tum quidem
CH. Properas, an non properas abire actutum ab his regi-
onibus, 141
Dormitator, priusquam ego hic te jubeo mulcari male?
SY. Quamobrem? CH. quia illum quem ementitus es,
ego sum ipsus Charmides, [is es?
Quem tibi epistolas dedisse aiebas. SY. eho! quæso; an tu
CH. Is enimvero sum. SY. ain' tu tandem, is ipsusne es?
CH. aio. SY. ipsus es? 145
CH. Ipsus, inquam, Charmides sum. SY. ergo ipsusne es?
CH. ipsissumus.
Abi hinc ab oculis. SY. enimvero sero quoniam advenis,

culem: nam nihil fero auri. Obrepsisti nimis astute in hacce occasiuncula. Postquam ego dixi me ferre aurum, postea tu evasisti Charmides. Tu non eras, antequam facerem mentionem auri. Nihil assequeris. Itaque quemadmodum tu Charmidatus es, te itidem rursus recharmida. CH. *Quis sum ergo, si is non sum, qui sum?* SY. *Quid id ad me spectat? Dum modo non sis ille, quem ego nolo esse; sis quilibet; per me licet. Non eras prius is qui eras: nunc is factus, qui non eras tum.* CH. *Age si quid agis.* SY. *Quid faciam?* CH. *Redde aurum.* SY. *Dormitas, senex.* CH. *Es confessus Charmidem dedisse aurum.* SY. *Scriptum quidem.* CH. *Acceleras, an non acceleras discedere statim ab iis regionibus, prædo, antequam ego mandavero te mulcari male hic?* SY. *Quare?* CH. *Quia ego sum ipsus ille Charmides, quem es ementitus, et quem dicebas tibi dedisse literas.* SY. *Eho! amabo, an es tu is?* CH. *Sum is enimvero.* SY. *Dicisne tandem, esne tu ipse?* CH. *Aio.* SY. *Ipse es?* CH. *Ipse sum Charmides.* SY. *Ergo ipsene es?* CH. *Ipsissimus. Fuge hinc a conspectu.* SY. *Enimvero, quia venis tarde, dabis pœ-*

quam. Dous. *aurum hoc cui dem.*—130 *A si sis* C. *At si sis* C. 2.—132 Pll *obresisti in eapse;* al. ap. Pareum *meapse.*—136 *Quid ego* C.—137 B. 1. *quodlubet;* C. 2. *quilibet;* edd. ante Acidal. *quidlubet.*—141 C. *abere.* C. 2. *actuum.*—142 Edd. vett. *multari,* sive *mulctari.*—144 C. *aiebat.* Mox, C. *eho que se an;* C. 2. *ehoque* [lacuna] *es* [lacuna] *is enim.*—147 *Ab hinc ab* Pll. *seria*

Digitized by Google

Vapulabis meo arbitratu et novorum ædilium.
CH. At etiam maledicis? SY. immo, salvos quandoquidem advenis,
Di te perdant; etsi floccifacio, an periisses prius.
Ego ob hanc operam argentum accepi: te macto infortunio.
Ceterum qui sis, qui non sis, floccum non interduim.
Ibo ad illum, renuntiabo, qui mihi tris nummos dedit,
Ut sciat, se perdidisse: ego abeo; male vive et vale.
Quod Di te omnes advenientem peregre perdant, Charmides.
CH. Postquam ille hinc abiit, post loquendi libere
Videtur tempus venisse, atque occasio.
Jamdudum meum ille pectus pungit aculeus,
Quid illi negotii fuerit ante ædis meas.
Nam epistola illa mihi concenturiat metum
In corde, et illud mille nummum quam rem agat.
Nunquam edepol temere tinniit tintinnabulum:

nas meo arbitrio et novorum ædilium. CH. *At dicis male adhuc?* SY. *Immo, quoniam advenis salvus, Dii te perdant; etsi facio nihili, an periisses antea. Ego accepi pecuniam ob hanc rem: te macto infortunio; sed floccifacio qui sis, qui non sis. Ibo ad illum, qui mihi dedit tres nummos; renuntiabo, ut sciat se amisisse. Ego proficiscor, vive male et vale! Omnes Dii te perdant advenientem peregre, Charmides.* CH. *Postquam ille profectus est hinc, verba faciendi tempus, et locus oblatus videtur. Jamdudum ille aculeus pungit meum pectus, quid rei illi sit, ante meas ædes. Nam illa litera mihi injicit metum in corde, et quam rem gerant illi mille nummi. Profecto tintinnabulum nunquam tinniit temere. Est*

---

quoniam Pll. et edd. vett.—148 Parei 3. *arbitrio meo.*—149 *An etiam* edd. ante Sciopp.—150 *Di me perdant* Goeller. et edd. vett. *si te fl. an periisse* Pll. —151 Pll. *accepī macto importunio;* B. 1. *emacto importunio.*—152 *Sed erum* Pll. et Dread. *Sed herum* B. 1. *Sed enim* emend. Sciopp. Mox, Pll. et B. 1. *non interdum.*—153 *Ibi ad illum* Pll.—154 *Ut siat* C.—155 *Quo Di* Herm. *Charmides* deest in B. 1.—160 C. *concenturiat metuum.*—162 *Num quem* Pll. *temere*

NOTÆ

147 *Enimvero sero*] Moris erat apud antiquos, ut, qui noctu vagarentur, triumvirorum arbitrio pœnas darent. Id in Amphitryone, et alibi.

150 *Etsi*] In aliis, *si te flocci facio*, pro *etsi*, trajectione literarum.

160 *Concenturiat*] 'Concenturiare' est colligere, ductum a centuriis, quæ ad suffragia conveniebant, et in certas classes distribuebantur. 'Succenturiatus' melioris notæ auctoribus, est, in re militari, sufficere in locum deficientis militis alium militem. Hinc metaphora fit ad significandum quemlibet qui alienas vices implet.

162 *Nunquam temere tinniit tintinnabulum*] Quasi dicat: Hoc quod dicitur a sycophanta, non temere dicitur; neque enim pulsatur tintinnabulum, nisi ad aliquod, seu signum, seu indicium.

Digitized by Google

Nisi qui illud tractat, aut movet, mutum est, tacet.
Sed quis hic est, qui huc in plateam cursuram incipit?
Lubet observare, quid agat: huc concessero.

mutum, tacet, nisi aliquis illud impellit, aut movet. Sed quis est hic qui accurrit in plateam? Observabo quid faciat! huc recedam.

tinnitinnabulum C. *temere tintinnabulum* C. 2.—163 *Nisi quis* al. ap. Pareum. *mutu'st* Parei 3. *mutus tacet* Pll.

NOTÆ

163 *Mutum est, tacet*] Id est, tintinnabulum; quasi dicat: Hic non ita loqueretur, nisi impulsu alieno; ut tintinnabulum non suopte nutu, sed alieno tinnit.

ACTUS QUARTI SCENA TERTIA.

STASIMUS, CHARMIDES.

ST. STASIME, fac te propere celerem, recipe te ad dominum domum;
Ne subito metus exoriatur scapulis stultitia tua.
Adde gradum! appropera! jamdudum factum 'st, cum abisti domo.
Cave sis tibi, ne bubuli in te cottabi crebri crepent,
Si abieris ab heri quæstione: ne destiteris currere!
Ecce hominem te, Stasime, nihili! satin' in thermopolio

ST. *Statisme, fac te repente velocem, concede tu domum ad herum; ne timor eveniat repente humeris, tua amentia. Accelera gradum! accelera! jampridem excessisti ex ædibus. Vide, si vis, ne crebri cottabi bubuli resonent, si excesseris quando herus te quæret. Ne cesses accelerare! Ecce hominem nihili, Stasime!*

1 Al. ap. Pareum, *face te p. celeres recipere.* Voc. *dominum* deest in B. 1. Edd. ante Gulielm. *facite propere.*—2 B. 1. C. et C. 2. *stultitiam*, omisso *tua.* —3 *Abde gradum* B. 1.—6 C. *nihil s. in termipolio.*—7 Goeller. *thermopotas.*—

NOTÆ

4 *Ne bubuli in te cottabi*] Græci, inter bibendum, quod reliquum erat in poculis, ad terram certa ratione conjiciebant; et quod inde existeret murmur, 'cottabum' appellant. Sic 'cottabos' Plautus appellat, per metaphoram, editum flagris sonitum, quando subjiciuntur mastigiæ.

6 *Thermopolio*] 'Thermopolia' vocabantur olim cauponæ, in quibus

Digitized by Google

Condalium es oblitus, postquam thermopotasti gutturem?
Recipe te, et recurre petere re recenti. CH. huic, quisquis est,
Curculio 'st exercitor: is hunc hominem cursuram docet.
ST. Quid, homo nihili, non pudet te? tribusne te poteriis
Memoria esse oblitum? an vero, quia cum frugi hominibus
Ibi bibisti, qui ab alieno facile cohiberent manus?
Theruchus fuit, Cerconicus, Crinnus, Cercobulus, Collabus,
Oculicrepidæ, Cruricrepidæ, Ferriteri, Mastigiæ.
Inter eosne homines condalium te redipisci postulas,
Quorum eorum unus surripuit currenti cursori solum?

esne oblitus condalium in thermopolio, postquam proluisti guttur calidis laticibus? Recipe te, et redi ad petendum, dum res est recens. CH. *Hic, quisquis est, magistrum habuit curculionem: is docuit hunc hominem currere.* ST. *Quid, homo nihili, te non pudet? Oportetne te esse lapsum memoria tribus scyphis siccatis? An vero, quoniam ibi potasti cum hominibus frugi, qui coërcerent facile manus ab alienis? Fuit Theruchus, Cerconicus, Crinnus, Cercobulus, Collabus, Oculicrepidæ, Cruricrepidæ, Ferriteri, Mastigiæ. Sperasne te recuperaturum condalium inter eos homines; quorum eorum unus surripuit soleam calcei cursori currenti?* CH.

8 Pll. *petere recenti;* al. ap. Pareum, *pede recenti.*—9 *Curculiost* Herm. Goeller. *Gurguliost* C. *Gurgiliost* C. 2.—10 Pll. *poteris.*—11 *Memoriæ* Gulielm. *Memorie* Dresd. Mox, *an vero quoniam frugi* Reiz. ap. Herm. et Goeller.—13 *Truthus* C. *Truchus* C. 2. *Terrucus* B. 1. Pro *Collabus*, quod exhibent B. 1. C. et C. 2. *Cottabus* legit Palmer. et sic Parei 1. 2. 3.—14 *Oculi crepidæ* B. 1. Pll. *Occulteripidæ* Palmer. *Crucicrepidæ* B. 1. et editiones

NOTÆ

calida et esculenta, et potulenta apponebantur. Apud Plautum, 'thermopotare' verbum partim Græcum, partim Latinum. Ammianus Marcellinus de ævi sui moribus: 'Ita autem pauci sunt inter eos severi vindices delictorum, ut si aquam calidam tardius attulerit servus, trecentis affligi verberibus jubeatur.'

7 *Condalium*] 'Condulus,' 'condalus,' et 'condalium.' Festo est annuli genus.

Thermopotasti gutturem] Quasi dicat: Postquam calida potione guttur proluisti. Comica licentia dixit *thermopotasti*, verbo, tum ex Græco, tum ex Latino constante. Hoc enim in nullo ferme laudatæ notæ auctore reperitur, ut verbum ullum partim ex Græco, partim ex Latino constet.

8 *Huic, quisquis est, Curculio 'st exercitor*] Athletarum gymnastæ et magistri 'exercitores' appellabantur. In hoc joco poëta rationem habet primæ syllabæ hujus vocis *Curculio*, quia cursitat servulus. Et facile crediderim inde etiam appellatum 'Curculionem' illum, qui nomen dedit fabulæ Plautinæ, propter ejus velocitatem cursus in Chariam. 'Exercitio' dicebatur, pro 'exercitatio.'

13 *Theruchus*] Nomina servorum a Plauto conficta, quæ per sese nihil ferme significant; aut adeo palam significant, ut Soli fœnereris lucem, si velis interpretari.

16 *Surripuit currenti solum*] Hyperbole est audacissima. Quis enim cre-

Digitized by Google

CH. Ita me Di ament, graphicum furem! ST. quid ego, quod periit, petam? [per?
Nisi etiam laborem ad damnum apponam epithecam insu-
Quin tu quod periit, periisse ducis? cape vorsoriam.
Recipe te ad herum. CH. non fugitivos est hic homo, commeminit domi.
ST. Utinam veteres mores, veteres parsimoniæ
Potius majori honori hic essent, quam mores mali.
CH. Di immortales! basilica hic quidem facinora inceptat loqui.
Vetera quærit, vetera amare hunc, morem majorum, scias.
ST. Nam nunc mores nihil faciunt, quod licet, nisi quod lubet.
Ambitio jam more sancta 'st, libera 'st a legibus:
Scuta jacere, fugereque hostes, more habent licentiam:
Petere honorem pro flagitio, more fit. CH. morem improbum!

Ita me Dii ament, consummatum furem! ST. *Quid rogabo, quod amisi? Nisi etiam adjiciam laborem ad jacturam, quasi epithecam? Quin tu putas amissum esse, quod est amissum? Accipe versoriam. Reverteré ad herum.* CH. *Hic non est homo fugitivus, recordatur ædium.* ST. *Utinam essent antiqua instituta, antiquæ parsimoniæ; essent hic majori honori, quam mala instituta.* CH. *Dii immortales! hic orditur pronuntiare regia facta. Quærit antiqua; ne ignores hunc diligere antiqua, morem majorum.* ST. *Nam faciunt nunc nihili mores, nisi licet facere quod lubet. Ambitio est nunc consecrata consuetudine; est immunis a legibus: qui abjiciunt scuta, qui fugiunt in certamine, in consuetudine habent auctoritatem. Fit consuetudine, si petas honores pro scelere.* CH. *Malam consuetudi-*

veteres.—16 *Quorum unus* Herm. et Goeller.—17 *Di amant* Pll.—18 B. l. *laborem addam.* Mox, Pll. et editiones veteres, *apothecam;* B. l. *nam apponam apotecam;* Lamb. *hypothecam.*—21 *Atque utinam* editiones veteres: *Utinam veteres homines* Pll. *Utinam veteres homines, utinam veteres* Grut. *Utinam veteres mores omnes, veteres* Both.—24 Douz. Herm. Goeller. *more majorum.* B. l. *sciat.*—26 Gulielm. *liberata legibus.*—27 Parei s. *habet;* B. l. *fugere quæ hostes mores.*—29 *Strenuiores* Reiz. ap. Herm. *Strenuos jam*

NOTÆ

dat quenquam adeo esse et furacem, et in furando promtum, ut currenti homini solum, id est, soleam seu calceum detrahat?

17 *Graphicum furem*] Id est, hominem vere furem.

18 *Epithecam*] 'Epitheca' est additio, adjectio.

19 *Cape vorsoriam*] Id est, da vela retrorsum. Nimirum 'versoria' est funis, quo velum vertitur.

24 *Vetera amare*] Id est, veteres mores, veterem parsimoniam.

26 *Sancta 'st*] Id est, tuta et inviolata facta est.

Digitized by Google

ST. Strenuos præterire, more fit. CH. nequam quidem.
ST. Mores leges perduxerunt jam in potestatem suam,
Magis quis sunt obnoxiosi, quam parentes liberis.
Eæ miseræ etiam ad parietem sunt fixæ clavis ferreis,
Ubi malos mores affigi nimio fuerat æquius.
CH. Lubet adire atque appellare hunc: verum ausculto perlubens.
Et metuo, si compellabo, ne aliam rem occipiat loqui.
ST. Neque istis quicquam lege sanctum 'st: leges mori serviunt.
Mores autem rapere properant, qua sacrum, qua publicum.
CH. Hercle istis malam rem magnam moribus dignum 'st dari! [minum omnibus
ST. Nonne hoc publice animum advorti? nam id genus ho-
Universis est advorsum, atque omni populo male facit:
Male fidem servando, illis quoque abrogant etiam fidem,
Qui nihil meriti: quippe ex eorum ingenio ingenium horum probant. [sum.
Hoc qui in mentem venerit mihi, reipsa modo commonitus

nem. ST. *Est consuetudo aspernari fortes.* CH. *Nequam profecto consuetudo.* ST. *Mores jam vindicarunt in suam ditionem* leges, *quibus sunt magis obnoxii, quam parentes liberis. Eæ infelices sunt etiam defixæ ad parietem clavis ferreis, ad quem erat magis par defigi malos mores.* CH. *Libet convenire hunc atque appellare: verum audio perlibenter; et pertimesco, si interrogem, ne incipiat dicere de alia re.* ST. *Neque est quicquam inviolabile lege.* Leges *subjiciuntur consuetudini: mores autem invadere accelerant, et sacrum, et publicum.* CH. *Per Herculem, mali mores merentur affici mala re!* ST. *Nonne animadverti hoc publice? Nam id genus hominum omnibus est contrarium, et omni plebi malefacit: fidem male tuendo detrahunt etiam fidem* illis, *qui nihil meriti sunt: nimirum metiuntur horum mentem ex illorum mente. Qua ratione id mihi venerit in animum,*

præterire Goeller.—31 *Magis qui* Pll. *obnoxiosæ* Brant. *quam p. liberi* Pll.—36 *Neque isti* Pll. *sanctu'st* C.—39 C. *pullice.* Goeller. *genus hominum homi-*

NOTÆ

29 *Strenuos præterire, more fit*] Id est, consuetudine nunc fit, ut viri fortes ab improbissimo quoque in honoribus petendis victi discedant, locoque moveantur.

31 *Obnoxiosi*] Id est, leges illis parent, non illi legibus.

32 *Eæ miseræ*] Ingeniose poëta repræsentat leges clavis confixas, quemadmodum servos reos et fugitivos.

39 *Nonne hoc publice animum advorti*] Quasi dicat, nonne in hoc publice animadvertendum est?

42 *Ex eorum ingenio ingenium horum probant*] Persa, 'Tuo ex ingenio mo-

Digitized by Google

Si quis mutuom quid dederit, fit pro proprio perditum.
Cum repetas, inimicum amicum beneficio invenis tuo.
Si mage exigere cupias, duarum rerum exoritur optio:
Vel illud, quod credideris, perdas; vel illum amicum amiseris. [talentum mutuom
CH. Meus est hic quidem Stasimus servos. ST. nam ego
Quod dederam, talento inimicum mihi emi, amicum vendidi.
Sed ego sum insipientior, qui rebus curem publicis
Potius, quam id quod proxumum 'st, meo tergo tutelam geram.
Eo domum. CH. heus tu, asta illico: audi, heus tu! ST. non sto. CH. at ego te stare volo.
ST. Quid si egomet te velle nolo? CH. ha nimium, Stasime, sæviter! [argentum dedi.
ST. Emere meliu'st, cui imperes. CH. pol ego emi, atque
Sed si non dicto audiens est, quid ago? ST. damnum malum.
CH. Bene mones: ita facere certum est. ST. nisi quidem es obnoxius. [jubes.
CH. Si bonus est, obnoxius sum: sin secus est, faciam uti

sum admonitus mox re ipsa. Si quis dederit aliquid mutuum, deperditur pro proprio. Quando repetis, invenis inimicum tuo beneficio pro amico. Si velis repetere acrius, optio duarum rerum nascitur: vel amiseris id quod dederis, vel perdideris illum amicum. CH. *Hic est profecto meus servus Stasimus.* ST. *Nam emi eo talento quod ego dederam mutuum, inimicum, vendidi amicum. Sed ego sum amentior, qui curam geram rerum publicarum, potius quam id quod est proximum, curabo meum tergum. Eo domum.* CH. *Heus tu! sta illico. Audi, heus tu!* ST. *Non sto.* CH. *At ego opto te consistere.* ST. *Quid si egomet nolo te velle?* CH. *Ah, Stasime, agis nimium crudeliter!* ST. *Est satius emere, cui imperes.* CH. *Profecto ego emi, et dedi pecuniam. Sed si non est morigerus, quid ago?* ST. *Da infortunium grande.* CH. *Recte mones! institui sic agere.* ST. *Nisi quidem es obnoxius.* CH. *Si est bonus, sum obnoxius: si est secus, agam ut impe-*

---

nibus, ut emend. Sciopp.—45 Pll. *invenias;* C. *invenicas.*—47 Pll. *amicum miseris.*—49 C. *vendedi.*—50 C. *qui r. c. pullicis.*—52 Verba, *at ego te stare volo*, desunt in Pll.—55 B. 1. C. C. 2. *audiens es.* Mox, *da magnum malum* Gulielm. et Bipont. *dano malum* Palmer.—56 Pll. *certunst.* B. 1. *quidem*

NOTÆ

res alienos probas.' Terentius, 'Hei me miserum, qui tuum animum ex animo spectavi meo!'

46 *Optio*] Id est, electio.

54 *Emerem eliu'st*] Persa, 'Emere oportet quem tibi obedire velis.'

Digitized by Google

ST. Quid id ad me attinet, bonisne servis tu utare an malis? [alteram
CH. Quia boni malique in ea re pars tibi est. ST. partem
Tibi permitto, illam alteram ad me, quod boni est, apponito.
CH. Si eris meritus, fiet: sed respice ad me huc! ego sum Charmides. 61
ST. Hem! quis est, qui mentionem facit homo hominis optumi? [vostram fidem!
CH. Ipse homo optumus. ST. mare, terra, cœlum, Di,
Satin' ego oculis plane video? estne ipsus, an non est? is est.
Certe is est! is est profecto! o mi here exoptatissume, 65
Salve! CH. salve, Stasime. ST. salvum te. CH. scio et credo tibi.
Sed omitto alia; hoc mihi responde: liberi quid agunt mei,
Quos reliqui hic, filium atque filiam? ST. vivunt, valent.
CH. Nempe uterque? ST. uterque. CH. Di me salvom et servatum volunt.
Cetera intus otiose percunctabor quæ volo. 70
Eamus intro: sequere. ST. quo tu te agis? CH. quonam, nisi domum? [censeam?
ST. Hiccine nos habitare censes? CH. ubinam ego alibi
ST. Jam. CH. quid jam? ST. non sunt nostræ ædes istæ. CH. quid ego ex te audio? [tariis
ST. Vendidit tuus natus ædis. CH. perii! ST. præsen-

ras. ST. *Quid id ad me spectat, an utaris bonis servis, an malis?* CH. *Quia obtines partem in ea re boni malique.* ST. *Tibi concedo alteram partem, adde mihi illam alteram, quæ est bona.* CH. *Addetur si bene meritus es; sed respice huc ad me! ego sum Charmides.* ST. *Hem quis est, qui facit mentionem optimi viri?* CH. *Ipse est vir optimus.* ST. *Mare, terra, cœlum, Dii vestram fidem! Conspicorne ego oculis satis plane? Estne ipse, an non est? Is est profecto! is est, is est sane! O mi here exoptatissime, sis salvus!* CH. *Salve, Stasime!* ST. *Salvum te.* CH. *Scio et tibi credo. Sed prætermitto alia! responde mihi hoc: quid faciunt mei liberi, quos hic reliqui, filium et filiam?* ST. *Vivunt, valent.* CH. *Nempe uterque?* ST. *Uterque.* CH. *Dii volunt me salvum et servatum. A te petam reliqua quæ volo scire in ædibus otiose. Ingrediamur! sequere.* ST. *Quo te agis?* CH. *Quonam, nisi domum?* ST. *Putasne hic nos manere?* CH. *Ubinam ego putem alibi?* ST. *Jam.* CH. *Quid jam?* ST. *Hæ ædes non sunt jam nostræ.* CH. *Quid ego ex te audio?* ST. *Tuus filius vendidit ædes.* CH. *Interii.* ST. *Præsentibus et nume-*

---

est.—57 *Si bonus es* Pll. et edd. vett. *secus es* Pll. *ut jubes* Herm.—59 *Qui boni* C.—67 *Sed omitte alia* Ald. Junt. Acidal. Herm. Goeller.—72 *Hicine*

Digitized by Google

Argenti minis numeratis. CH. quot? ST. quadraginta.
CH. occidi!
Qui eas emit? ST. Callicles, cui tuam rem commendaveras,
Is habitatum huc commigravit, nosque exturbavit foras.
CH. Ubi nunc filius meus habitat? ST. hic, in hoc posticulo. [fore.
CH. Male disperii! ST. credidi ægre tibi id, ubi audisses,
CH. Ego miser meis periculis sum per maria maxuma
Vectus capitali periculo, per prædones plurimos
Me servavi, salvos redii: nunc hic disperii miser,
Propter eosdem, quorum causa fui hac ætate exercitus.
Adimit animam mihi ægritudo. Stasime! tene me. ST. visne aquam
Tibi petam? CH. res quom animum agebat, tum esse offusam oportuit.

ratis minis argenteis. CH. *Quot?* ST. *Quadraginta.* CH. *Perii. Quis eas emit?* ST. *Callicles, cui commiseras tuas fortunas; is commigravit huc habitatum, nosque ejecit foras.* CH. *Ubi manet nunc meus filius?* ST. *Hic in hoc posticule.* CH. *Interii male.* ST. *Existimavi te ægre laturum esse hoc, quando accepisses.* CH. *Ego infelix sum jactatus meis jacturis per maria maxima periculo capitis, a piratis me defendi, revertor incolumis: nunc hic naufragium feci, infelix propter eosdem, quorum causa fui jactatus hac ætate. Dolor adimit mentem: tene me, Stasime!* ST. *Visne ut postulem aquam pro te?* CH. *Quando fortunæ interibant, tum oportebat effundere.*

C. *ubinam ego* Pll. Herm.—73 Voc. *istæ* deest in B. 1.—75 Pll. *quod.*—80 *Ego miserum* Pll. *meis periclis* Herm.—81 Herm. *periclo.*—83 Nonius *hoc ætate;* unde Gulielm. conj. *hoc ætatis.*—85 Voc. *res* deest in B. 1. Mox, in eodem cod. *cum animam aiebam tum esse effusa;* C. 2. *res quoniam.* Pll. *offusa.*

NOTÆ

83 *Hac ætate*] Id est, hoc ætatis, 'Hac nocte,' id est, hoc noctis. seu ætate tam præcipiti, seu effœta.

ACTUS QUARTI SCENA QUARTA.

CALLICLES, CHARMIDES, STASIMUS.

CA. QUID hoc hic clamoris audio ante ædis meas?
CH. O Callicles! o Callicles! o Callicles!

CA. *Quam vociferationem audio ante meas ædes?* CH. *O Callicles! O Calli-*

Digitized by Google

Qualine amico mea commendavi bona!
CA. Probo et fideli, et fido, et cum magna fide;
Et salve, et salvom te advenisse gaudeo.
CH. Credo omnia istæc, si ita 'st, ut prædicas.
Sed quis iste est tuus ornatus? CA. ego dicam tibi.
Thesaurum effodiebam intus, dotem, filiæ
Tuæ quæ daretur: sed intus narrabo tibi
Et hoc et alia: sequere. CH. Stasime! ST. hem! CH. strenue
Curre in Piræeum, atque unum curriculum face.
Videbis jam illic navem, qua advecti sumus.
Jubeto Sangarionem, quæ imperaverim,
Curare, ut efferantur: et tu ito simul.
Solutum 'st portitori jam portorium.
ST. Nihil est moræ. CH. i, i, ambula! actutum redi.
ST. Illic sum atque hic sum. CA. sequere tu hac me intro. CH. sequor.
ST. Hic meo hero amicus solus firmus restitit,
Neque demutavit animum de firma fide.
Quanquam labores multos * * *
Sed hic unus, ut ego suspicor, servat fidem.

cles! O Callicles! Quali amico credidi meas fortunas! CA. *Bono, et fido, et cum magna fide; et salve, et lætor te advenisse salvum.* CH. *Credo omnia isthæc, si est ita ut dicis. Sed quis est ille tuus ornatus?* CA. *Ego tibi dicam. Effodiebam intus thesaurum, qui donetur dos tuæ filiæ. Sed tibi narrabo intus, et hoc et cetera. Sequere.* CH. *Stasime!* ST. *Hem!* CH. *Curre celeriter in Piræeum, et ne desiste. Videbis jam illic navem, qua sumus allati. Manda Sangarioni, ut curet, ut efferantur, quæ imperaverim. Et tu perge simul. Portorium est jam solutum portitori.* ST. *Est nihil quod moretur.* CH. *I, i, ambula! statim redi.* ST. *Sum illic, et sum hic.* CA. *Sequere me tu hac intro.* CH. *Sequor.* ST. *Hic amicus solus firmus restitit meo hero, neque dimovit animum de firma fide. Quanquam ipse pertulit multos labores; sed hic unus tuetur fidem, ut ego su-*

3 *Qualin'* Parei 3.—5 *Et salvet et* C.—6 *Omnia .... prædicas credo* edd. vett.—8 *Thensaurum* Pll.—9 *Tuæque* Pll.—12 *Videbis nam* B. 1.—13 *Videto* B. 1. et Pll.—15 *Solutust* Pll.—16 *Nihil est moracii ambula* Pll. unde Ritters. *Nihil est moræ?* CH. *i, nihil, ambula;* Lamb. *Nihil est moræ?* CH. *nihil, ambula.*—17 Acidal. et Goeller. *tu me intro hac.*—18 Pll. *amico solus.*—19. 22 B. 1. *fide: hic unus ut ego suspicor Servat fidem quanquam labores multos cepisse censeo;* Ald. et Meurs. *fide. Hic unus, ut ego suspicor, servat fidem. Quanquam*

NOTÆ

11 *Piræeum*] 'Piræeus' est portus Athenarum.

Unum curriculum face] Id est, instar curriculi accelera. Uno spiritu viam confice.

Digitized by Google

Ob rem laborem eum ego cepisse censeo.

spicor: ego existimo eum laborasse non sine causa.

labores multos ob rem eum ego cepisse censeo; Lamb. *labores multos ipse pertuli.* Pro *ob rem*, Acidal. conj. *ab re.*

ACTUS QUINTI SCENA PRIMA.

LYSITELES.

Hic homo est omnium hominum præcipuus, voluptatibus gaudiisque antepotens:
Ita commoda, quæ cupio, eveniunt: quod ago, assequitur, subest,
Subsequitur: ita gaudiis gaudium suppeditat.
Modo me Stasimus Lesbonici servos convenit: is
Mihi dixit, suum herum peregre huc advenisse Charmidem.
Nunc mihi is propere conveniendus est; ut, quæ cum ejus filio
Egi, ei rei fundus pater sit potior: eo: sed fores
Hæ sonitu suo mihi moram objiciunt incommode.

Ly. *Hic est omnium facile primus, præ ceteris potens voluptatibus et gaudiis: ita bona contingunt, quæ exopto: quod ago, assequitur, subest, subsequitur: ita jucunditas cumulatur jucunditate. Stasimus, servus Lesbonici, me adiit modo: is mihi dixit Charmidem, suum herum, advenisse huc a longinquis. Is mihi adeundus est velociter, ut pater sit præcipuus auctor ejus rei quam feci cum ejus filio. Sed hæ fores me remorantur incommode suo strepitu.*

1 Voc. *hominum* deest in B. 1. *præcipuis* edd. vett. *anteponens* C. 2. *anteponendus* B. 1. et al. ap. Pareum.—2 *Ita commodo* edd. vett. Pro *subest*, Acidal. Both. et Goeller. *subit.*—3 Both. *gaudia suppeditant.*—4 Hoc versu nova scena incipit in B. 1. *convenientis Mihi, &c.* idem codex.—8 Pll. *obiciunt.*

NOTÆ

1 *Hic homo*] Lysiteles manu ad pectus admota seipsum nominat in tertia persona: quasi dicat, Ego sum homo præcipuus.

Antepotens] Id est, potens præ ceteris mortalibus, cumulatus voluptatibus et gaudiis.

2 *Commoda*] Id est, commode.

7 *Fundus*] Id est, auctor.

Digitized by Google

ACTUS QUINTI SCENA SECUNDA.

CHARMIDES, CALLICLES, LYSITELES, LESBONICUS.

CH. NEQUE fuit, neque erit, neque esse quenquam hominum in terra dum arbitror,
Cui fides fidelitasque amicum erga æquiparet suum :
Nam exædificavisset me ex his ædibus, absque te foret.
CA. Si quid amicum erga bene feci, aut consului fideliter,
Non videor meruisse laudem : culpa caruisse arbitror.
Nam beneficium, homini proprium quod datur, proprium sumserit : [velis.
Quod datum utendum est, id repetundi copia 'st, quando
CH. Est ita, ut tu dicis : sed ego hoc nequeo mirari satis,
Eum sororem despondisse suam in tam fortem familiam,
Lysiteli quidem Philtonis filio. LY. enim me nominat.
CH. Familiam optumam occupavit. LY. quid ego cesso hos colloqui ? [tur loqui.
Sed maneam etiam opinor : namque hoc commodum ordi-

CH. *Necdum extitit, neque existet, neque esse ullum hominem in mundo puto, cujus fides et constantia sit comparanda erga suum amicum : nam citra tuam operam me ejecisset ex his ædibus.* CA. *Si affeci aliquo beneficio amicum, aut si consului fideliter, non puto me laudandum ; sed existimo vacasse culpa. Nam munus quo afficitur homo ut suo, sit semper penes eum : quod vero datur, ut utatur, ejus repetendi potestas est, quando velis.* CH. *Est ita, ut tu loqueris. Sed non possum satis hoc admirari, eum despondisse suam sororem in familiam tam potentem, Lysiteli filio Philtonis.* LY. *Profecto me nuncupat.* CH. *Invasit in optimam familiam.* LY. *Quid ego cunctor hos affari ? Sed existimo mihi manendum esse*

1 C. C. 2. B. 1. *hominum interdum arbitror.*—2 'Sensus postulat, *æquiperet tuæ.*' Goeller.—3 B. 1. *ex his rebus.*—6 Pll. alii codd. et ed. Both. *datur prosumserit ;* edd. vett. *datur proprium erit ; τὸ sumserit* deest in B. 1. pro quo Acidal. conj. *sumseris.*—7 Pll. *utendum 'st ;* al. *est utendum.* —8 Pro *nequeo,* Pll. habent *metuo.*—9 Nonius p. 658. *despondisse se suam.*

NOTÆ

8 *Exædificavisset*] Ejecisset me filius ædibus, absque te, et nisi ruenti rei familiari succurrisses.

6 *Proprium*] Id est, perpetuum. Lucretius 'amorem proprium' appellat, stabilem, et perpetuum. Macrobius, 'Proprium habere dicere-tur, si semper tenere liceret.'

Proprium sumserit [*prosumserit*] Hoc est, proprium erit, proprium sumserit.

9 *Fortem*] Nonius, divitem, copiosam.

11 *Occupavit*] Invenit, possedit.

Digitized by Google

CH. Vah! CA. quid est? CH. oblitus intus dudum tibi sum dicere:
Modo mihi advenienti nugator quidam accessit obviam,
Nimis pergraphicus sycophanta: is mille nummum se aureum
Meo datu tibi ferre, et gnato Lesbonico aiebat meo:
Quem ego nec qui esset noram, neque eum ante usquam conspexi prius. [mihi
Sed quid rides? CA. meo allegatu venit, quasi qui aurum
Ferret abs te, quod darem, tuæ gnatæ dotem: ut filius
Tuus, quando illi a me darem, esse allatum id abs te crederet:
Neu qui rem ipsam posset intelligere, et thesaurum tuum
Me esse penes, atque eum a me lege populi patrium posceret. [et tuus
CH. Scite edepol. CA. Megaronides communis hoc meus
Benevolens commentu'st. CH. quin collaudo consilium, et probo.
LY. Quid ego ineptus, dum sermonem vereor interrumpere,
Solus sto; nec, quod conatus sum agere, ago? homines colloquar.
CH. Quis hic est, qui huc ad nos incedit? LY. Charmidem socerum suum

adhuc: namque incipit loqui opportune. CH. *Vah!* CA. *Quid est?* CH. *Oblitus sum jampridem tibi dicere: quidam nugator mihi occurrit mox advenienti, sycophanta nimis graphicus: is dicebat se ad te afferre mille nummos aureos, quos dedissem, et meo filio Lesbonico: ego nec noram qui esset, neque vidi usquam prius antea. Sed quid rides?* CA. *Venit meo imperio, quasi qui ad me deferret aurum a te, quod darem dotem tuæ filiæ: ut tuus filius existimaret id esse allatum abs te, quando illi darem a me, ne posset rescire ullo modo rem ipsam, et tuum thesaurum esse penes me, et eum a me repeteret lege populi, tanquam paternum.* CH. *Scite per ædem Pollucis!* CA. *Megaronides, meus communis amicus et tuus, commentus est hoc.* CH. *Quin collaudo consilium, et probo.* LY. *Quare ego stolidus sto solus, cum vereor obturbare orationem; neque facio quod mihi proposui facere? Alloquar homines.* CH. *Quis est hic, qui huc accedit ad nos?* LY. *Lysiteles salu-*

—12 Edd. quædam vett. *namque hic.*—13 *Uha* Pll. *uid est* C.—14 Edd. vett. *occessit.*—15 B. 1. C. et C. 2. *se aurum.*—16 *Meo datum* B. 1. *alebat meo* Pll.—17 B. 1. *ne qui eum.* C. *ante usque.*—18 *Sed quid prius rides* B. 1. a m. pr.—19 C. *aps te q. d. tue.*—21 *Neu quis* Pll. et B. 1. *thensaurum* Pll.—24 C.

NOTÆ

16 *Meo datu*] Dictum, meo rogatu, meo concessu. 21 *Neu qui*] Id est, quodam modo.

Digitized by Google

Lysiteles salutat. CH. Di dent tibi, Lysiteles, quæ velis.
CA. Non ego sum salutis dignus? LY. immo salve, Callicles.
Hunc priorem æquom 'st me habere: tunica propior pallio est.
CH. Deos volo consilia vostra recte vortere.
Filiam meam tibi desponsatam esse audio. LY. nisi tu nevis. [uxorem mihi?
CH. Immo haud nolo. LY. sponden' ergo tuam gnatam
CH. Spondeo, et mille auri Philippum dotis. LY. dotem nihil moror.
CH. Si illa tibi placet, placenda dos quoque est, quam dat tibi.
Postremo, quod vis, non duces, nisi illud quod non vis, feres. [tro.
CA. Jus hic orat. LY. impetrabit te advocato atque arbi-
Istac lege filiam tuam sponden' mihi uxorem dari?
CH. Spondeo. CA. et ego spondeo idem hoc. LY. oh, salvete, affines mei!
CH. Atque edepol sunt res, quas propter tibi tamen succensui.

tem dicit Charmidi suo socero. CH. *Dii tibi impertiant, quæ optes, Lysiteles.* CA. *Non sum dignus salute?* LY. *Immo salvus sis, Callicles. Par est me anteponere hunc. Tunica propior est pallio.* CH. *Rogo Deos ut secundent vestra consilia. Audio meam filiam tibi esse desponsatam.* LY. *Nisi tu recusas.* CH. *Immo non nolo.* LY. *Mihine spondes ergo tuam filiam uxorem?* CH. *Spondeo, et mille Philippos auri in dotem.* LY. *Nihil curo dotem.* CH. *Si illa tibi placet, oportet dotem tibi placere quoque, quam tibi spondet. Demum non duces quod cupis, nisi accipies quod non cupis.* CA. *Hic rogat quod æquum est.* LY. *Obtinebit te arbitro atque patrono. Promittisne mihi tradi tuam filiam uxorem ista conditione?* CH. *Promitto.* CA. *Et ego promitto hoc idem.* LY. *Oh! salvete, mei affines.* CH. *Attamen per ædem Pollucis sunt res, propter quas tibi iratus*

comentust.—25 Al. ap. Pareum *in eptus.*—29 B. 1. C. C. 2. Ven. 1. et edd. vett. *salute dignus.*—31 C. *vortere* [lacuna].—32 Voc. *tu nevis* desunt in Pll. ubi vacuum est.—34 C. *morer.*—36 B. 1. *non vis feras.*—37 C. *at vocato.*—

NOTÆ

29 *Salutis dignus*] Virg. 'Indignus avorum.' Sueton. in Othone, 'prædicaret solum imperii dignum.'

30 *Tunica propior pallio*] Proverbialis formula, qua significatur amicis, nos aliis, atque aliis magis esse devinctos, et nobis ipsis devinctiores.

35 *Placenda*] Locutio inusitata, *placenda dos*, id est, dos quæ placere debet. Quasi dicas, 'standus,' 'se-

Digitized by Google

CA. Quid ego feci? CH. meum corrumpi quia perpessus filium. [seas.
CA. Si id mea voluntate factum est, est quod mihi succen-
Sed sine me hoc abs te impetrare, quod volo. CH. quid id est? CA. scies.
Si quid stulte fecit, ut ea missa facias omnia.
Quid quassas caput? CH. cruciatur cor mihi, et metuo. CA. quidnam id est? 45
CH. Quom ille ita 'st ut esse nolo, id crucior; metuo, si tibi
Denegem, quod me oras, ne te leviorem erga me putes.
Non gravabor: faciam ita, ut vis. CA. probus es: eo, ut illum evocem. [non licet.
CH. Miserum 'st, male promerita, ut merita, si mihi ulcisci
CA. Aperite hoc, aperite propere, et Lesbonicum, si domi 'st, foras 50
Evocate: ita subitu'st, propere quod eum conventum volo.
LE. Quis homo tam tumultuoso sonitu me excivit subito foras? [mihi.
CA. Benevolens tuus atque amicu'st. LE. satin' salve? dic

fui. CA. *Quid ego feci?* CH. *Quia passus es meum filium fieri corruptum.* CA. *Si id accidit me volente, est quod mihi irascaris. Sed patere me consequi hoc a te, quod opto.* CH. *Quid est id?* CA. *Scies. Si quid fecit amenter, ut facias missa ea universa. Quid concutis caput?* CH. *Cor mihi dolet, et timeo.* CA. *Quid est id?* CH. *Quoniam ille est ejusmodi qualem esse nolo, id circo doleo; timeo ne, si tibi negem quod me rogas, existimes te minus posse apud me. Non ægre feram. Agam ita ut optas.* CA. *Es probus. Eo, ut illum evocem.* CH. *Est miserum, si non mihi licet ultionem sumere de male factis, ut merentur.* CA. *Pandite, pandite cito, et evocate ex ædibus Lesbonicum, si domi est: adeo subita est causa, propter quam volo eum convenire cito.* LE. *Quis me evocavit foras tam repentino et tumultuoso strepitu?* CA. *Est tuus amicus et benevolens.* LE. *Suntne res satis incolumes? dic mihi.* CA. *Recte: gratulor tuum patrem*

38 B. l. *sponde mihi.*—40 Pll. *suscensui.*—42 Alterum *est* non legitur in Pll.—44 Gronov. *missa faciat.*—48 C. *probus sesco.*—49 Pll. *si nis ulcisci.*—50 Voc. *foras* delent Reiz. Herm. et Goeller.—51 *Evocate ita subito: est propter quod* al. ap. Gronov.—52 Voc. *subito* delevit Reiz. ap. Herm.—53 Pll. *satinst.*—

NOTÆ

dendus,' 'surgendus.'

51 *Ita subitu'st*] Id est, adeo res est subitaria, et repentina.

53 *Satin' salve*] 'Hoc loco *salve* est adverbium, a 'salvus,' id est, recte, commode, integre.' Donatus. Apuleius, 'Puer ubi sit, et quam salve agat, interrogat.' Usitata erat interrogatio redeuntium peregre, 'Rectene omnia?' et discedentium, 'Numquid vis?'

Digitized by Google

CA. Recte: tuum patrem rediisse salvom peregre, gaudeo.
LE. Quis id ait? CA. ego. LE. tun' vidisti? CA. et tute idem videas liceat.
LE. O pater, pater mi, salve! CH. salve multum, gnate mi.
LE. Si quid tibi, pater, laboris? CH. nihil evenit, ne time:
Bene re gesta salvos redeo: si tu modo frugi esse vis,
Hæc tibi pacta 'st Callicli filia. LE. ego ducam, pater:
Etiam et si quam aliam jubebis. CH. quanquam tibi succensui.
CA. Miseria una uni quidem homini 'st affatim. CH. immo huic parum 'st.
Nam si pro peccatis centum ducat uxores, parum 'st.
LE. At jam posthac temperabo. CA. dicis; si facias modo.
LE. Numquid causæ est, quin uxorem cras domum ducam? CH. optumum 'st, licet.
Tu in perendinum paratus sis ut ducas. Plaudite.

esse reversum incolumem a longe. LE. *Quis ait id?* CA. *Ego.* LE. *Tune vidisti?* CA. *Et potes ipse conspicari.* LE. *O pater, mi pater, salvus sis.* CH. *Salvus sis multum, mi fili.* LE. *Tibine accidit aliquid laboris, pater?* CH. *Nihil accidit, ne metue. Revertor salvus, re feliciter gesta: si tu vis esse frugi, hæc filia Callicli tibi est promissa.* LE. *Ego ducam, pater: et etiam aliquam aliam, si imperabis.* CH. *Tametsi tibi iratus fui.* CA. *Una calamitas sufficit uni homini.* CH. *Immo non sufficit huic. Nam est parum, si ducat centum uxores pro delictis.* LE. *Sed jam deinceps ero temperantior.* CA. *Polliceris; si præstes modo.* LE. *Quid impediat, quominus cras ducam uxorem domum?* CH. *Est optimum, licet. Tu sis paratus, ut ducas in diem tertium ab hodierno. Plaudite.*

60 *Etiam si* Pll. *suscensui* Pll.—61 *Miseret tamen una quidem homini sat est* B. 1. *una* non est in Pll. *atfatim* Pll.—64 *Quid causa est* Pll. *domum ducat* B. 1. *optuma est* Both. *licet* deest in ed. Goeller.

NOTÆ

61 *Miseria una uni quidem homini 'st affatim*] Vox est Callicli injuriosa mulieribus: hac enim significat Lesbonicum satis pœnarum daturum esse anteactæ vitæ, et anteactarum libidinum, si cogatur nubere. Philemo, auctor hujus Fabulæ, primus apud Græcos dixisse dicitur, Ἀθάνατόν ἐστι κακὸν ἀναγκαῖον γυνή· *Mulier est immortale et necessarium malum.* Propertius: 'Cum satis una tuis insomnia portet ocellis, Una sit et cuivis fœmina multa mala.'

Parum 'st] Id est, parum miseria est: quasi dicat, non est satis magna miseria.

65 *Plaudite*] Hoc uno verbo constat Epilogus Fabulæ.

Digitized by Google

Digitized by Google

M. ACCII PLAUTI

TRUCULENTUS.

DRAMATIS PERSONÆ.

DINARCHUS, *Adolescens.*
PHRONESIUM, *Meretrix.*
GETA, *Servus.*
CALLICLES, *Senex.*
ASTAPHIUM, *Ancilla.*
STRATILAX, *Servus.*
STRATOPHANES, *Miles.*
STRABAX, *Adolescens rusticus.*
ANCILLA *altera.*

ARGUMENTUM, UT QUIBUSDAM VIDETUR, PRISCIANI.

Tres unam pereunt adolescentes mulierem,
Rure unus, alter urbe, peregre tertius.
Utique ista ingenti militem tangat bolo,
Clam supposuit sibi clandestino editum.
Vi magna servus est ac trucibus moribus,

Tres juvenes amant perdite unam meretricem: unus est agrestis, alter urbanus, tertius peregrinus: et ut circumveniat militem majori præda, sibi supponit puerum *clam occulte natum. Servus est magnæ violentiæ, ac morum ferorum, ne mere-*

3 *Utque* edd. vett. Goeller.—4 B. 1. C. C. 2. et edd. vett. *sibi supposuit;*

NOTÆ

1 *Tres*] Strabax rusticus, Dinarchus urbanus, Stratophanes miles.

Digitized by Google

*L*upæ ne rapiant domini parsimoniam.
*E*t is tamen molitur. Miles advenit,
*N*atique causa dat propensa munera.
*T*andem compressæ pater cognoscit omnia.
*U*tque illam ducat, qui vitiarat, convenit:
*S*uumque is repetit a meretrice subditum.

trices auferant quæ *dominus* comparavit *sua parsimonia. Attamen ille mitior fit. Miles revertitur, et dat munera. Maxime tandem pater vitiatæ puellæ detegit cuneta. Et ut ille, qui illam corrupit, illam ducat* uxorem, *adit patrem; et ille reposcit a meretrice suum filium, qui illi suppositus fuerat.*

Goeller. *supposivit sibi.*—6 *Ut inopem rapiant* B. 1.—7 Idem codex, *mellitus miles;* Ald. Goeller. *mollitur. Miles.*—9 *Tamen compressæ* codd. et ed. Goeller. —10 *Utque litam ducat* Pl. *Utque vitam ducat* alii codd. *Utque natam ducat* B. 1. et edd. vett. *Vitiatam ut ducat* Goeller.

NOTÆ

6 *Lupæ*] Meretrices dictæ *lupæ:* unde 'lupanar.' *Parsimoniam*] Fortunas parsimonia partas; metonymice.

ALIUD ARGUMENTUM CAMERARII.

Hæc Comœdia est altera, quam Ciceroni inprimis placuisse, de Catone intelligi potest, ut retulimus in Pseudolo. Et quamvis mendosissima et lacera ad nos pervenerit; tamen quasi de ungue leonem, aut de culmo fruges æstimant, ita de his reliquiis præstantia hujus Fabulæ plane judicatur. Argumentum tale est: Meretrix quædam callida et astuta, et famulitio atque rebus omnibus ad fallacias et fraudes instructa, pellicit in amorem sui tres adolescentes: unum urbanum, quem celeriter conficit; alterum rusticum, qui profusus est in dando; tertium militem, cujus stoliditate abuti, et quem compilare cupiens, simulat se ex ipso esse gravidam: et hoc persuadet credulo. Ut enim hoc genus fastuosum, ita et stolidum est. Erat rustico servus immitis et cui doleret corrumpi filium herilem: sed et ille tamen mutatur, et desinit esse sævus seu *truculentus*, nam hinc nomen Fabulæ inditum est. Ut autem minus simplex argumentum esset, inseritur et virginis stuprum, compressæ per vim ab urbano, quæ cum filiolum peperisset, hunc meretrix sibi supposuit allatum a tonstrice. Ac re palam facta, virgo urbano nubit, et ille a meretrice puerum repetit, ac amores hos relinquit. Ita retinet meretrix par amatorum, rusticum ac militem: et ludificando ac despoliando milite delicias facit. Fabula habet formam eorum poëmatum, quæ *μίμους* appellant. Est autem ita depravata et corrupta a librariis, ut aliquoties fuerit mihi in animo me editurum non esse illam. Scite vero, et, ut Plautus loquitur, nimis graphice expressa est levitas, et malitia et fraudulentia meretricia; et quantopere desipiant in amore voluptatum illecebris simplices; et quod isto genere hominum, quod se primum esse vult, et virtutis ac dignitatis possessionem propriam esse ducit, nihil reipsa plerumque sit vanius, neque futilius.

Digitized by Google

PROLOGUS.

PERPARVAM partem postulat Plautus loci
De vostris magnis atque amœnis mœnibus,
Athenas quo sine architectis conferat.
Quid nunc? daturin' estis, an non? annuunt.
Meditor equidem vobis me ablaturum sine
Mora: quid si de vostro quippiam orem? abnuunt.
En mehercle in vobis resident mores pristini,
Ad denegandum ut celeri lingua utamini.
Sed hoc agamus, qua huc ventum est gratia:
Athenæ istæ sunto, ita ut hoc est proscenium,
Tantisper dum transigimus hanc Comœdiam.
Hic habitat mulier, nomine quæ est Phronesium.
Hæc hujus sæcli mores in se possidet:
Nunquam ab amatore suo postulat id quod datum est;
Sed reliquam dat operam ne sit reliquum,

Plautus rogat exiguum locum in vestra amplissima gratissimaque urbe, in quem devehat Athenas sine architectis. Quid respondetis? concedetisne, an non? Concedent. Equidem sum arbitratus vos mihi daturos statim. Quid si rogem aliquid de vestris bonis? Nutu negant. En per Herculem antiqui mores manent apud vos, quando adhibetis linguam velocem ad abnuendum. Sed exequamur id, cujus causa huc accessimus. Sint hic Athenæ, sicut est proscenium, intereadum exhibemus breviter hanc Comœdiam. Mulier hic manet, quæ vocatur Phronesium. Hæc continet in se mores hujus temporis: nunquam repetit a suo amatore id quod est concessum; sed curat nihil ut ei relinquat, ro-

1 *P. artem p. Plaudi locu.* Pro *loci*, B. 1. habet *loqui*. Ap. Apul. Florid. tom. II. p. 141. ed. Bipont. h. l. ita legitur: *Quam parvam partem, &c.*—2 *Deũ eris* C. *Deum eris* C. 2.—3 B. 1. *sine arcu peltis;* Pll. et duo Vatt. *sine arcus-pletis;* tertius Vat. *sine arcupetis;* Both. *sine arcis pletis;* Ald. *sine arcus peltis.* —4 B. 1. *an non? at nunc;* Pll. *an non? adnunt.*—5 *Melior me quidem* Pll. *oblaturum* B. 1. *abiaturum* Pll.—6 C. *orem abdunt;* C. 2. *ore abdunt;* B. 1. *orem abducunt.*—7 *En mehercle in odiis* B. 1. *Eum hercle* Pll. *in vodiis* C. *modiis* C. 2. *Enim hercle* Both. *more pristini* C.—8 C. *utanimi.*—9 Parei 3. *huc qua.*— 10 *Athenis tracto, ita* B. 1. Pll. et edd. vett. *Athenæ in Acta fito* al. ap. Pareum. *ubi hoc* al. *prosciniun* C. *pro schenium* C. 2.—15 Pll. et edd. vett. *relicuum . . . relicuum;* Gronov. *reliquum dat operam;* al. *reliquam da operam, &c.*—

NOTÆ

5 *Meditor vobis me ablaturum*] Id est, puto me a vobis ablaturum, obtenturum.

9 *Hoc agamus*] 'Hoc agite,' erat solennis formula imperandæ in rebus sacris attentionis.

10 *Athenæ istæ sunto* [*Athenis tracto*] Id est, hoc proscenium Athenis traho, et huc transfero. *Tracto* a 'traho;' ut 'dicto' a 'dico.'

Digitized by Google

Poscendo atque auferendo, ut mos est mulierum.
Nam omnes id faciunt, cum se amari intellegunt.
Ea se peperisse puerum simulat militi,
Quo citius rem ab eo auferat cum pulvisculo.
Quid multa? ætas huic si superet mulieri, 20
Is cum anima ad eam habentiam everrerit.

gando atque detrahendo, ut solent mulieres. Nam omnes agunt id, quando animadvertunt se diligi. Ea fingit se peperisse puerum a milite, ut ei adimat omnia bona cum ramentis. Quid plura? Si vivat hæc mulier, ea expresserit omnia bona cum anima, ab homine.

19 Both. *aufert.*—20 *Quid multa superest mulierem*, omissis intermediis, B. 1. Pll. *Quid multa superem mulierem* edd. vett. *Quid multa . . . stuic superet mulierе* cod. Taubm. *Quid multa? vita sid huic superet mulieri* Both.—21 *His cum a. ad eum habenti* B. 1. Palm. *habentiam ἕξω everrerit* al. ap. Palmer. *evorterit* B. 1. et Ald. *erseteritur* Palm. *habentiam omnem everterit* Scal. *erce teritur* C. et Camer. *erte teritur* C. 2. *Hisce anima etiam ad suam habentiam exterebrabitur* Both.

NOTÆ

19 *Cum pulvisculo*] 'Auferre cum pulvisculo,' est nihil quicquam reliqui facere; sed omnia converrere, ac minimam etiam scobem ac ramentum pulveremque rapere. 'Pulvisculus' accipitur et pro peniculo quo excutitur pulvis, et pro pulvere qui excutitur.

20 *Quid multa*] Contrahendi in pauciora sermonis formula.

Superet] Id est, supersit.

21 *Is cum anima habentiam everrerit*] Id est, is corraserit quicquid habet, idque ad amicam una cum vita detulerit.

ACTUS PRIMI SCENA PRIMA.

DINARCHUS.

Non omnis ætas ad perdiscendum sat est
Amanti, dum id perdiscat, quot pereat modis.
Neque eam rationem eapse unquam edocet Venus,
Quam penes amantum summa summarum redit,

Di. *Omnis vita non sufficit amanti ad discendum quot rationibus intereat, dummodo discat. Neque Venus ipsa tradit unquam, in quo tota ratio rerum amatoriarum*

2 *Nam antedum is* B. 1.—3 *Neque ea ratione me ab se* B. 1.—4 *Quam penes*

NOTÆ

4 *Summa summarum redit*] Id est, penes quam summa rerum, eorum, qui amant, potestas est. *Summa summarum* est cum in rationibus accepti et expensi multa nomina et capita in unam summam rediguntur.

Digitized by Google

Quot amans exemplis ludificetur, quot modis
Pereat, quotque exoretur exorabulis.
Quot illic blanditiæ, quot illic iracundiæ
Sunt! quot sui pericla amanda! Di, vostram fidem! hui!
Quid perjerandum est etiam, præter munera!
Primum dum miros annua: is primus bolu'st.
Ob eam tris noctes utor: interea loci
Aut æra, aut vinum, aut oleum, aut triticum
Tentat, benignusne an bonæ frugi sies.
Quasi in piscinam rete qui jaculum parat;
Quando abiit rete pessum, tum adducit sinum:
Sin jecit rete, pisces ne effugiant, cavet;
Dum huc dum illuc reti eos impedit
Pisces, usque adeo donicum eduxit foras.
Itidem est amator: sed id, quod oratur, dedit,
Atque est benignus potius quam frugi bonæ.

consistit, quot rationibus illudatur amanti, quot modis amans pereat, quot exoretur, quot sint illecebræ in amore! quot iræ, quot pericula subeunda! Dei, vestram fidem! hui! quot sunt facienda perjuria, præter præmia! Primum merces annua: is est primus jactus retis. Idcirco conceduntur tres noctes. Interea explorat utrum liberalis et bonus sis, rogatis aut pecunia, aut vino, aut oleo, aut tritico. Quasi qui conjicit rete jaculum in piscinam; quando rete incidit in aquam, tum contrahit rete: sin conjecit rete; cavet ne pisces elabantur; donec rete huc et illuc irretiat, et extrahat ex aqua. Amator est ejusmodi: sed tribuit id quod est roga-

---

amantem Pll. et Pist.—6 Barth. conj. *exroretur*.—8 B. 1. *quot sunt perclamanda*; Goeller. *quot sunt pericla! Amando*; Pll. *sui perclamanda*; edd. vett. *sunt? quotque pericla vianda*; Meurs. *quot pericla manda*; Both. *Quid ibi perclamandum*.—9 Q. *perferendum* B. 1.—10 *P. dum miret animus premii si obolus est* B. 1. *miror annuus primus ebolust* C. 2. *Primum dum dæret animus* edd. vett.—11 *Obeunt tres n. ducunt* B. 1. *notes dutor*, sive *tutor*, Pll. *tutor* etiam edd. vett. *dantur* Both.—12 *Aut ara* Pll. *aut olivum* Both.—13 *Tentant benignus an ne bone* B. 1.—14 Pro *parat*, Palmer. conj. *datat*.—15 B. 1. *pessum adducit infra*; C. *tum adducit sinfa*; C. 2. *tum adducit infra*. Voc. *tum* deest in edd. vett.—16 *Si non ierit piscis ne effugiat* B. 1. *Si irretit rete* Goeller. *Si inegit rete pisces* Palm. *Sin icit rete pisces* Pontan.—17 *Tum hic tum illic irretitos impedit* Scal. *Dum hinc . . . irretitos impedit* Goeller. *reteor impedit* C. *rete or impedit* C. 2. *rete impedit* B. 1.—18 B. 1. *dolum foras eduxit*; Pll. *dolum*; ne-

NOTÆ

6 *Exorabulis*] Dictum ab 'exorando;' ut a 'conciliando,' 'conciliabulum;' a 'latendo,' 'latibulum.'

10 *Miros annua*] Id est, pensio annua.

Primus bolu'st] Prima jactura est.

11 *Ob eam tris noctes utor*] Id est, tribus noctibus fruor amoribus.

15 *Sinum*] Laxitatem retis contrahit.

18 *Donicum*] Donec.

20 *Benignus*] Prodigus.

Digitized by Google

Adduntur noctes: interim ille hamum vorat.
Si semel amoris poculum accepit mere,
Eaque intra pectus se penetravit potio,
Extemplo et ipsus periit, et res, et fides.
Si iratum est scortum forte amatori suo,
Bis periit amator, ab re atque animo simul.
Sin alter alteri potior est, idem perit:
Si raras noctes ducit, ab animo perit:
Si increbravit, ipsus gaudet, res perit.
Ita disciplina in ædibus est lenoniis,
Priusquam unum dederis, centum quæ poscat, parat.
Aut aurum periit, aut conscissa pallula est,
Aut emta ancilla, aut aliquod vasum argenteum,
Aut vasum aënum aliquod, aut lectus dapsilis,
Aut armariola Græca, aut aliquid semper est
Quod pereat, debeatque amans scorto suo.

tum, et est liberalis potius quam probus. Adjiciuntur noctes: interea ille deglutit hamum. Si libavit semel poculum merum amoris, et ea potio descenderit altius in pectus, statim occidit et ipse, et fortunæ, et fides. Si forte meretrix est infensa suo amatori, amator duplicem jacturam patitur, et fortunarum et animi simul. Si alter amator antefertur alteri, idem perditus est. Si obtinet paucas noctes, cadit animo: si crebras, lætatur quidem ipse, sed ejus fortunæ labuntur. Disciplina lenonia est ejusmodi, ut antequam largitus fueris unum munus, leno excogitet centum alia, quæ flagitet. Aut pecunia disperit, aut palla est lacerata, aut ancilla emta, aut aliquod vas argenteum aut aëneum, aut lectus latus, aut armarium Græcum, aut est semper aliquid quod adimatur, et quod amans debeat suæ meretrici. Atque nos

que aliter edd. vett.—19 C. et edd. vett. *set id.*—25 *Si i. scortum fortest* B. 1. —26 *Bis perit* Herm. et Goeller.—27 *Sin aliter alteri* C. 2. *Sin alteri alter* Goeller. *potius* Pll. *Sin potius alterum altero est* Both. *Sin alter autem potius est* Acidal.—29 *Sin crebravit* C. *Sin increpravit* C. 2. *Si increbuit* Ald. *Sin increbravit* Goeller.—30 *Ita et in ædibus lenoniis* B. 1. Ven. 1. et edd. vett. *Iteca in ædibus lenosis* C. *Ita et in ædibus lenosis* C. 2. *Quasi incitega es in ædibus lenoniis* conj. Both.—32 *Aut petit animum quod concessa* B. 1.—34 Vatt. *aut l. laptilis;* Vat. 3. *aut l. leptilis;* C. *electus laptilis;* C. 2. *lectus laptiles.*—35 Verbum *est* non legitur in B. 1.—36 *Quod petra* Pll. *Quod petat ea, debeat-*

NOTÆ

22 *Amoris poculum*] Est φίλτρον, sive *amatorium*. Seneca: 'Ego tibi monstrabo amatorium sine medicamento, sine herba, sine ullius veneficæ carmine. Si vis amari, ama.'

26 *Ab re*] Familiari.

27 *Sin alter alteri potior*] Sin alter altero potior: ut 'die crastini,' pro die crastino; 'die septimi,' pro die septimo; 'quotidie,' pro quoto die.

29 *Si increbravit*] Si id crebro fiat.

34 *Lectus dapsilis*] Lectus splendidus.

Digitized by Google

Atque hæc celamus nos damna, una industria
Cum rem fidemque nosque nosmet perdimus,
Ne quid parentes, neu cognati sentiant.
Quos cum celamus, si faximus conscios,
Qui nostræ ætati tempestivo temperint,
Unde anteparta demus postpartoribus,
Faxim lenonum et scortorum ut plus est, minus
Et minus damnosorum hominum, quam nunc sunt, siet.
Nam nunc lenonum et scortorum plus est fere,
Quam olim muscarum est, cum caletur maxume.
Nam nusquam alibi si sunt, circum argentarias
Scorti lenones quasi sedent quotidie.
Ea nimia est ratio; quippe qui certo scio,
Æri plus scortorum esse jam quam ponderum:
Quos quidem quam ad rem dicam in argentariis
Referre habere, nisi pro tabulis, nescio,
Ubi æra perscribantur usuraria:

dissimulamus hæc detrimenta una opera, quando perdimus rem, fidem, nos; et cavemus, *ne parentes neve affines resciscant. Aliquid quibus si aperiremus, et non dissimularemus iis qui tempestive nostræ ætati consulant, ut nos daremus ea quæ sunt parta a nostris parentibus, iis quos nos genuerimus; dabo operam ut, quemadmodum sunt plures lenones et meretrices, sic esset minus hominum perditorum quam nunc sunt. Nam est nunc ferme plus lenonum et meretricum, quam muscarum, quando est æstus caloris maximus. Nam si sunt nusquam alibi, sedent quotidie circum argentarias officinas, quasi scorti lenones. Ea ratio patet; nam certo scio, esse nunc plures meretrices ad aucupandum æs, quam pondera; nescio quare illi habitent apud argentarios, nisi quia argentarii habeant tabulas in quas referantur æra, quæ fœnore dantur: illico Phronesium acci-*

---

que Both.—37 C. *nos clam mina;* C. 2. *nos dammina.*—38 *Cum jam rem fidemque* B. 1. Hunc et sequentem vs. transponit Pontanus.—39 *Neque parentes neque* B. 1.—40 *Quos ut celamus* Goeller. *sic facimus conscios* B. 1. *si facimus* Pll.—41 B. 1. *tempestive temperant.*—42 *Ut ne ante parta demus* Pist. ap. Barth. *ante parata* B. 1. et Pll. cum edd. antiq.—43 Verba, *ut, est,* et *minus,* desunt in B. 1. *scortorum multo minus* Acidal. *plus est et minus* C. 2. et edd. vett. *Faxim scortorum pausa sit et minus* Both.—45 Both. *plus fere,* omisso τῷ *est.*—46. 47 Hi versus transpositi sunt in B. 1. *Quam usquam alibi sunt* B. 1.—48 *Scortis lenones* Goeller. *quasi scatent* Osann. Anall. p. 188.—49 *Ea nimiast natio* Goeller.—50 *Heri plus* B. 1. *Eriplus* Vatt. Lips. Pll. *Triplo plus* Goeller. *Triplum* Barth. *esse eam* Pll.—52 Both. *haberi.*—53 *Ubi hæ* B. 1.—

NOTÆ

42 *Postpartoribus*] Id est, nostris successoribus et hæredibus. Sic dicitur 'anteporta,' 'antecupido,' 'prius-damnum,' 'nunc-dea.'

44 *Damnosorum*] 'Damnosi' hic accipiuntur, vel pro iis quibus multum datur, vel pro iis qui multum dant.

48 *Scorti lenones*] Id est, scorta et lenones.

Digitized by Google

Accipiat illico expensa, neque censeat.
Postremo in magno populo, in multis hominibus,
Re placida atque otiosa, victis hostibus,
Amare oportet omnes, qui, quod dent, habent.
Nam mihi hæc meretrix, quæ hic habet, Phronesium,
Suum nomen omne ex pectore exmovit meo,
Phronesium: nam Phronesis est sapientia.
Nam me fuisse huic fateor summum atque intimum,
Quod amantis multo pessumum est pecuniæ.
Eadem, postquam alium repperit, qui plus daret,
Damnosiorem, me exinde amovit loco,
Quem infestum ac odiosum sibi esse memorabat mala,
Babyloniensem militem: is nunc dicitur
Venturus peregre: eo nunc commenta est dolum,
Peperisse simulat sese, ut me extrudat foras,
Atque ut cum solo pergræcetur milite:
Eum esse simulat militem puero patrem.
Quid isti suppositum puerum opus pessumæ?
Mihi verba retur dare sese? an me censuit
Celare se potesse, gravida si foret?

piat quæ sunt *tradita, neque in rationem referat. Postremo in numeroso populo, rebus compositis atque otiosis, superatis hostibus, oportet cunctos amori operam dare, qui habent quod dent. Nam meretrix Phronesium, quæ habitat hic, mihi expulit ex meo pectore omne suum nomen Phronesium: nam Phronesis est sapientia. Fateor enim me fuisse huic summum atque intimum, quod est funestissimum crumenæ amantis. Eadem, postquam invenit alium, qui daret plus, et plus perderet, me summovit a se; is erat miles Babyloniensis, quem mala dictitabat sibi esse infestum atque odiosum: dicitur is venturus peregre. Idcirco nunc est architectata fraudem: fingit sese peperisse, ut me excludat foras, et ut perpotet cum solo milite: mentitur eum militem esse patrem pueri. Quid opus est isti nequam supposito puero? Arbitratur sese mihi dare verba? An putavit se posse me celare, si foret gravida?*

54 *Accipiat dico* B. 1. *Accepta dico* Acidal. et Goeller. *ne qui censeat* Acidal. —55 *Postremo id magno in populo* B. 1. Ven. 1. et edd. antiq. *mulier omnibus* B. 1. *Postremo magno in populo* Both.—58 *Nam mihi isthæc* Both. et Goeller. —59 *Suum nomen* desunt in B. 1. *omnis* C. *omnes* C. 2. *omnem* edd. vett.— 60 Hunc vs. spurium judicavit Canter. eum tamen omnes et scripti et edd. servant.—62 *Quod amantis multa pessum iit pecunia* Palm.—64 *Danosiorem* Brant.—65 *Quem senium ac odium sibi* Acidal. *Qui manifesta ac odiosum sibi esse m. mihi* codd. ap. Both.—67 B. 1. *ea nunc.*—68 *Reperisse* idem codex.— 70 *Eum esse simulant* edd. vett.—71 *Eum isti* Ald. et Goeller. *optant pessumæ* codd. et ed. R. Steph. *puerum optant pessumæ* Acidal.

NOTÆ

59 *Suum nomen*] Phronesium, id est, prudentiam.

Digitized by Google

Nam ego Lemno advenio Athenas nudius tertius,
Legatus hinc quo cum publico imperio fui.
Sed hæc quis mulier est? Astaphium est ancillula.
Cum ea quoque etiam mihi fuit commercium.

Nam ego advenio Lemno Athenas nudius tertius, quo fui legatus hinc cum imperio publico. Sed quæ est hæc mulier? Est ancillula Astaphium. Mihi quoque res fuit cum ea.

ACTUS PRIMI SCENA SECUNDA.

ASTAPHIUM, DINARCHUS.

As. Ad fores auscultato, adque serva has ædis,
Ne quis adventor gravior abeat quam adveniat:
Neu qui manus attulerit steriles intro ad nos,
Gravidas foras exportet: novi ego hominum mores;
Ita nunc adolescentes morati sunt: quin ei
Ut simitu adveniunt ad scorta congerones,
Consulta sunt consilia, quando intro advenerunt;
Unus eorum aliquis osculum amicæ usque oggerit.
Dum illi agunt quot agunt, sunt ceteri cleptæ.*

As. *Manete ad ostium atque custodite domum, ne quis veniat, et abeat onustior quam venerit; neve qui venerit huc cum manibus vacuis, efferat foris plenas: ego novi indolem hominum; juvenes sunt nunc sic facti; ut statim atque adveniunt ad meretrices prædones, eorum consilia sunt composita; quando ingressi sunt, unus eorum offert savium amicæ. Dum illi sunt intenti suo operi, reliqui sunt*

1 Pll. *auscultate.* B. 1. *asservabis ædes;* C. 2. *asservas ædes;* edd. vett. *asserva has ædes;* C. *atque servas ædes;* Priscian. p. 1326. Putsch. *atque asservate ædes.*—2 Idem ibid. *abeat atque adveniat;* C. *gravior abætat qua adveniat;* edd. vett. *habeat quam.*—5 Pro *qui ei,* Goeller. dedit *quin eo;* Both. *quippe.*—6 *Ut reapse neque veniunt* Ald. *Aut senex adveniunt* al. ap. Both. *ad scorta* delet Goeller.—7 *Consultassunt concilio* B. 1. *Consultassunt consilio* Ald.—8 Codd. et edd. vett. *aliquis oculum.* Mox, *aggerit* B. 1. et edd. antiq.—9 *Dum agunt sunt ceteri cleptæ* Goeller. *Dum illi agant: quom vident* Ald. *quot agunt* desunt

NOTÆ

6 *Ut simitu*] Simulatque.

Congerones] Nonius a 'congerendo.' Fulgentius: 'Congerones, qui aliena ad se congregant; unde apud Romanos Gerones Brictiani dicti.' Unde alibi Plautus, 'Foras-gerones.' Nonius, 'Congerrones dicti a gerris, id est, nugis et ineptiis.'

9 *Sunt ceteri cleptæ*] Fures. Græcum.

Digitized by Google

Sin videant quempiam se asservare, obludunt, qui custodem
Objectent per joculum et ludum: de nostro sæpe edunt, quod
Fartores faciunt; fit pol hoc, et pars spectatorum scitis
Pol, hæc vos me haud mentiri. [pere.
Ibi est ibus pugnæ et virtuti, de prædonibus prædam ca-
At nos rursum lepide referimus gratiam furibus nostris:
Nam ipsi vident, cum eorum aggerimus bona: quin etiam ultro ipsi aggerunt ad nos.
Di. Me illis quidem hæc verberat verbis; nam ego huic dona accongessi. [cum adducam.
As. Commemini: jam pol ego eum ipsum, si domi erit, me-
Di. Heus, manedum, Astaphium, priusquam abis. As. qui revocat? Di. scies:
Respice huc. As. quis est? Di. vobis qui multa bona esse volt. As. dato, si esse vis.
Di. Faxo, erunt: respice huc modo. As. io! enicas me miseram, quisquis es.

fures. Si animadvertant a quopiam sese observari, ludunt coram eo, ut deludant observatorem jocis et præstigiis; epulantur sæpe sæpius de nostra re, sicut fartores agunt. Per Pollucem, hoc solet fieri, et vos non ignoratis magna ex parte, spectatores, me minime mentiri. Tunc arbitrantur esse fortitudinis et constantiæ detrahere spolia prædonibus. Sed nos remetimur vicissim festive gratiam nostris prædonibus: nam cernunt ipsi, quando colligimus eorum fortunas: quin etiam ipsi comportant ad nos libenter. Di. *Hæc sane mihi obtundit aures his verbis; nam ego hanc cumulavi muneribus.* As. *Commemini! jam per Pollucem, ego adducam Strabacem mecum, ut mandavit hera, si erit in ædibus.* Di. *Heus, manedum, Astaphium, antequam proficiscaris.* As. *Qui revocat?* Di. *Respice huc, videbis.* As. *Quis est?* Di. *Est ille qui vobis optat multa bona.* As. *Da ea nobis, si vis nos habere.* Di. *Dabo operam ut sint: respice huc modo.* As. *Io! me occi-*

in B. 1. Pll. et edd. vett. *cleptæ lucrantur*, vel *harpagant*, Donz.—10 Camer. *dum custodem.*—11 *Oblectent* B. 1.—12 *Fectores* C. *Fectorem* cod. Camer.—14 *Ubi usus pugnæ* Ald. *Ubi usust pugnæ* Goeller.—16 Pll. et edd. vett. *bona loqui etiam*; unde Both. *quo bona eorum adgerimus Loci; etiam, &c.* Ald. *bona: alioqui Etiam, &c.*—17 B. 1. *huc dona congessi*; C. *done adcessi*; C. 2. *dona concessi.* Goeller. et edd. vett. *huc dona, &c.*—18 Goeller. *eumpse ego.* Ald. *jam pol ego visam: si domi erit.*—21 *Di faxo erunt* codd. et edd. vett.—22 *Pessi-*

NOTÆ

12 *Fartores*] Nam de iis quæ ad eos delata sunt, ut farcimina conficiant, nonnihil detrahunt, eoque ves-
cuntur.

14 *Ibi est ibus*] *Ibus*, pro 'iis.'

Digitized by Google

Di. Pessuma, mane.
As. I, optume, odiosus es.
Dinarchusne illic est? atque is est: it ad nos. Di. et tu fer contra manum, et pariter
Gradere. As. tibi servio, atque audiens sum imperii. Di. tute quid agis?
As. Valeo, et validum teneo: peregre cum advenis, cœna detur. [jussit. Di. eas.
Di. Benigne dicis. As. at enim, amabo, sine me ire quo
Sed quid ais? As. quid vis? Di. istic, quo iter inceptas, qui est? quem arcessis? As. Archivam
Obstetricem. Di. mala fœmina es. As. solens sum: ea est disciplina.
Di. Manifestam mendacii, mala, te teneo. As. quid jam, amabo?
Di. Quia te adducturam huc dixeras eum ipsum, non eampse. [ator!
Nunc mulier facta est ex viro; mala es! As. præstigi-
Di. Sed tandem loquere: quis is homo est, Astaphium? novus amator? [nam arbitrare?
As. Nimis otiosum arbitror hominem esse te. Di. quia-

dis infelicem, quisquis es. Di. *Mane, pessima!* As. *I, optime! es molestus. Estne ille Dinarchus? Et quidem est is. Venit ad nos.* Di. *Et tu confer te obviam, et occurre occurrenti.* As. *Sum tua, et quidem dicto audiens.* Di. *Quid agis tu?* As. *Valeo, et teneo fortem. Quando advenis peregre, dabitur cœna.* Di. *Dicis urbane.* As. *Sed, obsecro, patere me pergere quo me hera mandavit ire.* Di. *Perge. Sed quid dicis?* As. *Quid vis?* Di. *Quis est ille ad quem contendis? Quem accersis?* As. *Archivam obstetricem.* Di. *Es nequam mulier.* As. *Sum consueta esse: fuit mea institutio.* Di. *Te deprehendo in manifesto mendacio, nequam.* As. *Quare, obsecro?* Di. *Quia pollicita fueras te adducturam eum ipsum, non eam ipsam. Jam vir mutatus est in mulierem: es improba!* As. *Præstigiator!* Di. *Sed tandem dic. Quis est ille, Astaphium? Novus amator?* As.

---

mam anel optume Pll.—24 *En Dinarchus* Goeller. *atque isertas aduas lissi ituli fert* C. *atque is estis aduas lissi it tul fert* C. 2. *atque is est, adi nos si iturus, fer contra manum, &c.* Ald.—26 *Valens validum* B. 1. *peregre quoniam advenis centur* C. 2.—27 *Benigne dicis astate ambo* C. 2. et edd. vett. *Benigne dicis astat cum amabo* Pll.—28 *Archinam* Pll. et Goeller.—29 B. 1. *soleo una est;* edd. vett. *soleo, una ex disciplina;* codd. ap. Both. *soles unies disciplinam.*—31 Vatt. et Goeller. *adducturam.*—33 C. *Astaphi unous amator;* edd. vett. *unusne ama-*

NOTÆ

24 *Fer contra manum*] Manus porrigitur in salutationibus.

Digitized by Google

As. Quia tuo vestimento et cibo alienis rebus curas.
Di. Vos me reddidistis otiosum. As. quid jam, amabo?
Di. ego expedibo:
Rem perdidi apud vos: cum re meum negotium abstulistis.
Si rem servassem, fuit, ubi negotiosus essem.
As. An tute bene rem publicam aut amoris alia lege
Habere posse se postulas, quin tu otiosus fias?
Di. Illa, haud ego, habuit publicum: pervorse interpretaris.
Nam advorsum legem a me, ob meam scripturam, pecudem accepit [rentes:
Æraque. As. idem, quod tu facis, faciunt rei male ge-
Ubi non est, scripturam unde dent, incusant publicanos.
Di. Male vortit res pecuaria mihi apud vos: nunc vicissim
Volo habere aratiunculam pro copia hic apud vos.

Existimo te abundare otio. Di. *Quare?* As. *Quia curas res alienas tua veste et esca.* Di. *Vos me reddidistis otiosum, tu et tua kera.* As. *Quare, obsecro?* Di. *Ego dicam: dilapidavi bona apud vos: abstulistis meum laborem cum fortunis. Si custodissem meas fortunas, habuissem in quo essem occupatus.* As. *An tu arbitraris te posse gerere bene res publicas, nisi sis otiosus?* Di. *Illa tractavit rem publicam, non ego: explicas maligne. Nam accepit pecudem adversus legem, præter me, et pecuniam ab eo, ob meam scripturam.* As. *Qui gerunt male rem, agunt id quod tu agis: quando non habent, quod dent publicanis ut tenentur ex scripto, accusant publicanos.* Di. *Commercium pecudum mihi cessit male apud vos: nunc volo habere modulum agri, apud vos, quem arem pro viribus.* As. *Hic ager non*

****

tor; Palmer. *novusne amator.*—34 B. 1. *te esse.* Mox, Pll. *qui nam.*—35 Goeller. *vestimento et cibo tuo.*—36 *Vos me dedistis* B. 1. *Vos miki dedistis* alii codd. edd. vett. et Goeller. *ego expediuo* C. *ego* deest in C. 2.—37 Verba, *apud vos: cum re,* desunt in B. 1. et edd. vett. *Res perdidi* Goeller. qui post hunc vs. addidit ex Prisciano, *Bona perdidi: mala reperi: factus extimus sum a vobis.* —39 *At tute* B. 1. *rem publicum* C. 2. et edd. vett. *rem publicani* Camer.—40 *Habere te postulas* Acidal. *Habere posses postulas* C. 2. *Habere posset postulas* Pl. alter. *se* deest in B. 1.—41 Goeller. *habui publicum.*—42 Bipont. *pecudem cepit.*—43 Pro *Æraque,* codd. Camer. et edd. vett. habent *Fierique.* Mox, al. *res male.*—44 B. 1. *scriptura u. d. incussant.*—45 Verba, *nunc vicissim,* et sequens versus desunt in B. 1.—46 Voc. *hic* deest in edd. antiq. *apud hos*

NOTÆ

41 *Habuit publicum*] A se conductum.

43 *Æraque*] 'Æra' erant mulctæ pecuniariæ, quas portitores aut scriptuarii imponebant.

44 *Scripturam*] Est illud quod ideo datur, ut ager publicus alicui ascribatur.

46 *Aratiunculam*] Agellum conductum quem arem.

Digitized by Google

As. Non arvus hic, sed pascuus est ager: si arationes
Habituris, qui arari solent, ad pueros ire melius.
Hunc nos habemus publicum: illi alii sunt publicani.
Di. Utrosque percognovi utrobidem. As. istoc pol tu otiosus,
Cum et illic et hic pervorsus es: sed utris cum rem esse mavis?
Di. Procaciores estis vos, sed illi perjuriosi.
Illis perit, quicquid datur, neque ipsis apparet quicquam.
Vos saltem, si quid quæritis, et bibitis et comestis.
Postremo illi sunt improbi, vos nequam et gloriosæ
Malæque. As. quæ in nos illosque, ea omnia tibi dicis, Dinarche,- [nem dicam:
Et nostram et illorum vicem. Di. qui istuc? As. ratio-
Quia qui alterum incusat probri, eum ipsum se intueri oportet. [bemus.
Tu a nobis, sapiens, nihil habes: nos nequam abs te ha-
Di. O Astaphium, haud istoc modo solita es me ante appellare,

est arandus, sed pascendus. Si vis habere arationem, quæ soleat arari, præstat ire ad pueros. Nunc habemus nos res publicas: illi alii sunt publicani. Di. *Novi penitus utrosque ab utraque parte.* As. *Per Pollucem, tu es otiosus, ideirco quia est tempus ut sis perversus, et illic et hic. Sed cum utris mavis esse negotium?* Di. *Vos estis procaciores, sed illi perjuriosi. Quicquid illis datur, perit; et nihil ex iis apparet. Vos si quæritis aliquid, saltem et potatis, et comeditis. Postremo illi sunt improbi; vos nequam et arrogantes et improbæ.* As. *Illa universa dicis adversus temetipse, Dinarche, quæ dicis adversus nos et illos, in nostram vicem et illorum.* Di. *Quare?* As. *Dicam rationem: quia qui accusat alterum flagitii, debet ipsum contemplari. Tu nihil accepisti a nobis sapientiæ: nos accepimus a te nequitiam.* Di. *O Astaphium, non es consueta me vocare adeo ferociter antea, sed*

Doux.—47 Verba, *sed pascuus es ager: si arationes Habituris*, desunt in B. 1. —48 *Ambituris* Lips. *Habiturus* edd. vett. *ad eos vero ire* al. *melius est* Both. et Bipont.—49 *Hic . . . illi alibi* Acidal.—50 Cod. Camer. *cognovit trobeidem;* edd. vett. *cognovi probe.* Voc. *utrobidem* debetur Acidalio.—54 Goeller. *et ebibitis.*—56 *Malæque in nos illis ea omnia, &c.* edd. vett. *illi* Sarraceni editio. —58 B. 1. *probri se ipsum intueri;* Vatt. *probri sumsit intueri;* Pll. *probri sumsit*

NOTÆ

47 *Non arvus*] Varro, 'Ager arvus est, consitus, pascuus, florens.'

48 *Habituris*] Id est, habere desideras, ab 'habiturio.'

52 *Procaciores*] Festus, 'Procari, pascere est: unde et proci, et procaces meretrices, et verbum procas, id est, poscis.'

Digitized by Google

Sed blande: cum illuc, quod apud vos nunc est, apud me haberem.
As. Dum vivit, hominem noveris: ubi mortuus est, quiescas.
Te, dum vivebas, noveram. Di. an me mortuum arbitrare?
As. Qui potis est, amabo, planius? qui antehac amator summus
Habitu'st, istunc ad amicam meras querimonias referre.
Di. Vostra hercle factum injuria, quæ properavistis olim
Rapere: otiose oportuit, diu ut essem incolumis vobis.
As. Amator simili'st oppidi hostilis. Di. quo argumento est? As. quam-
Primum expugnari poti'st amator, optumum est amicæ.
Di. Ego fateor: sed longe aliter est amicus atque amator.
Certe hercle quam veterrumus homini optumus est amicus.
Non hercle occiderunt mihi etiam fundi et ædis.
As. Cur, obsecro, ergo ante ostium pro ignoto alienoque astas? [hodie
I intro: haud alienus tu quidem es: nam ecastor neminem
Mage amat corde atque animo suo, siquidem habes fundum atque ædis.
Di. In melle sunt linguæ sitæ vostræ atque orationes
Lacteque: corda felle sunt lita, atque acerbo aceto.

leniter, quando haberem apud me, quæ sunt nunc apud vos. As. *Agnoscendus est homo, dum vivit: quando est mortuus, est quiescendum. Te noveram, quando vivebas.* Di. *An arbitraris me esse mortuum?* As. *Quis potest esse magis mortuus, obsecro, quam qui est habitus antea strenuus amator, et qui nunc confert ad amicam meras querimonias?* Di. *Per Herculem, hoc est factum vestra culpa, quæ acceleravistis olim auferre. Debebatis auferre minus cito, ut essem vobis diu incolumis.* As. *Amator est similis oppido hostium.* Di. *Quo pacto?* As. *Quam velocissime potest capi amator, est satius amicæ.* Di. *Equidem fateor. At amator est longe dissimilis amico. Per Herculem, amicus est optimus qui est vetustissimus. Per Herculem fundi et ædes non sunt mortuæ adhuc.* As. *Quare igitur astas, ante ostium, sicut ignotus et peregrinus? Ingredere! non alienus tu es. Nam, per ædem Castoris, mea hera nullum amat impensius te ex animo et corde, si habes fundum et ædes.* Di. *Vestræ linguæ atque orationes manant melle et*

seniteri oportet. Lipsius emend. *eumpsed*, vel *eum sed, intueri.*—61 B. 1. *cum illud.*—64 *Qui potis amabo* Goeller.—66 B. 1. *properavit is olim.*—70 *Ego* deest in B. 1. *longe alter* Acidal. et Goeller.—72 Pll. et Goeller. *fundique et ædes.*—73 Pll. *pro ignato.*—76 *In medio sunt* B. 1. et unus Vat. *In mede sunt* alter Vat. *In medie sunt* Vat. tertius.—77 C. *fac atque corda belle;* C. 2. *va-*

Digitized by Google

E linguis dicta dulcia datis, corda amare facitis
Amantes, si qui non danunt. As. non didici fabulare.
Di. Non istæc mea benignitas docuit te fabulari,
Sed isti, qui cum Geniis suis belligerant, parcipromi.
Mala es, atque eadem, quæ soles, illecebra. As. ut expectatus [hera videre.
Peregre advenisti! Di. nam obsecro? As. cupiebat te
Di. Quid tandem? As. te unum ex omnibus amat. Di. euge, funde et ædes,
Per tempus subvenistis mihi! sed quid ais, Astaphium? As. quid vis?
Di. Estne intus nunc Phronesium? As. tibi quidem intus.
Di. Valetne? As. immo edepol melius credo fore, ubi te videbit. [perimus.
Di. Hoc nobis vitium maxumum est: cum amamus, tum
Si illud, quod volumus, dicitur, palam cum mentiuntur,
Verum esse insciti credimus: næ, ut in æstu, mutuamur ira.
As. Eia! haud ita 'st res. Di. ain' tu, me amare? As. immo unice unum.

lacte: sed cor scatet felle, et aceto acerbo. Profertis dicta suavia e linguis, facitis corda amara in amore, si qui non infundunt munera. As. *Non didici fabulari.* Di. *Mea liberalitas non te docuit dicere hæc, sed isti avari qui bellum gerunt cum genio. Es nequam et eadem, quæ soles, auceps crumenæ.* As. *Quam advenisti peregre exoptatus!* Di. *Nam amabo?* As. *Hera cupiebat te videre.* Di. *Quare tandem?* As. *Te amat præter ceteros.* Di. *Euge, funde et ædes, fuistis auxilio tempestive! sed quid dicis, Astaphium?* As. *Quid vis?* Di. *Phronesium estne nunc in ædibus?* As. *Est intus pro te.* Di. *Valetne?* As. *Immo per ædem Pollucis credo fore, ut magis recreetur a morbo, quando te conspiciet.* Di. *Nobis vertitur maximo probro: quando amamus, tum perimus. Si dicitur id quod volumus, quando mentiuntur palam, arbitramur stulti id esse verum. Certe jactamur vicibus iræ et amoris, ut mare.* As. *Eia! res non est ejusmodi.* Di. *Dicisne tu tuam heram me amare?* As. *Immo amat te unum præ omnibus.* Di. *Audivi eam*

---

catque corda belle.—78 *E* deest in codd. et edd. vett. *amare factis* edd. vett.—79 B. 1. et Pll. *si quid;* al. *si quit;* Donz. *si qui dent, non habent.*—81 B. 1. *parce promi.*—83. 84 Acidal. *advenisti! nam cupiebat te hera videre.* Din. *obsecro?* Ast. *Quæ tandem te unum, &c.* Both. *advenisti!* Din. *ain' obsecro?* Ast. *cupiebat te hera videre.* Din. *Qui tandem, &c.*—85 Pronomen *mihi* deest in Pll. et ed. Goeller.—87 Codd. edd. vett. et Goeller. *jam fore.*—90 Palmer. *credimus, velut in æstu mutitamus ira;* Pll. et Camer. *næ ut in æstu mutuamur ira;* Both. *credimus, ne ut æstuitemus ira.*—91 Pll. *haut ita est res.* Mox C. 2.

NOTÆ

80 *Benignitas*] Id est, beneficentia, et liberalitas.

81 *Qui cum Geniis*] Qui ventri suo bellum indixerunt.

Digitized by Google

Di. Peperisse eam audivi. As. ah! obsecro, tace, Dinarche.
Di. quid jam?
As. Horresco misera, mentio quoties fit partionis:
Ita pæne tibi fuit Phronesium: i intro jam, amabo,
Vise illam, atque opperire ibi: jam exibit; nam lavabat.
Di. Quid ais tu? quæ nunquam fuit prægnans, qui parere potuit? [sensi.
Nam equidem uterum illi, quod sciam, nunquam extumere
As. Celabat, metuebatque te illa, ut ne sibi persuaderes
Ut abortioni operam daret, puerumque ut enecaret.
Di. Tum pol isti puero quis est pater? As. Babyloniensis miles,
Cujus nunc ista adventum expetit: immo adeo, ut nuntiatum 'st,
Jam hic affuturum aiunt eum: nondum advenisse miror.
Di. Ibo igitur intro? As. quippini? tam audacter, quam domum ad te. [Quam mox
Nam tu edepol noster es etiam jam nunc, Dinarche. Di.
Te recipis tu? As. jam hic ero: prope est, profecta quo sum.
Di. Redi vero actutum: ego interim te apud vos opperibor.

peperisse. As. *Ha! quæso, vile, Dinarche.* Di. *Quare?* As. *Horresco infelix, quoties fit mentio partus: nam Phronesium tua amica ferme periit. Ingredere jam, amabo! vise illam, et expecta ibi. Jam egredietur; nam lavit.* Di. *Quid dicis tu? quomodo potuit parere, quæ nunquam fuit gravida? Nam ego nunquam animadverti, quod sciam, uterum illi intumescere.* As. *Illa sciebat se esse gravidam, et metuebat, ne tu sibi persuaderes ne abortum procuraret, et ut enecaret puerum.* Di. *Tum per Pollucem qui est pater illius pueri?* As. *Miles Babylonicus, cujus illa expectat nunc adventum. Immo abeo! ut est relatum, dicunt eum jam affuturum hic. Miror nondum advenisse.* Di. *Introibo igitur?* As. *Quidni? Ingredere tam audacter quam in tuas ædes. Nam per ædem Pollucis, tu es etiam noster, o Dinarche!* Di. *Quam mox tu recipies te?* As. *Jam ero hic: est prope, quo sum profecta.* Di. *Redi vero actutum. Ego te expectabo interim apud vos.*

****

anin tu; B. 1. *ain tu te amare;* Bipont. *ain' tu me amare;* Lamb. *ain' tu me amari.*—92 Goeller. *obsecro ah.* Mox, codd. Gruteri, *quid eam.*—93 Priscian. p. 710. Putsch. *mentionem quoties fit;* Nonius p. 606. *mentio quo fit.*—94 Goeller. *pæne tibi Phronesium fuit.* Mox, *jam* deest in B. 1.—95 Pll. *lavabit.*—97 Pll. *nunquam quod scias.*—98 Both. *sibi ne aut persuaderes.*—99 B. 1. *puerumque abnecaret.*—100 Idem codex, *puero quidem est pater.*—101 Edd. vett. *expetiti.* Mox, Bentl. ad Terent. Eun. IV. 6. 5. et Goeller. *immo ab eo ut nuntiatumst.*—104 B. 1. C. C. 2. et edd. vett. *noster sed jam nunc;* Goeller. *sed i jam nunc.* B. 1. *Dinarche;* Lamb. *Dinarche, hæres tu.*—105 *Tete recepisti? jam hic eras* Acidal.—106 *Rede* codd. Gruteri; *Redde* C. 2.

Digitized by Google

ACTUS SECUNDI SCENA PRIMA.

ASTAPHIUM.

HA, ha, ha! hercle quievi, quia introivit odium: tandem sola sum. [quæ lubebit.
Nunc quidem meo arbitratu loquar libere quæ volam et
Huic homini amanti mea hera apud nos dixit næniam de bonis: [verum
Nam fundi et ædis obligatæ sunt ob amoris prandium:
Apud hunc mea hera consilia summa eloquitur libere: magisque
Adeo ei consiliarius hic amicus est, quam auxiliarius.
Dum fuit, dedit: nunc nihil habet: quod habebat, nos habemus: [factum est.
Iste nunc id habet, quod nos habuimus: humanum facinus
Actutum fortunæ solent mutarier: varia vita est.
Nos divitem eum meminimus, atque iste pauperes nos.
Vorterunt sese memoriæ; stultus sit, qui id admiretur.

As. *Ha, ha, ha! per Herculem sum contenta, quia est ingressus homo invisus. Demum sum sola. Nunc verba faciam libere meo arbitrio, quæ optabo et quæ exoptabo. Mea hera occantavit huic homini amanti nugas de fortunis. Nam prædia et ædes sunt obstrictæ ad alendum amorem. Sed mea hera disserit libere cum hoc de suis consiliis, et Dinarchus est potius ejus amicus ad consilium, quam ad opem. Dedit tamdiu quamdiu habuit: nunc nihil est ei: nos habemus, quod ei erat: ille habet nunc id, quod nos habuimus. Id est urbanum. Fortunæ solent mutari derepente. Vita est varia. Nos recordamur eum fuisse locupletem, et ille* recordatur *nos fuisse pauperes. Recordatio hæc versa est. Sit stultus, qui demiretur id. Si*

1 *Ha, ha, ha, requievi* edd. vett. et Goeller. *introavit* C. *intro ivit* C. 2. *introit* Goeller.—3 *Huic nomini a. m. h. dixit domi, et apud nos de bonis neniam esto* Verrius Flaccus p. 125. *me hera* B. l. *dixit veniam* edd. vett. ap. Both.—8 Edd. vett. *factum;* al. *factumst;* al. *factu.*—10 Edd. vett. ap. Both. *istum meminimus;* et sic Goeller.—11 *Vertit sese rota vicissim sic quid ita miretur* B. l. *Vertit sese rota vicissim: stultust qui id admiretur* Gulielm. *Verterunt sese memoria est vitus sit quid ita miretur* Pl. prior. *Vertere sese memoriast vices sic quid ita miretur* editiones veteres. *Vitiis sit, quid ita miretur* Pl. ap. Both. *qui ita miretur* C. 2. *Vorterunt se*

NOTÆ

1 *Quievi*] Id est, tranquillo animo sum.

3 *Dixit næniam*] Festus, 'Næniam dixit, idem est, quod, supremum dixit: valedixit, abire jussit.'

11 *Vorterunt sese memoriæ*] Scilicet, memoria nostra atque ipsius.

Digitized by Google

Si eget, necesse est nos patiatur ali; ita æquom factu est.
Piaculum est, misereri nos hominum rei male gerentum.
Bonis esse oportet dentibus lenam probam: arridere,
Quisquis veniat, blandeque alloqui: male corde consultare,
Bene loqui lingua: meretricem esse similem sentis condecet,
Quenquam hominem attigerit, profecto aut malum aut damnum dari.
Nunquam amatoris meretricem oportet causam noscere,
Quin, ubi nihil det, pro infrequente eum mittas militia domum.
Nec unquam quisquam probus erit amator, nisi qui rei inimicu'st suæ.
Nugæ sunt, nisi quod modo cum dederit, dare jam lubeat denuo.
Is amatur hic apud nos, qui, quod dedit, id oblitu'st datum.
Dum habeat, tum amet: ubi nihil habeat, alium quæstum cœpiat.
Æquo animo, ipse si nihil habeat, aliis qui habent, det locum.
Probus est amator, qui relictis rebus rem perdit suam.
At nos male agere prædicant viri solere secum,

inops est, est necesse ut nos sinat nutriri. Sic est justum factu. Est scelus, nos misereri hominum, qui male regunt sua bona. Oportet probam lenam esse firmis dentibus: oportet eam arridere cuivis advenienti, et alloqui urbane: meditari malum in corde, loqui recte lingua. Decet meretricem esse similem sentibus, quemcumque implicaverit, oportet eam afferre dolorem aut detrimentum. Nunquam meretrix debet audire causas, quas affert amator; et statim atque nihil dat, oportet eum exauctoret pro absentia ab exercitu. Neque quisquam erit unquam bonus amator, nisi qui inimicus est suorum bonorum. Nugatur, nisi velit dare denuo id, quod dederit modo. Ille amatur apud nos, qui oblitus est ejus, quod dedit: qui tum amet, quando habeat: quando nihil habet, ille faciat aliud lucrum: ipse det locum æquo animo aliis, qui habent, si nihil habeat. Est strenuus amator, qui omissis rebus dilapidat suas fortunas. Sed homines dicunt nos consuevisse male agere secum, et nos esse ava-

---

memoriæ Goeller.—12 B. 1. *pati in vitia æquom;* Pl. prior, *patiam avita equom me factum est;* edd. vett. *nos putier a vita æquum factum est;* Pl. 2. ap. Both. *nos patiar avita æquum me factum est;* Goeller. *factust.*—13 Codd. Camer. et edd. vett. *rem male.*—17 *Quemquem* codd. Camer. edd. vett. et Goeller.—19 Pll. *cum mittas;* Goeller. *eum mittat.*—21 Acidal. *nisi quoi modo;* Dous. *nisi qui modo;* Goeller. *nisi modo quod dederit.* Mox, Pll. *jubeat.*—22 B. 1. *quod dedit lobatus datum.*—23 *Dum abeam quodam, et ubi nihil cœpiam* Nonius

NOTÆ

14 *Bonis dentibus*] Id est, quibus comedat amatores.

19 *Mittas militia domum*] *Casser un soldat.*

Digitized by Google

Nosque esse avaras: quæso, num qui male nos agimus tandem? [amator:
Nam ecastor nunquam satis dedit suæ quisquam amicæ
Neque pol satis accepimus, neque ulla satis poposcit.
Nam quando sterilis est amator a datis, improbus est:
Si negat se habere quod det, soli pernoctandum est:
Nec satis accipimus, satis cum quod det, non habet.
Semper datores novos oportet quærere,
Qui de thesauris integris demunt, danunt.
Velut hic agrestis est adolescens, qui hic habet,
Nimis pol mortalis lepidus, nimisque probus dator.
Sed is, clam patre, etiam hanc noctem illac
Per hortum transilivit ad nos: eum volo convenire.
Sed est huic unus servos violentissumus,
Qui, ubi quamque nostrarum videt prope ædis, hac si aggredias,
Item ut de frumento anseres, clamore absterret, abigit.
Is item est agrestis: sed fores, quicquid est futurum, feriam.
Ecquis huic tutelam januæ gerit? ecquis intus exit?

ras. Demum, an aliquid mali facimus, obsecro? Nam per ædem Castoris nunquam amator dedit satis suæ amicæ: neque per Pollucem accepimus satis, neque ulla petivit satis. Nam amator est nequam, quando est tardus in dandis muneribus. Si dicat sibi nihil esse quod tribuat, cubandum est ei soli. Nec accipimus satis, quando non habet satis quod det. Oportet semper ambire novos datores, qui dant quod depromunt de thesauris plenis. Velut hic juvenis rusticus, qui manet hic, per Pollucem, mortalis nimis festivus, et munerator nimis bonus. Sed is, inscio patre, etiam transiliit ad nos hac nocte per hortum. Volo eum adire. Sed habet unum servum importunissimum, qui statim atque aspicit quandam nostrum juxta ædes, si prætereas illac, te insectatur vociferatione, et abigit ut anseres e frumento. Is rusticus est ejusmodi. Sed pulsabo ostium, quicquid sit. Ecquis tuetur hanc januam? Ecquis prodit ab ædibus?

p. 531.—27 C. *qui si nunquam alienos agimus tandem*; C. 2. *qui sim umquam alienos agimus tandem.*—30 Pl. ap. Both. *amator datis*, omissis *improbus est*; quæ voc. desunt etiam in B. 1.—31 *Si* deest in B. 1. Verba *soli pernoctandum est* desunt in B. 1. Pll. et edd. vett.—32 *Sin nec satis* B. 1.—34 Pist. et Grut. *demus danunt*; edd. vett. *dona danunt*; al. *demum danunt.*—37 Pll. *clam pater*; Douz. *clam patrem.* B. 1. *hac nocte*; Lamb. et Goeller. *etiam hac nocte illam maceriam*; Pll. *hac noctem illac per.*—40 Edd. vett. *prope ædes hasce egrediens*; C. *aggredias*; C. 2. *hac si agredias.*—42 *Ita is est agrestis* Both. et Goeller.

Digitized by Google

ACTUS SECUNDI SCENA SECUNDA.

STRATILAX, ASTAPHIUM.

ST. Quis illic est, qui tam proterve nostras ædis arietat?
AS. Ego sum, respice ad me. ST. quid, ego? nonne ego video? væ tibi! [est?
Quid tibi ad hasce accessio est ædis prope, aut pultatio
AS. Salve. ST. satis mihi est tuæ salutis; nihil moror; non salveo:
Ægrotare malim, quam esse tua salute sanior.
Id volo scire, quid debetur hic tibi nostræ domi? AS. comprime. [primas.
ST. Spero meam quidem hercle: tu, quæ solita es, com-
Imprudens per ridiculum ut rustico suadet stuprum!
AS. Iram dixi. ST. ut esse cœpisti, si dem, si est una altera.
AS. Nimis hic quidem truculentus. ST. pergin' male loqui, mulier, mihi?
AS. Quid tibi ego autem dico? ST. quia enim me truculentum nominas.

*ST. Quis est ille, qui impellit nostrum ostium tam petulanter? AS. Ego sum. Intuere me. ST. Quid! ego? nonne ego conspicor? Væ tibi! Quare venis ad has ædes, aut pulsas? AS. Salvus sis. ST. Mihi est satis tuæ salutis: non eam curo: non sum salvus: optarim potius morbo teneri quam esse salvus tua salute. Volo scire id; quid tibi debetur hic apud nos? AS. * * * ST. Loco cederem, si esset altera mulier tam molesta, quam esse cœpisti. AS. Hic sane est nimium truculentus. ST. Tune pergis, mulier, mihi maledicere? AS. Quid vero ego tibi dico? ST. Quia me appellas truculentum. Nunc, nisi abstistas e vestigio, ac*

---

1 Goeller. *in nostras ædis.*—2 Acidal. ST. *quid ego?* AST. *non nego.* ST. *video: væ tibi!* Pll. et edd. vett. *nonne ego videor te tibi;* Douz. *non te ego video?* B. 1. *non ego videor tibi.*—6 *At volo* B. 1.—7 Lips. *te qui solitus est, comprimat;* Grut. *tu quem solita es;* Pll. *tuque solitas;* B. 1. *tu solita es comprimi.*—8 'Hic versus spurius est.' *Goeller. Imprudens per deridiculum* Douz. *Impudens* al.—9 Pro *si dem,* al. habent *fidem;* C. 2. et edd. vett. *fidem si est una altera;* Pll. *ut esse cepi si dem sist un alteram;* Ald. *ut esse cœpisti quidem, si est una altera.*—10 Pll. *pergin male loqui mulier mihi es.*—11 *Ecquid ti-*

NOTÆ

1 *Arietat*] Id est, cum impetu concurrit. Seneca, 'Antequam acies inter se arietarent.'

4 *Salveo*] Inusitatum verbum etiam temporibus Plauti; sed rustico condonandum Stratilaci.

9 *Ut esse cœpisti, si dem*] Alii *cedam*, id est, Ut molesta et odiosa esse cœ-

Digitized by Google

Nunc adeo, nisi abis actutum, ac dicis, quid quæras, cito,
Jam, hercle, ego hic te, mulier, quasi sus catulos, pedibus proteram.
As. Rus merum hoc quidem est. St. pudendumne? tu vero clurinum pecus,
Advenisti huc sistentatum cum exornatis ossibus:
Quia tibi insuaso infecisti, propudiosa, pallulam.
An eo bella es, quia accepisti? ar me advenias. As. nunc places. [rogo?
St. Quam me illi velim! As. mentiris. St. dicis, quod te
Mancupium qui accipias, gesta tecum penos annuos.

dicas celeriter quid petas, per Herculem ego te proteram hic pedibus, quasi sus catulos. As. *Hæc est mera rusticitas.* St. *Idne vertendum vitio? tu vero pecus clusinum, accessisti temet ostentatum ossibus vestitis scite: quia finxisti fusco colore togam, impudica. Esne bella, quia accepisti? Audes ad me venire.* As. *Nunc places.* St. *Quam optarem me illi placere!* As. *Mentiris.* St. *Dicis quod a te expecto? ut habeas mancipium, gesta tecum hos annulos æneos qui sunt servo-*

bi ego antea dico Acidal.—12 *Non adeo* edd. vett. *aut dicis* Goeller. *at dicis* edd. vett.—14 B. 1. *hic quidem est.* Pll. B. 1. et edd. vett. *pudendum et vero.* Mox, Schurer. *cluninum pecus;* Acidal. *urbicum pecus.*—15 *Adveni huc subtentatum exornatis* B. 1. *Adveni istuc, sis, tentatum* Goeller. et Palmer. *Advenisti huc te ostentatum* Acidal. et Bipont. *Adveni nos huc tentatum* al. *Advenisti huc sistentatum* Vatt. ap. Lips. et Pll. *Advenisti huc sustentatum* edd. vett.—16 *Quid tibi rei suaso* B. 1. *Quia tibire suasu* Pll. *Quia tibin' suaso* Meurs. Acidal. et Goeller.—17 Acidal. *quin accedis ar me?* (i. e. *ad me*) *advenias;* C. 2. edd. vett. *quia cepisti arma? advenias;* Goeller. *quam clepsisti.*—18 *Cum me illi vel in mentiri dicis quid quod* C. *Cum me illi velim mentiri dicis quid quod* C. 2. *Quam me tibi velim* Goeller. *Quam me illi velim.* Ast. *mentiris.* St. *quid quod te rogo?* Lips. *dices* edd. vett. *quidquid* Pll.—19 *Mancupi vin quia* Lamb. *Quos mancupio accipias* Both. *annuos penos* Goeller. *hæ nos an vos* Ald. *henos annuos* Pll. Lamb. *ahenos annulos* Both. *he an nos* C. 2.—

NOTÆ

pisti cedam tibi, si una altera fœmina ad te accedat, æque odiosa.

14 *Clurinum pecus*] *Clusinum pecus*, permutatione *r* in *s*, quod antiquum et familiare fuit Romanis, tractum ab urbe Clusio, ubi non egregia erant fortasse pecora.

15 *Sistentatum*] 'Sistentare,' pro ostentare, antiquum: quasi dicas, sistere se et ostentare.

Exornatis ossibus] Tibullus, 'Qui succo splendente genas onerasse.' De fucis loquitur.

16 *Insuaso*] Festus: 'Suasum, colos appellatur, qui fit ex stillicidio fumoso in vestimento albo. Plautus, 'Quia tibi suaso infecisti.' Quidam autem legunt, *insuaso*. Nec desunt, qui dicant, omnem colorem, qui fiat inficiendo *suasum* vocari: quod quasi persuadetur in alium ex albo transire.'

19 *Mancupium qui accipias, gesta tecum penos annuos*] Stratilax hoc innuit Astaphio, se esse servum et illam esse servam. *Penos.* Alii *henos*, pro

Digitized by Google

As. Dignis dant. St. Laviniæ hic sunt, quas habes victorias.
As. Ne attigas me. St. tangam? ita me amabit sarculum,
Ut ego me ruri hamaxari mavelim patalem bovem,
Cumque eo ita noctem in stramentis pernoctare perpetem,
Quam tuas centum cœnatas noctes mihi dono dari.
Rus tu mihi opprobras? ut nacta es hominem, quem pudeat probri!
Sed quid apud nostras negotii, mulier, est ædis tibi?
Quid tu hoc occursas, in urbem quotiescumque advenimus?
As. Mulieres volo convenire vostras. St. quas tu mulieres
Mihi narras? ubi musca nulla fœmina est in ædibus.
As. Nullane istic mulier habitat? St. rus, inquam, abierunt: abi.

rum. As. *Dantur annuli ænei iis qui merentur.* St. *Victoriæ quas refers sunt Laviniæ potius, quam tuæ.* As. *Ne me attingas.* St. *Tene attingam? Ita me meum sarculum amabit, ut ego malim subjici aratro, cum bove patentibus cornibus ruri, et pernoctare totam noctem dormiens cum eo in stramentis, quam cubare tecum centum noctibus, postquam bene cœnaverim. Tu mihi exprobras rus? Quam bene nacta es hominem, quem pudeat hujus convicii! Sed quid est tibi rei, mulier, apud nostras ædes? Quare tu accurris huc, quotiescumque venimus ad urbem?* As. *Opto adire vestras mulieres.* St. *Quas mulieres mihi commemoras tu? Quandoquidem nulla est musca fœmina in ædibus.* As. *Nullane fœmina manet in istis ædibus?* St. *Profectæ sunt rus, inquam. Abi.* As. *Quid vociferaris, stulte?*

20 *Dignos dant* edd. vett. et Ald. *Dignus* Pll. *Lavime hic sunt* C. 2. *lamie hic sunt* ed. Paris. ap. Grut. *Laciniæ* Goeller. Mox, *quas aves victorias* eadem editio.—21 Goeller. *tangamne ego te? ita me amabis;* Pll. etiam *amabis.*—22 B. 1. *ruri jam examaverim sarculum movere;* Pll. *patulum voveri.*—23 *Cumque eri* Both. *Tu quod ita noctem in stramentis pernostare* B. 1.—30 Pro *abi,*

NOTÆ

'aënos;' *annuos*, ab 'anus;' 'annus,' ab 'anus;' 'annulus,' ab utroque. Sunt igitur 'annuli aënei,' seu ænei, intelligendi, quos gestare servorum erat.

20 *Laviniæ*] Jocus est ex ambiguo, quia voluptatibus dediti magna ex parte profundebant fortunas in deliciis balnearum. Unde frequentissime Plautus, pro 'profudi bona,' dicit 'elavi bonis.' Hoc igitur loco Stratilax exprobrat Astaphio in ædibus Phronesii, amatores sua bona elavare, quo ut alludat, *Laviniæ*, seu *Lavinii* oppidi in Italia, nomen usurpat.

22 *Hamaxari*] Id est, plaustrum trahere, aut plaustro jungere. Ἅμαξα, *currus.*

Patalem bovem] Festus: 'Patalem bovem Plautus appellat, cujus cornua diversa sunt, ac late patent.'

29 *Musca nulla fœmina est in ædibus*] Id est, mares omnes sumus in

Digitized by Google

As. Quid clamas, insane? St. abire hinc ni properas grandi gradu,
Jam ego istos fictos, compositos, crispos cincinnos tuos
Unguentatos usque ex cerebro expellam. As. quanam gratia? [cedere,
St. Quia adeo fores nostras unguentis uncta es ausa ac-
Quiaque istas buccas tam belle purpurissatas habes.
As. Erubui mecastor misera propter clamorem tuum.
St. Itane? erubuisti? quasi vero corpori reliqueris
Tuo potestatem coloris ulli capiendi, mala.
Buccas rubricæ; cera omne corpus intinxit tibi.
Pessumæ estis. As. quid est, quod vobis pessumæ hæc***
St. Scio ego plus, quam me arbitrare scire. As. quid id est, obsecro,
Quod scias? St. herilis noster filius apud vos Strabax
Ut pereat, ut eum illiciatis in malam fraudem et præmium.

St. *Ni acceleras excedere hinc grandi passu, ego decutiam usque a cerebro istos tuos cincinnos fictos, compositos, crispatos, unguentis delibutos.* As. *Quare?* St. *Quia es ausa venire perfusa unguentis ad nostras fores, et quia habes illas malas tam accurate purpurisso infectas.* As. *Erubui, per Castorem, infelix propter tuas vociferationes.* St. *Erubuisti? Quasi vero reliqueris, mala, ullum locum tuo corpori ad recipiendum colorem. Rubricæ tinxerunt os, cera universum corpus. Estis pessimæ.* As. *Quare a vobis habemur pessimæ?* St. *Ego scio plus quam arbitraris me scire.* As. *Quid est id, obsecro, quod scias?* St. *Quemadmodum Strabax filius heri se perdat apud vos, quemadmodum pelliciatis in fraudes et mu-*

Pll. habent *pabi;* Both. *papæ.*—32 B. 1. *cinnos tuos.*—33 Scal. *ex cerebro excellam.*—34 Codd. Camer. *foras nostras unguant juncta esse audes accedere.* Verbum *fores* delet Goeller.—38 *Tuo* deest ap. Priscian. p. 694.—39 *Buccas rubrica; creta omne* Goeller. *Buccas rubrica, cera omne c. intinxti tibi* Scal. *rubriceta omne c. intinxisti tibi* B. 1.—40 B. 1. *quod vobis pessumæ est;* C. *pessumæ hæc ma;* al. *pessumæ hæc via;* Acidal. *quod v. p. sumus?* St. *hæ ari;* Goeller. conj. *quod v. p. quæso sumus?*—42 B. 1. *herus noster filius apud vostram perit ut perastute eum injiciatis.*—43 Pll. etiam *injiciatis;* edd. vett. et

NOTÆ

ædibus, ut ne musca quidem fœmina sit.

32 *Cincinnos*] Id est, brevioribus capillis, qui aliis subolescunt, id est, crescunt. Varro: 'Ante aures nodi ex subolibus parvuli intorti dimittebantur cincinni; sed et oculi suppetuli, nigellis pupillis quandam hilaritatem significantes animi, rictus parvissimus; ore frænato, risu roseo.' Descriptio est exquisitæ pulchritudinis.

35 *Buccas purpurissatas*] Apuleius: 'Quis non disciplinam matris agnovit? cum in puella videret immedicatum os, et purpurissatas genas, et illices oculos.'

39 *Rubricæ*] Idem ferme, quod 'purpurissum.'

Digitized by Google

As. Sanus si videare, dicam: dicis contumeliam,
Nemo hominum hic perire solet apud nos: res perdunt suas.
Ubi perdidere res, abire hinc si volunt, nudis licet.
Ego non novi adolescentem vostrum. ST. veron'? As. serio.
ST. Quin maceria illa ait, in horto quæ est, quæ in noctes [singulas
Latere fit minor, qua iste ad vos damni permensu'st viam?
As. Non mirum; vetus est maceria; lateres si veteres ruunt.
ST. Ain' tu, mala, lateres veteres ruere? nunquam edepol mihi
Quisquam homo mortalis posthac duarum rerum creduit,
Ni ista ego vostra hero majori facta denarravero.
As. Estne ille violentus? ST. suam non enim ille meretriculis
Muniendis rem coëgit, verum parsimoniæ
Duritiæque: quæ nunc ad vos jam exportatur, pessumæ.

nera. As. *Dicam tibi, quod res est, si sapis: sed dicis convicium. Nemo solet perdi hic apud nos. Perdunt bona sua. Ubi perdidere res, si volunt, abire hinc licet nudis. Ego non novi vestrum adolescentem.* ST. *Verumne?* As. *Serio.* ST. *Tamen ille murus, qui est in horto, dicit id: hic in singulas noctes fit minor uno latere, qua iste sibi stravit viam ad vos, in suam perniciem?* As. *Est vetus murus; non mirum est, si veteres lateres decidant.* ST. *Dicisne tu, improba, veteres lateres decidere? Per ædem Pollucis nunquam quisquam homo mihi posthac credat divini et humani, nisi ego narravero ista vestra facta majori hero.* As. *Estne ille ferox?* ST. *Non enim ille comparavit suas opes, quæ nunc conferuntur ad vos, in dandis muneribus meretriculæ, verum in parsimonia et severitate*

Goeller. *inliciatis.*—44 *Sanus si videar, edicam.* AST. *dicis* edd. vett. *dicam dicis contumeliæ* Vatt.—46 Pll. *ut vis licet;* edd. vett. *uti jus licet.*—48 *Quid maceria* edd. vett. et quædam edd. Prisc. p. 673. et sic Acidal.—49 *Lateri* Pll. Mox, Prisc. l. c. et edd. vett. *qua is ad vos;* Pll. *qua istivos.* Prisc. *permensus est.*—51 *Ain' tu veteres lateres ruere* Prisc. l. c.—54 B. l. *violentus?* ST. *non enim ille;* Palmer. et Lips. ST. *sum: non ille.*—55 *Monendis* Vatt. *Moniendis* alii Vatt. et Pll. *Molendis* Lips. *rem cogi* B. l. *parsimonia* Palmer.—56 *Duritiaque*

NOTÆ

44 *Sanus si videare*] Si putarem te sanum esse, monerem te mihi contumeliam dicere. Erat formula loquendi, qua mollius dicebatur, 'tu es amens, tu es insanus.'

50 *Vetus est maceria*] Murus sine calce et cæmento.

52 *Duarum rerum creduit*] Id est, divini et humani.

54 *Meretriculis Muniendis*] 'Munire' est muneribus afficere, quasi dicat, munerandis.

56 *Duritiæque*] Id est, severitati morum.

Digitized by Google

Hem tu, o sexungula! male vivitis: egone hæc mussitem?
Jam enim eccere ibo in forum, atque hæc facta narrabo seni:
Neque istuc in se gestit, ergo coget exanimem mali.
As. Si ecastor hic homo sinapi victitet, non censeam
Tam esse tristem posse: at pol hero benevolens ut is est suo! [potest
Verum ego illum, quanquam violentus est, spero mutari
Blandimentis, ornamentis ceteris meretriciis.
Vidi equidem ex jumentis domita fieri, atque alias beluas.
Nunc ad heram revidebo: sed, eccum, odium progreditur meum.
Tristis exit: haud convenit etiam hic dum Phronesium.

morum. Hem tu, o senis ungulis armata! vivitis male. Dissimulabone ego hæc? Jam enim, per Cererem, pergam in forum, et referam hæc seni. Neque expectabo usque eo dum faciat examen istorum factorum filii in meo tergo verberando. As. *Si, per Castorem, iste homo victitet sinapi, non puto futurum esse adeo morosum. Sed, per Pollucem, ut is est bene affectus in herum! Sed ego credo illum posse molliri blanditiis et ornamentis meretriciis, tametsi est violentus. Equidem vidi jumenta mansuescere, et ceteras belluas. Nunc repetam ad heram. Sed ecce homo mihi odiosissimus egreditur. Prodit mœstus. Nondum convenit Phronesium, ut puto.*

idem et Goeller. *Ruri æque quæ nunc duo sciam exportatur pessumum* B. 1.—57 *Hem tuos ex ungula* idem codex; *exungula* edd. vett. *Hem, o sexungula* Goeller.—58 Pll. *exercere ibi forum;* edd. vett. et Ald. *eccere ibo ad forum.*—59 Lips. *istuc ipse g. e. c. examen;* Acidal. *Neque iste huic, ut se g. tergo c. examen;* vel, *Neque iste huic in se gesti tergo c. examen;* vel, *Neque ego istuc meo gestio tergo cogere examen.* Pll. habent *Neque istuc.* Goeller. etiam *examen.*—61 Ald. *benevolens uti est is vos;* Acidal. conj. *benevolens vivit hero;* τὸ *ut* deletum malit Goeller.—62 Idem Goeller. deleret hoc loco aut *ego*, aut *illum.*—63 Pro *ornamentis*, Meurs. conj. *oramentis.*—64 *Vidi equidem ex inem intu domitu fieri* Pll. *intum* pro *intu*, C. 2. id tamen negat Parens. *Vidi equidem exindomito* B. 1. *Vidi equidem jumentum ex indomito domitum fieri* edd. vett. *Vidi equidem jurencum ex indomito domitum fieri* Ald. *Vidi equidem ex indomitis domitas* Goeller.—65 *Nunc ad h. ire jubebo eccum* B. 1.—66 *Tristis exit adconvenire* B. 1. *Tristis exit avet convenire* Colv. *ad convenire* Ven. 1. *at convenire* aliæ vett.

NOTÆ

57 *Sexungula*] Senis manibus.

59 *Neque istuc in se gestit*] Id est, senex id non putat.

Ergo coget exanimem mali] Id est, itaque coget me aliquando id confiteri adhibitis tormentis.

Digitized by Google

ACTUS SECUNDI SCENA TERTIA.

DINARCHUS, ASTAPHIUM.

Di. Pisces ego credo, qui usque dum vivunt, lavant,
Minus diu lavere, quam hæc lavat Phronesium.
Si proinde amentur mulieres, diu quam lavant,
Omnes amantes balneatores sient.
As. Non quis parumper durare, opperirier?
Di. Quin hercle lassus jam sum durando miser.
As. Mihi quoque præ lassitudine opus est ut lavem.
Di. Sed obsecro, hercle, Astaphium, i intro, ac nuntia
Me adesse: tu i propere, et suade jam ut satis laverit.
As. Licet. Di. audin' etiam? As. quid vis? Di. Di me perduint,
Qui te revocavi: non tibi dicebam: i modo.
As. Quid jam me revocabas, improbe nihilique homo?
Quæ tibi mille passuum peperit moræ mora.
Di. Sed quid hæc hic autem tamdiu ante ædis stetit?
Nescio quem præstolata est: credo, militem.

Di. *Ego arbitror pisces, qui innatant aqua tamdiu quamdiu vivunt, minus se lavare quam hæc Phronesium* se lavat. *Si mulieres perinde amentur atque diu lavantur, omnes amantes sint balneatores.* As. *Non potes expectare tantisper?* Di. *Per Herculem sum jam defessus expectando infelix.* As. *Est mihi opus etiam ut eam in balneum præ defatigatione.* Di. *Sed, quæso per Herculem, Astaphium, ingredere, ac dic me adesse. Tu perge velociter, et suade ei quod jam satis laverit.* As. *Eo.* Di. *Audis adhuc?* As. *Quid cupis?* Di. *Dii me perdant, qui te revocavi! non tibi dicebam: i modo!* As. *Quare me revocas, jam sceleste vir et vilissime? Hæc mora tibi attulit retardationem mille passuum.* Di. *Sed quare hæc mansit hic tamdiu ante ostium? Nescio quem expectat. Credo eam*

1 Varro de L. L. p. 91. *adlavant.*—2 *Diu minus lavari* idem ibid.—4 *Omnes amatores* B. 1. C. C. 2. et edd. vett.—7 Pll. *opus est lave;* Ven. 1. et aliæ vett. *opus est lavere;* B. 1. *opus est lavare.*—9 *Me adesse tu propere* Pll. *Me adesse cui properet suavium, ut satis* edd. vett. ap. Meurs. *Me adesse: tu i præ, et, &c.* Acidal.—12 Pronomen *me* deest in B. 1. *improbus* idem codex.—13 *Quæ tibi mille passum* Pll. *Quæ mille passum peperit tibi* Acidal. et Goeller. Acidalius conj. etiam, *Quæ t. m. passuum p. moras mora;* edd. vett. et Ald.

NOTÆ

2 *Lavere*] Antiquitus pro 'lavare.'
5 *Durare, opperirier*] Id est, durando opperiri.
15 *Quem præstolata est*] 'Præstolor' est præsto sum; in procinctu sum.

Digitized by Google

Illud est: vide ut jam, quasi volturii triduo
Prius prædivinant, quo die esuri sient:
Illum inhiant omnes: illi est animus omnibus.
Me nemo magis respiciet, ubi iste huc venerit,
Quam si hinc ducentos annos fuerim mortuus.
Ut rei servire suave est! væ misero mihi!
Post factum plector, quia ante-partum perdidi.
Verum nunc si qua mihi obtigerit hæreditas
Magna atque luculenta, nunc, postquam scio,
Dulce atque amarum quid sit ex pecunia,
Ita ego illam edepol servem, itaque parce victitem,
Ut nulla faxim cis dies paucos siet.
Ego istos, qui nunc me culpant, confutaverim.
Sed est vocis sat: sentio aperiri fores,
Quæ obsorbent quicquid venit intra pessulos.

expectare *militem.* *Est id! Vide quemadmodum divinant jam triduo, quasi vultures, quo die sint esuri: omnes inhiant: habet animos omnium conversos in se. Nemo me respiciet magis, quando iste venerit huc, quam si fuerim mortuus a ducentis annis. Ut est suave esse divitem! Væ mihi misero! do pœnas perditarum opum, quia dilapidavi ea quæ habebam antea. Sed si aliqua hæreditas mihi evenerit; ampla atque egregia, nunc postquam intelligo quid sit dulce et amarum in pecunia, ita per ædem Pollucis, ego illam servabo, itaque vivam parce, ut sit nulla pecunia intra paucos dies. Ego refellam istos, qui me culpant nunc. Sed est satis vocis: video januam hiare, quæ deglutit quicquid venit intra limina.*

Quod tibi m. passus peperit morœ. Voc. *mora* deest in B. 1. et Pll.—16 *Illum student jam quasi volturii* Pll. *est* delent Acidal. et Camer. *Illuc sis vide, ut jam* Goeller.—18 *Illum imant* B. 1. *illic est* edd. quædam vett.—19 *Me nimo* C. *Me nimio* C. 2. *Me nihilo* B. 1. *ubi is* idem codex.—21 *Utrum servire* B. 1. C. 2. *Verum servire* Ven. 1. et edd. vett. *salve est* C. 2. *vœ vœ* Pll.—22 Pll. edd. vett. et Delph. *flector;* Scal. conj. *flictor.*—28 B. 1. *confutavero.* 29 *Sed est vos adsentio* Pll. *Sed assentio* edd. vett. *Sed æstuosas sentio* Goeller.—30 Codd. et edd. vett. *infra pessulos.*

NOTÆ

16 *Quasi volturii*] Vultures. Plinius, 'Umbricus haruspicum nostro ævo peritissimus tradit, triduo ante aut biduo vultures volare, ubi cadavera futura sint.'

22 *Plector* [*flector*] A 'flictor;' unde 'afflictor;' id est, do pœnas.

Ante-partum] Id est, ante-acquisitum, ante-possessum.

Digitized by Google

ACTUS SECUNDI SCENA QUARTA.

PHRONESIUM, DINARCHUS.

PH. NUM tibi nam, amabo, janua est mordax mea,
Quo introire metuas, mea voluptas? DI. ver vide:
Ut tota floret! ut olet! ut nitide nitet!
PH. Qui tam inficetus Lemno adveniens, qui tuæ
Non des amicæ, Dinarche, suavium? 5
DI. Vah! vapulo hercle ego nunc, atque adeo male.
PH. Quo te avortisti? DI. salva sis, Phronesium.
PH. Salve: hic ne hodie cœnas, salvos cum advenis?
DI. Promisi. PH. ubi cœnabis tu? DI. ubi tu jusseris.
Hic. PH. me lubente facies. DI. edepol me magis. 10
Nempe tu eris hodie mecum, mea Phronesium.
PH. Velim, si fieri possit. DI. cedo soleas mihi:
Properate: auferte mensam. PH. amabo, sanun' es?
DI. Non edepol bibere possum jam, ita animo male est.

PH. *Num obsecro, mea voluptas, meum ostium mordeat, quia vereris ingredi?* DI. *Aspice ver. Ut tota florida est! ut olet! ut fulget! ut nitida est!* PH. *Quomodo es tam illepidus, Dinarche, ut advenias ex Lemno, et non offeras osculum amicæ?* DI. *Vah! ego do pœnas nunc, per Herculem, atque adeo immerito.* PH. *Quo te avertisti?* DI. *Salve, Phronesium!* PH. *Sis salvus, cœnasne hodie hic, quoniam reverteris incolumis?* DI. *Pollicitus sum.* PH. *Ubi cœnabis tu?* DI. *Ubi tu volueris. Hic.* PH. *Mihi feceris pergratum.* DI. *Per ædem Pollucis feceris mihi gratius. Nam tu eris hodie mecum, mea Phronesium.* PH. *Optem, si posset fieri.* DI. *Da mihi soleas: properate: auferte mensam.* PH. *Obsecro, sapisne?* DI. *Per ædem Pollucis non possum bibere, adeo est ægre animo.* PH.

2 B. 1. DI. *ferride.*—3 B. 1. *ut oleum nitide.*—4 Edd. vett. et Both. *infacetus.*—5 Codd. Cam. *Dini archis avivium*; C. 2. *Dini archis avium*; Goeller. *mi Dinarche*—9 *Promisi jube enabist ubi tu luseris* codd. Cam.—13 *Properate auferte mensam*

NOTÆ

2 *Ver vide*] Id est, Phronesium florentem ornamentis. Horatius, 'Instar veris enim vultus ubi tuus Affulsit; populo gratior it dies.'

4 *Inficetus*] Id est, infacetus, ingratus. Catullus, 'Idem inficeto est inficetior rure.'

11 *Tu eris hodie mecum*] Verecundum in ipsa inverecundia verbum. Varro: 'Violavit virginem, pro, vitiavit: dicebant æque eadem modestia potius, cum muliere fuisse, quam concubuisse.'

Digitized by Google

PH. Mane: aliquid fiet, ne abi. DI. ah! aspersisti aquam,
Jam rediit animus: deme soleas: cedo: bibam.
PH. Idem es ecastor qui soles: sed dic mihi,
Benene ambulavisti? DI. huc quidem hercle ad te bene,
Quoniam tui videndi est copia. PH. complectere.
DI. Libens: ah! hoc est mel melle dulci dulcius!
Hoc tuis fortunis, Juppiter, præstant meæ.
PH. Dane suavium? DI. immo vel decem. PH. haud istoc pauper es.
Plus pollicere, quam ego a te postulo.
DI. Utinam a principio rei item parsissem meæ,
Ut nunc reparcis suaviis! PH. si quid tibi
Compendii facere possim, factum edepol velim.
DI. Jam lavisti? PH. jam pol mihi quidem atque oculis meis.
Num tibi sordere videor? DI. non pol mihi quidem.
Verum tempestas memini cum quondam fuit,
Cum inter nos sorderemus unus alteri.
Sed quid ego facinus audivi adveniens tuum?
Quod tu hic, me absente, novi negotii gesseris?

Mane! faciemus aliquid, ne abi. DI. *Ah! aspersisti aquam. Animus recreatur jam; deme soleas: cedo! bibam.* PH. *Per ædem Castoris, es idem qui antea. Dic mihi, habuistine iter felix?* DI. *Felix quidem, per Herculem, quando est facultas tui conspiciendi.* PH. *Complectere.* DI. *Libens. Ah! hoc mel est suavius melle dulci. Meæ fortunæ, Jupiter, hoc complexu superant tuas!* PH. *Da osculum.* DI. *Immo vel decem.* PH. *Non es pauper osculis. Promittas plus, quam ego a te posco.* DI. *Utinam pepercissem ab initio meis fortunis, ut nunc reparcis osculis!* PH. *Si tibi possim prodesse, per ædem Pollucis, prosim.* DI. *Lavistine jam?* PH. *Per Pollucem mihi videor lauta, et meis oculis. Tibine videor illauta?* DI. *Per Pollucem non mihi videris. Verum recordor, cum quondam alter alteri essemus illauti. Sed quid audiri de te quando sum reversus? Quod novum negotium gessisti hic me absente? Et gaudeo quod evasisti salva, et*

Douz.—14 Gron. *libere possum.*—16 Lips. *deme, deme soleas.* Mox, *cedo vivam* C. *cedo vivum* C. 2. et edd. vett. *cedo vinum* B. 1. et Pius.—17 B. 1. *sed dicas.*—18 *Bene num* B. 1. *ambulasti* Pl. ap. Both. *nunc quidem hercle attibene* B. 1.—19 *Quam tui* Pll. *Quom tui* Goeller.—20 Edd. vett. *at hoc.* Pll. *hoc est me illi dulci;* Goeller. *hoc est melle dulci.*—22 *Da nunc suavium* edd. vett. *Dunt suavium* Pll. *Dan' savium* Bipont. Mox, iidem Pll. *ut em istoc p. esse;* edd. vett. *utinam istoc.*—23 *Plus pollicere tu* Bipont.—27 *Jam jam aiesse* B. 1.—29 Particula *cum* deest in B. 1. C. C. 2. et edd. vett.—30 *Cum uter nostrum sorderemus alteri* ed. Paris. *Cum uterque nostrum sorderemus alteri* Diss. *alter alteri* Both. et Goeller. *unus* deest in B. 1. C. C. 2. et edd. vett.—31 *Sed quod* Acidal.—32 Acidal. *negotii gesti.* Post hunc versum Both. ex cod. Ambros.

Digitized by Google

Cumque bene provenisti salva, gaudeo.
PH. Tibi mea consilia summa semper credidi.
Equidem nec peperi puerum, nec prægnas fui,
Verum assimulavi me esse prægnatem, haud eram.
DI. Quapropter, o mea vita? PH. propter militem
Babyloniensem, qui quasi uxorem sibi
Me habebat anno, dum hic fuit. DI. ego senseram.
Sed quid istuc? quoi rei id te assimulare retulit?
PH. Ut esset aliquis laqueus et redimiculum,
Revorsionem ut ad me faceret denuo.
Nunc huc remisit nuper ad me epistolam,
Sese experturum, quanti sese penderem:
Si, quod peperissem, id educarem ac tollerem,
Bona sua me habiturum omnia. DI. ausculto lubens.
Quid denique agitis? PH. mater ancillas jubet,
Quoniam jam decimus mensis adventat prope,
Aliam aliorsum ire, præmandare et quærere
Puerum aut puellam, qui supponantur mihi.

incolumis ex his doloribus. PH. *Tibi commisi semper mea consilia penitissima. Equidem nec peperi puerum, nec fui gravida; verum simulavi esse prægnantem, non eram.* DI. *Quocirca, o mea vita?* PH. *Propter militem Babyloniensem, qui agebat hic mecum, quasi cum uxore, per annum.* DI. *Ego existimaveram. Sed quare id? Quo consilio tu simulasti id?* PH. *Ut esset aliquis laqueus et nodus, ut reverteretur denuo ad me. Nunc ad me scripsit nuper hanc epistolam, sese visurum, quanti sese facerem: si educarem ac tollerem id quod peperissem, me habiturum cuncta sua bona.* DI. *Audio ultro. Quid agitis denique?* PH. *Mater mandat ancillas ire, aliam alio quæsitum puerum aut puellam, quæ mihi supponeretur, quoniam jam mensis decimus propemodum adventat. Quid faciam multa ver-*

****

Maii primus inseruit, *Nam quid id est?* DIN. *primum quom tu es aucta liberis;* codex vero habet, *primum cum tuis es aucta liberis;* Goeller. legit, *Quid id est?* DIN. *primum dum cum tu es aucta liberis.*—33 Post hunc versum Both. et Goeller. dederunt ex eodem cod. Ambrosian. PHR. *Concedite hinc vos intro atque operite ostium: Tu nunc superstes solus sermoni meo es.*—36 Pro *haud eram*, codd. habent *haud ego;* Grut. et Goeller. *haud nego.*—37 *Quapropter mea vita* B. l.—39 *Me h. annum* edd. vett. et Both. *Me h. anno uno dum* Vatt. *Me h. annoum dum* Pll.—40 Codd. et edd. ante Douz. *cui rei item assimulare.*—41 B. l. *aliquis utque usque est et redimiculum.*—45 Verba, *id educarem ac*, desunt in B. l.—46 Pll. *omnia esse.*—48 *Quoniam non* cod. Camer. unde Bothius, *Quoniam nunc.*—49 Pro *præmandare*, Gulielm. legit *perrenari;* Acidal.

NOTÆ

33 *Bene provenisti*] Id est, profecisti, utpote aucta liberis.

Digitized by Google

Quid multa verba faciam? tonstricem Suram
Novisti nostram, quæ modo erga ædes habet.
Di. Novi. Ph. hæc una opera circumit per familias,
Puerum vestigat clanculum, ad me detulit.
Datum sibi esse dixit. Di. o merces malæ!
Eum nunc non illa peperit, quæ peperit, prior,
Sed tu posterior. Ph. ordine omnem rem tenes.
Nunc, ut præmisit nuntium miles mihi,
Non multo post hic aderit. Di. nunc tu te interim
Quasi pro puerpera hic procuras? Ph. quippini?
Ubi sine labore res geri pulchre potest,
Ad suum quemque æquom est quæstum esse callidum.
Di. Quid me futurum est, quando miles venerit?
Relictusne abs te vivam? Ph. ubi illud, quod volo,
Habebo ab illo, facile inveniam, quomodo
Divortium et discordiam inter nos parem:
Postidea ego tota tecum, mea voluptas, usque ero
Assiduo. Di. immo hercle vero accubuo mavelim.
Ph. Quin Dis sacruficare hodie pro puero volo,
Quinto die, quod fieri oportet. Di. censeo.

ba? Novisti Suram nostram tonstricem, quæ habitat nunc ante has ædes. Di. *Novi.* Ph. *It per omnes familias, una opera quærit puerum clam, ad me apportavit. Dixit sibi esse datum.* Di. *O improbæ merces! Illa prior non peperit, quæ eum peperit prior, sed tu peperisti.* Ph. *Capis sigillatim omnem rem. Nunc miles veniet huc statim, quia ad me misit nuntium.* Di. *Nunc tu te procuras hic interea, quasi puerperam?* Ph. *Quidni? Quando res potest fieri sine labore, est par quemque esse industrium in suum commodum.* Di. *Quid fiet de me quando bellator venerit? Vivamne desertus a te?* Ph. *Quando obtinuero ab illo id quod expeto, excogitabo facile, quomodo moveam inter nos discordiam et divortium. Postea ego ero assiduo tecum tota, mea voluptas.* Di. *Immo per Herculem malim* esse *accubuo.* Ph. *Quin volo hodie sacrificare Diis pro puero quinto die, quod*

* * * * * * * * * * *

percontari.—50 Acidal. et Goeller. *supponatur.*—51 Edd. quædam vett. *verba facimus.*—52 Pll. *quem erga ædem sese habet;* voc. *modo* deest etiam in B. l.—57 Voc. *ordine,* quod habent Pll. Vatt. et edd. antiq. deest in edd. quibusdam ante Gulielm.—65 C. *facile invenio;* Cam. in margine ed. Gronov. *facile invenero.*—67 *Post id ego totum tecum* Ald. et al. vett. *Post id ego tecum*

NOTÆ

70 *Quinto die*] Hic dies vocabatur ἀμφιδρόμιος, a ritu, quo cursim circa locum gestabatur puer. Apud Græcos infans die quinto lustrabatur; sed apud Latinos octavo quidem puellæ; nono pueri: qui 'dies lustricus' dicebatur; Symmacho 'lustralis solennitas:' item 'nomialis,'

Digitized by Google

PH. Non audes aliquod dare mihi munusculum?
DI. Lucrum hercle videor facere mihi, voluptas mea,
Ubi quippiam me poscis. PH. at ego, ubi abstuli.
DI. Jam faxo hic aderit: servolum huc mittam meum.
PH. Sic facito. DI. quicquid autem erit, boni consulas.
PH. Ecastor munus te curaturum scio,
Ut cujus me non pœniteat, mittas mihi.
DI. Num quippiam me vis aliud? PH. ut, quando otium
Tibi sit, ad me revisas. DI. valeas. PH. vale.
DI. Pro Di immortales, non amantis mulieris,
Sed sociæ unanimantis, fidentis fuit
Officium facere, quod modo hæc fecit mihi.
Suppositionem pueri quæ mihi credidit,
Germanæ quod sorori non credit soror.
Ostendit sese jam mihi medullitus,
Se mihi infidelem nunquam, se viva, fore.
Egone illam ut non amem? egone illi ut non bene velim?
Me potius non amabo, quam huic desit amor.
Ego isti non munus mittam? jam modo ex hoc loco
Jubebo ad istam quinque perferri minas:

oportet fieri. DI. *Censeo.* PH. *Non audes mihi præbere ullum munus?* DI. *Per Herculem lucro appono, mea voluptas, quod a me rogas.* PH. *Sed ego, quando abstuli.* DI. *Faciam aderit jam hic! mittam huc meum servulum.* PH. *Fac sic.* DI. *Quicquid autem acciderit, æqui bonique consule.* PH. *Per ædem Castoris, scio te curaturum, ut ad me mittas munus, cujus me non pœniteat.* DI. *Mihine vis quidpiam aliud?* PH. *Ut quando tibi licebit per otium, ad me repetas.* DI. *Valeas!* PH. *Vale.* DI. *Pro Dii immortales! non fuit mulieris amantis, sed sociæ, sed unanimis, sed fidei officium, quando hæc mihi mox fecit. Nimirum mihi detexit suppositionem pueri, quam non detexit soror germanæ sorori. Indicavit clare jam jam mihi medullitus, fore nunquam infidelem dum vivet. Egone ut non eam amem? Egone ut illi non velim bene? Non me amabo potius, quam amor ejus me destituat. Ego ad illam non mittam munera? Mandabo jam ad illam*

Goeller.—69 B. 1. *hodie sacrificare.*—71 Pro *munusculum*, C. habet *munus civilim*; C. 2. et edd. vett. *munus civilium.*—77 *Ut ejus me* B. 1.—79 *Tibi sit me*, omisso *ad*, B. 1. *revisast valeas* Pl. ap. Both. *ad me intervisas* Douz.—81 *Sed unanimantis sociæ* Goeller. qui conj. etiam, *Sed sociai* (vel *sociennæ*) *unanimantis.*—85. 86 *Ostendisse sciam mihi medullitus Infidelem nunquam dum vivam fore* Nonius p. 562. *jam sese*, omisso *mihi*, B. 1. *dum vivat* B. 1. Ven. 1. et al. vett.

NOTÆ

quia nomen tum infanti indebatur. Tertullianus ' nominalia ' appellat; Gregorius Nazianz. *ὀνομαστήρια.* Fata etiam scribenda advocabantur.

Digitized by Google

Præterea opsonari duntaxat ad minam.
Multo illi potius bene erit, bene quæ volt mihi,
Quam mihimet, omnia qui mihi facio mala.

comportari quinque minas ex hoc loco: præterea parari edulia ad minam. Præstat illi esse bene quæ mihi vult bene, quam mihi, qui mihi omnia mala facio.

ne vivat Pll.—89 Goeller. *jam domo eloco;* Gulielm. *e loco.*—92 B. 1. *quæ bene vult.*—93 Pll. et edd. vett. *mihi facto.*

ACTUS SECUNDI SCENA QUINTA.

PHRONESIUM.

PUERO isti date mammam: ut miseræ matres solicitæque
Ex animo sunt, cruciantur que! edepol commentum male!
Cumque eam rem in corde agito, nimio minus perhibemur
Malæ, quam sumus ingenio: ego prima domi modo docta dictito.
Quanta est cura in animo, quantum corde capio dolorem,
Dolus ne occidat morte pueri! mater dicta quod sum, eo magis
Studeo vitæ, quæ ausa sum tantum clam dolum aggrediri.
Lucri causa avara probrum sum executa: alienos dolores
Mihi supposivi: nullam rem oportet dolose aggrediri, nisi

PHR. *Præbete papillam illi puero: quam matres sunt miseræ et inquietæ! quantum anguntur! per ædem Pollucis excogitatum male! et quando recogito in mente, dicimur multo minus malæ, quam sumus. Ego fateor nunc id quod didici domi. Quanta est solicitudo animi, quantam ægritudinem concipio pectore, ne fraus intereat interitu pueri! quoniam sum appellata ejus mater, idcirco impensius exopto tueri ejus vitam, utpote quæ sum ausa machinari tantam fallaciam. Commisi hoc facinus quæstus gratia: mihi supposui partum alius matris. Nulla est suscipienda*

1 C. *data amam mam.*—2 *Exanimos cruciant* B. 1. *Ex animo suo sunt, cruciantque* Bipont. et Goeller.—4 *Malo* B. 1. *prima de me modo dicta* B. 1. Pll. et edd. vett. *ego primum de me domo docta* Goeller. *ego prima de me modo ista dicta* al. vett. *ego prima domi docta* Palmer.—6 B. 1. *ego magis.*—7 Pll. et edd. vett. *quæ hunc ausa sum tantundem dolum aggrediar;* Goeller. *quæ hoc ausa sum tantum dolum.* Voc. *clam* deest in B. 1. *adgrediri,* vel *adgrediari,* al. ap.

NOTÆ

4 *Domi docta*] Id est, domestico experimento instructa.

Digitized by Google

Astute accurateque exequare: vosmet jam videtis,
Ut ornata incedo: puerperio ego nunc me esse ægram assimulo.
Male quod mulier facere incepit, nisi id efficere perpetrat,
Id illi morbo, id illi senio est, ea illi miseræ miseria est:
Si bene facere incepit, ejus eam cito odium percipit.
Nimis quam paucæ sunt defessæ, male quæ facere occeperunt:
Nimis quam paucæ efficiunt, si quid occeperint benefacere.
Mulieri nimio malefacere melius est onus, quam bene.
Ego, quod mala sum, matris opera mala sum, et meapte malitia:
Quæ me gravidam esse assimulavi militi Babylonio:
Eam nunc malitiam accuratam miles inveniat volo.
Iste hic haud multo post credo aderit: nunc prius præcaveo sciens:
Eumque gero ornatum, ut gravida, quasi puerperio cubem.
Date mihi huc stactam atque ignem in aram, ut venerem Lucinam meam,
Hic apponite, atque abite ab oculis: eho Pithecium,

res callide, nisi prosequaris fraudulenter et diligenter. Cernite nunc vos ipsi, ut sum instructa. Ego fingo me esse nunc ægram propter partum. Nisi mulier perficit id quod orsa est, id illi est molestum, est acerbum, est miserum illi miseræ. Si incepit facere aliquid boni, eam ejus pœnitet repente. Sunt perpaucæ, quas pigeat eorum perficiendorum quæ inceperunt facere male: sunt perpaucæ quæ perficiant id, quod inceperunt facere recte. Est munus mulieri multo jucundius male agere, quam recte. Mea malitia est quod sum mala, et quia sum mater, et quia sum per memet mala: quia simulavi me esse gravidam ex milite Babylonio, volo nunc ut miles reperiat illam fraudem excogitatam. Ille veniet huc modo, ut arbitror: nunc provideo diligenter ejus adventum, ornata hoc ornamento; ut cubem, quasi ægra ob partum. Afferte mihi huc stactam et ignem in aram, ut venerer meam Lucinam. Hic apponite: atque discedite a conspectu. Eho Pithecium!

Parcum.—10 Pll. *exsequere.*—14 *Si* deest in B. 1.—15 *Nimisque paucæ* C. 2. et edd. vett. Hic versus deest in C.—17 *Mulierio nimioque m. levius est* B. 1. *levius est* etiam Lamb.—18 Gronov. *et me apte.*—22 *Cumque ornatu gravida* B. 1. *Cumque ornatu ut gravida* Ven. 1. et al. vett. *Eumque ornata ornatum* Grut. et ed. Taubm. *Eumque ornatum ** ut gravida* Goeller. *accubem* B. 1.—23 *Date m. huc ejectam* B. 1. *ut benerem* Pll. *ut venerer* edd. vett. *vicinam*

NOTÆ

15 *Nimis quam paucæ*] Paucissime.
16 *Efficiunt*] Id est, perficiunt.
23 *Ut venerem Lucinam*] Id est, ut venerer.

Digitized by Google

Face ut accumbam: accede: adjutare sic decet puerperam.
Soleas mihi duce, pallium injice in me huc, Archilis. Ubi es,
Astaphium? fer huc verbenam mihi, thus et bellaria.
Date aquam manibus: nunc ecastor ut veniret miles velim.

cura ut decumbam. Accede; oportet adjuvare sic puerperam. Detrahe calceos; injice huc in me pallium, Archilis. Ubi es, Astaphium? Affer mihi huc verbenam, thus, et bellaria. Infundite aquam in manibus. Vellem nunc, per Castorem, ut miles veniret.

meam B. 1.—25 Goeller. *adjuta: sic, &c.* Hunc et sequentem vs. transponit Acidal.—26 *Soleas mihi dato* Acidal. *Soleas deme* Goeller.—28 Pll. *ecastorum veniret;* Goeller. *ecastor veniat militem velim.*

NOTÆ

27 *Thus et bellaria*] Domi sacra fiebant vulgo infinitis de causis, etiam ob puerperium.

ACTUS SECUNDI SCENA SEXTA.

STRATOPHANES, PHRONESIUM, ASTAPHIUM.

ST. NE expectetis, spectatores, meas pugnas dum prædicem:
Manibus duelli prædicare soleo; haud in sermonibus.
Scio ego multos memoravisse milites mendacium.
Et Homeronidæ poëtillæ mille memorari potest,
Qui et convicti et condemnati falsis de pugnis sient.
Non laudandus est, quoi plus credit qui audit, quam qui videt.

ST. *Ne opperiamini, spectatores, dum commemorem mea certamina. Consuevi celebrare factis bellicis, non dictis. Non ignoro complures bellatores retulisse mendacia, et possunt recenseri poëtastri imitatores Homeri, qui fuerunt convicti et condemnati de falsis certaminibus. Non mihi probatur qui fidem majorem habet ei*

2 Pll. C. C. 2. B. 1. et edd. vett. *duellis.*—4 *Et Homeronidam et postillam illi memorari potest* Pll. *Et Homeronidam et postilla mille memorari potest* ed. Camer. *Et Homeri Atridam et post illum mille memorari potest* Goeller. Cf. Heins. ad Ovid. ex Pont. III. 4. 84.—5 B. 1. *falsi de pugna.*—6 Pll. *cui plus*

NOTÆ

2 *Duelli*] Id est, belli. 'Duellatores,' bellatores.

4 *Homeronidæ poëtillæ*] *Poëtillæ*, non magni nominis poëtæ. *Homeronidæ*, quasi de Homeri gente.

Mille memorari potest] Possunt.

Digitized by Google

Non placet, cum illi plus laudant qui audiunt, quam qui vident.
Pluris est oculatus testis unus, quam auriti decem;
Qui audiunt, audita dicunt; qui vident, plane sciunt.
Non placet, quem scurræ laudant, manipulares mussitant:
Neque illi, quorum lingua gladiorum aciem præstringit domi.
Strenui nimio plus prosunt populo, quam arguti et cati.
Facile sibi facunditatem virtus argutam invenit.
Sine virtute argutum civem mihi habeam pro præfica,
Quæ alios collaudat, eapse se vero non potest.
Nunc ad amicam, decumo mense post Athenas Atticas
Viso, quam gravidam reliqui meo compressu, quid ea agat.
PH. Vide quis loquitur. AS. jam propinque miles, mea Phronesium.
Tibi adest Stratophanes: nunc tibi opu'st, ægram ut tu te assimules. PH. tace.

qui audit, quam qui vidit. Non mihi probantur, qui tantum audierunt, et qui magis prædicant quam qui viderunt. Unus testis est pluris qui oculis accepit, quam decem qui auribus acceperunt: qui audiunt, dicunt audita; qui vident, norunt omnino. Non mihi probatur ille, quem sycophantæ prædicant, commilitones tacent; neque illi quorum lingua obtundit in otio aciem gladiorum militarium. Sane strenui sunt multo utiliores reipublicæ, quam diserti et solertes. Viri virtute præditi reperiunt facile eloquentiam qua prædicentur. Sine virtute civis disertus est similis præficæ, quæ celebrat alios, et non potest celebrare seipsam. Nunc pergo ad amicam, et videro quid agat post decem menses, ex quibus eam reliqui Athenis prægnantem meo concubitu. PH. *Vide quis verba facit.* AS. *Mea Phronesium, miles Stratophanes adest jam prope. Nunc oportet, ut simules te esse ægrotum.*

credit; editiones veteres *qui plus credit;* Goeller. *quoi credit.*—7 Editione veteres *quæ audiunt, quam quæ vident;* Acidal. *quem illi plus laudant, qui, &c.*—8 B. 1. *testis unusquam;* τὸ unus deest in Pll.—12 B. 1. *quam argute et rati.*—13 Edd. ante Acidal. *argula.*—15 Pll. *Quæ alios collaudate apsa severo,* vel *collaudate abse se vero;* edd. vett. *collaudat eapse se,* vel *eabse se,* vel *ea se,* teste Grutero; *collaudare apsa seu vero non potest* Pll. teste Scioppio; at Pareus ait in codd. esse *collaudat,* non *collaudate.*—16 *Nam ad* Nonius p. 741.—18 *Vide quis loquitur tam propinque.* AST. *Miles* Acidal. *et quis loquitur* Pll.—19 Edd. vett. *ut ut te assimules;* Pll. Bipont. et Goeller. *ut te*

NOTÆ

10 *Scurræ*] Sequaces hominum potentiorum, et ad eorum libidinem loquentes.

14 *Pro præfica*] Festus: 'Præficæ dicuntur mulieres ad lamentandum mortuum conductæ, quæ dant ceteris modum plangendi, quasi in hoc ipsum præfectæ.' Statius, 'Ut Pharios alias ficta pietate dolores, Mygdoniosque colunt, et non sua funera plorant.' 'Nænia' Phrygium vocabulum, et 'lessus' Latinum, est præficarum cantus.

Digitized by Google

Quid adhuc egeo tui, malum, admonitricis? an me malefi-
cio vincere est? 20
ST. Peperit mulier, ut ego opinor. AS. vin' adeam homi-
nem? PH. volo.
ST. Euge Astaphium eccam, it mihi advorsum. AS. salve
ecastor, Stratophanes. [sium?
Venire salvom. ST. scio: sed peperitne, obsecro, Phrone-
AS. Peperit puerum nimium lepidum. ST. ecquid mihi
simili'st? AS. rogas?
Quin ubi natu'st, machæram et clypeum poscebat sibi. 25
ST. Meus est, scio jam de argumentis: nimium quidem
simili'st: papæ!
Jam magnu'st? jamne electat legionem, quam spoliare velit?
AS. Here nudiusquintus natus quidem ille est. ST. quid
postea?
Inter tot dies quidem hercle jam actum aliquid oportuit.
Quid illi ex utero exitio est, priusquam poterat ire in præ-
lium? 30
AS. Consequere, atque illam saluta, et gratulare illi. ST.
sequor. [tit?
PH. Ubi illa, obsecro, est, quæ me hic reliquit atque absti-

PH. *Sile! quid egeo adhuc tuis admonitionibus, malum? An potest aliquis me superare scelere?* ST. *Mulier peperit, sicut ego existimo.* AS. *Visne ut conveniam hominem?* PH. *Volo.* ST. *Euge, ecce Astaphium! mihi venit obviam.* AS. *Salvus sis, per ædem Castoris, Stratophanes!* Gaudeo te *reversum esse salvum.* ST. *Novi, sed, obsecro, Phronesium peperitne?* AS. *Peperit puerum nimis pulchrum.* ST. *Ecquid mihine est similis?* AS. *Petis? Quin quando ést natus, petiit machæram et clypeum.* ST. *Est meus, scio jam ex illis indiciis. Sane est simillimus. Papæ! estne jam magnus? Eligitne jam legionem, quam velit spoliare?* AS. *Natus est heri a quinque diebus.* ST. *Quid fecit postea? Per Herculem oportuit fecisse aliquid intra tot dies. Quare prodiit ex utero antequam posset proficisci ad bellum?* AS. *Sequere, et illam saluta, et illi congratulare.* ST. *Sequor.* PH. *Ubi est illa, obsecro, quæ me deseruit hic atque evanuit?* AS. *Ad-*

assimules.—20 *Cui adhuc ego tu mala in eam emonet ruri a me maficio* B. 1. *Qui adhuc ego tu mala me amemonet ruria me malificio vincer est* C. *Cui adhuc ego tumala meam emonet ruri a me mafficio vincerest* C. 2. *Cui adhuc ego tu malam eam emovet ruri a me matitio vincere est* Vatt. *Cui adhuc ego tu malam emonet ruri a me vincerest* Ven. 1. *Quoi adhuc ego tu malam emonet ruri a me maficio vincerest* Ald. Hic vs. deest in ed. Camer.—21 *Repperit* B. 1. et edd. vett. *vina dea aut* Pll. edd. vett. et Both.—23 *Venire salvom gaudeo* Ald.—25 *Quin'* Goeller. *jam machæram* edd. vett.—26 Voc. *quidem* delet Goeller.—27 *Magnust? jam electat* Goeller. *Jam majus est? jamne lectat* ed. Paris. *Jam manust* Mediol. et Parm. *Jam immanist* Venet. et Arg. *lectat* omnes edd. ante

Digitized by Google

As. Assum: adduco tibi exoptatum Stratophanem. Ph. ubi is est, obsecro?
St. Mars peregre adveniens salutat Nerienem uxorem suam.
Cum tu recte provenisti, cumque es aucta liberis,
Gratulor, cum mihi tibique magnum dedisti decus.
Ph. Salve, qui me interfecisti pæne et vita et lumine,
Quique vim magni doloris per voluptatem tuam
Condidisti in corpus, quo nunc etiam morbo misera sum.
St. Eia, haud ab re, mea voluptas, tibi obvenit istic labos:
Filium peperisti, qui ædis spoliis opplebit tuas.
Ph. Multo ecastor magis oppletis opu'st tritici granariis;
Ne, ille priusquam spolia capiat, hic nos extinxit fames.
St. Habe bonum animum. Ph. savium sis pete hinc a me: nequeo caput
Tollere, ita dolui, itaque ego nunc doleo: neque etiam queo
Pedibus mea sponte ambulare. St. si planc ex medio mari
Savium petere tuum jubeas, petere haud pigeat me, mel meum.
Id ita esse experta es, nuncque experiere, mea Phronesium,
Me te amare: adduxi ancillas tibi eccas ex Suria duas:

sum: tibi adduco Stratophanem desideratum. Ph. *Ubi est is, quæso?* St. *Mars reversus peregre salutem dicit Nerieni suæ uxori. Tibi gratulor, quia tibi res feliciter cesserunt, quia peperisti puerum, et quia mihi attulisti magnum decus et tibi.* Ph. *Salve, qui me ferme privasti et vita et lumine, quique attulisti tantum dolorem ad explendam tuam voluptatem. Ægroto nunc etiam eo morbo.* St. *Eia! non sine præmio, mea voluptas, iste labor tibi obtigit: peperisti filium qui reddet ædes tuas refertas præda.* Ph. *Per ædem Castoris est multo magis opus granariis plenis frumento, ne fames nos jugulet, antequam ille detrahat spolia.* St. *Esto æquo animo!* Ph. *Accipe a me osculum hinc, si vis: non possum levare caput; adeo ægrotavi, adeo ægroto nunc, et nequeo etiamnum stare pedibus per memet.* St. *Si imperes accipere tuum osculum e medio mari, non me pigeat accipere, meum mel. Tu es experta olim, et experieris nunc, mea Phronesium, te a me amari.*

Grut. *legionem q̃s poliaret* Pll.—28 Delph. et Bipont. *quid tum postea?*—32 B. 1. Pll. et edd. vett. *reliquit ab se abisti;* C. *eabse;* Acidal. *atque a me abstitit;* Goeller. *et abs me destitit.*—36 Pll. *deristi decus;* Goeller. *peperisti decus.*—38 B. 1. *magnos dolores.* Acidal. addit *mihi.*—42 Both. et Goeller. *tritici opust granariis.*—44 Pll. ap. Both. *suavium sispete hinc abnequeo caput.*—48 B.

NOTÆ

34 *Nerienem*] Martis uxorem.

Digitized by Google

Iis te dono : adduce hoc tu istas : sed istæ reginæ domi
Suæ fuere ambæ : verum patriam ego excidi manu.
Iis te dono. PH. pœnitetne te ? quot ancillæ sunt jam ?
Quine etiam super adducas, quæ mihi comedint cibum ?
ST. Hoc quidem [perulam.
Hercle si ingratum est donum, cedo tu mihi istam, puere,
Hem ! mea voluptas, attuli eccam pallulam ex parva Græcia tibi.
Tene tibi. PH. hoccine mihi ob labores tantos tantillum dari ?
ST. Perii hercle miser : jam mihi auro contra constat filius.
Etiamnum me vilipendit : ad id, purpuram ex Sara tibi
Attuli, et induvias Ponto amœnas : tene tibi, voluptas mea.
Accipe hoc : abduce hasce hinc e conspectu Suras.
Ecquid amas me ? PH. nihil ecastor : neque meres. ST. nihilne huic sat est ?
Ne mihi verbum quidem unum dixit ! viginti minis

Ecce duas ancillas tibi adduxi ex Syria : tibi eas do : tu adduc istas : istæ fuere reginæ ambæ apud suos ; sed ego everti manu patriam. Tibi eas do. PH. *Pœnitetne te ? Quot sunt ancillæ jam ? Nonne superaddis adhuc duas, quæ liguriant meum cibum ?* ST. *Per Herculem, nisi hoc præmium est gratum, o puer, cedo mihi illam peram. Hem ! mea voluptas, tibi attuli ex parva Græcia illam pallulam ; accipe hanc !* PH. *Oportetne mihi dare tam parvam mercedem ob tantos labores ?* ST. *Interii per Herculem miser ! filius mihi auro præponderatus est : et me spernit adhuc ! Præterea tibi attuli purpuram ex Tyro, et indumenta amœna ex Ponto. Accipe, mea voluptas, accipe hoc : amove hasce Syras hinc e conspectu. Mene amas ?* PH. *Per ædem Castoris nullo modo, neque mereris.* ST. *Quid huic satis est ? Ne mihi quidem dixit unum verbum ! credo munera quæ ei donavi posse*

1. *experta nunc experire.*—49 Voc. *duas* deest in B. 1.—50 *Istas dono* B. 1. *sed reginæ istæ domi* Both. et Goeller.—51 *Suæ fuerunt ambæ* Both. et Goeller.—52 C. *ancilla siam ;* C. 2. *ancillast jam.* Gulielm. conj. *quod ancillas olas alam, Ni insuper, &c.* vel, *te, quot a. s. jam ? Quine etiam nunc insuper, &c.* unde Goeller. *Quin' etiam insuper.* Pll. ap. Both. *Quin etiammen super.* Pll. ap. Pareum, *Quine etiam men super.* Edd. vett. *super ducas.*—54 Pll. *puere perviam ;* edd. vett. *puere pallulam.*—57 Pronomen *mihi* deest in B. 1. et Pll.—58 Pll. *mali pendit ;* edd. vett. et Goeller. *nihili pendit.*—59 Pll. ap. Both. *attulituas ponto umœnas ;* Goeller. *et duas Ponto.*—60 Pll. *ince conspectu suras.* —61 *Equidem has ecastor nihil moror* Ald. *Equidem has nihil ecastor : neque meres* Parens ex codd. *Equidem Amazonas has ecastor nil moror* conj. Goeller.

NOTÆ

53 *Quine*] Quasi dicat : Paucæ tibi videntur tot ancillæ, quot mihi nunc sunt, nisi tu plures adducas ultro estrices in ædes meas ?

58 *Ex Sara*] Id est, ex Tyro. Virgilius, ' Ut gemma bibat, et Sarrano dormiat ostro.'

Digitized by Google

Venire illæc posse credo dona, quæ ei dono dedi.
Vehementer nunc mihi est irata: sentio atque intellego.
Verum adibo: quid ais nunc tu? numne vis me, voluptas mea,
Quo vocatus sum, ire ad cœnam? mox ad te huc cubitum ivero.
Quid taces? planissume edepol perii! sed quid illuc boni est? [quo ferant,
Quis homo est, qui inducit pompam tantam? certum 'st,
Observare: huic credo fertur: verum jam scibo magis.

vendi viginti minis: mihi est irata jam magnopere. Animadverto atque video. Verum conveniam. Quid dicis tu nunc? Visne me ire ad cœnam, mea voluptas, quo sum vocatus? Revertar mox cubitum ad te. Quid siles? Per ædem Pollucis interii funditus; sed quid est hoc? Quis est ille qui inducit tantam pompam? Est constitutum videre quo inferant. Arbitror hanc deferri ad Phronesium. Verum jam norim magis.

—62 *Ne unum verbum quidem num dixit* Pll. ap. Both.—64 B. 1. *mihi nunc.* —66 B. 1. *mox huc cubitum iero;* Palmer. et Goeller. *nox ad te;* desunt in B. 1. C. et C. 2.

NOTÆ

66 *Mox*] Alii *nox*, id est, noctu.

ACTUS SECUNDI SCENA SEPTIMA.

GETA, PHRONESIUM, STRATOPHANES.

GE. ITE, ite hac simul, muli æris, damnigeruli, foras gerones, [nihili
Bonorum hamaxagogæ: satine qui amat, nequit quin

GE. *Pergite, pergite hac una, muli onusti ære, qui ferlis foras, qui bajulatis damna, qui exportatis bona plenis plaustris. Nonne satis est, is qui amat, non potest, quin*

1 B. 1. et Pll. *simul muliere;* edd. vett. *simul mulieri.* Pll. *idamnigeruli.* Sciopp. conj. *hac simul heri damnigeruli.* Voc. *foras gerones* delet Goeller.—2 *Bonorum exagogæ* Lips. edd. vett. et Goeller. *B. exagocæ* B. 1. *macagoce,* sive *axagoce,* Pll. *satis est qui amat* B. 1. *satin' se quis amat* Pll. et edd. vett.

NOTÆ

1 *Muli æris*] Est allusio quædam ad mulieres.

Damnigeruli] Compositio comica, ut 'forasgerones.'

2 *Bonorum hamaxagogæ*] Id est, qui vehiculis bona amatorum exportatis.

Digitized by Google

Sit, atque improbis sese artibus expoliat? nam hoc qui sciam, ne quis [amator;
Id quærat ex me: domi est, qui facit improba facta,
Qui bona sua pro stercore habet, foras jubet ferri: metuit
Publicos: mundissumum sit: puras sibi esse volt ædes.
Domi quicquid habet, verritur ἔξω· quandoquidem ipsus perditum se it,
Secreto hercle equidem illum adjutabo: neque mea quidem
Opera unquam nihilominus propere, quam potest, peribit.
Nam jam de hoc opsonio, de mina una deminui
Modo quinque nummos: mihi detraxi partem Herculaneam.
Nam hoc assimile est, quasi de fluvio qui aquam derivat sibi;
Nisi derivetur, tamen omnis ea aqua abeat in mare.
Nam hoc in mare abit, misereque perit sine omni bona gratia: hæc
Cum video fieri, suffuror, suppilo, de præda prædam
Capio: meretricem ego item esse reor, mare ut est: quod des devorat, nec unquam
Abundat: at hoc saltem servat mare; quod illi subest, apparet: huic des

sit nihili faciendus, atque sese enudet pravis artibus? Nam ne aliquis a me roget, quomodo sciam illud: hoc accipe. Est domi amator, qui perpetrat facta nequam, qui intuetur suas fortunas ut stercus, mandat ejici foras, metuit ædiles: verritur domus: vult suas ædes esse mundas: everritur res. Quoniam ille ruit in exitium voluntarium, equidem per Herculem illi opitulabor occulte in se perdendo: neque peribit minus celeriter, tametsi non adjuvero in se perdendo, quam perit. Nam demi mox quinque nummos de hoc opsonio, de una mina demi partem Herculaneam. Ii qui faciunt sic sunt similes iis, qui derivant aquam de flumine; nisi derivetur, tamen omnis illa aqua effluat in mare. Nam id effluit in mare, et perit misere citra ullam significationem animi grati. Quando video fieri hæc, suffuror, suppilo, detraho prædam de præda. Ego existimo esse meretricem similem mari: absorbet id quod datur, neque redundat. Sed mare conservat hoc quod infertur; apparet id quod inest in eo.

---

nihil B. 1.—3 *Sint ... expolient* Goeller. *expoliet* edd. vett. Hoc verbum deest in C.—6 B. 1. *mundissimis est;* Palmer. et Lips. *mundissimust.*—7 B. 1. *perditur exeo q. ipsus perditus est;* Pll. *perditum sit;* Pl. ap. Both. *perditum fit.*—9 *Opera unquam hilo minus* Goeller. *Opera unquam nihili omnibus* Pll. Both.—10 B. 1. *demina diminui.*—11 *Herculanam* Camer.—15 Pll. *si fieri;* Pareus *sic fieri.*—16 Verbum *esse* deest in Pll. *nec* deest in B. 1.—17 *Abun-*

NOTÆ

11 *Herculaneam*] Alii *Herculanam.* enim Herculi pendebantur.
Est nummus unus ex decem; decimæ

Digitized by Google

Quantumvis; nusquam apparet, neque datori, neque acceptrici. [tulit in
Velut meretrix meum herum miserum sua blanditia in-
Pauperiem, privavit bonis, luce, honore, atque amicis.
Attat eccam, adest propinque: credo audiisse hæc me loqui.
Pallida est, ut peperit puerum: alloquar, quasi nesciam.
Jubeo vos salvere. PH. noster Geta, quid agis? ut vales?
GE. Valeo, et venio ad minus valentem; et melius qui valeat, fero.
Herus meus, ocellus tuus, ad te ferre me hæc jussit tibi
Dona, quæ illos ferre vides, et has quinque argenti minas.
PH. Pol haud perit, quod illum tantum amo. GE. jussit orare, ut hæc grata haberes tibi.
PH. Grata æquaque ecastor habeo: jubeo auferri intro: i, Cyame:
Ecquid auditis hæc, quæ imperata sunt? GE. vasa nolo auferant:

Da meretrici *quantum volueris, id apparet nunquam; neque ei qui dat, neque ei qui accepit. Sic meretrix impulit in paupertatem meum miserum herum suis illecebris, pellexit in inopiam; spoliavit bonis, luce, honore, atque amicis. Atat ecce adest juxta: arbitror me ab ea auditum esse loquentem hæc. Est pallida, quia peperit puerum. Affabor, quasi ignorem. Opto vos esse salvos.* PH. *Quid fucis, noster Geta? Quomodo vales?* GE. *Valeo, et venio ad eam quæ non valet tam bene; et fero id quo valeat melius. Meus herus, tuus ocellus, mihi imperavit, ut tibi afferrem hæc munera ad te, quæ illos cernis conferre, et has quinque minas argenti.* PH. *Per Pollucem, non est ingratus erga me, quod illum amo tantum.* GE. *Mihi mandavit, ut etiam atque etiam rogarem, ut haberes hæc accepta.* PH. *Per ædem Castoris, habeo grata et jucunda. Præcipe ea inferri. I, Cyame! auditisne hæc quæ sunt mandata?* GE. *Nolo auferri vasa: oportet ea desiccare.* PH. *Per*

---

dat hoc saltem servat mecum illi subest apparet des B. 1. et Vat. *At hoc saltem servatum tibi æstuat: eccum apparet* cod. Scaligeri; *At hoc saltem servat mare: quod illi subest, apparet: huic des* Palmer. *at hoc saltem servatu bi est va mecum apparet* citat Acidal. Ille vero legit, *At hoc saltem interest: nam illi æstuanti ejectum apparet;* Pll. *servat mecum illi subeste apparet des quantum.*—18 Pll. vett. et Goeller. *acceptricæ.*—19 Pro *intulit,* quod exhibent codd. et edd. vett. Lips. conj. *impulit.*—23 *Jubeo vos valere* edd. vett. *salvere* Pll. et Vatt. *noster Greta* Gronov.—27 B. 1. Pll. et edd. vett. *jussit operare ut hæc;* Palm. et Bipont. *jussit opere orare;* Delph. *jussit opera orare;* Par. *obsecrare.*—28 *Gratagque æcastor* B. 1. C. 2. et edd. vett. *Grata acaque* C. *Grata acceptaque* Camer. et Lamb. *Grata ecastor h. j. a. intro hæc ad me* Ald.—29 Pll. *Hecquid* (C. 2. *Hæc quid*) *auditis heque tam imperat suasa nolo.* Goeller.

Digitized by Google

Desiccari lubet. PH. impudens, mecastor, quanti est negotii! GE. tun' bona fide,
Tune ais impudentem me esse, ipsa quæ sis stabulum flagitii? [dic ob hæc dona, quæ
PH. Dic, amabo te, ubi est Dinarchus? GE. domi. PH. Ad me miserit, me illum amare plurimum omnium hominum:
Ergo meumque honorem illum habere omnium maxumum:
Atque, ut huc veniat, obsecrare. GE. ilicet: sed quis nam illic homo est,
Qui ipsus se comest, tristis, oculis malis? animo hercle homo suo est miser, [non novisti, obsecro?
Quisquis est. PH. dignus est mecastor. GE. quid est? PH. Qui illic apud me erat, hujus pater pueri illic est: usque ad jentaculum
Jussit ali: mansi, auscultavi, observavi. GE. quem pernam, Novi hominem nihili: illic quæso est? PH. illic est. GE. me intuetur gemens.

ædem Castoris quam impudens est molestus! GE. *Tune serio, tune ais me esse impudentem, ipsa quæ sis sentina vitiorum?* PH. *Dic, te obsecro, ubi est Dinarchus?* GE. *Domi.* PH. *Nuntia illi illum a me amari præter ceteros homines, propter munera quæ detulit ad me, et mihi ducere maximo honori, quod amor ab illo, et rogare etiam atque etiam ut veniat huc.* GE. *Faciam lubens: sed quisnam est ille, qui seipsum discerpit mœstus oculis torvis? Per Herculem, quisquis est ille, homo miser vere.* PH. *Meretur, per ædem Castoris, esse miser.* GE. *Quid est* igitur? PH. *Nonne novisti, quæso, illum qui erat apud me? Ille est pater hujus pueri. Mandavit nutriri puerum, usque ad jentaculum: expectavi, audivi, observavi.* GE. *Estne, obsecro, ille homo vilissimus quem pernovi?* PH. *Est ille.*

lauta nolo.—30 *Desiccari jubet* Pll. et edd. vett. *jube* ed. Paris. *Defricari jube* Acidal. *impudens es, mecastor: quantum est negotii* edd. vett. *impudens es, mecastor.* GET. *quid est negotii? tun' bonu fide, Tun' ais, &c.* Acidal.—33 *Admiserit* B. l.—34 *Erga eumque honorem habere me* Palmer. et Goeller. *Erga eumque honorem, eumque habere* Ald. et al. vett. * *Unique honorem illi me habere* Camer.—35 *Utque huc veniat obsecrare.* GET. *licet, &c.* Acidal. et Goeller. *obsecrat* Pll. *obsecra* ed. Camer. *ilicet* codd. et edd. vett.—36 *Tristis, qui ipsus se comest? hercle, animo homo, &c.* Goeller. *Qui ipsus secum est tristis, animo hercle homost suo miser* Ald.—37 Pl. ap. Both. *ne quid est;* Grut. *ecquid est;* Goeller. *quid id est.*—38 B. l. et Pl. ap. Both. *puter usque ad jectaculum;* C. *usque ad ectaculum.* Voc. *pueri illic est* desunt in C. 2. *abjectaculum* Brant.—39 'Palm. delet, *jussit ali: mansi, auscultavi, observavi.*' Gronov.—

NOTÆ

38 *Jentaculum*] Primus erat cibus ἀκράτισμα, quem sequebatur *prandium*, apud Romanos, ut apud Græcos deinde *vesperna;* postremo *cœna:*

Digitized by Google

Traxit ex intimo ventre suspirium: hoc vide, dentibus
Frendit: icit femur: num obsecro nam hariolus, qui ipsus se verberat? [pectore
ST. Nunc ego meos animos violentos, meamque iram ex
Jam promam: loquere, unde es? quojus es? cur ausus inclementer
Mihi dicere? GE. lubido est. ST. istuccine mihi respondes? 45
GE. Hoc: non ego te floccifacio. ST. quid tu? cur ausa es alium te
Dicere amare hominem? PH. lubitum est. ST. ain' tandem? istuc primum experiar. [carum,
Tun' tantilli doni causa, olerum, atque escaram, et pos-
Mœchum malacum, cincinnatum, umbraticolam, tympanotribam
Amas, hominem non nauci? GE. quæ hæc res? meone hero tu, improbe, 50
Maledicere audes, fons vitii et perjurii? ST. verbum unum

GE. Me aspectat ejulans. Duxit gemitum ab imo pectore. Aspice id: fremit dentibus: ferit femur. Estne, quæso, hariolus qui se pulsat ipse? ST. *Nunc ego ostentabo meos animos indomitos, et meam iracundiam ex pectore. Dic, unde es? cujus es? quare es ausus me alloqui inurbane?* GE. *Sic placet.* ST. *Siccine reponis?* GE. *Repono hoc: ego nihili facio te.* ST. *Quid tu? Quare es ausa dicere a te amari alium hominem?* PH. *Sic placet.* ST. *Dicisne id tandem? Experiar primum illud, utrum amas adulterum, effœminatum, calamistratum, lucifugam, mollem, hominem non flocci, propter minimum munus olerum, escarum, et poscarum.* GE. *Quid est hoc? Audesne tu, sceleste, maledicere meo hero, fons sceleris et perjurii?* ST. *Adde unum verbum huic rei: per Herculem ego te con-*

41 Pll. Fris. et edd. vett. *suspiritium*; Ald. et Goeller. *suspiritum*; al. *suspensum*.—45 Pll. *istuc nec mihi responsis*.—48 Codd. Camerarii, *pentilli*, vel *pertilli doni*; unde Both. *putilli doni*.—50 *Hominem amas ... res est* Goeller.

NOTÆ

apud Græcos, ἄριστον· deinde ἐσπέρισμα· postremo δεῖπνον. Queritur Phronesium, militem aluisse puerum usque ad jentaculum duntaxat.

42 *Hariolus*] Hic accipitur pro furioso. Nam inter hariolandum, ut plurimum, evadebant furiosi; qualis describitur Cumæa Sibylla Virgilio.

49 *Umbraticolam*] 'Umbraticola' dicitur mollis et a fortitudine militari alienus, utpote qui in umbrosis locis degat, nec solem pulveremque, ut homines militares, ferre soleat.

Tympanotribam] 'Tympanotriba,' hic enervatus et effœminatus, quales erant Cybelæ sacerdotes manibus tympana pulsantes.

Digitized by Google

Adde istoc; jam hercle ego te hic hac offatim conficiam.
GE. tange [cabo: si tu
Modo! jam ego te hic agnum faciam, et medium distrun-
Ad legionem bellator clues, at ego in culina Ares.
PH. Si æquom facias, adventores meos non incuses: quo-
rum mihi 55
Dona accepta et grata habeo; tuaque ingrata, quæ abs te
accepi.
ST. Tunc pol ego et donis privatus sum, et perii! GE.
plane istuc est.
Quid nunc ergo hic odiose es, confessus omnibus reus?
ST. Perii hercle hodie, nisi hunc a te abigo! GE. accede
huc modo!
Adi huc modo! ST. etiam, scelus viri, minitare? quem
ego 60
Offatim jam, jam, jam concipilabo: qui tibi huc ventio
est?
Quid tibi hanc aditio est? quid tibi hanc notio est, inquam,
Amicam meam? emoriere ocyus, si manu niceris.

cidam hac machæra frustatim. GE. *Attinge modo! ego te reddam nunc hic agnum; te secabo medium. Si tu celebreris strenuus in armis, at ego sum Mars in culina.* PH. *Si facias æquum, non sis molestus iis qui veniunt ad me, quorum habeo munera grata et jucunda; et ea quæ accepi a te ingrata.* ST. *Per Pollucem, ego sum spoliatus nunc muneribus, et interii.* GE. *Id est apertum: quare igitur es molestus huic, qui confiteris te esse reum?* ST. *Per Herculem interii hodie, nisi arceo hunc a te.* GE. *Accede huc jam; accede huc.* ST. *Minitaris adhuc, sceleste vir? quem ego jam, jam, jam compilabo. Quare venis huc? Quare adis huc? Quare tu novisti hanc meam amicam? Peribis statim, si moveris manum.*

—52 B. 1. *te hic affatim efficiam;* Pll. *affatim offutiam;* al. et edd. vett. *officiam.* Voc. *conficiam* debetur Lipsio.—54 Edd. vett. *cluo;* Pll. et al. *civis, at ego in culina aves;* Vat. *ave at ego.* Pro *ares,* al. habent *cive.*—55 Pro *adventores,* al. legunt *advectores;* Pll. *adventores meos incuses.* Palmer. et Goeller. *incurses.*—58 Pll. *huic odio es.* B. 1. *omnibus te iis;* Pll. ap. Grut. *omnibus teus;* ed. Paris. *omnibus te diis.* Meursius citat, *huic odio es * * busteus.*—61 *Affatim* B. 1. C. 2. et edd. vett. *compilabo q. t. huc* B. 1.—63 B. 1. C. C. 2. et edd. vett. pleræque, *si m. viceris;* Scal. *si viam imbiteris.*—

NOTÆ

54 *Ares*] Mars, Græce.

55 *Adventores*] In cauponis et diversoriis hospites.

61 *Offatim*] Id est, minutatim.

Concipilabo] Festus: '*Concipilasti*, dictum a Nævio, pro, corripuisti et involasti: proprie *compilasti.*'

63 *Manu niceris*] 'Nicere,' a quo deductum est 'nictare,' significat, oculo innuere.

Digitized by Google

GE. Quid, manu nicerim? ST. fac quod jussi: mane! jam ego te hic
Offatim conficiam. GE. occidi! optumum est: captio est: istam
Machæram longiorem habes, quam hæc est: sed verum
Sine dum petere, siquidem belligerandum est tecum.
Ibo domum: ego tecum, bellator, arbitrum æquom ceperim.
Sed ego cesso me hinc amoliri, ventre dum salvo licet?

GE. Quid? moverim manum? ST. Age id quod imperavi. Mane; ego te conficiam modo hic in frusta. GE. Interii! est optimum: sum captus: habes illam machæram longiorem, quam hæc est; sed eam quæsitum veru, si dimicem tecum. Ibo domum: ego eligam arbitrum inter me et te justum, bellator. Sed ego cunctor memet provipere hinc, dum licet ventre incolumi?

64 *Quid viam imbiterim* Scal. *vicerim* B. 1.—65 *Affatim* B. 1. *optimumst occedi* Goeller. *occidit optumumst* Pll.—66 Palmer. *sed veru*; Goeller. *verum sed.* —67 *Me sine dum* Goeller.—69 B. 1. *hinc amovere ventrem.*

ACTUS SECUNDI SCENA OCTAVA.

PHRONESIUM, STRATOPHANES.

PH. DATIN' soleas? atque me intro actutum ducite:
Nam mihi de vento miseræ condoluit caput.
ST. Quid mihi futurum est, cui duæ ancillæ dolent,
Quibus te donavi? jamne abiisti? hem, sic datur!
Quo pacto excludis? quæso potin' planius,
Quam exclusus nunc sum? pulchre ludificor: sine!
Quantillo mihi opere nunc persuaderi potest,
Ut ego suffringam hisce talos totis ædibus!
Num quidpiam avarum mutat mores mulierum?

PH. *Afferte calceos, et me inducite quamprimum in ædes: nam caput mihi dolet magnopere a vento.* ST. *Quid faciam ego, qui doleo, quod tibi dederim duas ancillas? Jamne abivisti? Hem, sic tibi datur! Quomodo excludis? obsecro, potestne quisquam excludi planius quam sum nunc exclusus? Mihi illuditur egregie. Patere! quam facile mihi potest persuaderi nunc, ut ego elidam talos his totis ædibus! Estne aliquid quod accedat ad avaritiam mulierum?*

1 *Di te jam soleas* B. 1. *Date jam soleas* edd. antiq. *Date soleas* aliæ vett. —2 B. 1. *de veto.*—4 Pl. ap. Both. et Goeller. *abisti.*—5 Pll. *excludis quam eso potius planius;* edd. Mediol. Parm. et Sarrac. *excludis quæso esoptius;* edd. Paris. et Argent. *excludis quæso ex hospitio planius.*—7 *Quantillo opere,* omisso *mihi,* B. 1.—9 *Num quicquam aliarum mutat* Goeller. *avarum ut ad mo-*

Digitized by Google

Postquam filiolum peperit, animos sustulit:
Nunc, quasi mihi dicat, Nec te jubeo, nec veto
Introire in ædis: at ego nolo, non eo.
Ego faxo dicat me in diebus pauculis,
Crudum virum esse: sequere me hac: verbum sat est.

Postquam edidit puerum in lucem, evasit ferox: nunc agit sic mecum, quasi mihi dicat, Nec tibi impero ingredi in ædes, nec prohibeo: at ego nolo, non eo. Ego dabo operam ut dicat intra paucos dies me esse virum crudelem. Sequere me hac! est satis verborum.

res Vatt. Pll. B. 1. Bipont. et edd. vett. *ut at mores* C.—11 Pro *nec veto*, B. 1. Pll. et edd. vett. exhibent *neque volo*; Goeller. conj. *neque voto.*

NOTÆ

14 *Crudum virum*] Impotentem, iracundum, inhumanum.

ACTUS TERTII SCENA PRIMA.

STRABAX, ASTAPHIUM.

St. Rus mane dudum hinc ire me jussit pater,
Ut bubus glandem prandio depromerem.
Post, illoc veni, quam advenit (si Dis placet)
Ad villam argentum meo qui debebat patri,
Qui ovis Tarentinas erat mercatus de patre.
Quærit patrem: dico esse in urbe: interrogo,
Quid eum velit: homo cruminam sibi de collo detrahit;
Minas viginti mihi dat: accipio lubens.

St. *Pater mihi mandavit ut proficiscerer rus, primo mane, ut apponerem glandem bobus ad prandium. Veni illuc, postquam advenit (si Diis placet) ille qui debebat pecuniam meo patri, qui emerat a meo patre oves Tarentinas. Petit patrem. Dico eum esse in urbe. Peto quid cupiat eum. Homo tollit crumenam de suo collo; mihi numerat viginti minas. Accipio ultro. Repono in crumenam.*

2 *Ut subus* edd. quædam vett.—3 Verba, *quam advenit*, desunt in B. 1. *sic Dis placet* Goeller.—4 *Ad bullam* B. 1.—5 *Qui frumentum ferat mercatus* B. 1.

NOTÆ

5 *Ovis Tarentinas*] Oves et lanas Tarentinas laudavit antiquitas.

7 *De collo detrahit*] Olim crumenam de collo pendentem gerebant. 'Decollare spem,' id est, eripere spem.

Digitized by Google

Condo in crumenam: ille abiit: ego perperas, minas
Oves in crumena hac in urbem detuli.
Fuit edepol Mars meo periratus patri:
Nam oves illius haud longe absunt a lupis.
Nunc ego istos mundulos urbanos amasios
Hoc ictu exponam, atque omnes ejiciam foras.
Eradicare est certum cumprimis patrem,
Post id locorum matrem: nunc hodie efferam
Ad hanc argentum, quam mage amo quam matrem meam.
Tat! ecquis est? nulla est? ecquis aperit hoc ostium?
As. Quid istuc alienum est, amabo, mi Strabax,
Qui non extemplo intres? anne opportuit
Ita, te quidem qui es familiaris? St. ibitur;
Ne me morari censeas. As. lepide facis.

Ille proficiscitur: ego fero oves errantes in urbem in hac crumena. Per ædem Pollucis, Mars fuit iratissimus meo patri: nam illius oves non distant longe a lupis. Nunc ego sternam hoc ictu illos nitidulos urbanos amasios, et extrudam omnes foras. Inprimis est deliberatum perdere patrem, postea matrem. Efferam hodie pecuniam ad illam, quam amo magis quam meam matrem. Tat! ecquis est intus? Estne nulla? Ecquis reserat hanc januam? As. *Quid est id, obsecro? esne alienus, mi Strabax, qui non ingrederis statim? Nonne oportuit* te intrare, *qui es familiaris?* St. *Ibimus; ne putes me tardare.* As. *Agis festive.*

—6 Idem codex, *urbe: intelligo.*—9 C. 2. *ego per peraminas;* Ven. 1. Mediol. Sarracen. *ego perpere;* B. 1. Ald. Junt. al. vett. *ego propere.* Mox, verba, *minas Oves in c. hac,* desunt in B. 1.—13 C. 1. *urbanos amapsos;* C. 2. *urbanos amas* [lacuna].—14 *Ocius exponam* B. 1.—15 Idem codex, *certum inprimis.*—16 Acidal. *hodie feram.*—19 *Quid istuc? es alienusne* Palmer. et Goeller.—20 Pro *intres,* Pll. Camer. habent *ires;* Pl. ap. Both. *ite si.*

NOTÆ

9 *Perperas*] Id est, inutiles.
Minas] Ventre glabro.
14 *Hoc ictu exponam*] 'Exponere ictu,' loco movere, de gradu dejicere, sternere.

ACTUS TERTII SCENA SECUNDA.

STRATILAX, ASTAPHIUM.

St. Mirum videtur, ruri herilem filium
Strabacem non rediisse, nisi si clanculum
Collapsus est hic in corruptelam suam.

St. *Miror si Strabax filius heri non est reversus ruri, nisi incidat clanculum in*

Digitized by Google

As. Jam pol illic me inclamabit, si aspexerit.
St. Nimio minus sævus jam sum, Astaphium, quam fui :
Jam non sum truculentus : noli metuere.
Quid vis ? As. quid ? tuam expecto truculentiam.
St. Dic ; impera mihi, quid vis, et quovis modo.
Novos omnes mores habeo, veteres perdidi.
Vel amare possum, vel jam scortum ducere.
As. Lepide mecastor nuntias : sed dic mihi,
Habent ? St. parasitum te fortasse dicere.
As. Intellexisti lepide, quid ego dicerem.
St. Heus tu ! jam, postquam in urbem crebro commoveo,
Dicax sum factus : jam sum cavillator probus.
As. Quid id est, amabo ? istæcce ridicularia
Cavillationes vis fortasse dicere ?
St. Ita, ut pauxillum differat a cavillulis. [hoc tibi :
As. Sequere intro me, amabo, mea voluptas. St. tene
Rabonem habeto, mecum ut hanc noctem sies.

eam quæ eum corrumpit. As. *Per Pollucem, si ille me videat, me vocabit.* St. *Sum jam multo minus crudelis quam fui, o Astaphium : non sum nunc truculentus : ne time. Quid vis ?* As. *Quid ? Expecto tuam truculentiam.* St. *Dic, manda mihi id quod optaris, et quavis ratione : sum moribus omnino novis ; deposui antiquos. Possum nunc amare vel ductare meretricem.* As. *Per ædem Castoris, mones commode. Sed dic mihi, habent ?* St. *Forsitan tu intelligis parasitum.* As. *Capis scite quid dicam.* St. *Heus tu ! ex quo versor frequentius in urbe, sum factus scurra. Sum strenuus cavillator.* As. *Quid est id, obsecro ? Vis, ut puto, appellare hæc dicta per jocum cavillationes ?* St. *Etiam ; ut dicta festiva differant parum a cavillis.* As. *Sequere me intro, obsecro, mea voluptas.* St. *Accipe id : habeto rabonem, ut sis mecum hac nocte.* As. *Perii : rabonem ? Quæ est ista*

2 Pl. ap. Both. et Goeller. *redisse.* Mox, *nisi clanculum* B. 1.—6 Acidal. *Tam non .... metuvere ;* qui hunc et sequentem vs. transponit.—7 Pll. *tuam exspector osculentiam ;* edd. vett. *truculentum.*—8 Pll. *incipera.* Mox, *quid tibi et* B. 1.—12 *Haben'* Lips. et Goeller. *Ain' parasitum t. f. ducere* conj. Meurs. *An et parasitum t. f. ducere* edd. vett.—14 Pro *commoveo,* C. 2. habet *commobeo ;* B. 1. et edd. vett. *convenio ;* Camer. et Goeller. *commeo.*—15 Verba, *Dicax sum,* et *jam,* desunt in B. 1. *Hic axsum factum* C. et edd. vett. *Hic axum factum* C. 2. *sum villator* conj. Muret.—17 *Cavillatores* Sciopp. *vis, opinor dicere* Pll. et Goeller.—18 B. 1. et C. *differt ;* Goeller. *differant a cavillibus ;* Pll. et edd. vett. Meurs. *differt a cavillibus.*—20 B. 1. *ut mecum hac nocte ;*

NOTÆ

6 *Truculentus*] A 'trux,' sævus, asper, rusticus.
15 *Cavillator*] Id est, vitilitigator, qui, cavendo ab aliis scrupulosius, meretur ut alii caveant ab eo.

Digitized by Google

As. Perii! rabonem? quam esse dicam hanc belluam?
Quin tu arrhabonem dicis? St. ar facio lucri:
Ut Prænestinis conia est ciconia.
As. Sequere, obsecro. St. Strabacem hic opperiar modo,
Si ruri veniat. As. is quidem apud nos est hic Strabax: 25
Modo rure venit. St. priusne, quam ad matrem suam?
Heu edepol hominem nihili! As. anne autem, ut soles?
St. Immo nihil dico. As. i intro, amabo: cedo manum.
St. Tene: in tabernam ducor devorsoriam,
Ubi male accipiar mea mihi pecunia. 30

bellua quæ vocatur rabo? Quare non dicis tu arrhabonem? St. *Lucror ar: quemadmodum ciconia appellatur conia apud Prænestinos.* As. *Sequere me, amabo.* St. *Expectabo jam Strabacem, si revertatur ruri.* As. *Hic Strabax est hic apud nos: reversus est mox rure.* St. *Ivitne prius ad vos, quam ad suam matrem? Heu per ædem Pollucis virum nihili faciendum!* As. *Redisne ad solitam truculentiam?* St. *Immo nihil dico.* As. *Ingredere, amabo: porrige manum.* St. *Accipe; deducor in tabernam diversoriam, ubi invitabor male pro mea pecunia.*

C. *a nocte*; C. 2. *ac nocte*; edd. vett. *mecum ut hac nocte.*—22 Pll. *facto lucri.* —27 *Eu epepol ... jamne autem* Acidal. et Goeller.—28 *Jamne nihil* B. 1. Pll. Ven. 1. et edd. vett.—30 B. 1. *mea nunc pecunia.*

ACTUS QUARTI SCENA PRIMA.

DINARCHUS.

Neque gnatu'st, neque progignetur, neque potest reperirier,
Cui ego nunc dictum aut factum melius quam Veneri velim.
Dii magni! ut ego lætus sum, et lætitia differor! ita
Ad me magna nuntiavit Cyamus hodie gaudia:
Mea dona deamata acceptaque habita esse apud Phronesium. 5
Cum hoc jam volupe'st, tum hoc nimio magnæ melliniæ mihi:

Di. *Neque est natus, neque nascetur, neque potest inveniri, cui optarim esse melius, nunc, quam Veneri. Dii magni! quam ego gaudeo! quam sum refertus gaudio! adeo Cyamus mihi nuntiavit hodie magnam lætitiam, mea munera fuisse grata et jucunda Phronesio. Cumque hoc est jucundum, tum multo jucundissimum, quod*

4 Voc. *nuntiavit* deest in B. 1. Pro *Cyamus*, Meurs. et Goeller. legunt

Digitized by Google

Militis odiosa ingrataque habita: totus gaudeo.
Mea pila est: si repudiatur miles, mulier mecum perit.
Salvus sum, quia pereo: si non peream, plane inteream. 9
Nunc speculabor quid ibi agatur; quis eat intro, qui foras
Veniat: procul hinc observabo, meis quid fortunis fuat:
Quia nihil habeo, unum animos movit mihi; omnia agam
precario.

munera militis non fuerunt accepta, et odiosa. Efferor lætitia. Pila est mea: si miles excluditur, mulier perit mecum. Sum incolumis, quia pereo: si non peream, funditus inteream. Nunc observabo quid agatur ibi; quis introëat, qui veniat foras. Observabo hinc a longe, quid mihi eveniat. Una res mihi percellit mentem, quia nihil habeo: faciam omnia precario.

* * * * * * * * * * * *

Geta meus; edd. vett. *Chyamus.*—8 *Mea illa est* codd. et edd. vett. Lectio nostra debetur Palmerio. Mox, B. 1. et Taubm. *mecum erit;* Pll. *mecum prit.*—9 Edd. vett. *si non peream pane vicem qui foras;* al. vett. *plane esuriam;* codd. Camer. *si non peream, pane uriem;* vel, *pane urient;* Goeller. conj. *plane perbitam.*—10 B. 1. *qui eat.*—11 B. 1. Pll. et edd. vett. *miles quid facturus. τὸ miles* debetur Acidalio. At *fortunis* est in cod. Camer. Pro *fuat,* B. 1. habet *siet.*—12 B. 1. *unus animus monuit: omnia, &c.* C. *animos mori mihi omnia;* C. 2. *animos movi mihi omnia;* Pl. ap. Both. *animos moni mihi omnia;* codd. Lamb. et Goeller. *unum animus monuit me;* edd. vett. *unum animus monuit mihi.*

NOTÆ

6 *Melliniæ*] A 'mel,' 'mellinia,' id est, dulcedo qualis est mellia.

8 *Mea pila est*] Meum est ludere, meus est ordo, meæ vices.

12 *Precario*] Precibus.

ACTUS QUARTI SCENA SECUNDA.

ASTAPHIUM, DINARCHUS.

As. Lepide efficiam meum, hera, officium: vide intus modo ut tu tuum [inani.
Item efficias: ama, id quod decet, rem tuam: istum ex-
Nunc dum isti lubet, dum habet, tempus ei rei secundes:

As. *Sustinebo festive meas partes. Cura jam ut tu sustineas quoque tuas in ædibus. Stude tuis utilitatibus sicut convenit: spolia illum. Intereadum isti placet, dum est ei pecunia, impende tuum tempus huic negotio: explica tuam pulchritudi-*

* * * * * * * * * * * *

1 Pll. B. 1. et edd. vett. *mea hera;* alii codd. *mea ero.*—2 Pll. *estum exinani;* edd. vett. *estum ex inani;* Argent. *æstum exinani;* ed. Paris. *dum est tibi in manu.*—3 B. 1. et edd. vett. *ei obsecundes;* Pll. *ei rei secundas;* Acidal. *tempus ei*

NOTÆ

3 *Ei rei secundes*] Id est, tempus ei rei impendas.

Digitized by Google

Prome venustatem amanti tuam, ut gaudia compares.
Ego interim hic restitrix his præsidebo, iste dum sic faciat
Domum ad te exagogam: nec quenquam interim istoc ad vos,
Qui sit odio, intromittam: tu perge, ut lubet: ludin' istos?
Di. Qui est iste? eia, Astaphium, indica: qui perit? As. amabo, hiccine tu [nam nisi qui
Eras? Di. molestusne sum? As. nunc magis quam fuisti:
Nobis usu est, nobis molestus: sed, obsecro, da mi operam, ut
Narrem quæ volo. Di. nam quid est? num mea refert? As. non mu: sed
Intus, bolos quos dat! Di. quid? amator novus quispiam?
As. Integrum et plenum adorta est thesaurum. Di. quis est? As. eloquar.
Sed tu taceto: novisti tun' hunc Strabacem? Di. quid ni?
As. Solus summam habet hic apud nos: nunc is est fundus nobis.

nem amanti, ut crees voluptatem. Ego interea hic ero in præsidiis, donec comportet ad te dona quæ sunt in ædibus paternis: neque interea inducam ullum ad vos, qui vobis sit molestus. Tu prosequere ut voles: illudisne istos? Di. *Quis est ille? Eia! O Astaphium! qui occidit?* As. *Erasne tu hic, obsecro?* Di. *Sumne incommodus?* As. *Es magis nunc molestus quam fuisti. Nam nisi aliquid nobis est utile, est molestum: sed obsecro, ausculta mihi, ut exponam ea quæ expeto.* Di. *Quidnam est? Num mea interest?* As. *Ne mu quidem; sed ille, qui est in ædibus, quas jacturas facit nummorum?* Di. *Quid? Estne aliquis novus amator?* As. *Est nacta thesaurum integrum et refertum.* Di. *Quis est?* As. *Aperiam. Sed sile tu. Novistine tu hunc Strabacem.* Di. *Quidni?* As. *Hic solus tenet primas*

rei secundat; Gulielm. et Bipont. *ei rei obsecunda.*—4 Goeller. *ananti tuam.* Mox, *compereis* Pll.—5 *Ego interim hic rei triticeæ præsidebo* Scal. *restitritricis* C. *restitricis* B. 1. C. 2. Brix. et ed. Merulæ; Pl. ap. Both. *Ego interim hic restitricis præsidebo;* Goeller. *Ego hic interim restitrix præsidebo.*—7 Acidal. *tu perge, ut lubet, ludi istoc;* Douza et Goeller. *ludere istos.*—9 Pll. *nam si quid;* edd. vett. *nam nisi quis;* al. *nam nisi quid.*—10 *Nobis usus est* Pll. *Nobis usust* Goeller.—11 Pl. ap. Both. *quæ volom.* Mox, codd. et edd. vett. *non musset;* vel, *non mus sed;* vel, *novus sed;* B. 1. *non mea r. non musset.*—13 Lamb. *et p. adepta est.*—14 *Sed diu taceto* Pll. et edd. vett. *novistin tun*

NOTÆ

5 *Restitrix*] Id est, hic manebo, restabo.

6 *Exagogam*] Dum rem paternam domo ad te apportabit. Quasi dicas, exportatilem domum.

15 *Solus summam habet*] Id est, summam rerum, summam auctoritatis.

Digitized by Google

Animo bono male rem gerit. Di. perii hercle ego idem.
As. Stultus es, qui facta infecta facere verbis postules.
Thetis quoque etiam in lamentando lessum fecit filio.
Di. Non ego nunc intro ad vos mittar? As. qui dum quam miles magis?
Di. Quia enim plus dedi. As. plus enim es intromissus, cum dabas.
Sine vicissim, qui dant operam, ob id, quod dant, operis utier.
Literas didicisti: quando scis, sine alios discere.
Di. Discant, dum mihi argumentari liceat, ni oblitus siem,
Quod dedi. As. interea magister dum tu commentabere,
Volt interim illa itidem commentari. Di. quid? As. rem accipere identidem.
Di. Dedi equidem hodie ei quinque argenti deferri minas,
Præterea unam in opsonatum. As. idem istoc delatum scio. [mei
De eo nunc bene sumus tua virtute. Di. illine ut inimici
Bona istic edant? mortuum hercle me, quam ut id patiar, mavelim.
As. Mavelim mihi inimicos invidere, quam me inimicis meis.

apud nos. Is fundus est nunc noster. Perdit male bona æquo animo. Di. *Per Herculem ego ipse perii.* As. *Es amens, qui optes verbis reddere ex factis non facta. Thetis fecit quoque lessum in lugendo filio.* Di. *Non recipiar jam apud vos?* As. *Quare recipereris potius quam miles?* Di. *Quia plus dedi.* As. *Fuisti sæpius admissus, quando sæpius dabas. Patere vicissim eos, qui largiuntur, uti nostra opera ob id quod dant. Didicisti literas: quia scis, patere alios discere.* Di. *Discant, dummodo mihi liceat argumentari, nisi sim oblitus eorum quæ dedi.* As. *Interea dum tu commentaberis magister, interim illa vult quoque commentari.* Di. *Quid vult commentari?* As. *Vult commentari, quomodo accipiat pecuniam identidem.* Di. *Equidem dedi hodie quinque minas argenti, quæ ad eam deferrentur, præterea unam* minam *ad opsonandum.* As. *Scio esse delatum hoc idem: sumus nunc felices ex eo quod dedisti tua liberalitate.* Di. *Oportetne ut mei inimici liguriant bona hic? Malim mortem oppetere, quam id ferre.* As. *Malim inimi-*

Pl. ap. Both.—15 *Solus summa* C.—16 Voc. *rem* deest in Pl. ap. Both. et edd. vett. Mox, *ego quidem* Gulielm. et Goeller.—18 Pro *lessum*, Vatt. B. 1. Pll. et edd. vett. habent *lausus;* Mercer. et Goeller. *pausam.*—19 B. 1. *quid numquid miles.*—21 Mediol. al. vett. Both. et Goeller. *operam utier.*—23 B. 1. *mihi argentarii illic eam ne oblitus;* C. *argentarilliceam ni, &c.* C. 2. *argentari illic eam ni, &c.* Both. *argutari;* edd. vett. *commentari;* Acidal. *commentari l. ni, &c.*—24 *Qui dedit i. magis dum* B. *Quod didici* Acidal. et Goeller.—28 Pl. ap. Both. *virtutem ime ut inimem cimei;* C. *virtutem imeme;* B. 1. *immo et inimici.*

Digitized by Google

Nam invidere alii bene esse, tibi male esse, miseria est.
Qui invident, egent: illi, quibus invidetur, rem habent.
Stultus es. Di. quid est? As. opperire. Di. quid jam?
As. quia pol mavelim.
Di. Non licet de opsonii mna me participem fieri?
As. Si volebas participari, auferres dimidium domum:
Nam itidem hic ut Acheronti ratio accepti scribitur:
Intro accipimus: quando acceptum est, non potest ferri foras: [intro. As. ad te quidem.
Bene vale. Di. resiste. As. amitte, sine. Di. amitto
Di. Immo istoc ad vos. As. iri non potest. Di. nimium potest.
Experiri sine. As. immo opperire: vis est experirier.
Dicam adesse, ni occupata est. Di. resiste, hem! As. frustra es. Di. redin',
An non? As. redeam: sed vocat me, quæ in me plus potest, quam potes.

cos mihi invidere, quam me meis inimicis. Nam est miseria alteri si sit bene, et tibi sit male. Qui sunt invidi, inopes sunt: illi habent opes, quibus invidetur. Es amens. Di. *Quid est?* As. *Expecta.* Di. *Quare?* As. *Quia per Pollucem malim.* Di. *Non licet me fieri participem de mina quam dedi ad opsonandum?* As. *Si volebas esse particeps, auferres domum dimidium. Nam scribitur ratio accepti apud meretricem sic, ut apud Acherontem: accipimus intro: quando est acceptum, non potest efferri foras. Bene vale.* Di. *Mane, quæso.* As. *Dimitte, linque.* Di. *Amitto intro.* As. *Ad te quidem.* Di. *Immo id ad vos.* As. *Immo non potest iri.* Di. *Nimis potest: patere me experiri.* As. *Expecta! vim afferres, si experireris. Nuntiam te adesse, nisi est impedita.* Di. *Mane, hem!* As. *Fit incassum.* Di. *Reverterisne, an non?* As. *Revertar; sed quæ habet plus imperii in me, me vocat.* Di. *Elo-*

Pro *mei*, Douza legit *mea*.—31 B. 1. *miserum est*.—34 C. *do opsoni me participem*; Pl. ap. Both. et B. 1. *de opsonii me participem*; edd. vett. *da obsonii me participem*; ed. Camerarii, *do obsoni me participem*; Goeller. *de obsoni parte me participem*.—36 *Nam idem ut Ageonti* C. *Nam idem ut acheronti hic* C. 2. *Nam item* Ritters.—38 Di. *siste*. As. *omitte me*. Di. *omitto intro* B. 1. *mittin' intro* Douz. *mitte intro* Goeller.—39 *Immo istoc ad vos*. As. *Ad nos iri* Goeller. *irem* Pl. ap. Both. *potest*. Di. *immo potest* B. 1. *nimium pati* Pll.—40 *Experiar sine* Palmer. Mox, B. 1. *vis est experiri*; Pll. *vis est experite*; al. *jus est*.—41 B. 1. *nisi occupatast . . . siste hem frustra fit*; C. *ubi occupatast resistat ex exfrustra sit: redin*; C. 2. *ubi occupatast resistat et frustra sit: redin*; Grut. *resta*. As. *ei, ei frustra, &c.*—42 *An non redin si vocat* Pll. *plus, quam tu, po-*

NOTÆ

36 *Ut Acheronti*] Id est, ut Orcus nunquam quicquam eorum, quæ accipit, rescribit, id est, renumerat, seu reddit; sic neque meretrix.

Digitized by Google

Di. Uno verbo eloquar: Mittin' me intro? As. mendax es, abi.
Unum aiebas, sed tria dixti verba, atque mendacia.
Di. Abiit: intro hinc ivit: ego ut hæc mihi patiar fieri? 45
Jam hercle ego tibi, illecebra, ludos faciam clamore in via:
Quæ advorsum legem accepisti a plurimis pecuniam.
Jam hercle apud omnes magistratus faxo erit nomen tuum:
Post id ego te manum injiciam quadrupli, venefica,
Suppostrix puerum: ego edepol jam tua probra aperibo omnia. 50
Nihili me! perdidi omne quod fuit: fio impudens,
Nec mihi adest tantillum pensi jam, quos capiam calceos.
Sed quid ego hic clamo? quid si me jubeat intromittier?
Conceptis, me non facturum, verbis jurem, si velit.
Nugæ sunt! Si stimulos pugnis cædis, manibus plus dolet. 55
De nihilo illi est irasci, quæ te non flocci facit.
Sed quid hoc est? pro Di immortales! Calliclem video senem,

quar uno verbo: mene mittis intro? As. *Abi, es mendax: dicebas unum verbum, dixisti jam tria verba, et mendacia.* Di. *Abiit: hinc ingressa est. Ut ego ferum mihi fieri hæc? Per Herculem, ego te exponam ludibrio omnium in via, clamore, o illecebra; quæ accepisti pecuniam a multis contra legem. Per Herculem efficiam ut tuum nomen sit nunc apud omnes judices. Postea ego injiciam in te manum quadrupli* ream, *venefica! suppostrix puerorum! Per ædem Pollucis, ego jam detegam universa tua flagitia. O me hominem nihili* faciendum! *amisi omnes fortunas. Perdidi pudorem, neque jam curo quos calceos accipiam. Sed quid ego hic vociferor? Quid si imperet me admitti? Jurabo verbis conceptis, me non ingressurum: sunt nugæ: si incutis pugnos stimulis, dolent plus manus: frustra irasceris illi, quæ te non facit flocci. Sed quid est hoc? Pro Dii immortales! conspicor senem Calliclem, qui fuit meus affinis, ducere duas ancil-*

****

test Goeller.—43 *Uno verbo eloquere* Pll. *Eloquar uno verbo* Goeller.—44 *Unum aiebat sterilia dixti verba* B. 1. *Unum aiebas stridia dixti* cod. Meurs. *sterilia jam dixti verba* Sambuc. *Unum alebat, stridia dixit* Pll. *stria jam dixi* C. 2. a m. pr. *Unum aiebas: tria jam dixti verba, atque ea* Goeller.—45 C. *intro incluit;* C. 2. *intro induit;* Pareus et Goeller. *intro hinc irruit.*—47 Goeller. *legem advorsum.*—49 *Postidea* Acidal. *In te ego* edd. vett. *quadrupus* codd. et edd. vett. *quadrupes* al. vett.—50 Gronov. *tua proba.*—51 *Nihil me* edd. vett. *Nil mihi jam* Both.—52 Pll. *adest ad illum pensi;* Goeller. *Neque adeost, &c.*—

NOTÆ

46 *Ludos faciam clamore*] Id est, pipalo te differam ante ædes.

52 *Quos capiam calceos*] Inconcinnitas hominis, et rusticitas in calceis deprehenditur.

Digitized by Google

Meus qui affinis fuit, ancillas duas constrictas ducere,
Alteram tonstricem hujus, alteram ancillam suam.
Pertimui, postquam una cura cor meum movit modo.
Timeo, ne malefacta antiqua mea sint inventa omnia.

las vinctas, alteram hujus tonstricem, alteram suam ancillam. Pertimui, quia una solicitudo occupavit meum cor. Timeo ne omnia mea antiqua peccata me jam circumstent.

56 *Ne nihilo nihil est* codd. edd. vett. et Goeller.—58 Voc. *fuit* deest in codd. extat tamen in Ven. 1. et reliquis vett.—59. 60 Hi vss. transpositi sunt in B. 1. *plus quam una* Palmer. et Goeller.—61 Pll. *ne m. a. mea sine invenia omnia*; C. 2. et edd. vett. *ne me malefacta a. m. sine inventam omnia*; Paris. et Argent. *nec mea malefacta a. nunc senex inveniat omnia*; B. 1. *sine inveniam omnia.*

ACTUS QUARTI SCENA TERTIA.

CALLICLES, ANCILLÆ, DINARCHUS.

CA. EGONE tibi male dicam, aut tibi adeo male velim? ut animus meu'st, [lusque homo.
Propemodum expertæ estis, quam ego sim mitis tranquil-
Rogitavi ego vos verberantes et pendentes simul:
Commemini, quo quicque pacto sitis confessæ: scio.
Hic nunc volo scire eodem pacto, sine malo fateamini.
Quanquam vos colubrino ingenio ambæ estis; edico prius,
Ne duplices habeatis linguas; ne ego bilingues vos necem:
Nisi si ad tintinnaculos vos voltis educi viros.

CA. *Egone te conviciis appetam, aut tibi adeo exoptem male? ut quidem existimo, periculum fecisti, quam ego sim lenis et mansuetus. Ego vos interrogavi pendentes una sub verberibus: recordor qua ratione sitis confessæ omnia: scio. Nunc exopto scire eadem ratione utrum confiteamini sine supplicio. Quanquam estis ambæ mente serpentina; moneo prius, ne sit vobis duplex lingua; ne ego vos jugulem bilingues: nisi vultis deduci jam ad lorarios.* AN. *Vir coëgit confi-*

1 B. 1. *aut tibi malevelim ut animo meost*; pronomen *tibi* delet Goeller.—2 B. 1. *sim tranquillus usque modo.*—3 B. 1. Pll. et edd. vett. *verberantes has* (C. *bas*) *pendentes*; Goeller. *verberones, ambas pendentis.*—8 *Nisi ad* B. 1. Mox,

NOTÆ

3 *Vos verberantes*] Id est, vapulantes; activum pro passivo.

6 *Colubrino ingenio*] Id est, serpentino et doloso.

8 *Tintinnaculos*] Sunt tortores, seu lorarii, qui loris bubulis sontes cædunt, ficto vocabulo a sonitu quem verbera efficiunt.

Digitized by Google

AN. Vis subegit verum fateri, ita lora lædunt brachia.
CA. At, si verum mihi eritis fassæ, vinclis exsolvemini.
DI. Etiam nunc, quid sit negotii, falsus incertusque sum;
Nisi quia timeo tamen. AN. ego nec, quid peccavi, scio.
CA. Omnium primum diversæ state: hem sic! istuc volo.
Neve inter vos significetis, ego ero paries: loquere tu.
AN. Quid loquar? CA. quid puero factum est, mea quem peperit filia,
Meo nepoti? capita rerum mihi expedite. AN. istæ dedi.
CA. Jam tace: accepistin' puerum tu ab hac? AN. accepi.
CA. tace:
Nihil moror præterea: satis est fassa. AN. inficias non eo.
CA. Jam livorem tute scapulis istoc concinnas tuis.
Conveniunt adhuc utriusque verba. DI. væ misero mihi!
Mea nunc facinora aperiuntur, clam quæ speravi fore.
CA. Loquere tu: qui dare te huic puerum jussit? AN. hera major mea. [me minor,
CA. Quid tu? cur eum accepisti? AN. hera mea rogavit
Puer ut afferretur, eaque ut celarentur omnia.
CA. Loquere tu: quid eo fecisti puero? AN. ad meam heram detuli.
CA. Quid eo puero tua hera fecit? AN. heræ meæ extemplo dedit.

teri verum, adeo lora premunt lacertos. CA. *Sed, si confiteamini verum, liberabimini vinculis.* DI. *Sum etiamnum inscius, quid sit rei nunc: nisi quia metuo.* AN. *Ego nescio quid sceleris admisi.* CA. *Primum omnium state sejunctæ: hem ita! volo ita vos dividi: et ne vobis signis aliquid innuatis, ego stabo sicut murus inter vos. Dic tu.* AN. *Quid dicam?* CA. *Quid actum est de puero quem mea filia peperit, meo nepoti? Dicite mihi rem paucis verbis.* AN. *Dedi isti.* CA. *Sile jam. Accepistine tu puerum ab hac?* AN. *Accepi.* CA. *Sile! Nihil inquiro præter id: est satis fassa.* AN. *Non nego.* CA. *Tu arcessis nunc, hoc responso, vibices tuis humeris. Verba utriusque consentiunt hucusque.* DI. *Væ mihi infelici! Mea flagitia deteguntur nunc, quæ speravi fore occulta.* CA. *Loquere tu: qui mandavit dare huic puerum?* AN. *Mea major hera.* CA. *Quid tu? Quare eum accepisti?* AN. *Minor hera me rogavit ut afferretur, et ut ea omnia occultarentur.* CA. *Loquere tu: quid fecisti de eo puero?* AN. *Detuli ad meam heram.* CA. *Quid tua hera fecit de eo puero?* AN. *Dedit statim meæ heræ.*

Idem codex, *voltis vos.*—10 Pll. ap. Grut. *vincis exsolve mihi*; B. 1. *juncis exsolve mihi*; Ven. 1. et edd. vett. *vincis exsolve.* CA. *mihi*; Argent. et Sarrac. *vinctas.*—15 Pro *factum est*, codd. Camer. habent *datumst*; C. ap. Pareum, *datum sit*; C. 2. *datum est*; codd. ap. Grut. *dactum est*; edd. vett. *actumst.*—16 Pronomen *mihi* deest in B. 1.—17 Idem codex, pro *accepi*, habet *accepit.*—19 *Jam luorem* C.—23 Pl. ap. Both. *eram ero uil minor.*—25 B. 1. *ad mea.*—

Digitized by Google

CA. Cui, malum, heræ? AN. duæ sunt istæ. CA. cave tu, nisi quod te rogo, nisi
Ea quæ exquiro. AN. mater filiæ dono dedit, inquam.
CA. Plus quam dudum, inquam, loquere. AN. plus tu rogitas. CA. responde ocyus.
Quid illa, cui donatus est? AN. supposivit. CA. cui? AN. sibi
Pro filiolo. CA. pro filiolo? Di, obsecro vostram fidem!
Ut facilius alia, quam illa unde est, puerum alienum parit!
Hæc labore alieno puerum peperit sine doloribus.
Puer quidem beatus! matres duas habet, et avias duas:
Jam metuo, patres quot fuerint: vide sis facinus muliebre!
AN. Magis pol hæc malitia pertinet ad viros, quam ad mulieres. [istuc scio.
Vir illam, non mulier prægnantem fecit. CA. et idem ego
Tu bona ei custos fuisti. AN. plus potest, qui plus valet.
Vir erat, plus valebat, vicit: quod petebat, abstulit.
CA. Et tibi quidem hercle idem attulit magnum malum.
AN. De istoc ipsa, etsi tu taceas, reapse experta intellego.
CA. Nunquam te facere hodie quivi, ut, is quis esset, diceres. [indicem.
AN. Tacui: at nunc non taceo; quando adest, necesse est

CA. *Cui heræ? malum!* AN. *Sunt duæ istæ.* CA. *Vide tu ne respondes, nisi de iis quæ te rogo, nisi de iis quæ a te exquiro.* AN. *Mater dedit dono suæ filiæ.* CA. *Loqueris plus quam es locuta hactenus.* AN. *Tu rogas plura.* CA. *Responde velociter: quid illa, cui est traditus?* AN. *Supposuit.* CA. *Cui?* AN. *Sibi pro filio.* CA. *Pro filio? Dii, obsecro vestram fidem! Quam alia mulier parit facilius puerum alienum quam illa cujus est puer? Hæc peperit puerum sine doloribus alieno labore: puer sane beatus! habet duas matres, et duas avias: jam metuo ne fuerint plures patres. Vide si vis scelus mulieris!* AN. *Per Pollucem, hæc malitia pertinet magis ad viros, quam ad mulieres. Vir fecit illam prægnantem, non mulier.* CA. *Ego scio idem istuc. Tu eam bene custodisti.* AN. *Qui est robustior, plus potest. Erat vir, plus valebat viribus, vicit; abstulit quod volebat.* CA. *Et tibi, per Herculem, attulit ingens malum.* AN. *Et si tu sileas, intelligerem satis experientia.* CA. *Non potui hodie te adducere ut diceres quis esset.* AN. *Tacui: sed non sileo nunc; est necesse ut indicem, quandoquidem adest.* DI. *Sum la-*

---

26 *Quid de puero* B. 1. *Cui te puero* Pl. ap. Both.—27 Pl. Bothii, *catu nisi quod te rogo nisi Ea te exquiro.*—28 Goeller. *mater inquam filiæ dono dedit.*—29 Idem delet voc. *inquam.* Pl. ap. Both. habet *inqua.*—31 *Pro filiolo toni pro filiolo* Pll.—32 C. *puerum ut num parit;* edd. vett. et Both. *puerum natum parit.*—39 C. *quod petebat adstuni;* C. 2. et Ven. 1. *quod petebat adest uni.* Camer. primus edidit *abstulit.*—42 Pll. ap. Pareum, *ut quis is, quis esset.*—43 Verbum

Digitized by Google

Di. Lapideus sum, commovere me miser non audeo.
Res palam omnis est: meo illic nunc fiunt capiti comitia:
Meum illuc facinus, mea stultitia est: timeo, quam mox nominer.
Ca. Loquere, filiam meam quis integram stupraverit?
An. Video ego te, propter mala facta qui es patronus parieti. [faciam, scio.
Di. Neque vivus neque mortuus sum: neque, quid nunc
Neque ut hinc abeam, neque ut hunc adeam, scio: timore torpeo.
Ca. Dicin', an non? An. Dinarchus: cui illam prius despoponderas. [per tua obsecro
Ca. Ubi is homo est, quem dicis? Di. assum, Callicles:
Genua, ut tu istuc insipienter factum sapienter feras,
Mihique ignoscas, quod animi impos vini vitio fecerim.
Ca. Non places: in mutum culpam confers, quod nequit loqui.
Nam vinum, si fabulari posset, se defenderet.
Non vinum hominibus moderari, sed vino homines solent,
Qui quidem probi sunt: verum, qui improbus est, sive subbibit,

pideus, non audeo miser me movere loco. Omnis res est detecta: nunc habetur consilium de mea vita. Perpetravi hoc facinus, est mea amentia: vereor ne nominer statim. Ca. *Dic, quis vitium attulit meæ filiæ virgini?* An. *Ego te video, qui es fulcrum parietis propter mala facta.* Di. *Neque sum vivus, neque mortuus: neque scio quid agam nunc. Neque quemadmodum abeam hinc, neque scio quemadmodum adeam: obstupeo præ metu.* Ca. *Loqueris, an taces?* An. *Dinarchus, cui illam desponderas antea.* Ca. *Ubi est is homo, quem nominas?* Di. *Adsum, Callicles! obsecro per tua genua, ut tu feras moderate illud facinus, quod perpetravi insipienter; et mihi condones id quod perpetravi vitio vini, inops animi.* Ca. *Non places. Derivas culpam in mutum, quod nequit loqui; nam vinum se defenderet, si posset loqui. Vinum non consuevit regere homines; sed homines, qui sunt probi, consueverunt moderari vino: sed qui est improbus, sive bibat, sive abstineat vino;*

---

est non legitur in Pll.—46 C. et edd. vett. *stulta est t. q. mox non miner;* C. 2. *stulta est t. q. mox non minetur.*—48 Acidal. *propter malefacta quojus patior onus parietis.* Palmer. *propter.* Ca. *mala qui est?* An. *patronus parieti.*—49 B. 1. *nec quid nunc.*—50 Pll. *abeam ut neque ad hunc.*—51 B. 1. *potius dixi sponderas.*—55 *Non placet* B. 1. Mox, idem codex, *confert . . . loqui non potest.*—56 Pl. ap. Both. *fabularem;* Goeller. *fabulare.*—57 Pll. B. 1. Ven. 1. et edd. vett. *Non vinum moderari, sed vim solent;* aliæ edd. *sed vino solent.* Pareus dicit, se ex codd. eruisse, *Nam vinum moderari, sed vim non solent.*—58 Pl. ap. Both. *verum qui jam probus est si quam sibibit;* Camer. *verum qui improbus est aquam si*

Digitized by Google

Sive adeo caret temeto, tamen ab ingenio est improbus.
Di. Scio equidem; quæ nolo, multa mihi audienda obnoxia.
Ego tibi me obnoxium esse fateor, culpæ compotem.
An. Callicles, vide, quæso, homini ne facias injuriam.
Reus solutus causam dicit: testes vinctos attines.
Ca. Solvite istas: agite, abite, tu domum, et tu autem domum:
Eloquere hæc heræ tuæ: puerum reddat, si quis eum petat.
Eamus, tu, in jus. Di. quid vis in jus me ire? tu es prætor mihi.
Verum te obsecro, ut tuam gnatam des mihi uxorem, Callicles.
Ca. Eundem pol te judicasse quidem istam rem intellego:
Nam haud mansisti, dum ego darem illam: tute sumsisti tibi.
Nunc habeas, ut nactus: verum hoc ego te mulctabo bolo:
Sex talenta magna a dote demam pro ista inscitia.
Di. Bene agis mecum. Ca. filium istinc tuum te meliu'st repetere.
Ceterum, uxorem, quam primum potest, abduce ex ædibus.

est tamen improbus animo. Di. *Scio equidem mihi audienda esse multa convicia, quibus me reddidi dignum. Ego fateor me tibi esse devinctum, et affinem culpæ.* An. *Callicles, vide, obsecro, ne facias injuriam homini. Reus defendit causam solutus, tenes testes constrictos.* Ca. *Solvite istas; agite, abite, tu domum, et tu quoque domum: eloquere hæc tuæ heræ: reddat puerum, si quis eum roget. Pergamus tu in jus.* Di. *Quare vis me ire in jus? Tu es meus judex. Sed te quæso, ut mihi des tuam filiam uxorem.* Ca. *Per Pollucem, animadverto quidem te judicasse eandem rem: nam non expectavisti donec illam darem: sed tu sumsisti tuo arbitrio: nunc habe illam, ut cepisti! Sed ego te mulctabo hac jactura: adimam sex magna talenta a dote, pro illa audacia.* Di. *Agis præclare mecum.* Ca. *Oportet te repetere istinc tuum filium. Ceterum adduc uxorem ex*

bibit; Pareus et Goeller. *verum, qui improbus, is quamvis bibit.*—59 *Sive adeo caret te me tu tamen ab ingenio timidus est improbus* Pl. ap. Both. *scatet temeto* Acidal.—60 Palmer. Bipont. et Goeller. *ob noxiam.*—61 B. 1. *culte compote me.*—63 Verba, *testes vinctos attines,* desunt in edd. vett. Lipsius primus supplevit e libris Vatt. qui sic ferebant, *dicit, tamestis victo satines;* vel, *tam estis victo sati ines;* Pll. *ta estis victo sati ines.*—65 Pll. ap. Both. *heræ tu.*—71 *Sex t. malanu detes dem an* Pl. ap. Both. *magna dotis* Goeller.—72 B. 1. *istinc tute melius est.*—73 C. *abdu ex ædibus;* C. 2. et edd. vett. pleræque, *abduci ex æ-*

NOTÆ

59 *Caret temeto*] Id est, vino.

Ego adeo jam illi remittam nuntium affini meo:
Dicam, ut aliam conditionem filio inveniat suo.
Di. At ego ab hac puerum reposcam, ne mox inficias eat.
Nihil est: nam ipsa hæc ultro, ut factum est, fecit omnem rem palam.
Sed nimium pol opportune ecce ab sese egreditur foras.
Næ ista stimulum longum habet, quæ usque illinc cor pungit meum!

ædibus, quam primum potueris. Ego adeo jam remittam modo nuntium ad meum illum affinem: dicam, ut inveniat suo filio aliam conditionem. Di. *Sed ego repetam puerum, ne neget modo. Fiet sine opera; nam hæc ipsa patefecit sponte omnem rem, ut est acta. Sed ecce prodit foras ab ædibus suis, per Pollucem, admodum opportune! Ista habet longum stimulum quo pungit meum cor, usque ab illo loco.*

dibus.—78 Edd. vett. *opportuna ecce ab se egreditur*; Bothe edidit, *opportune eapse eccam egreditur.*

ACTUS QUARTI SCENA QUARTA.

PHRONESIUM, DINARCHUS, ASTAPHIUM.

Ph. Blitea et lutea est meretrix, nisi quæ sapit in vino ad rem suam.
Si alia membra vino madeant, cor sit saltem sobrium.
Nam mihi dividia est, tonstricem meam sic mulcatam male:
Ea dixit, eum Dinarchi puerum inventum filium.
Di. Ubi id audivit, quam penes est mea omnis res et liberi?
Ph. Video eccum, qui manstutorem me adoptavit bonis.

Ph. *Meretrix est vilior fungo et cœno, nisi quæ curat suas utilitates, etiam quando potat. Si alia membra madeant vino, saltem ingenium debet esse siccum. Nam doleo meam tonstricem fuisse sic exceptam. Ea dixit eum puerum esse inventum filium Dinarchi.* Di. *Quando audivit id, penes quam opes et filius sunt?* Ph. *Conspicor eum, qui me adoptavit tutricem suorum bonorum.*

1 *Blitea est meretrix*, omissis *et lutea*, B. 1.—6 Pro *manstutorem*, quod ser-

NOTÆ

1 *Blitea*] Plinius: 'Blitum iners ulla: unde convicium fœminis apud videtur, ac sine sapore aut acrimonia Menandrum faciunt mariti.'

Digitized by Google

DI. Mulier, adsum: profectu'st. PH. quid agitur, voluptas mea? [ago.
DI. Non voluptas: aufer nugas: nihil ego nunc de istac re
PH. Scio mecastor quid velis, et quid postules, et quid petas.
Me videre vis, et me te amare postulas: puerum petis.
DI. Di immortales, ut planiloqua est! paucis ut rem ipsam attigit!
PH. Scio equidem sponsam tibi esse, et filium ex sponsa tua: [tuum:
Et tibi uxorem ducendam jam esse: alibi jam animum
Ut me quasi pro derelicta sis habiturus: sed tamen
Cogitato, mus pusillus quam sit sapiens bestia,
Ætatem qui uni cubili nunquam committit suam:
Quia, si unum ostium obsideatur, aliud perfugium gerit.
DI. Otium ubi erit, de istis rebus tum amplius tecum loquar. [quos sinas
Nunc puerum redde. PH. immo, amabo, ut hos dies ali-
Eum esse apud me. DI. minume. PH. jam, amabo. DI. quid opu'st? PH. e re mea est.
Triduum hoc saltem, dum aliquo miles circumducitur.

DI. *Adsum, mulier: profeci.* PH. *Quid fit, mea voluptas?* DI. *Non voluptas: omitte nugas. Ego nihil ago nunc de istis rebus amatoriis.* PH. *Per Castorem intelligo quid velis, quid postules, et quid roges. Libet me videre, et cupis ut te amem: rogas puerum.* DI. *Dii immortales! ut loquitur res palam! ut comprehendit paucis rem ipsam!* PH. *Equidem intelligo tibi esse sponsam, et filium e tua sponsa: et tibi ducendam jam esse uxorem: et tuum animum esse jam alibi: me a te deserendam. Attamen reputa, quam pusillus mus sit sapiens bestia, qui nunquam credit suam vitam uni cavo: quia si obstruatur unum ostium, aliud aperit perfugium.* DI. *Quando erit otium, tum fabulabor amplius tecum de istis negotiis. Restitue nunc puerum.* PH. *Immo obsecro ut patiaris eum esse apud me per dies aliquot.* DI. *Minime.* PH. *Jam obsecro.* DI. *Quid est opus?* PH. *Est e mea re. Saltem per hos dies tres, dum miles circumvenitur. Aliqua præda si mihi erit hoc dolo, partiar tecum. Si*

---

vant C. C. 2. B. 1. *suis tutorem* exhibent edd. vett. *meis tutorem* Acidal. et al. ap. Taubm. *adoptavis* B. 1.—7 *Mulier, ad te sum profectus* edd. vett. et Goeller. *Mulier assum.* PH. *profecto is est. Quid agitur?* Lips. *Mulier ad sum profectus est* Pll.—8 Goeller. *nihil nunc ego.*—9 Both. *quid vis, et q. postulas, et q. petis.* Pll. habent *vis;* et edd. vett. *postulas.*—10 Verbum *vis* delet Goeller. *et puerum* Acidal.—13 Codd. et edd. vett. *alibi jam animum tuum sine esse;* Goeller. *alibi jam esse animum tuum.*—16 B. 1. *quin oculi culum quam committit.*—17 *Quia vinum obsedeatur profugium gerit* idem codex; *perfugium querit* Pius; *Quasi unum obsideatur, aliunde perfugium* C. 2. *Quia si u. odium* C.—20 Pll. *opus jure mea;* edd. vett. DI. *minime: nam eo quid opus?* PH. *in re*

Digitized by Google

In eam rem, si quid habebo, tibi quoque etiam proderit.
Si auferes puerum, a milite omnis tum mihi spes animam efflaverit.
Di. Factum cupio: nam re facere, si velim, non est locus.
Nunc puero utere, et procura; quia, unde procures, habes.
Ph. Multum amabo te ob istam rem mecastor: ubi domi metues malum,
Fugito huc ad me: saltem amicus mihi esto manubiarius.
Di. Bene vale, Phronesium! Ph. jam me tuum oculum non vocas?
Di. Id quoque interim futatim nomen commemorabitur.
Ph. Numquid vi? Di. fac valeas: operæ ubi mihi erit, ad te venero.
Ph. Ille quidem hinc abiit, abscessit: dicere hic quidvis licet.
Verum est verbum, quod memoratur: ubi amici, ibidem
Propter hunc spes etiam se hodie * ri militem:
Quem ego, ecastor, mage amo quam me, dum id, quod cupio, inde aufero.

auferas puerum, tum omnis spes concidet. Di. *Volo fieri; nam non possum facere si velim. Nunc utere puero, et eum cura, quia est tibi quo cures.* Ph. *Per Castorem te amabo impensissime idcirco. Quando timebis malum domi, veni huc ad me. Esto mihi saltem amicus, in tuam rem.* Di. *Bene vale, Phronesium!* Ph. *Non me appellas jam tuum oculum?* Di. *Interim disputabitur quoque de isto nomine.* Ph. *Visne aliquid?* Di. *Fac valeas! Revertar ad te, quando mihi erit opus.* Ph. *Ille hinc profectus est, fugit: licet dicere hic quidquid voluero. Id quod dicitur est verum: quando sunt amici, tum est molestia. Propter hunc miles se vidit sæpe exclusum: quem ego etiam hodie amo, per ædem Castoris, magis quam me, dum aufero ab eo id quod exopto. Meretrices in eo ponunt suam*

---

mea triduum; Goeller. *in rem meam est.*—22 *In eam rem?* Ph. *in eam: si, &c.* Goeller.—25 Pll. *quando procures habes;* Arg. et Sarrac. *quando quod procures.* —27 Codd. et edd. vett. *manubinarius.*—29 Pro *futatim,* quod exhibent Pll. *furatim* legitur in codd. Lipsii et edd. vett. *fututim* Palmer. Mox, *commemoravi ter* edd. vett.—30 Pro *fac valeas,* Pll. et edd. vett. habent *facultas.*— 31 Particula *hinc* deest in B. 1.—32 C. 2. et edd. vett. *ubi amici ibidem;* Pl. ap. Both. et ed. Paris. *opes.*—33 B. 1. *hodie tantum militem;* Pll. *propter hunc spes etiam se hodie tantum rim militem;* edd. vett. ap. Meurs. *spes etiam se hodie tam interit in militem;* ed. Pii et Mediol. *tantum rim mili-*

NOTÆ

27 *Manubiarius*] Esto mihi saltem amicus; si non ex animo, at fructuosus; at manubiarum, et spoliorum collator.

29 *Futatim*] Profusim.

Digitized by Google

Quæ cum multum abstulimus, haud multum apparet, quod datum est;
Ita sunt gloriæ meretricum. As. aha, tace! Ph. quid est, obsecro? [is est modo.
As. Adest pueri. Ph. sine eum ipsum adire huc! sine, si
Sine eum ipsum adire, ut cupit, ad me hac recta: si venerit,
Næ istum, ecastor, hodie astutis confectum fallaciis.

gloriam, quod cum abstulerunt plurimum, quod datum est putatur nihil. As. *Aha, sile!* Ph. *Quid est, amabo?* As. *Adest pater pueri.* Ph. *Permitte hunc accedere huc, permitte, inquam, si est is: sine eum ipsum adire, ut exoptat, ad me hac recta. Si venerit, per Castorem iste est confectus dolis fallacibus.*

tem; Argent. *tantum vim;* Petitus et Goeller. *tactum re iri militem.*—38 C. 2. *Sine eum ipse adire ut cupit, ad me ad recta si tenent;* C. et B. 1. etiam, *ad recta si tenent;* edd. Pii et Mediol. *ad me hac recta sitenent;* Ald. *ut cupio, ad me hac recta si venerit.*—39 *Neistum* Pll. *hodie hastis* B. 1. C. et C. 2. *confexim fallaciis* Acidal. et Bipont.

ACTUS QUINTUS.

STRATOPHANES, ASTAPHIUM, PHRONESIUM, STRABAX.

St. Eo mihi amare! fero supplicium damnis ad amicam meam. [insuper.
Utut illud acceptum sit, prius quod perdidi, hoc addam
Sed quid? video heram atque ancillam ante ædis: adeunda est hæc mihi. [sævis. Ph. sic sine.
Quid hic vos agitis? Ph. ne me appella. St. nimium

St. *Pergo ad amicam! defero munus ad eam placandam, jactura. Quoquo modo id jucundum fuerit quod amisi antea, adjiciam id præterea. Sed quid? Video heram et ancillam ante ostium; oportet ut hanc conveniam. Quid facitis vos hic?* Ph. *Ne me appella.* St. *Es sævior.* Ph. *Sine me sic* sævire, *ne mihi sis molestus.*

1 Lips. e cod. Roveriano legit, *Eu mihi, amare! fero supplicium jam bis ad amicam meam:* Meurs. *Eo mihi amore fero, &c.* Goeller. e conjectura, *Meo mihi amore . . . jam bis ad, &c.* B. 1. *damus ad.*—2 *Ut illud* codd. et edd. vett.

NOTÆ

1 *Supplicium*] 'Snpplicium' dicitur a supplex; quasi dicas id quod offers munus, ut tibi propitium facias aliquem.

Digitized by Google

Potin' es ut mihi molestus ne sies? ST. quid, Astaphilitium, est?
As. Merito ecastor tibi succenset. PH. egon'? atque isti etiam parum
Male volo. ST. ego, mea voluptas, si quid peccavi prius,
Supplicium ad te hanc minam fero auri: si mihi rides, espice. [credere.
PH. Manus vetat, priusquam penes sese habeat, quicquam
Puero opu'st cibum, opus est matri autem, quæ puerum lavit,
Opus nutrici autem, utrem ut habeat veteris vini, largiter,
Ut dies noctesque potet: opu'st igne, opus est carbonibus:
Fasciis opus est, pulvinis, cunis, incunabulis:
Oleum opus est, farina puero opus est; opu'st totum diem.
Nunquam hoc uno die efficiatur opus, quin opus semper siet.
Non enim possunt militares pueri setanio educier.
ST. Respice ergo! accipe hoc, qui istuc efficias opus. PH. cedo! [postea. PH. parum est.
Quanquam parum est. ST. addam minam adhuc istic

ST. *Quid est, mea Astaphilitium?* As. *Per ædem Castoris, Phronesium est irata merito tibi.* PH. *Egone? Ego illi non sum tam irata, quam debeo.* ST. *Ego, mea voluptas, si peccavi antea in aliquo, accedo supplex, cum hac mina auri. Si mihi es propitia, aspice me.* PH. *Manus prohibet credere quicquam, antequam id teneat penes sese. Puero opus est cibo; matri, quæ lavit puerum, est opus; nutrici est opus, ut habeat utrem veteris vini, ut bibat largiter dies noctesque: opus est igne, opus est carbonibus: opus est fasciis, pulvinis, cunis, incunabulis: opus est oleo, opus est farina pro puero: opus est toto die, et nunquam efficietur, hoc uno die, quin sit semper opus. Pueri militum non possunt nutriri vilibus cibis.* ST. *Respice igitur! accipe hoc, ut efficias istud opus.* PH. *Da! tametsi est parum.* ST. *Adjiciam adhuc minam deinceps.* PH. *Est parum.* ST. *Numerabitur id, quod man-*

—4 Voc. *sic sine* desunt in B. 1.—5 *Potin' est* Acidal. et Goeller.—6 Pll. et edd. vett. *legon' atque ne isti;* ed. Paris. *legonat qui alam omni isti;* S. et ed. Pii, *alazon? atque ne isti;* Pll. ap. Both. *succenset legon atque ne isti.*—8 *Supplicium est hanc* B. 1. *si mihi ridespice* Pll. et edd. vett. *espice* deest in B. 1. S. Ven. 1. *rides pice* Pl. ap. Both. *nisi mihi credis, spice* Acidal.—12 Pll. *opus icno;* Schobing. et edd. vett. *opus lignis;* al. ap. Pium, *upus isicium;* C. ap. Pareum, *opus istic non.*—15 B. 1. *efficietur.*—16 *Enim non* Goeller. *possim* Pll. *pueri et avio* B. 1. *pueri etaviu* edd. vett. *a via educier* Vatt. *pueri et avoi exducier* al. *prutanio exducier* Lips.—17 Pll. *exefficias opus.*—18 *Cedo* bis posuit

NOTÆ

8 *Espice*] Quasi aspice: respice, ꝑ reaspice.

16 *Setanio*] Est vilis et nullius ferme pretii, obviaque esca.

Digitized by Google

ST. Tuo arbitratu, quod jubebis, id dabitur: da nunc savium.

PH. Mitte me, inquam, odiosus. ST. nihil fit: non amor: teritur dies.

Plus decem pondo amoris pauxilisper perdidi.

PH. Accipe hoc, atque auferto intro. STR. ubi mea amica est gentium? [situ;

Neque ruri, neque hic operis quicquam facto: corrumpor

Ita miser cubando in lecto hic expectando obdurui.

Sed eccam video: heus amica, quid agis? ST. quis illic homo?

PH. Quem ego mecastor magis amo, quam te. ST. quam me? quomodo?

PH. Hoc modo, ut molestus ne sies. ST. jam abis, postquam aurum habes? [alloquor.

PH. Condidi intro, quod dedisti. STR. ades, amica! te

PH. At ego ad te ibam. STR. ad me, delicia? PH. hercle vero serio.

STR. Quanquam ego tibi videor stultus, gaudere aliqui me volo:

Nam quanquam es bella, malo tuo es, nisi tuo ego aliqui gaudeo.

dabis, tuo arbitratu. Da nunc osculum. PH. *Dimitte me, inquam; es molestus.* ST. *Nihil fit: non amor. Conteritur dies. Amisi plus decem pondo amoris fere.* PH. *Accipe hoc, atque infer intro.* STR. *Ubi est gentium mea amica? Nihil facio operis, neque hic, neque ruri. Pereo desidia; adeo obdurui infelix expectando hic cubando in lecto. Sed illam conspicor. Heus mea amica! quid facis?* ST. *Quis hic homo?* PH. *Est homo quem ego, per Castorem, magis amo quam te.* ST. *Quam me? Quo pacto?* PH. *Hoc pacto, ut ne sis molestus.* ST. *Jam abis postquam accepisti aurum?* PH. *Condidi intro id, quod dedisti.* STR. *Adeadum amica! te alloquor.* PH. *At ego pergebam ad te.* STR. *Ad me, mea voluptas?* PH. *Per Herculem ibam.* STR. *Quanquam tibi ego videor amens, volo recreare animum aliquatenus: nam quanquam es venusta, es tuo malo, nisi ego tua ope*

Goeller. in exitu et initio utriusque versus. *Cedo, quamquam p. est adomne manuc istic poste parust* Pl. ap. Both. *Cedo q. p. est.* MI. *ad omne majus istuc positum paru'st* Ald.—19 B. 1. *addabitur.*—21 Pll. *moris pausilli per;* edd. vett. *amoris pausillis per.*—25 Grut. *amica mi;* Pll. *amicam;* C. et C. 2. *quid agis mille quis illic, &c.*—26 Pl. ap. Both. *ego ecastor age amo.*—29 Lips. et Goeller. *delicia? Veron'?* PH. *hercle, serio;* Acidal. STR. *ad me?* PHR. *mea delicia, hercle vero serio.*—31 Pll. B. 1. Ven. 1. Paris. et aliæ vett. *est bella.* Mox

NOTÆ

21 *Pauxilisper*] Id est, per particulas.

Digitized by Google

PH. Vine te amplectar, et savium dem? STR. quid vis face, gaudeam.
ST. Meosne ante oculos ego illam patiar alios amplexarier?
Mortuum hercle me duco satius: abstine hoc, mulier, manum!
Nisi si te mea manubia machæra et hunc vis emori.
PH. Nihil φλυαρεῖν satius est, miles; si te amari postulas,
Auro, haud ferro deterrere potes, ne amet, Stratophanes.
ST. Qui, malum, bella aut faceta es, quæ ames hominem istimodi? [histrio?
PH. Venitne in mentem tibi, quod verbum in cavea dixit
Omnes homines ad suum quæstum callent et fastidiunt.
ST. Hunccine hominem te amplexari, tam horridum atque squalidum?
PH. Quanquam hic horridu'st, quanquam hic squalidu'st; scitus bellum init.
ST. Dedin' ego aurum? PH. mihi? dedisti filio cibaria.

gaudeo aliquatenus. PH. *Visne te complectar et deosculer?* STR. *Fac id quod volueris, non erit ingratum.* ST. *Feramne illam amplexari alios, ante meos oculos? Per Herculem, existimo esse satius me esse mortuum. Abstine manum ab hoc, mulier, nisi vis obtruncari, et te et illum, mea machæra inclita manubiis a me partis.* PH. *Nihil prodest nugari, o miles; si cupis amari, potes terrere* Strabacem *ab amore auro, non ferro, Stratophanes.* ST. *Quomodo potes esse venusta et scita, quæ ames hominem ejusmodi?* PH. *Tibine venit in animum verbum, quod histrio attulit in cavea? omnes homines sunt ardentes et remissi, pro lucro quod eis ostenditur.* ST. *Te complecti hominem tam horridum, atque sordidum?* PH. *Quanquam hic est horridus, quanquam hic est sordidus, lepidum bellum infert.* ST. *Nonne ego dedi aurum?* PH. *Mihi? dedisti filio cibaria.* STR. *Nunc, si speras hanc esse*

B. 1. *tuo nisi tuo;* Pll. Ven. 1. Sarrac. et Basil. *tuo nisi tu;* Paris. *tuo nisi tecum;* Pll. ap. Pareum non habent *malo*, sed *mala*. Palmer. emend. *Nequicquam es bella, bello tuo ni similu et ego aliqui gaudeo.*—32 B. 1. *vin' te amplectarier suavium dem;* edd. vett. *amplecter.* Mox, *quid vis facere* Goeller. ex emend. Gronovii.—34 *Mortuum hercle medio satius* Pll. *hercle me aio satius* Goeller.—35 *Nisi mea manu vis in machæra te et hunc emori* Turneb. et Goeller. *manu in machæra . . . mori* B. 1.—36 *Nihili phiari* B. 1.—37 *Auro aufero* B. 1. *potest* Pl. ap. Both. *potes me, ne amem* Acidal. *ne me amet* conj. Goeller. *Stratophanes* deest in B. 1.—38 C. *eucieta es;* alii codd. et edd. vett. *eatieta es;* Pius emend. *aut faceta es.* Mox, codd. *homini istimodi.*—40 Pro *callent*, codd. et ed. Pii habent *calent.*—42 Pll. *hic quali est, quam hic horridus citum bellum hi;* C. 2. *qualis;* Vatt. *hic qualis est, quam hic horridus, citus bellum mihi;* edd.

NOTÆ

35 *Mea manubia machæra*] Quasi manubiis comparandis aucta.

Digitized by Google

STR. Nunc, si hanc tecum esse speras, alia opu'st auri mina.
ST. Malam rem his et magnam! STR. magno opere serva tibi viaticum.
Quid ista debet, nisi tria? ST. quæ tria nam? STR. unguenta, noctem, savium. [mihi
PH. Par pari respondet: verum nunc saltem si amas,
Da tu de tuis deliciis summis quid pauxillulum.
ST. Quid id, ai, amabo! est, quod dem? dic dum! si superet, feres.
PH. Campas dicis: abi, abi! consultavi istuc. ST. mihi, homo,
Cave faxis vulnus, tibi jam cui sunt dentes ferrei.
Vulgo ad se omnes intromittit: abstine istac tu manum.
STR. Jam, hercle, jam magno tu vapula vir strenuus.
ST. Dedi ego huic aurum. STR. at ego argentum. ST. at ego pallam et purpuram.
STR. At ego oves, et lanam: et alia multa, quæ poscet, dabo.

tecum, opus est alia auri mina. ST. *Apprecor illis malam rem et magnam.* STR. *Serva diligenter tuam pecuniam in viaticum ituro in malam crucem. Quid debet hæc, nisi tria?* ST. *Quænam tria?* STR. *Unguenta, noctem, osculum.* PH. *Respondet par pari: sed si amas saltem nunc, da mihi nunc pauxillulum de tuis deliciis.* ST. *Quid dicis id, obsecro? Est quod dem? Dic dum! accipies, si supersit.* PH. *Nugaris: abi, abi! consultavi istuc.* ST. *O homo, cui sunt dentes ferrei, cave ne mihi infligas vulnus. Introducit vulgo ad se omnes: tu abstine ab istac manum.* STR. *Per Herculem, o vir strenue, da pœnas magna mercede.* ST. *Ego huic dedi aurum.* STR. *At ego argentum.* ST. *Sed ego pallam et purpuram.* STR. *Sed ego oves et lanam; et dabo alia complura quæ petet. Præstat te decertare*

vett. *citus bellum init.*—45 *Malam rem is et* B. 1. Pll. Ven. 1. et edd. vett. *In malam rem is* Acidal. et Goeller. *magnopere servatibatticum* B. 1.—46 *Quid isti* B. 1.—47 *Par pari respondes, verum, &c.* conj. Goeller. Pll. *si amas Dan tu mihi de tuis delictis sum quicquid pusillulum.*—48 Both. ex codd. edidit, *Dan' tu mihi de tuis deliciis summis, &c.* Acidal. *tuis divitiis.*—49 *Quid ita alabo est quod idem dictum super fieri* C. 1. *Quid ita ab avo est quod idem dictum superfert* C. 2. *Quid id est, ai, amabo, quod dem* Goeller.—50 *Campas dicit abavi consultam istuc mihi* B. 1.—51 *Cave faxit volnus tibi tam* Acidal. et Goeller.—53 Pl.

NOTÆ

45 *Viaticum*] Scilicet, in malam rem ituro.
50 *Campas*] Lambinus interpretatur, jactantias.
53 *Magno vapula*] Id est, magnopere.

Digitized by Google

Melius te minis certare mecum, quam minaciis. [cro.
PH. Lepidus ecastor mortalis! Strabax mi, perge, obse-
Stultus atque insanus damnis certant: nos salvæ sumus.
ST. Age prior, tiro, da aliquid. STR. immo tu prior perde, et peri.
ST. Hem tibi talentum argenti! Philippicum est: tene tibi.
PH. Tanto melior! noster esto; sed de vostro vivito. 61
ST. Ubi est, quod tu das? solve zonas. PH. provocatur.
ST. quid times? [bulo.
STR. Tu peregrinus: hic habito: timeo meos: non ego am-
Pecua ad hanc collo in crumina ego obligata defero.
ST. Quid dedi? ut distrinxi hominem! STR. immo ego vero, qui dedi. 65
PH. I nunc intro, amabo, et tu ergo hac mecum. ST. tu eris mecum quidem. [dedi.
STR. Quid tu, quid ais? cum hoccine? ST. ego posterior
PH. Tu dedisti, hic jam daturus est: istuc habeo, hoc expeto.

mecum pecunia, quam minitationibus. PH. *Per ædem Castoris festivus mortalis! mi Strabax, perge quæso. Stultus et insanus decertant, uter plus jacturæ faciat: nos sumus salvæ.* ST. *Age, tiro, da prior aliquid muneris.* STR. *Immo tu prior perde, et peri.* ST. *Hem tibi talentum argenti! est Philippicum: accipe.* PH. *Est tanto melior! esto noster; sed vive de tuo.* ST. *Ubi est, quod tu das? Solve zonas.* PH. *Provocatur.* ST. *Quid metuis?* STR. *Tu es advena: hic maneo: timeo meos. Ego non ambulo. Ego affero ad hanc pecudes inclusas in marsupio.* ST. *Quid dedi? ut impedivi hominem!* STR. *Immo ego vero, qui dedi.* PH. *Intro i nunc, amabo, et tu, hac mecum.* ST. *Tu quidem eris mecum.* STR. *Quid tu, quid ais, Phronesium? Eris cum hoc?* ST. *Ego dedi posterior.* PH. *Tu dedisti, hic est da-*

unus, *magno tux vapula.*—56 *Melius te munere* edd. vett.—59 Verbum *da* non legitur in Ald.—60 B. 1. *philippei est.*—62 Acidal. et Goeller. *solve zonas, provocator; quid times?*—63 Acidal. et Goeller. *ego hic habito: timeo meos: non nego: clanculo Pecua, &c.* C. *habito nunc meos nego ambulo;* C. 2. *nunc meos non ego ambulo.*—64 Priscian. p. 719. Putsch. *collo nervina ego;* ubi Gruteri codex exhibet, *colone rumina ego.* Codd. et edd. vett. Plauti, *ego in crumina.*—65 *Quod dedi, ut discinxit hominem.* STR. *ego immo vero quod dedi* Goeller. e conjectura. Pll. *distinxi,* sive *destinxi.*—66 *I nunc* desunt in B. 1. *In intro amabo et tu vergo a me cum tu eris mecum quidem* Pl. ap. Both. *a me cum tu* B. 1. *et tu hac.* ST. *ergo mecum tu eris?* PH. *tecum quidem* Acidal. *quidem* deest in B. 1.—67 B. 1. *quid ais tu hoc ne;* Ald. *quid ais?* MI. *tun' hoc? an ego Posterior dedi?* Acidal. *ego enim posterior dedi;* Goeller. *cum hoccine tune eris?* ST. *ego*

NOTÆ

64 *Pecua*] Id est, pecudes, oves Tarentinas, seu potius pretium ovium Tarentinarum.

65 *Distrinxi hominem*] Id est, devinxi, Phronesium; ita ut mihi debeat, et satisfacere necesse habeat.

Digitized by Google

Verum utrique mos geratur amborum ex sententia.
ST. Fiat! ut rem gnatam video, hoc accipiundum est, quod datur.
STR. Meum quidem te lectum certe occupare non sinam.
PH. Lepide mecastor aucupavi, atque ex mea sententia:
Meamque ut rem bene gestam, vostram rursus bene geram.
Verum, amabo, si quid animatu's facere, fac jam ut sciam.
Veneris causa applaudite: ejus hæc in tutela est Fabula,
Spectatores: bene valete, plaudite, atque exsurgite.

turus nunc. Habeo istud, expeto id. Verum obsequamur utrique ex sententia. ST. *Fiat! ut res ipsa loquitur, accipiendum est id, quod datur.* STR. *Profecto non patiar te occupare meum lectum.* PH. *Per Castorem aucupata sum lepide, et ex meo arbitrio: et ut voluistis meam rem gestam bene, geram bene vestram. Sed obsecro, si est animus facere aliquid, fac ut sciam. Applaudite Veneris causa: hæc fabula est ei dicata, spectatores: bene valete, plaudite, atque consurgite.*

p. *dedi.*—68 *Tu dedisti jam* B. 1.—70 Edd. ante Turneb. *ut rem gratam.*—71 Goeller. *lectulum.* Mox, Pll. *sinem.*—72 B. 1. *aucupabatque ex mea.*—73 *Æque ut . . rursum* B. 1. *Æque ut* etiam C. 2. et edd. vett. *rem debere negestam* Pll. *Æquum, mea uti re bene gesta* Acidal. et Goeller.—74 *Verum* deest in B. 1. C. C. 2. *Romabo si, &c.* Pll. *Geram amabo* edd. vett. *Re, amabo, si . . . uti sciam* Both. *animatust* C. et C. 2. *animatum est* ed. Pii. Mox, *faciam ut sciam* B. 1. —75 Goeller. *in tutela fabulast.* In vet. cod. Camerarii ad finem ascriptum erat, *Plauti Truculentus explicit: incipit Vidularia.*

NOTÆ

Rusticum deduxi ad id, ut moliri ulterius nihil possit. Ferii et quasi transadegi ictu muneris amatorem rusticum.

72 *Aucupavi*] Id est, aucupata sum, prædata sum.

76 *Plaudite*] Horatius, 'quibus oblitus actor, Cum stetit in scena, concurrit dextera læva.' Ovidius, 'In medio plausu (plausus tunc arte carebat) Rex populo.' Quintilianus: 'Tunc est commovendum theatrum, cum ventum est ad ipsum illud, quo veteres tragœdiæ comœdiæque clauduntur, 'plaudite.''

Digitized by Google

M. ACCII PLAUTI

FABULARUM

FRAGMENTA.

Hæc Fragmenta, et Comici (ut si dicam) Colossi σπαράγματα, Jac. Helias, Græcarum Literarum Doctor Regius, a Georgio Fabricio Germano olim collecta, et postea (ut ait) a Petro Daniele Gallo alicubi correcta et aucta, Commentariis Lambinianis, quos ille ab auctoris morte Parisiis edidit, adjecit. At enim vero, cuicuimodi ea sint; necdum satis probe aut congesta, aut digesta, aut castigata animadvertet, qui de singulis paulo accuratius cogitaverit. Minati sunt quidem viri docti, et publice etiam ab annis aliquammultis professi, omnia se exactiora daturos. Sed, ut res docuit, Lucinam clamarunt, quod ille ait, fœtu nondum concepto. Eos autem dum ego expecto, nec mihi interim aliam copiam paro; fit, ut hæc etiam editio ab operis expedita, iterum aut sine his Fragmentis, aut facie ista priore ac deformi prodiret. Quod tamen utrumque et a Comico nostro et a me editore procul habendum censui. Aliis itaque cunctantibus, aut prorsus forte nolentibus, ego hanc operam sumere coactus fui: quod in priori editione a me fieri debuisse, per epistolam Scaliger expostulaverat. Cumque ad finem spectaret typographus, (nam Trinummus jam procedebat) relictis omnibus rebus, dieculas aliquot huic curæ impendi, et opera tumultuaria quod exhibeo, concinnavi. Nec ita me amo, aut ita in his mihi placeo, ut meliora non fieri potuisse aut posse, existimem: sed majus et otium et temporis spatium requiri aio. Hoc Catone igitur, quod Augustus dicebat, pro tempore contenti simus. *Taubm.*

Digitized by Google

PARS PRIMA.

LOCI EX AMISSIS PLAUTI COMŒDIIS

MAXIMAM PARTEM A GRAMMATICIS CITATI.

ACARI STUDIUM.*

Quam ego tanta pauperavi per dolum pecunia.

ABROICUS.†

Quasi lupus ab armis valeo: clunes infractos gero.

ADDICTUS.

Opus facere nimio quam dormire mavolo: veternum metuo.

ACARI STUDIUM. *Quam ego fraude adeo spoliavi argento.* ABROICUS, sive AGROICUS. *Sum firmis lateribus tanquam lupus, habeo tergum indomitum.* ADDICTUS. *Magis libet indulgere labori, quam somno. Pertimesco somnolentiam.*

* Ἀχαρι *studium* edd. vett. *Acharistio* al. ap. Pareum.—1 Hoc Fragmentum legitur ap. Nonium Marcellum in 'Pauperavit,' p. 537.—† Ἄγριωκος Voss. *Ambroicus* al. ap. Pareum.—2 Nonius p. 595. *clunes desertos.* Extat etiam

NOTÆ

1 *Pauperavi*] Nonius hoc verbum laudat, quasi sit Plauti in Fabula quæ appelletur 'Acari Studium.' Quid sit autem Acarus, tam notum est, quam divinatu difficile, quod argumentum fuerit hujus Fabulæ ex hoc titulo. Sunt qui Ἀχαρι *studium* reposuerint; quasi voce ex duabus una; quod est *ingratum studium.* Alii, *Acaristio*, id est, ingratus. *Pauperavi*, id est, pauperiorem feci. Utitur hoc verbo et in Truculento Plautus, 'Quæ improba merx est, pro mercis vitio dominum pretio pauperat.'

2 *Ab armis*] Hanc Fabulam Nonius laudat et vocat, seu *Abroicum*, seu *Agroicum.* Quid significat *Abroicus*, neque ex Græco, neque ex Latino conjicere est. *Agroicus* autem est a Græco ἄγριωκος, id est, *agrestis:* et similis fuisse argumenti suspicio est cum Truculento, in qua rusticorum ingenium adumbratur. 'Armi, armorum' ea pars in quibus est præcipua sedes roboris. *Ab armis valeo*, id est, sum validis armis, validi sunt mei armi.

3 *Opus facere*] Addictus ferme significat dicto audientem alieno: et versus hic, qui unus ex illa Fabula superest, hominem notat sedulum in opere suo, et desidiæ metuentem.

Digitized by Google

ARTAMON.

Nunc mihi licet quidvis loqui: nemo adest superstes.

ASTRABA, Latine CLITELLARIA.

Sequere, sequere, Polybadisce: meam spem te cupio consequi.

POLYB. Sequor hercule quidem: nam lubenter mea sperata consequor.

Axitiosæ annonam caram e vili concinnant viris.

Quasi tollenonem aut pilum reciproces plana via.

Terebra tu quidem pertundis.

ARTAMON. *Jam nihil vetat quominus quidlibet dicam: nullus* hic *superest* ASTRABA, Latine CLITELLARIA. *Sequere, sequere, Polybadisce: exopto te, ut tu, qui es mea spes, me assequaris.* POLYB. *Sequor per Herculem. Etenim alacriter assequor, id quod spero.... Contumaces reddunt annonam pretiosam ex vili.... Quasi tolleres ac deprimeres tollenonem, aut pilum Græcum in*

ap. Festum in 'Clunes.'—3 Citat interpres Virgilii *ἀνέκνμος*.—4 Hic vs. extat ap. Festum p. 282. in 'Superstites.' Huic subjiciunt Pareus, Delph. et Bipont. *Unguentum quod naribus mulionum nauteam fecisset*, ex eodem Festo p. 216. in 'Nautea.'—5. 6 Hi duo vss. leguntur ap. Varr. de L. L. v. p. 59. —7 Ex eodem Varr. de L. L. VI. p. 76. in 'Anxitiosus.'—8 Hic vss. deest in ed. Parei. Citatur a Festo in 'Tolleno.'—9 *Terebratum quid pertundis?* Pa-

NOTÆ

4 *Superstes*] *Artamon*, vel est ab *ἀρτάμων* quod præcipuum est navis velum; vel ab *ἄρταμος*, quod est *lanius, cocus. Superstes*, hoc loco significat eum qui superest in scena alibi, viventem.

[*Naribus mulionum*] Exaggeratio in unguentum fœtidum inprimis: oportet enim fœtorem esse gravissimum, qui mulionum inter teterrimos odores in stabulis et sterquiliniis perpetuo degentium nares percellat. Nonius, 'Nautea aqua ex navis sentina veniens.'

5 *Polybadisce*] In omnibus fragmentis Plautinis, hæc sola persona nominatur: adeo nihil retinent, unde Fabularum argumentum liceat deprehendere. Hæc autem Fabula Græce est *ἀστράβη*, quod Hesychio est *ephippium*, et Latine *clitellaria* a 'clitellis,' quod idem significat atque *Astraba*. Probus Grammaticus in vita Virgilii dicit Astrabam vehiculum fuisse dictum *παρὰ τὸ μὴ στρεφέσθαι*; quo titulo Plautum dicit scripsisse Comœdiam in qua mulieres sunt, quæ ejusmodi vehiculo inducuntur. A. Gellius et Nonius dicunt incertum esse utrum Comœdia hæc sit Plauti.

7 *Axitiosæ*] Id est, factiosæ. Festus: 'Axitiosi, factiosi dicebantur: cum plures una quid agerent facerentque. Axit autem pro egerint; unde axites mulieres, sive Dii, dicebantur una agentes.'

8 *Tollenonem*] Festus, 'Tolleno est genus machinæ quo hauritur aqua in alteram partem prægravante pondere.'

Pilum] Pilus hic Græcus diceba-

Digitized by Google

Dare pedibus protinam sese ab his regionibus.
Terebratus multum sit: et subscudes addite.

[*Hæc hactenus titulo* ASTRABÆ *laudata sunt ab Actoribus: nunc deinceps quæ sequuntur,* CLITELLARIÆ *nomine citantur:*]

Non quasi ut hæc, sunt heic limaces lividæ,
Diobolares, scenicolæ, miraculæ,
Cum extritis talis, cum crotilis crusculis,
Capillo scisso, atque excissatis auribus.
——— quasi tolleno, vel
Pilum Græcum reciproces plana via.
Quæ nisi sic biteris, nimium is vegrandi gradu.
Pol ad cubituram, mater, mage sum exercita;
Reliquum, ad cursuram sum tardiuscula.

plano loco. . . . Profecto tu perforas terebra . . . Fugere protinus sese ab his regionibus . . . . Sit perforatus penitus, et fibulis compactus. . . . Non sicut illa sum erga tuos quales sunt cochleæ squalidæ, diobolares, scenicolæ, miraculæ, cum extritis talis, cum crotilis crusculis, capillo scisso, et excissis auribus . . . quasi tolleno, vel pilum Græcum erigas ac deprimas in plano loco; quæ nisi ita gradiris, pergis grandiori passu. Per Pollucem, mater, sum exercitator ad cubandum: ceterum sum paulo segnior ad cursum. . . . Quare metuis tuam amicam, ne te peri-

reus, e Nonio in 'Exterebrare,' p. 528.—10 Ex eodem Nonio in 'Protinam,' p. 697.—11 E Festo in 'Subscudes,' p. 276. Pareus addit ex A. Gellio XI. 7. et Nonio c. 2. p. 522. *Apluda. Fur frumenti.*—12 Hic et sequens versus citantur a Varrone L. L. VI. p. 76. *ut hæc sum tuis limaces* Pareus.—13 Pareus, *schænicolæ.*—14 E Festo in 'Crocotilum.'—15 E Nonio in 'Excissatum,' p. 544.—16. 18 E Festo in 'Reciprocare.'—19. 20 E Nonio in 'Cursus.' Meursius legit, *magis sum exercita A te quam ad cursuram, eo sum tar-*

NOTÆ

tur, ut videre est pancis post versibus; et sumi potest pro illo pondere, quo elato demittitur vas ad hauriendam aquam, depressoque levatur.

9 *Pertundis*] Id est, perforas.

10 *Dare pedibus sese*] Id est, fugere.

Protinam] Vetus, protinus.

11 *Subscudes*] Est fibula lignea, seu clavus committendis lignis duobus vi adactus.

18 *Biteris*] *Biteris* est ab antiquo 'beto,' id est, vado: in Curculione et in Pseudolo utitur hoc verbo Plautus.

Vegrandi gradu] Id est, parvo gradu. Sane ex contextu conqueritur aliquis de alio, qui jaceat lubentius, quam pedem promoveat, quod est fessi hominis et vix, ac ne vix quidem sese moventis. Vecors est cui vix est cor. Vejovem appellabant veteres, qui lubentius læderet quam juvaret. Quasi minime juvantem.

Digitized by Google

Quid tuam amicam times, ne te manulea cajet.

Prohibet divitiis maxumis, dote altili atque opima.

Expurgabo hercle omnia ad raucam ravim.

Quæ quasi carnuficis angiporta purgitans.

Intro ad bonam meretricem: astat ea in via
Sola: prostibula sane est ——

Meminere officium suum.

Potin' es tu, homo, facere strenuum?
N. Aliorum est affatim qui faciant: sane ego
Me volo fortem perhiberier virum ——

Tun', tune igitur, mea matercula?

Germana mea sororcula.

Si quidem imperes pro copia, pro recula.

Datores bellissumi negotioli senecis soletis esse.

Adhinnire equulam possim ego hanc, si detur sola soli.

mat manica. Arcet opibus amplissimis, dote alma, atque ampla. Exeusabo universa usque ad raucedinem. ... Quæ sicut illa quæ mundat angiportum carnificis. ... Ingredior in ædes probi scorti: ea stat in via sola: est sine dubio prostibulum. ... Recordantur suarum partium. ... Valesne, o homo, perpetrare aliquid præclari? N. Sunt satis multi qui perpetrent: profecto libet me strenuum virum præstare. ... Tune, tune ergo, o mea matercula? ... Mea sororcula germana. ... Si a me exigas, id quod possum præstare *pro viribus, pro opibus tenuibus. ..... Vobis mos est facessere lepidissime negotium seni ... Ego possem adhinnire ad hanc equam,*

diuscula.—21 Citat Fulgentius de Continentia Virgiliana.—22 E Nonio in 'Altile,' p. 524.—23 Ex eodem in 'Ravis,' p. 577.—24 Ex eodem Nonio in 'Angiportus,' p. 591.—25. 26 Citantur a Nonio in 'Prostibula.' Hic Pareus, Delph. et Bipont. subjiciunt ex eodem Nonio in 'Opus,' p. 756. *Malum aufer: bonum mihi opus est.*—27 E Nonio, p. 765.—28–30 Laudat A. Gellius VII. 7. e Cistellaria.—31 Pareus, *tunc igitur.* Hic vs. et duo seqq. citantur a Prisciano, III. pp. 611. 612. 613.—34 Apud Priscian. III. p. 616. e Cistellaria.—35 Citat Priscian. III. p. 617. Post hunc versum Pareus dedit e Nonio in 'Mustulentum,' p. 519. *Nam ita mustulentus æstus nares attigit.*—

NOTÆ

21 *Manulea cajet*] Manica feriat a veteri, 'caio,' 'caias,' ferio.

24 *Angiporta*] Angiportum, i.

26 *Prostibula*] Prostibula, æ, pro prostibulum. In his duobus versibus est origo vocis hujus, prostibulum.

35 *Adhinnire equulam*] Id est, adhinnire ad equam: est allegoria ducta ab equo ad hominem non absimilem equo, quando insanit amore.

Digitized by Google

BACCHARIA.

Quis est mortalis tanta fortuna affectus unquam,
Quam ego nunc sum? cujus hæc ventri portatur pompa.
Vel nunc qui mihi in mari acipenser latuit antehac,
Cujus ego latus in latebras reddam meis dentibus et manibus.

BIS COMPRESSA.

BŒOTIA.* Ut illum Di perdant, primus qui horas repperit,
Quique adeo primus hic statuit solarium.
Qui mihi comminuit misero articulatim diem.
Nam me puero uterus hic erat solarium
Multo omnium istorum optumum et verissumum;
Ubi iste monebat esse, nisi cum nihil erat.
Nunc etiam quod est, non est, nisi soli lubet.
Itaque adeo jam oppletum est oppidum solariis.

si essem solus cum sola. ... BACCHARIA. *Quis est homo qui tanta felicitate unquam cumulatus est, quanta ego nunc sum? Ad cujus abdomen hæc pompa confertur. Ego effodiam nunc in cavernam dentibus et manibus, latus acipenseris, qui delituit hactenus in mari. ...* BIS COMPRESSA. BŒOTIA. *Dii perdant primum horarum auctorem, et qui primus collocato hic solario discerpsit frustatim diem mihi infelici. Nam quando eram puer uterus erat hic solarium, quod istis omnibus longe antecellebat, et bonitate et veritate; quando hic indicabat edendum, nisi quando nihil habebam. Nunc non habeo etiam, quod habeo, nisi sol velit. Tota urbs est plena solariis.*

36 Hic quatuor versus citantur a Macrob. Saturn. II. 12.—37 Bipont. *portantur pompæ.*—40 Citantur hi versus ab A. Gellio, III. 3. ex persona Parasi-

NOTÆ

Tum enim maxime comparandus est jumentis insipientibus, ut scriptura innuit.

36 *Quis est mortalis*] Hi versus quatuor afferuntur a Macrobio, tanquam e Baccharia Plauti. Rationem autem nominis hujus, et argumentum Fabulæ, nemo ex his versibus conjiciat. Porro hi versus videntur esse parasiti exultantis, quod ab eo sit modo depectendus digitis acipenser.

38 *Acipenser*] Piscis olim in pretio habitus. Hujus squamæ esse dicuntur aliter atque in aliis piscibus sitæ.

* BŒOTIA] *Ut illum Dii.* Hi versus novem dicuntur ab Aulo Gellio Plautinissimi; quamquam apud eundem Varro asserat minime Plauti esse, sed Aquilii cujusdam Comœdiarum scriptoris. Porro cujuscumque tandem sint poëtæ, sunt personæ parasiticæ. De inventoribus horologiorum lege Plin. II. 72. VII. 60.

Digitized by Google

Major pars populi aridi reptant fame.

CÆCUS, *sive* PRÆDONES.

Nihil quicquam factum nisi fabre, nec quicquam positum sine luco, auro, ebore, argento, purpura, picturis, spoliis, tum statuis.

Neque eam a me invito unquam abduces.

Spectari ludos magnifice atque opulenter.

Peregre est.

Plure altero tanto, quanto ejus fundus est, velim.

Ita sunt prædones, prorsum parcunt nemini.

Velim te arbitrari factum. R. sedulum est: submoventur hostes, removentur lapides.

Si non strenue fatetur, ubi sit aurum, membra ejus exsecemus serra.

Nihil feci secus, quam me decet.

Quis tu es, qui ducis me? mu! perii hercle, Afer est.

CALCEOLUS.

Molluscam nucem super ejus dixit impendere tegulas.

Major pars plebis jacet arida ob inediam.... CÆCUS, sive PRÆDONES. *Nihil erat nisi eleganti artificio perpolitum, nihil collocatum sine luco, auro, ebore, argento, purpura, picturis, spoliis et statuis. ... Et nunquam illam avocabis a me nisi volente. ... Cerni ludos splendidos atque divites. ... Abiit extra patriam. ... Optem esse carius duabus partibus, quam ejus est prædium. ... Ejusmodi sunt latrones, nulli omnino ignoscunt. ... Optarem te judicem ejus rei.* R. *Est res diligens. Arcentur hostes, tolluntur lapides. ... Concidamus ejus artus serra, si non indicet, in quo loco sit pecunia. ... Nihil commisi, quod me dedeceat. ... Quis es tu, qui ducis me? interii, per Herculem, Afer est. ...* CALCEOLUS. *Dixit nucem Molluscam*

---

ti esurientis.—43 Salm. *puero venter.*—46 Salm. *non estur nisi.*—49 Hi versus citantur a Charis. lib. II. pp. 179. 187. 189. 194. 195. 213.—53 *Spectavi* Pa-

NOTÆ

49 *Nihil quicquam*] Charisius in adverbio hos versus quatuordecim affert.

55 *Plure*] Pro 'pluris.' Laudat Ciceronem idem Charisius in eadem voce, 'plure venit.'

60 *Mu*] Particula qua terror incutitur. Lucilio, 'Mu facere,' est mutire.

61 *Molluscam nucem*] Versus hic affertur a Macrobio, et interpretatur molluscam nucem de persica, quam nos vocamus, *une pêche.*

Digitized by Google

CARBONARIA.

Secundum ipsam aram aurum abscondidi.

Esto pernam, sumen sueris, spectile, callum, glandia.

Patibulus ferar per urbem, deinde affigar cruci.

COLAX.

Batiolam auream octo pondo habebat, accipere noluit. 65

COMMORIENTES.

—— Saliam in puteum præcipes.

CONDALIUM.

Tam crepusculo fere, ut amens, lampadas accendit.

CORNICULARIA.

Facite olant ædes Arabice.

suo tecto imminere. ... CARBONARIA. *Juxta altare ipsum occultavi aurum. ... Comede pernam, sumen suis, spectile, callum, glandia. ... Me trahent per civitatem patibularium, deinde affigar cruci. ...* COLAX. *Egerat batiola aurea octo librarum, accipere recusavit. ...* COMMORIENTES. *Me dabo præcipitem in puteum. ...* CONDALIUM. *Adeo mane, ut stultus lucernas accendit. ...* CORNICULARIA. *Date operam, ut domus odore Arabico repleatur. ... Qui militavit annis decem sub*

---

reus.—61 E Macrob. Saturn. II. 14.—62 E Prisciano, lib. X. p. 890.—63 E Festo Pompeio in 'Spectile,' p. 264.—64 Citat Nonius in 'Patibulum,' p. 608.—Hic Delph. et al. inserunt, *Colacem esse Nævii et Plauti veterem Fabulam.**—65 Laudat Nonius in 'Batiola,' p. 792.—66 E Prisciano, lib. VI. p. 725.—67 Citatur a Varr. de L. L. VI. p. 77.—68 Laudat Diomedes, lib. I. p.

NOTÆ

63 *Sueris*] Id est, suis.

64 *Patibulus*] Adjective.

[*Colacem*] Colax Græcum est, et adulatorem significat. Argumentum hujus Fabulæ videtur fuisse parasiticum; nam tria erant genera parasitorum; alii vocabantur ridiculi, qui risum convivis movebant; alii plagipatidæ et lacones, in quos licebat quodvis audere, dummodo a mensa non removerentur; alii adulatores, quod genus serium erat et grave.

65 *Batiolam*] 'Batiola,' vas vinarium in quod vinum educitur primum e cado.

66 *Præcipes*] Id est, præceps.

67 *Tam crepusculo*] Hæc Fabula *Condalium* vocatur. *Condalium* autem est annuli genus. Festus, 'Condalus, annulus; Condalium similiter, annuli genus.' Varro negat Condalium esse Plauti, ut scribit Aulus Gellius: affirmat Terentius Condalium, et Commorientes esse Plautina.

68 *Olant*] 'Olo, olis,' pro 'oleo, oles,' antique. 'Olere Arabice,' id est, suaviter. Suavissimi enim afferebantur ex Arabia odores.

Digitized by Google

Qui regi latrocinatus decem annos Demetrio
Mercede.
Pulchrum et luculentum hodie evenit prælium.
Te obsecro, Lyde, pileum meum, mi sodalis, mea salubritas.
Quid cessamus ludos facere? Circus noster ecce adest.
Qui amant ancillam meam Hedylium oculitus.
Mihi Laverna in furtis celebrassis manus.

DYSCOLUS.

Virgo sum: nondum didici verba nupta dicere.

rege Demetrio.... Egregium atque præclarum certamen commissum est hodierna die.... Te rogo, Lyde, pileum meum, mi amice, mea salus.... Quid moramur committere ludos? Adest noster circus.... Qui in oculis habent Hedylium meam ancillam.... Laverna, redde meas manus celebres furto.... DYSCOLUS. *Sum virgo: nescio quidem nomina rerum obscænarum....* FŒNERATRIX. *Heus tu!*

378. *olunt ædes Arabicas* edd. ante Putsch.—69 Est apud Varr. de L. L. lib. VI. p. 74. Citatur a Nonio in 'Latrocinari,' p. 560. ita, *Latrocinatus decem annos mercedem.*—71 E Nonio in 'Luculentum,' p. 518. Pro *prælium*, al. legunt *præmium*, i. e. præda.—72 Apud Nonium in 'Pileus,' p. 608.—73 Citatur a Varr. de L. L. lib. IV. p. 37.—74 Sic Nonius in 'Oculitus,' p. 567. Al. legunt *Hedulium*, e Pseud. I. 2. 54.—75 Apud Nonium in 'Laverna,' p. 560. Pareus legit, *Lita Vam Lavernam, ni furis scelerascit manus;* Taubm.

NOTÆ

69 *Latrocinatus*] Latro dicebatur stipator, non a latere principis, ad quod stabat; sed a mercede quam stipationis ergo recipiebat, quæ vocabatur λάτρον.

73 *Circus*] Putat Varro circum dici, quod milites defixo in terram palo circumluderent. Et ille ludus vocabatur, olim, 'palaria,' a palo.

75 *Laverna*] Fures olim venerabantur Lavernam, tanquam patronam suam. Horatius quas preces ad eam funderent etiam refert: 'pulcra Laverna, Da mihi fallere: da justum sanctumque videri.' Hæc Dea Græcis erat Πραξιδίκη. Plagiarium versuum appellat Ausonius 'Lavernam carminum.' Pareus legit, *Litavam Lavernam, ni furis scelerascit manus. Litavam*, pro *litabam*. 'Lito' autem est precor.

Furtis manus] Id est, fures, seu, furaces manus. Alius legit, *Mitigaveram Lavernam ni*, (id est, mitiorem reddideram, placaveram) *fures celerassit manus*, id est, celeres manus in furando redderet.

76 *Verba nupta*] Festus, 'Nupta verba dicebantur ab antiquis, quæ virginem dicere non licebat.' Idem, 'Nubentibus depositis prætextis, a multitudine puerorum obscœna clamantur.' Varro, 'Pueri obscœnis verbis novæ nuptæ aures returant.' Videlicet antea erant obturatæ. Pueris autem non ante licebat obscœna jactare ad novas nuptas, quam prætextam detulissent ad Fortunam virginalem.

Digitized by Google

FŒNERATRIX.

Heus tu! in Barbaria quod dixisse dicitur
Liberta suæ patronæ, id ego dico tibi:
Liberta, salve: vapula, Papyria.

FRETUM.

Hoc illud est
Quod arietini responsum magnis ludis dicitur:
Peribo, si non fecero: si faxo, vapulavero.

FRIVOLARIA.*

Commodo dictitemus.

Is mihi erat bilis, aqua intercus, tussis, febris querquera.

—— sequimini hac
Sultis legiones omnes Lavernæ: ubi rorarii
Estis? en sunt: ubi sunt accensi? ecce ——

tibi dico id quod liberta refertur dixisse suæ patronæ apud Romanos: salve liberta: vapula, Papyria. ... FRETUM. *Id est quod dicitur in magnis ludis responsum Arietini: Occidam, nisi egero: si egero, panas dabo....* FRIVOLARIA. *Dicamus commode. ... Is mihi erat instar bilis, aquæ intercutis, tussis, febris robustæ. ... Sequimini hac, si vultis, legiones omnes Lavernæ! Ubi estis primæ aciei milites? Ubi accensi? ecce * agito, subsistite universi, sicut qui tertio*

celerassis manus.—76 E Festo Pomp. in 'Nupta verba,' p. 129.—77 Hi tres versiculi leguntur apud eundem Festum, p. 302.—80 Hoc Fragm. citatur ab A. Gellio, III. 3. ubi pro *vapulavero*, al. legunt *vapularo*.—* *Fribularia* Priscian.—83 Extat ap. Charis. lib. II. p. 174. et 177.—84 Citat Priscian. lib. VI. p. 719. sed absque *querquera*, quod est apud Festum, p. 196.—85-88 Extant

NOTÆ

77 *Barbaria*] Si argumenti est Græci Fabula barbaria significat Romanos; si Romani, significat Græcos.

79 *Vapula, Papyria*] Festus: 'Vapula Papyria, in proverbio antiquis fuit. De quo Sinnius Capito refert: tum dici solitum esse, cum vellent minantibus significare, se eos negligere et non curare fretos jure libertatis.' Alii accipiunt pro 'dole:' Varro pro 'peri.' Scaligero est οἰμωξῃ. Præter hos versus, Diomedes hunc affert, *Quæ ego populabo probe:* alii, *propere.*

81 *Arietini responsum*] 'Arietinum responsum' est anceps, et quocumque te vertas incommodum: hoc patet ex sequenti versu: *Peribo, si non fecero: si faxo, vapulavero*, id est, sive fecero, sive non fecero, incommodum erit.

86 *Rorarii*] Festus: 'Rorarios milites vocabant, qui levi armatura primi prælium committebant; quod, ut ante imbrem fere rorare solet; sic illi ante gravem armaturam quod prodibant, rorarii dicti.'

87 *Accensi*] Varro, 'Accensi dicti sunt, quod decurionibus et centurio-

Digitized by Google

Agito, subsidite omnes, quasi solent triarii.
Nave agere oportet, quod agas, non ductarie.
Superaboque omnes argutando præficas.
—— tunc papillæ primitus
Fraterculabant: illud volui dicere,
Sororiabant: quid opus est verbis?
O amice, ex multis mihi une Cephalio.
Strebula agnina tene.

ordine decertant.... Decet perficere id, quod instituisti, ultro, non ægre.... Et vincam universas præficas arguta voce.... Tunc mammæ primum eminebant ut fratres: volui dicere, ut sorores. Quid opus est verbis? ... O amice Cephalio, unus inter multos.... Accipe agninam Diis oblatam. ... GASTRION, vel GAS-

ap. Festum in 'Sultis,' p. 280. et in 'Subsidium,' p. 276. et ap. Varr. de L. L. IV. p. 24. *Agite nunc, subsidite* Pareus.—89 Citatur a Festo in 'Navus,' p. 117.—90 E Nonio in 'Præfica,' p. 520.—91–93 Citat Festus in 'Sororiare,' p. 242.—95 Ex eodem Festo in 'Strebula,' p. 270. Hic Pareus addit e Prisciano, lib. v. p. 673. *O amice, ex multis mihi une; Cephalio!* et e Varrone de L. L. lib. VI. p. 76. *Age, age, specta: vide vibices! quantas!* POL.

NOTÆ

nibus accensebantur, id est, attribuebantur.' Iidem 'ascriptivi,' et 'optiones' dicti sunt.

88 *Subsidite*] Festus: 'Subsidium dicebatur, quando milites subsidebant in extrema acie, labentique aciei succurrebant. Quod genus militum constabat ex iis, qui emeruerant stipendia, et tamen retinebant locum in exercitu; quæ erat tertia acies, quæ dicebatur triariorum.'

Triarii] 'Triarii' dicti, quod in tertio ordine aciei starent.

89 *Nave*] Id est, naviter. Festus: 'Navus, celer, ac strenuus, a navium velocitate dictus.'

Ductarie] *Ductarie*, quando adverso amne funibus trahitur navis.

90 *Præficas*] 'Præficæ' erant mulieres conductitiæ, quæ præirent funeri, ad lamentandum et lacrymandum; et quia arguta, acutaque mulierum esse vox solet, ideo pollicetur hæc quæcumque sit tandem persona, fore ut vincat arguta voce et acuta præficas.

92 *Fraterculabant*] De geminis papillis, quasi de geminis pueris, et uno partu editis, qui solent esse simillimi. 'Fraterculare,' seu 'sororculare,' seu 'sororiare.' 'Frater' et 'soror' obscœna erant olim: iis enim nominibus abutebantur conjunctionis naturalis, ad exprimendam suam lasciviam.

94 *Une*] Pro 'unus,' in vocandi casu; et alibi 'sole,' pro 'solus.' Priscianus quidem, pro 'frivolario,' ponit 'fribularia;' sed in manuscriptis veteribus *b* litera pro *u* consonante non raro ponitur; et pro *a* ponebatur *ou*, quod deinde vel in *u* vel in *o* mutatum fuit. Unde 'fribularia,' pro 'fribolaria;' 'frivolaria.'

95 *Strebula agnina*] Id est, caro agnina, cujus pars fuit adhibita ad

Digitized by Google

PARS PRIMA.

LOCI EX AMISSIS PLAUTI COMŒDIIS

MAXIMAM PARTEM A GRAMMATICIS CITATI.

ACARI STUDIUM.*

Quam ego tanta pauperavi per dolum pecunia.

ABROICUS.†

Quasi lupus ab armis valeo: clunes infractos gero.

ADDICTUS.

Opus facere nimio quam dormire mavolo: veternum metuo.

ACARI STUDIUM. *Quam ego fraude adeo spoliavi argento.* ABROICUS, sive AGROICUS. *Sum firmis lateribus tanquam lupus, habeo tergum indomitum.* ADDICTUS. *Magis libet indulgere labori, quam somno. Pertimesco somnolentiam.*

* Ἀχαρι *studium* edd. vett. *Acharistio* al. ap. Pareum.—1 Hoc Fragmentum legitur ap. Nonium Marcellum in 'Pauperavit,' p. 537.—† Ἄγροικος Voss. *Ambroicus* al. ap. Pareum.—2 Nonius p. 595. *clunes desertos.* Extat etiam

NOTÆ

1 *Pauperavi*] Nonius hoc verbum laudat, quasi sit Plauti in Fabula quæ appelletur 'Acari Studium.' Quid sit autem Acarus, tam notum est, quam divinatu difficile, quod argumentum fuerit hujus Fabulæ ex hoc titulo. Sunt qui Ἀχαρι *studium* reposuerint; quasi voce ex duabus una; quod est *ingratum studium.* Alii, *Acaristio*, id est, ingratus. *Pauperavi*, id est, pauperiorem feci. Utitur hoc verbo et in Truculento Plautus, 'Quæ improba merx est, pro mercis vitio dominum pretio pauperat.'

2 *Ab armis*] Hanc Fabulam Nonius laudat et vocat, seu *Abroicum*, seu *Agroicum.* Quid significat *Abroicus*, neque ex Græco, neque ex Latino conjicere est. *Agroicus* autem est a Græco ἄγροικος, id est, *agrestis:* et similis fuisse argumenti suspicio est cum Truculento, in qua rusticorum ingenium adumbratur. 'Armi, armorum' ea pars in quibus est præcipua sedes roboris. *Ab armis valeo*, id est, sum validis armis, validi sunt mei armi.

3 *Opus facere*] Addictus ferme significat dicto audientem alieno: et versus hic, qui unus ex illa Fabula superest, hominem notat sedulum in opere suo, et desidiæ metuentem.

Digitized by Google

ARTAMON.

Nunc mihi licet quidvis loqui: nemo adest superstes.

ASTRABA, Latine CLITELLARIA.

Sequere, sequere, Polybadisce: meam spem te cupio consequi.

POLYB. Sequor hercule quidem: nam lubenter mea sperata consequor.

Axitiosæ annonam caram e vili concinnant viris.

Quasi tollenonem aut pilum reciproces plana via.

Terebra tu quidem pertundis.

ARTAMON. *Jam nihil vetat quominus quidlibet dicam: nullus* hic *superest* ASTRABA, Latine CLITELLARIA. *Sequere, sequere, Polybadisce: exopto te, ut tu, qui es mea spes, me assequaris.* POLYB. *Sequor per Herculem. Etenim alacriter assequor, id quod spero.... Contumaces reddunt annonam pretiosam ex vili.... Quasi tolleres ac deprimeres tollenonem, aut pilum Græcum in*

ap. Festum in 'Clunes.'—3 Citat interpres Virgilii *ἀνάνυμος*.—4 Hic vs. extat ap. Festum p. 282. in 'Superstites.' Huic subjiciunt Pareus, Delph. et Bipont. *Unguentum quod naribus mulionum nauteam fecisset*, ex eodem Festo p. 216. in 'Nautea.'—5. 6 Hi duo vss. leguntur ap. Varr. de L. L. v. p. 59. —7 Ex eodem Varr. de L. L. VI. p. 76. in 'Anxitiosus.'—8 Hic vss. deest in ed. Parei. Citatur a Festo in 'Tolleno.'—9 *Terebratum quid pertundis?* Pa-

NOTÆ

4 *Superstes*] *Artamon*, vel est ab *ἀρτάμων* quod præcipuum est navis velum; vel ab *ἄρταμος*, quod est *lanius, cocus. Superstes*, hoc loco significat eum qui superest in scena alibi, viventem.

[*Naribus mulionum*] Exaggeratio in unguentum fœtidum inprimis: oportet enim fœtorem esse gravissimum, qui mulionum inter teterrimos odores in stabulis et sterquiliniis perpetuo degentium nares percellat. Nonius, 'Nautea aqua ex navis sentina veniens.'

5 *Polybadisce*] In omnibus fragmentis Plautinis, hæc sola persona nominatur: adeo nihil retinent, unde Fabularum argumentum liceat deprehendere. Hæc autem Fabula Græce est *ἀστράβη*, quod Hesychio est *ephippium*, et Latine *clitellaria* a 'clitellis,' quod idem significat atque *Astraba*. Probus Grammaticus in vita Virgilii dicit Astrabam vehiculum fuisse dictum *παρὰ τὸ μὴ στρεφέσθαι*; quo titulo Plautum dicit scripsisse Comœdiam in qua mulieres sunt, quæ ejusmodi vehiculo inducuntur. A. Gellius et Nonius dicunt incertum esse utrum Comœdia hæc sit Plauti.

7 *Axitiosæ*] Id est, factiosæ. Festus: 'Axitiosi, factiosi dicebantur: cum plures una quid agerent facerentque. Axit autem pro egerint; unde axites mulieres, sive Dii, dicebantur una agentes.'

8 *Tollenonem*] Festus, 'Tolleno est genus machinæ quo hauritur aqua in alteram partem prægravante pondere.'

Pilum] Pilus hic Græcus diceba-

Digitized by Google

Dare pedibus protinam sese ab his regionibus.
Terebratus multum sit: et subscudes addite.

[*Hæc hactenus titulo* ASTRABÆ *laudata sunt ab Actoribus: nunc deinceps quæ sequuntur,* CLITELLARIÆ *nomine citantur:*]

Non quasi ut hæc, sunt heic limaces lividæ,
Diobolares, scenicolæ, miraculæ,
Cum extritis talis, cum crotilis crusculis,
Capillo scisso, atque excissatis auribus.
——— quasi tolleno, vel
Pilum Græcum reciproces plana via.
Quæ nisi sic biteris, nimium is vegrandi gradu.
Pol ad cubituram, mater, mage sum exercita;
Reliquum, ad cursuram sum tardiuscula.

plano loco. . . . Profecto tu perforas terebra . . . Fugere protinus sese ab his regionibus . . . . Sit perforatus penitus, et fibulis compactus. . . . Non sicut illa sum erga tuos quales sunt cochleæ squalidæ, diobolares, scenicolæ, miraculæ, cum extritis talis, cum crotilis crusculis, capillo scisso, et excissis auribus . . . quasi tolleno, vel pilum Græcum erigas ac deprimas in plano loco; quæ nisi ita gradiris, pergis grandiori passu. Per Pollucem, mater, sum exercitatior ad cubandum: ceterum sum paulo segnior ad cursum. . . . Quare metuis tuam amicam, ne te peri-

reus, e Nonio in 'Exterebrare,' p. 528.—10 Ex eodem Nonio in 'Protinam,' p. 697.—11 E Festo in 'Subscudes,' p. 276. Pareus addit ex A. Gellio XI. 7. et Nonio c. 2. p. 522. *Apluda. Fur frumenti.*—12 Hic et sequens versus citantur a Varrone L. L. VI. p. 76. *ut hæc sum tuis limaces* Pareus.—13 Pareus, *schænicolæ.*—14 E Festo in 'Crocotilum.'—15 E Nonio in 'Excissatum,' p. 544.—16. 18 E Festo in 'Reciprocare.'—19. 20 E Nonio in 'Cursus.' Meursius legit, *magis sum exercita A te quam ad cursuram, eo sum tar-*

NOTÆ

tur, ut videre est pancis post versibus; et sumi potest pro illo pondere, quo elato demittitur vas ad hauriendam aquam, depressoque levatur.

9 *Pertundis*] Id est, perforas.

10 *Dare pedibus sese*] Id est, fugere.

Protinam] Vetus, protinus.

11 *Subscudes*] Est fibula lignea, seu clavus committendis lignis duobus vi adactus.

18 *Biteris*] *Biteris* est ab antiquo 'beto,' id est, vado: in Curculione et in Pseudolo utitur hoc verbo Plautus.

Vegrandi gradu] Id est, parvo gradu. Sane ex contextu conqueritur aliquis de alio, qui jaceat lubentius, quam pedem promoveat, quod est fessi hominis et vix, ac ne vix quidem sese moventis. Vecors est cui vix est cor. Vejovem appellabant veteres, qui lubentius læderet quam juvaret. Quasi minime juvantem.

Digitized by Google

Quid tuam amicam times, ne te manulea cajet.

Prohibet divitiis maxumis, dote altili atque opima.

Expurgabo hercle omnia ad raucam ravim.

Quæ quasi carnuficis angiporta purgitans.

Intro ad bonam meretricem: astat ea in via
Sola: prostibula sane est ——

Meminere officium suum.

Potin' es tu, homo, facere strenuum?
N. Aliorum est affatim qui faciant: sane ego
Me volo fortem perhiberier virum ——

Tun', tune igitur, mea matercula?

Germana mea sororcula.

Si quidem imperes pro copia, pro recula.

Datores bellissumi negotioli senecis soletis esse.

Adhinnire equulam possim ego hanc, si detur sola soli.

mat manica. Arcet opibus amplissimis, dote alma, atque ampla. Exeusabo universa usque ad raucedinem. ... Quæ sicut illa quæ mundat angiportum carnificis. ... Ingredior in ædes probi scorti: ea stat in via sola: est sine dubio prostibulum. ... Recordantur suarum partium. ... Valesne, o homo, perpetrare aliquid præclari? N. Sunt satis multi qui perpetrent: profecto libet me strenuum virum præstare. ... Tune, tune ergo, o mea matercula? ... Mea sororcula germana. ... Si a me exigas, id quod possum præstare *pro viribus, pro opibus tenuibus. ... Vobis mos est facessere lepidissime negotium seni ... Ego possem adhinnire ad hanc equam,*

diuscula.—21 Citat Fulgentius de Continentia Virgiliana.—22 E Nonio in 'Altile,' p. 524.—23 Ex eodem in 'Ravis,' p. 577.—24 Ex eodem Nonio in 'Angiportus,' p. 591.—25. 26 Citantur a Nonio in 'Prostibula.' Hic Pareus, Delph. et Bipont. subjiciunt ex eodem Nonio in 'Opus,' p. 756. *Malum aufer: bonum mihi opus est.*—27 E Nonio, p. 765.—28–30 Laudat A. Gellius VII. 7. e Cistellaria.—31 Pareus, *tunc igitur.* Hic vs. et duo seqq. citantur a Prisciano, III. pp. 611. 612. 613.—34 Apud Priscian. III. p. 616. e Cistellaria.—35 Citat Priscian. III. p. 617. Post hunc versum Pareus dedit e Nonio in 'Mustulentum,' p. 519. *Nam ita mustulentus æstus nares attigit.*—

NOTÆ

21 *Manulea cajet*] Manica feriat a veteri, 'caio,' 'caias,' ferio.

24 *Angiporta*] Angiportum, i.

26 *Prostibula*] Prostibula, æ, pro prostibulum. In his duobus versibus est origo vocis hujus, prostibulum.

35 *Adhinnire equulam*] Id est, adhinnire ad equam: est allegoria ducta ab equo ad hominem non absimilem equo, quando insanit amore.

Digitized by Google

BACCHARIA.

Quis est mortalis tanta fortuna affectus unquam,
Quam ego nunc sum? cujus hæc ventri portatur pompa.
Vel nunc qui mihi in mari acipenser latuit antehac,
Cujus ego latus in latebras reddam meis dentibus et manibus.

BIS COMPRESSA.

BŒOTIA.* Ut illum Di perdant, primus qui horas repperit,
Quique adeo primus hic statuit solarium.
Qui mihi comminuit misero articulatim diem.
Nam me puero uterus hic erat solarium
Multo omnium istorum optumum et verissumum;
Ubi iste monebat esse, nisi cum nihil erat.
Nunc etiam quod est, non est, nisi soli lubet.
Itaque adeo jam oppletum est oppidum solariis.

si essem solus cum sola. ... BACCHARIA. *Quis est homo qui tanta felicitate unquam cumulatus est, quanta ego nunc sum? Ad cujus abdomen hæc pompa confertur. Ego effodiam nunc in cavernam dentibus et manibus, latus acipenseris, qui delituit hactenus in mari. ...* BIS COMPRESSA. BŒOTIA. *Dii perdant primum horarum auctorem, et qui primus collocato hic solario discerpsit frustatim diem mihi infelici. Nam quando eram puer uterus erat hic solarium, quod istis omnibus longe antecellebat, et bonitate et veritate; quando hic indicabat edendum, nisi quando nihil habebam. Nunc non habeo etiam, quod habeo, nisi sol velit. Tota urbs est plena solariis.*

36 Hic quatuor versus citantur a Macrob. Saturn. II. 12.—37 Bipont. *portantur pompæ.*—40 Citantur hi versus ab A. Gellio, III. 3. ex persona Parasi-

NOTÆ

Tum enim maxime comparandus est jumentis insipientibus, ut scriptura innuit.

36 *Quis est mortalis*] Hi versus quatuor afferuntur a Macrobio, tanquam e Baccharia Plauti. Rationem autem nominis hujus, et argumentum Fabulæ, nemo ex his versibus conjiciat. Porro hi versus videntur esse parasiti exultantis, quod ab eo sit modo depectendus digitis acipenser.

38 *Acipenser*] Piscis olim in pretio habitus. Hujus squamæ esse dicuntur aliter atque in aliis piscibus sitæ.

* BŒOTIA] *Ut illum Dii.* Hi versus novem dicuntur ab Aulo Gellio Plautinissimi; quamquam apud eundem Varro asserat minime Plauti esse, sed Aquilii cujusdam Comœdiarum scriptoris. Porro cujuscumque tandem sint poëtæ, sunt personæ parasiticæ. De inventoribus horologiorum lege Plin. II. 72. VII. 60.

Digitized by Google

Major pars populi aridi reptant fame.

CÆCUS, *sive* PRÆDONES.

Nihil quicquam factum nisi fabre, nec-
quicquam positum sine luco, auro, ebore, ar- 50
gento, purpura, picturis, spoliis, tum statuis.

Neque eam a me invito unquam abduces.

Spectari ludos magnifice atque opulenter.

Peregre est.

Plure altero tanto, quanto ejus fundus est, velim. 55

Ita sunt prædones, prorsum parcunt nemini.

Velim te arbitrari factum. R. sedulum est: submoventur hostes, removentur lapides.

Si non strenue fatetur, ubi sit aurum, membra ejus exsecemus serra.

Nihil feci secus, quam me decet.

Quis tu es, qui ducis me? mu! perii hercle, Afer est. 60

CALCEOLUS.

Molluscam nucem super ejus dixit impendere tegulas.

Major pars plebis jacet arida ob inediam.... CÆCUS, sive PRÆDONES. *Nihil erat nisi eleganti artificio perpolitum, nihil collocatum sine luco, auro, ebore, argento, purpura, picturis, spoliis et statuis.... Et nunquam illam avocabis a me nisi volente.... Cerni ludos splendidos atque divites.... Abiit extra patriam.... Optem esse carius duabus partibus, quam ejus est prædium.... Ejusmodi sunt latrones, nulli omnino ignoscunt.... Optarem te judicem ejus rei.* R. *Est res diligens. Arcentur hostes, tolluntur lapides.... Concidamus ejus artus serra, si non indicet, in quo loco sit pecunia.... Nihil commisi, quod me dedeceat.... Quis es tu, qui ducis me? interii, per Herculem, Afer est.* ... CALCEOLUS. *Dixit nucem Molluscam*

---

ti esurientis.—43 Salm. *puero venter.*—46 Salm. *non estur nisi.*—49 Hi versus citantur a Charis. lib. II. pp. 179. 187. 189. 194. 195. 213.—53 *Spectavi* Pa-

NOTÆ

49 *Nihil quicquam*] Charisius in adverbio hos versus quatuordecim affert.

55 *Plure*] Pro 'pluris.' Laudat Ciceronem idem Charisius in eadem voce, 'plure venit.'

60 *Mu*] Particula qua terror incutitur. Lucilio, 'Mu facere,' est mutire.

61 *Molluscam nucem*] Versus hic affertur a Macrobio, et interpretatur molluscam nucem de persica, quam nos vocamus, *une pêche.*

Digitized by Google

CARBONARIA.

Secundum ipsam aram aurum abscondidi.

Esto pernam, sumen sueris, spectile, callum, glandia.

Patibulus ferar per urbem, deinde affigar cruci.

COLAX.

Batiolam auream octo pondo habebat, accipere noluit. 65

COMMORIENTES.

—— Saliam in puteum præcipes.

CONDALIUM.

Tam crepusculo fere, ut amens, lampadas accendit.

CORNICULARIA.

Facite olant ædes Arabice.

suo tecto imminere. ... CARBONARIA. *Juxta altare ipsum occultavi aurum. ... Comede pernam, sumen suis, spectile, callum, glandia. ... Me trahent per civitatem patibularium, deinde affigar cruci. ...* COLAX. *Egerat batiola aurea octo librarum, accipere recusavit. ...* COMMORIENTES. *Me dabo præcipitem in puteum. ...* CONDALIUM. *Adeo mane, ut stultus lucernas accendit. ...* CORNICULARIA. *Date operam, ut domus odore Arabico repleatur. ... Qui militavit annis decem sub*

reus.—61 E Macrob. Saturn. II. 14.—62 E Prisciano, lib. X. p. 890.—63 E Festo Pompeio in 'Spectile,' p. 264.—64 Citat Nonius in 'Patibulum,' p. 608.—Hic Delph. et al. inserunt, *Colacem esse Nævii et Plauti veterem Fabulam.**—65 Laudat Nonius in 'Batiola,' p. 792.—66 E Prisciano, lib. VI. p. 725.—67 Citatur a Varr. de L. L. VI. p. 77.—68 Laudat Diomedes, lib. I. p.

NOTÆ

63 *Sueris*] Id est, suis.

64 *Patibulus*] Adjective.

[*Colacem*] Colax Græcum est, et adulatorem significat. Argumentum hujus Fabulæ videtur fuisse parasiticum; nam tria erant genera parasitorum; alii vocabantur ridiculi, qui risum convivis movebant; alii plagipatidæ et lacones, in quos licebat quodvis audere, dummodo a mensa non removerentur; alii adulatores, quod genus serium erat et grave.

65 *Batiolam*] 'Batiola,' vas vinarium in quod vinum educitur primum e cado.

66 *Præcipes*] Id est, præceps.

67 *Tam crepusculo*] Hæc Fabula *Condalium* vocatur. *Condalium* autem est annuli genus. Festus, 'Condalus, annulus; Condalium similiter, annuli genus.' Varro negat Condalium esse Plauti, ut scribit Aulus Gellius: affirmat Terentius Condalium, et Commorientes esse Plautina.

68 *Olant*] 'Olo, olis,' pro 'oleo, oles,' antique. 'Olere Arabice,' id est, suaviter. Suavissimi enim afferebantur ex Arabia odores.

Digitized by Google

Qui regi latrocinatus decem annos Demetrio
Mercede.
Pulchrum et luculentum hodie evenit prælium.
Te obsecro, Lyde, pileum meum, mi sodalis, mea salubritas.
Quid cessamus ludos facere? Circus noster ecce adest.
Qui amant ancillam meam Hedylium oculitus.
Mihi Laverna in furtis celebrassis manus.

DYSCOLUS.

Virgo sum: nondum didici verba nupta dicere.

rege Demetrio.... Egregium atque præclarum certamen commissum est hodierna die.... Te rogo, Lyde, pileum meum, mi amice, mea salus.... Quid moramur committere ludos? Adest noster circus.... Qui in oculis habent Hedylium meam ancillam.... Laverna, redde meas manus celebres furto.... DYSCOLUS. *Sum virgo: nescio quidem nomina rerum obscœnarum....* FŒNERATRIX. *Heus tu!*

378. *olunt ædes Arabicas* edd. ante Putsch.—69 Est apud Varr. de L. L. lib. VI. p. 74. Citatur a Nonio in 'Latrocinari,' p. 560. ita, *Latrocinatus decem annos mercedem.*—71 E Nonio in 'Luculentum,' p. 518. Pro *prælium*, al. legunt *præmium*, i. e. præda.—72 Apud Nonium in 'Pileus,' p. 608.—73 Citatur a Varr. de L. L. lib. IV. p. 37.—74 Sic Nonius in 'Oculitus,' p. 567. Al. legunt *Hedulium*, e Pseud. I. 2. 54.—75 Apud Nonium in 'Laverna,' p. 560. Pareus legit, *Lita Vam Lavernam, ni furis scelerascit manus*; Taubm.

NOTÆ

69 *Latrocinatus*] Latro dicebatur stipator, non a latere principis, ad quod stabat; sed a mercede quam stipationis ergo recipiebat, quæ vocabatur λάτρον.

73 *Circus*] Putat Varro circum dici, quod milites defixo in terram palo circumluderent. Et ille ludus vocabatur, olim, 'palaria,' a palo.

75 *Laverna*] Fures olim venerabantur Lavernam, tanquam patronam suam. Horatius quas preces ad eam funderent etiam refert: 'pulcra Laverna, Da mihi fallere: da justum sanctumque videri.' Hæc Dea Græcis erat Πραξιδίκη. Plagiarium versuum appellat Ausonius 'Lavernam carminum.' Pareus legit, *Litavam Lavernam, ni furis scelerascit manus. Litavam*, pro *litabam*. 'Lito' autem est precor.

Furtis manus] Id est, fures, seu, furaces manus. Alius legit, *Mitigaveram Lavernam ni*, (id est, mitiorem reddideram, placaveram) *fures celerassit manus*, id est, celeres manus in furando redderet.

76 *Verba nupta*] Festus, 'Nupta verba dicebantur ab antiquis, quæ virginem dicere non licebat.' Idem, 'Nubentibus depositis prætextis, a multitudine puerorum obscœna clamantur.' Varro, 'Pueri obscœnis verbis novæ nuptæ aures returant.' Videlicet antea erant obturatæ. Pueris autem non ante licebat obscœna jactare ad novas nuptas, quam prætextam detulissent ad Fortunam virginalem.

Digitized by Google

FŒNERATRIX.

Heus tu! in Barbaria quod dixisse dicitur
Liberta suæ patronæ, id ego dico tibi:
Liberta, salve: vapula, Papyria.

FRETUM.

Hoc illud est
Quod arietini responsum magnis ludis dicitur:
Peribo, si non fecero: si faxo, vapulavero.

FRIVOLARIA.*

Commodo dictitemus.

Is mihi erat bilis, aqua intercus, tussis, febris querquera.

—— sequimini hac
Sultis legiones omnes Lavernæ: ubi rorarii
Estis? en sunt: ubi sunt accensi? ecce ——

tibi dico id quod liberta refertur dixisse suæ patronæ apud Romanos: salve liberta: vapula, Papyria. ... FRETUM. *Id est quod dicitur in magnis ludis responsum Arietini: Occidam, nisi egero: si egero, pœnas dabo....* FRIVOLARIA. *Dicamus commode. ... Is mihi erat instar bilis, aquæ intercutis, tussis, febris robustæ.... Sequimini hac, si vultis, legiones omnes Lavernæ! Ubi estis primæ aciei milites? Ubi accensi? ecce * agito, subsistite universi, sicut qui tertio*

celerassis manus.—76 E Festo Pomp. in 'Nupta verba,' p. 129.—77 Hi tres versiculi leguntur apud eundem Festum, p. 302.—80 Hoc Fragm. citatur ab A. Gellio, III. 3. ubi pro *vapulavero*, al. legunt *vapularo*.—* *Fribularia* Priscian.—83 Extat ap. Charis. lib. II. p. 174. et 177.—84 Citat Priscian. lib. VI. p. 719. sed absque *querquera*, quod est apud Festum, p. 196.—85-88 Extant

NOTÆ

77 *Barbaria*] Si argumenti est Græci Fabula barbaria significat Romanos; si Romani, significat Græcos.

79 *Vapula, Papyria*] Festus: 'Vapula Papyria, in proverbio antiquis fuit. De quo Sinnius Capito refert: tum dici solitum esse, cum vellent minantibus significare, se eos negligere et non curare fretos jure libertatis.' Alii accipiunt pro 'dole:' Varro pro 'peri.' Scaligero est οἴμωξε. Præter hos versus, Diomedes hunc affert, *Quæ ego populabo probe:* alii, *propere.*

81 *Arietini responsum*] 'Arietinum responsum' est anceps, et quocumque te vertas incommodum: hoc patet ex sequenti versu: *Peribo, si non fecero: si faxo, vapulavero*, id est, sive fecero, sive non fecero, incommodum erit.

86 *Rorarii*] Festus: 'Rorarios milites vocabant, qui levi armatura primi prælium committebant; quod, ut ante imbrem fere rorare solet; sic illi ante gravem armaturam quod prodibant, rorarii dicti.'

87 *Accensi*] Varro, 'Accensi dicti sunt, quod decurionibus et centurio-

Digitized by Google

Agito, subsidite omnes, quasi solent triarii.
Nave agere oportet, quod agas, non ductarie.
Superaboque omnes argutando præficas.
—— tunc papillæ primitus
Fraterculabant: illud volui dicere,
Sororiabant: quid opus est verbis?
O amice, ex multis mihi une Cephalio.
Strebula agnina tene.

ordine decertant.... Decet perficere id, quod instituisti, ultro, non ægre.... Et vincam universas præficas arguta voce.... Tunc mammæ primum eminebant ut fratres: volui dicere, ut sorores. Quid opus est verbis? ... O amice Cephalio, unus inter multos.... Accipe agninam Diis oblatam.... GASTRION, vel GAS-

ap. Festum in 'Sultis,' p. 280. et in 'Subsidium,' p. 276. et ap. Varr. de L. L. IV. p. 24. *Agite nunc, subsidite* Pareus.—89 Citatur a Festo in 'Navus,' p. 117.—90 E Nonio in 'Præfica,' p. 520.—91–93 Citat Festus in 'Sororiare,' p. 242.—95 Ex eodem Festo in 'Strebula,' p. 270. Hic Pareus addit e Prisciano, lib. v. p. 673. *O amice, ex multis mihi une; Cephalio!* et e Varrone de L. L. lib. VI. p. 76. *Age, age, specta: vide vibices! quantas!* POL.

NOTÆ

nibus accensebantur, id est, attribuebantur.' Iidem 'ascriptivi,' et 'optiones' dicti sunt.

88 *Subsidite*] Festus: 'Subsidium dicebatur, quando milites subsidebant in extrema acie, labentique aciei succurrebant. Quod genus militum constabat ex iis, qui emeruerant stipendia, et tamen retinebant locum in exercitu; quæ erat tertia acies, quæ dicebatur triariorum.'

Triarii] 'Triarii' dicti, quod in tertio ordine aciei starent.

89 *Nave*] Id est, naviter. Festus: 'Navus, celer, ac strenuus, a navium velocitate dictus.'

Ductarie] *Ductarie*, quando adverso amne funibus trahitur navis.

90 *Præficas*] 'Præficæ' erant mulieres conductitiæ, quæ præirent funeri, ad lamentandum et lacrymandum; et quia arguta, acutaque mulierum esse vox solet, ideo pollicetur hæc quæcumque sit tandem persona, fore ut vincat arguta voce et acuta præficas.

92 *Fraterculabant*] De geminis papillis, quasi de geminis pueris, et uno partu editis, qui solent esse simillimi. 'Fraterculare,' seu 'sororculare,' seu 'sororiare.' 'Frater' et 'soror' obscœna erant olim: iis enim nominibus abutebantur conjunctionis naturalis, ad exprimendam suam lasciviam.

94 *Une*] Pro 'unus,' in vocandi casu; et alibi 'sole,' pro 'solus.' Priscianus quidem, pro 'frivolario,' ponit 'fribularia;' sed in manuscriptis veteribus *b* litera pro *u* consonante non raro ponitur; et pro *a* ponebatur *ou*, quod deinde vel in *u* vel in *o* mutatum fuit. Unde 'fribularia,' pro 'fribolaria;' 'frivolaria.'

95 *Strebula agnina*] Id est, caro agnina, cujus pars fuit adhibita ad

Digitized by Google

GASTRION, *vel* GASTRON.*

Caro strebula, vitellina est: cœnabis.

HORTULUS.

Præco ibi adsit cum corona: quique liceat, veneat.

KAKISTUS.

—— malo hunc alligari ad oriam;
Ut semper piscetur, etsi sit tempestas maxuma.

LENONES GEMINI.

Dolet hic puellus, sese venum ducier. 100

MEDICUS.

In conspicillo asservabam: pallium observabam.

Parasito cum virgis caseum radi potest.

Domi reliqui exoletam virginem.

NERVOLARIA.

Scobinam ego lima actutum adrasi.

TRON. *Habeo carnem coxendicis vitulinæ: cœnabis.* ... HORTULUS. *Præco veniat, et habeat coronam: et vendatur tanti quanti licitum fuerit.* ... KAKISTUS. *Hunc malo ad oriam constringi; ut semper pisces capiat, licet sit tempestas maxima.* ... LENONES GEMINI. *Ægre fert hic puer, quia ducitur ut vendatur.* ... MEDICUS. *Intuebar in speculo: obtuebar pallam.* ... *Caseus potest radi cum virgis parasito.* ... *Deserui in ædibus virginem adultam.* NERVOLARIA. *Ego adrasi*

jam inspexi: quid est.—* Al. ap. Parenm, *Gestrio*, vel *Gestio*, vel *Quæstio*, vel *Restio*.—96 Hoc citat Varro de L. L. lib. VI. p. 76.—97 E Festo in 'Sub corona vendere,' p. 273. Al. legunt *quanti licebat*.—100 Ita legitur ap. Priscian. lib. VI. p. 697. Festus vero ita citat, *Olim huic puello sese, &c.*—101 E Nonio in 'Conspicillum,' p. 532. *In conspicilio* Pareus.—102 Ex eodem Nonio in 'Caseus,' p. 597. Post hunc vs. Pareus inseruit e Nonio in 'Lopades,' p. 795. *Addite lopades, echinos, ostreas.*—103 Citat Priscian. lib. X. p.

NOTÆ

sacrificium. Nonnulli putant esse carnem coxæ, quia στρεβλὸς est *curvus*; qualis est coxa.

96 *Caro strebula*] Uno verbo dicitur, *carostrebulæ*. Dividit tamen Arnobius adversus Gentes: 'Nonne placet carnem strebulam nominare, quæ taurorum e coxendicibus demitur?'

97 *Cum corona*] Captivi coronati vendebantur, Festo teste.

Quique liceat] Tanti vendatur, quanti liceat.

98 *Oriam*] 'Oria,' et ut aliis 'horia,' est navis piscatoriæ genus.

101 *In conspicillo*] 'Conspicillo,' vel ut alii, 'conspicilio observare,' est adhibito vitro oculorum juvare aciem.

Digitized by Google

Scranciæ, scrupedæ, strictivellæ, tantulæ. 105
Prohibent, quom mœnia aliunde ego fungor mea.
Ocyssume nos liberi possimus fieri.
Pollucte prodigum esse amatorem addecet.
Vinum sublestissumum.
Insanum valde uterque deamat. 110

PARASITUS PIGER, *sive* LIPARGUS.

Inde bene appotus primulo crepusculo
Domum ire cœpi tramite recta via.
Ambo magna laude lauti: postremo ambo sumus non nauci.

statim scobinum lima.... Fœtidæ, tardæ, rugosæ, breves.... Impediunt, quando ego obeo meum officium.... Valeamus manumitti celerrime.... Oportet amatorem esse abunde profusum... Vinum insuavissimum.... Uterque magnopere insanit amore.... PARASITUS PIGER, sive LIPARGUS. *Inde probe madidus vino reversus sum recta in ædes prima luce.... Ambo lautissimi: demum uterque non sumus*

872.—104 Apud Varr. L. L. lib. v. p. 76.—105 Ap. eundem Varr. ibid. ubi nonnulli legunt, *strictipellæ sordidæ*.—106 E Festo in 'Mœnia,' p. 273.—107 Ex eodem in 'Ocyssime,' p. 136.—108 Ex eodem Festo in 'Prodegeris,' p. 181.—109 Ex eodem in 'Subigere,' p. 274.—110 Apud Nonium in 'Insanum,' p. 556. *τὸ valde* pro glossemate habet Pareus. Delph. et Bipont. addunt e PATINA, sive PATINARIA, *Nam quid ille nunc tam diu intus remorantur rem eligines?*—111. 112 Extant ap Varr. L. L. lib. VI. p. 75. *cæpit* Pareus.—

NOTÆ

105 *Scranciæ*] Id est, identidem screantes fœtorem stomachi sputis egerentes. Hæ et 'screatiæ' dictæ.

Scrupedæ] Tardæ et male stantes, quasi per scrupos et lapillos perpetuo incedant: veteres etiam 'petreias' appellabant. Scaliger translatum e Græco putat, et *scrupedas* dici, quasi *crupedas: croupedas* autem derivat a *κρούπεδοι*, id est, *duris hominum pedibus*.

Strictivellæ] Aliis *strictipellæ;* sed proprie *strictipellæ*, quæ sunt *strictivellæ:* significantur enim mulieres, quæ cum sint rugosæ, distendunt pellem, ut asperitatem rugarum tollant, et expoliant cutem. Ab aliis dicebantur 'tentipelles,' vel 'tentipellæ:' eæ vero, quæ ad id adhibebant ignem, dicebantur 'incoctæ mulieres.'

Tantulæ] Breves vocantur ac parvæ.

106 *Mœnia fungor*] Id est, muniis, seu muneribus, et partibus fungor.

109 *Vinum sublestissumum*] Infirmum, tenue; et quasi dilutius aqua.

110 *Insanum valde*] Id est, magnopere. Insanum sæpe in auctoribus, non quod non sanum est, sed quod est magnum.

Digitized by Google

Ejusdem Bacchæ fecerunt nostram navim Pentheum.
Nunc, ut apud sequestrum vidulum posivimus.
Nunc servos argentum a patre expalpabitur.
Immo id quod hæc nostra est patria, et quod hic meus
Est pater, illic autem Soterinis est pater.
Malim moriri meos, quam mendicarier. Boni ministrantur: illum nunc irrident mali.
Signum recte comparebat: hujus contendi annulum.
Quid multa verba? plurimum luctavimus.
— Jube hunc insui culleo,
Atque in altum deportari, si vis annonam bonam.
Ibi ut piscabar, fuscina ici vidulum.
Nam audivi fœminam ego leonem semel parire.

tristitiam, inopiam, frigus, famem.... Ejusdem bacchationes dilaceraverunt nostram navim, sicut Pentheum.... Nunc, quia deposuimus vidulum apud sequestrum.... Nunc servus circumveniet patrem pecunia.... Immo quia adest patria nostra, et quia hic est meus pater, ille vero est pater eorum, qui saluti fuerunt.... Malim meos mortem oppetere, quam mendicare. Quia boni serviunt mortuo: *mali illudunt mendico.... Signum optime apparebat: contuli cum annulo.... Quid plura? Multum luctati sumus.... Impera hunc includi culeo, atque deferri in altum, si cupis habere annonam uberem.... Cum piscarer in ille loco, fuscina ferii vidulum.... Audivi mulierem olim peperisse leonem.*

'Reddibo,' p. 770.—134 Citat Priscian. lib. VI. 699.—135 Ex eodem Priscian. lib. VII. p. 738. Cf. Trin. IV. 1. 14.—136 E Priscian. lib. X. p. 898.—137 Recitat Nonius in 'Expalpare,' p. 542. et 752.—138. 139 Citat Priscian. lib. VII. p. 749. *meus est Pater, &c.* Pareus.—140 E Nonio in 'Mendicarier,' p. 562.—141 Citat Nonius in 'Contendere,' p. 631.—142 E Nonio in 'Eluctavi,' p. 748.—143. 144 Citat Fulgentius Placiades in 'Culleus,' p. 806.—145 Ex Aululria citat Nonius in 'Icit,' p. 553.—146 Citat Junius Philargyrus in Virg. Ecl. II.

NOTÆ

135 *Fecerunt navim Pentheum*] Nota est Fabula de Pentheo, qui cum curiosius contemplaretur orgia Bacchi, a Bacchidibus discerptus est.

139 *Soterinis est pater*] Hæc Soteris, hujus Soterinis; id est, pater salvatricis. Nam 'Soteris,' est a Græco.

140 *Boni ministrantur*] Alii, *Boni inmiserantur*, id est, bonos ejus miseret.

141 *Contendi*] Id est, comparare aliquid cum alio, ut deprehendas in quo differant. Contendere fila, utrum sint æqualis longitudinis.

Digitized by Google

PARS SECUNDA.

LOCI EX AMISSIS CITATI,

AMISSO ETIAM COMŒDIÆ NOMINE.

Epeum fumificum, qui legioni nostræ habet coctum cibum.

Oggannuit odiosus omni totæ familiæ.

Licet vos abire curriculo.

Jam tibi tuis meritis crassus corius redditus est.

Di bene vortant! tene cruminam; in ea erunt triginta minæ.

Nullam ego rem citiorem apud homines esse, quam famam reor.

Stultus est advorsum ætatem et capitis canitudinem.

Numnam mihi oculi cæcultant? estne hic noster Hermio?

Epeus fumosus, qui coquit cibos nostris copiis.... Oblatravit invisus universæ nostræ familiæ.... Licet vos fugere celeriter.... Tua cutis evasit crassior tuis virtutibus.... Dii bene vertant! Accipe crumenam, sunt in ea triginta minæ. Arbitror nihil esse velocius apud homines fama.... Desipit præter ætatem et canitiem.... Nonne oculi falluntur? Estne hic noster Hermio?... Deseruit arma

---

1 Citat Varro de L. L. VI. p. 72.—2 Ex eodem Varr. lib. VI. p. 81. *toti familiæ* Pareus.—3 Citat Festus in 'Curriculo,' p. 45.—4 Ex eodem Festo in 'Corius,' p. 42.—5 Apud Festum in 'Crumina,' p. 43.—6 Apud eundem in 'Citior,' p. 35.—7 Citatur a Festo in 'Canitudo,' p. 30.—8 Citatur ab eo-

NOTÆ

1 *Epeum fumificum*] Epeus cocus dicitur 'fumificus;' quia coci utplurimum versantur in fumo, atque adeo melius 'fumosum' dicas, quam 'fumificum.'

2 *Oggannuit*] 'Oggannire' est latratus ille tenuis et amicus canum gestientium, et ut ita dicam gratulantium, propter reditum heri.

3 *Curriculo*] Id est, cursim.

4 *Corius*] Vetus pro 'corium.' *Tuus corius redditus est crassus tuis meritis*, id est, indurnit flagris tibi propter nequitiam inflictis.

7 *Canitudinem*] Id est, canitiem, vetus.

8 *Cæcultant*] Festus, 'Cæcultant; cæcis proximi sunt oculorum acie obtusa.'

Digitized by Google

Addite lepades, echinos, ostreas.

Nihil moror mihi fucum in alveo, apibus qui peredit cibum.

PHAGON.

Honos syncerasto perit.

PLOCIONA.

Nam coloratam frontem habet, petilis labris.

SATURIO.

Catulinam, carnem esitavisse, [*hoc est, comedisse Romanos, Plautus in Saturione refert.*]

Retrahi nequitur, quoquo progressa est semel.

Male tibi evenisse video, qui glaber erat tanquam rien.

Succenturia; centum require, qui te delectent domi.

SCYTHA LITURGUS.

Mulier es, uxor: Quoja, vir? ego novi, scio: axiosa es.

—— Sin ea mihi insignitos pueros pariat postea,

spernendi. ... Addite lepades, echinos, ostreas. ... Non curo si fucus est in alveo, qui vorat cibum apum. ... PHAGON. *Honor syncerasti interit. ...* PLOCIONA. *Est illi frons colorata, et exilia labra. ...* SATURIO. *Comedisse carnem catulorum. ... Non potest retrahi, in quemcumque locum progressa est semel. ... Animadverto id tibi male cessisse, qui imberbis erat veluti ren. ... Succenturia; quære* vel *centum qui te oblectent in ædibus. ...* SCYTHA LITURGUS. *Es mulier, o uxor. Cuja, vir? Ego novi, scio: factiosa es. ... Si deinceps non edat mihi pueros*

113 E Festo in 'Naucum,' p. 115.—114 Vide ad vs. 102.—115 Citat Priscian. lib. x. p. 893.—116 Ap. Varr. de L. L. lib. vi. 75.—117 Citatur a Nonio in 'Petilum,' p. 568.—119 E Festo in 'Nequitum,' p. 121.—120 Ex eodem Festo in 'Rienes,' p. 219.—121 Ex eodem in 'Succenturiare,' p. 277.—122 Citat Varro de L. L. vi. p. 76. *actiosa es* Pareus.—123. 124 Extant apud

NOTÆ

117 *Nam coloratam*] Hæc Fabula vocatur *Plociona*, a πλοκιώνης, *stupparum emtor.*

Petilis labris] Festus: 'Petilam suram, siccam, et substrictam vulgo interpretantur.' Nonius, 'Petilum, tenue et exile.'

119 *Nequitur*] *Nequitur* antique dictum. Festus, 'Nequitum, et nequitur, pro non posse dicebant.'

120 *Rien*] Nihil est riene magis glabrum.

121 *Succenturia*] Festus: 'Succenturiare, est explendæ centuriæ gratia supplere, subjicere.'

Digitized by Google

Aut varum, aut valgum, aut compernem, aut pætum, aut brocchum filium.

TRIGEMINI.

Ni fugissem, medium credo præmorsisset.

VIDULARIA.

Ubi quamque pedem videbat, suffurabatur omnis.

Nescio qui servos e myrteta prosiluit.

Paupera hæc res est.

Opposita est claxendix: at ego dicam, signi quid sit.

Animum advortite ambo, si voltis, vidulum hic apponite. Ego servabo, quasi sequestro detis: neutri reddibo, donicum Res judicata erit hæc.

Haud fugio sequestrum.

Inopiam, luctum, mœrorem, paupertatem, algum, famem.

nævo quodam notatos, qui sint aut vari, aut valgi, aut compernes, aut pæti, aut brocchi. ... TRIGEMINI. *Nisi in fugam me conjecissem, me medium dentibus invasisset.* ... VIDULARIA. *Statim atque pediculum cernebat, eum surripiebat.* ... *Nescio quis servus erupit ex myrteto.* ... *Hæc res est misera.* ... *Opposita est concha; ego vero aperiam, quod sit signum.* ... *Animadvertite ambo, si libet, deponite hic vidulum. Ego custodiam, quasi deposueritis apud sequestrum: reddam neutri, donec hæc lis sit dijudicata.* ... *Non deprecor sequestrum.* ... *Egestatem, fletum,*

Festum in 'Valgos,' p. 302. Pareus legit, *Tum ne uxor mihi insignitos, &c.* Mox, margo ed. Gronov. *broncum* e Non.—125 Legitur apud Gellium, VII. 9. —126 E Nonio in 'Pedis,' p. 608.—127 Citat Priscianus lib. IV. p. 625.—128 Ex eodem Prisc. l. v. p. 647.—129 E Priscian. lib. v. p. 655.—130 Hic et tres seqq. versus citantur a Priscian. lib. VI. 692. 959. et a Nonio in

NOTÆ

124 *Varum*] 'Varus' distortis est eruribus valgo contrarius, atque adeo incedit genibus juxta positis, pedibus longissime disjunctis.

Valgum] *Valgum* appellant, qui incedit talis juxta se positis, sed disjunctis genibus.

Compernem] Longis est 'compernis' pedibus.

Pætum] Tremulis est, et clausissimis oculis.

Brocchum] Nonius, 'Broncus, qui dentes habet prominulos, et os productum.'

129 *Claxendix*] Priscianus, 'Claxendix' significat conchan, qua signum tegitur.

Digitized by Google

Ejusdem Bacchæ fecerunt nostram navim Pentheum.
Nunc, ut apud sequestrum vidulum posivimus.
Nunc servos argentum a patre expalpabitur.
Immo id quod hæc nostra est patria, et quod hic meus
Est pater, illic autem Soterinis est pater.
Malim moriri meos, quam mendicarier. Boni ministrantur: illum nunc irrident mali.
Signum recte comparebat: hujus contendi annulum.
Quid multa verba? plurimum luctavimus.
— Jube hunc insui culleo,
Atque in altum deportari, si vis annonam bonam.
Ibi ut piscabar, fuscina ici vidulum.
Nam audivi fœminam ego leonem semel parire.

tristitiam, inopiam, frigus, famem.... Ejusdem bacchationes dilaceraverunt nostram navim, sicut Pentheum.... Nunc, quia deposuimus vidulum apud sequestrum.... Nunc servus circumveniet patrem pecunia.... Immo quia adest patria nostra, et quia hic est meus pater, ille vero est pater eorum, qui saluti fuerunt.... Malim meos mortem oppetere, quam mendicare. Quia boni serviunt mortuo: *mali illudunt mendico.... Signum optime apparebat: contuli cum annulo.... Quid plura? Multum luctati sumus.... Impera hunc includi culeo, atque deferri in altum, si cupis habere annonam uberem.... Cum piscarer in illo loco, fuscina ferii vidulum.... Audivi mulierem olim peperisse leonem.*

'Reddibo,' p. 770.—134 Citat Priscian. lib. VI. 699.—135 Ex eodem Priscian. lib. VII. p. 738. Cf. Trin. IV. 1. 14.—136 E Priscian. lib. X. p. 898.—137 Recitat Nonius in 'Expalpare,' p. 542. et 752.—138. 139 Citat Priscian. lib. VII. p. 749. *meus est Pater, &c.* Pareus.—140 E Nonio in 'Mendicarier,' p. 562.—141 Citat Nonius in 'Contendere,' p. 631.—142 E Nonio in 'Eluctavi,' p. 748.—143. 144 Citat Fulgentius Placiades in 'Culleus,' p. 806.—145 Ex Aululari citat Nonius in 'Icit,' p. 553.—146 Citat Junius Philargyrus in Virg. Ecl. II.

NOTÆ

135 *Fecerunt navim Pentheum*] Nota est Fabula de Pentheo, qui cum curiosius contemplaretur orgia Bacchi, a Bacchidibus discerptus est.

139 *Soterinis est pater*] Hæc Soteris, hujus Soterinis; id est, pater salvatricis. Nam 'Soteris,' est a Græco.

140 *Boni ministrantur*] Alii, *Boni inmiserantur*, id est, bonos ejus miseret.

141 *Contendi*] Id est, comparare aliquid cum alio, ut deprehendas in quo differant. Contendere fila, utrum sint æqualis longitudinis.

Digitized by Google

PARS SECUNDA.

LOCI EX AMISSIS CITATI,

AMISSO ETIAM COMŒDIÆ NOMINE.

Epeum fumificum, qui legioni nostræ habet coctum cibum.

Oggannuit odiosus omni totæ familiæ.

Licet vos abire curriculo.

Jam tibi tuis meritis crassus corius redditus est.

Di bene vortant! tene cruminam; in ea erunt triginta minæ. 5

Nullam ego rem citiorem apud homines esse, quam famam reor.

Stultus est advorsum ætatem et capitis canitudinem.

Numnam mihi oculi cæcultant? estne hic noster Hermio?

Epeus fumosus, qui coquit cibos nostris copiis. . . . Oblatravit invisus universæ nostræ familiæ. . . . Licet vos fugere celeriter. . . . Tua cutis evasit crassior tuis virtutibus. . . . Dii bene vertant! Accipe crumenam, sunt in ea triginta minæ. Arbitror nihil esse velocius apud homines fama. . . . Desipit præter ætatem et canitiem. . . . Nonne oculi falluntur? Estne hic noster Hermio? . . . Deseruit arma

---

1 Citat Varro de L. L. VI. p. 72.—2 Ex eodem Varr. lib. VI. p. 81. *toti familiæ* Pareus.—3 Citat Festus in 'Curriculo,' p. 45.—4 Ex eodem Festo in 'Corius,' p. 42.—5 Apud Festum in 'Crumina,' p. 43.—6 Apud eundem in 'Citior,' p. 35.—7 Citatur a Festo in 'Canitudo,' p. 30.—8 Citatur ab eo-

NOTÆ

1 *Epeum fumificum*] Epeus cocus dicitur 'fumificus;' quia coci utplurimum versantur in fumo, atque adeo melius 'fumosum' dicas, quam 'fumificum.'

2 *Oggannuit*] 'Oggannire' est latratus ille tenuis et amicus canum gestientium, et ut ita dicam gratulantium, propter reditum heri.

3 *Curriculo*] Id est, cursim.

4 *Corius*] Vetus pro 'corium.' *Tuus corius redditus est crassus tuis meritis*, id est, induruit flagris tibi propter nequitiam inflictis.

7 *Canitudinem*] Id est, canitiem, vetus.

8 *Cæcultant*] Festus, 'Cæcultant; cæcis proximi sunt oculorum acie obtusa.'

Digitized by Google

Ejuravit militiam.

Sic me subes cotidie, quasi fiber salicem.

Herbam do.

Iniit te unquam febris?

Neque muneralem legem, neque lenoniam,
Rogata fuerit necne, floccid' æstimo.

Perfidiose captus, edepol nervo cervicès probas.

Muriatica autem video in vasis stagneis:
Bonam naritam, et camarum, et tagenia:
Echinos fartos, conchas piscinarias.

... Sic subis meas ædes singulis diebus, quasi Castor subit *salices. ... Herbam porrigo ... Nunquamne te febris occupavit? ... Nauci facio, rogatane fuerit necne lex munerum dandorum, aut lenonia. ... Per ædem Pollucis perfide occupatus exploras utrum collum ferre possit nervum. ... Animadverto res muria mersas in vasis stanneis: videlicet naritam, et camarum, et tagenia: echinos fartos, conchas*

dem Festo in 'Cæcultant,' p. 28.—9 Ex eodem in 'Ejuratio,' p. 53.—10 Legitur ap. Festum in 'Fiber,' p. 62. *Sic me subas cottidie* Pareus.—11 Festus in 'Herbam,' p. 71.—12 Festus in 'Iniit,' p. 78.—13. 14 Hi versus leguntur ap. Festum in 'Muneralis lex,' p. 107.—15 Festus in 'Nervum,' p. 121.—

NOTÆ

9 *Ejuravit militiam*] 'Ejuratio significat id, quod desideretur, non posse præstari.'

10 *Fiber*] Dicitur etiam 'Castor,' et 'Canis Ponticus.' Varro de Ling. Lat. 'Fiber, ab extrema ora fluminis dextra et sinistra maxime quod solet videri; et antiqui fibrum dicebant extremum. Unde et in sagis extrema fimbriæ, et in jecore extremum fimbriæ.'

11 *Herbam do*] Festus: 'Herbam do, cum ait Plautus, significat, victum me fateor; quod est antiquæ et pastoralis vitæ indicium: nam qui in prato, cursu, aut viribus contendebant, cum superati erant, ex eo solo, in quo certamen erat, decerptam herbam adversario tradebant.'

12 *Iniit*] Introiit.

13 *Muneralem legem*] Lex muneralis erat lex Cincia, qua cautum erat ne quis munus acciperet ob causam orandam, et patrocinium præstandum.

15 *Nervo cervices probas*] Festus: 'Nervum appellamus etiam ferreum vinculum, quo pedes impediuntur: quanquam Plautus eo etiam cervices vinciri ait.'

16 *Muriatica*] Edulia muria condita.

Vasis stagneis] Id est, stanneis; nisi forte allusione facta ad stagnum exprimat vasa lata in quibus innatent in muria pisces, et cetera edulia.

17 *Naritam*] Ostrei genus, 'narita.'

Camarum] Aliud edulii genus.

Tagenia] Piscis genus.

Digitized by Google

Non ego te novi, navalis scriba, columbar impudens?
Nihil deconciliares illi: nisi quid Persibus sapis.
Sacrum an profanum habeas, parvipenditur.
Ulcerosam, compeditam, subverbustam, sordidam.
Glirium examina.
—— sed leno egreditur foras.
Hinc ex occulto sermonem ejus sublegam.
Nec, machæra, audes dentes frendere.
Floccipendo quid rerum geras.
Argentum hinc facite,
Clandestina ut celetur consuetudo.
Properant prandium.
Quam folles taurini habent, cum liquescunt petræ, ferrum ubi fit.
Non hic ut possit, edit; sed posse cupit, ut edat.

depromtas e piscinis. ... Non te novi, navalis scriba, columbar impudentiæ? ... Nihil adimeres illi, nisi videaris Persibus sapere. ... Sacrum an profanum existimes perinde est. ... Ulceribus plenam, compedibus vinctam, verubus adustam, sordidam. ... Glirium examina. ... Sed leno exit foras. Aucupabor ejus orationem hinc ex occulto. ... Nec audes dentibus, frendere, o machæra. ... Nihili facio, quid agas. ... Hinc habete pecuniam, ut esset incognita familiaritas. ... Accelerant prandium. ... Quemadmodum folles fabriles, quando funditur ferrum, et liquescunt lapides ... Hic non edit ut valeat, sed optat valere ut edat. ... Forsitan

16 Hic et versus duo seqq. citantur a Festo in 'Narica,' p. 113.—19 Citat Festus in 'Navalis scriba,' p. 511.—20 Festus in 'Persicus,' p. 160.—21 Apud Festum, p. 182.—22 Apud eundem in 'Subverbustam,' p. 277.—23 E Nonio in 'Glis,' p. 551.—24. 25 Citantur a Nonio in 'Legere,' p. 673.—26 Nonius in 'Frendere,' p. 736.—27 Fulgentius in 'Flocci,' p. 805.—28 Citat Interpres Terentii ad Phorm.—29 Citat Interpres Terentii ad Adelph.—30 Philargyrus ad Virg. Georg. IV.—31 Idem citat ibid. *ubi sit* Pareus.—

NOTÆ

19 *Navalis scriba*] Navalis scriba geminum est convicium. Nam navalis homo dicebatur in contemtum de homine vili et nequam. 'Scribæ' etiam inter viles accensebantur.

Columbar impudens] Columbaria sunt foramina quo proferuntur extra navim remi, ad remigandum.

22 *Subverbustam*] Id est, verubus ustam. Videlicet ferro calente torquent et crispant capillos.

Digitized by Google

Fortasse se amare suspicavere.

Instare factum.

Egone illi venear ?

Inimicus esto, donicum ego revenero.

Pedibus.

Corpus tuum virgis ulmeis inscribam.

Nunquam ad civitatem venio, nisi cum infertur peplum.

Scelerare manus.

Ipsa sibi avis mortem creat.

Pro larvato te circumferam.

Paupera hæc est mulier.

—— Si quæ forte concio est,
Ubi eum hietare nondum in mentem venit.

Cilix, Lycisce, Sosia, Stiche, Parmeno,
Exite, et ferte fusteis privos in manu.

Anus hæc in pellis periculum protenditur.

Cedite mihi.

Mecum habet patagus, morbus, æs.

suspicatæ sunt se amare. . . . Urgere rem. . . . Egone illi vendar? . . . Esto inimicus, donec ego revertar. . . . Pedibus. . . . Inscribam tuum corpus virgis ulmeis. . . . Nunquam venio ad urbem, nisi quando infertur peplum. . . . inquinare manus. . . . Avis sibi affert exitium ipsa. . . . Te prædicabo larvatum esse. . . . Hæc mulier est inops . . . Si quis est forte cœtus in quo nondum venit in mentem adesse hiscendo. . . . Cilix, Lycisce, Sosia, Stiche, Parmeno, adeste, et afferte singuli suum fustem in manu. . . . Hæc anus extenditur in cutis periculum. . . . Date mihi. . . . Patagus,

32 Cf. Macrob. II. 8.—33 Citat Donatus in Hecyram Terentii. *suspicarere* Pareus.—34 Donatus ad Terent. Andr. I. 1.—35 Citat Diomedes lib. I. pag. 365.—36 E Charisio lib. II. p. 178.—38 E Servio ad Virg. Æn. I. p. 208.—39 Ex eodem ad Virg. Æn. I. p. 26.—40 Ex eodem Servio ad Virg. Æn. III. p. 295.—41 E Servio ad Virg. Æn. VI. p. 410. *mortem cacat* Erasm. et al.—42 E Servio ad Æn. VI. p. 412.—43 Ex eodem Servio ad Æn. XII. p. 690.—44. 45 Hi vss. citantur a Diomede lib. I. p. 336.—46. 47 Citat Interpres Horatii ad Sat. II. 5. 10.—48 Porphyr. ad Horat. de Anu Dormituriente. *in pellis tegiculum* Salm.—49 Cf. Phocas Gramm. p. 1718.—50 Macrob. v. 19. p.

NOTÆ

37 *Pedibus*] Adverbialiter.

50 *Patagus*] Id est, capitis quassatio.

Morbus] Id est, patagus morbus, quo laborabant Corybantes in sacris Cybeles.

Æs] De ære quo Corybantes celebrabant Cybeles sacra intellige.

Digitized by Google

Quid est hoc? rugat pallium, amictus non sum commode.

—— exi tu, Dave,

Age, sparge: mundum esse hoc vestibulum volo.

Venus ventura est nostra: non hoc pulveret.

Regiescit. 55

Pullaria.

Vesperna.

Neque ego ad mensam publicas res clamo, neque leges crepo.

morbus, et æs alienum mecum habitant.... Quid est hoc? pallium est rugosum; non sum indutus commode.... Egredere tu Dave, age, sparge. Opto hoc vestibulum esse mundum. Nostra Venus est huc ventura. Ne pulvis supersit.... Crescit ... Manus dextra.... Vespertina cœna.... Neque ego vociferor ad mensam de rebus publicis, neque leges prædico.

418.—51 A. Gellius v. 19. p. 418.—52. 53. 54 Hoc Fragm. extat ap. Gellium ibid.—55. 56. 57 E Festo pp. 188. 208. 305.

NOTÆ

55 *Regiescit*] Festus, ' Regiescit interprete Festo. apud Plautum significat crescit.'

57 *Vesperna*] Vespertina cœna.

56 *Pullaria*] Id est, manus dextra

PARS TERTIA.

LOCI EX COMŒDIIS, QUÆ EXTANT, CITATI:

QUI TAMEN

IN NOSTRIS HODIE CODICIBUS NUSQUAM COMPARENT.

AMPHITRUO.

Optumo jure infringatur aula cineris in caput.

Ne tu postules matellam unam tibi aquæ infundi in caput.

Herus Amphitruo occupatus.

AMPHITRUO. *Merito frangatur olla* plena *cinere in ejus caput.... Ne una matella aquæ injiciatur in tuum caput.... Amphitruo herus* est *impeditus.... Quære*

1E Nonio in 'Aula,' p.791.—2 Ex eodem in 'Matella,' p. 791.—3 Ex eodem

Digitized by Google

Quæ se adveniente morbo nunc medicum tibi.
Enim tu certe aut larvatus aut cerritus es.
Edepol hominem te miserum! medicum quærita.

Quoique, me absente, corpus volgavit suum.

Exjuravisti te mihi dixe per jocum.

Qui nequeas nostrorum uter sit Amphitruo decernere.

Nisi hoc ita factum est, proinde ut factum esse autumo,
Non causam dico: verum qui insimulet probri?

Manifestum hunc obtorto collo teneo furem.

Ibi scrobes effodito duplos sexagenos in dies.

At ego certe cruce et cruciatu mactabo: exi o foras, mastigia.

ASINARIA.

Qui etiam me miserum famosum flagitiis facit suis.

Heic aderit credo, congerro meus.

AULULARIA.

Nec noctu nec diu quietus unquam eam: nunc dormiam.

jam medicum ad te curandum *morbo accedente. Profecto, aut larvis, aut Cerere instinctus es. Per ædem Pollucis hominem infelicem! quære medicum.... Cuivis, quando abfui, vulgavit suum corpus.... Juravisti te mihi dixisse joco.... Qui non potes statuere uter nostrum sit Amphitruo.... Nisi id ita gestum est, ut gestum esse dico, non me defendam. Sed tu me insimulas flagitii?... Teneo hunc furem manifestum obtorto collo.... Effodies bis sexagenos scrobes in dies singulos.... Sed ego te adigam in crucem, et cruciatum: egredere foras, o mastigia.*.... ASINARIA. *Qui me reddit quoque celebrem probris suis.... Meus congerro huc veniet, ut puto.*.... AULULARIA. *Non sim quietus, nec diu, nec noctu. Nunc*

Nonio in 'Occupatus,' p. 685.—4 Hic et duo seqq. versus citantur a Nonio in 'Cerriti,' p. 508. et 'Advenire,' p. 624.—7 E Nonio in 'Vulgare,' p. 587. —9 *Qui nequeo* Pareus. Citatur a Nonio in 'Decernere,' p. 646.—10. 11 Hi versus leguntur ap. Nonium in 'Autumare,' p. 618.—12 E Nonio in 'Furtum,' p. 739.—13 Citat Nonius in 'Scrobes,' p. 611. item Priscian. lib. v. p. 657. VII. p. 751. et Servius ad Virg. Georg. II. p. 108.—15 E Nonio in 'Famosus,' p. 618.—16 Citatur a Nonio in 'Gerræ,' p. 550. qui glossam addit, 'et collusor meus, qui easdem exercet nugas.'—17 E Nonio in 'Din,' p. 539.—

NOTÆ

3 *Occupatus*] Id est, impeditus.

4 *Quæ se* [*Quæse*] A veteri, 'quæso, sis, sit: quæsivi, quæsitum, quæsere.'

16 *Congerro*] Confabulator, nugarum socius.

Digitized by Google

—— sed leno egreditur foras.
Hinc ex occulto sermone satus sublegam.
Homo ebriolatus somno sanari solet.
Qui mihi olera cruda ponunt, halec danunt.
Ego ecfodiebam in die denos scrobes.
Hic quidem pervicus custodem addidit.
Pro illis crocotis, strophiis, sumtu uxoris.
Ut admomordi hominem.
myrtam, myrtum.

CAPTIVEI.

Fac fidele: cave fluxam fidem feras.
Pileum, quem habuit, deripuit, eumque ad cœlum tollit.

somno indulgebo. . . . Sed leno exit foras. Auscultabo ex occulto sermonem ejus. . . . Homo temulentus consuevit levari somno. . . . Qui mihi apponunt olera cruda, halec dant. . . . Ego effodiebam decem scrobes in singulos dies. . . . Hic contumax adjecit custodem. . . . Pro illis vestibus *croco tinctis, strophiis, sumtu uxoris. . . . Ut momordi hominem. . . . Myrtam: myrtum. . . .* CAPTIVI. *Esto fidus: vide ne fluxa sit fides tua. . . . Eripuit pileum, quem habebat* in capite, *et eum sustulit in cœ-*

19 Merc. *sermonem ejus.*—20 *Homo ebriatus* al. ap. Pareum; *Homo ebriacus* al. ibid. Citatur e Nonio in 'Ebriacus,' p. 544.—21 Citat Nonius in 'Halec,' p. 551.—22 Citat idem Nonius in 'Scrobes,' p. 611.—23 E Nonio in 'Pervico,' p. 758. Al. *pervicax.*—24 E Nonio in 'Strophium,' p. 788. *sumtu uxorio* Pareus.—25 Ex A. Gellio, VII. 9. *admemordi* edd. vett.—26 Citat Porphyrius ad Horat. Od. II. 38. *myrta et myrtum* Pareus.—28 Nonius citat in 'Pileum,'

NOTÆ

19 *Sermone satus sublegam*] *Sermonesatus*, una voce e duobus facta: *satus*, autem quartæ declinationis significat sationem. *Sermonesatus* igitur idem est, ac ea, quæ in sermonem inciderint: alii legunt, *sermonem ejus sublegam.*

23 *Pervicus*] Id est, pervicax.

24 *Crocotis*] 'Crocota' est vestis crocei coloris. In Epidico est 'crocotula.'

Strophiis] Strophium fascia pectoralis, quæ ad oram summam vestis muliebris posita scapulis sinuique, insidet.

25 *Ut admomordi* [*admemordi*] Pro *admomordi.*

26 *Myrtam, myrtum*] A 'myrta,' 'myrtus.'

27 *Fac fidele*] Fac quod est hominis fidi; quod est fidei.

Digitized by Google

Auctionem facio parasiticam.

CASINA.

Perii! illic habebit flocco jam homo lumbos meos.

Intro ad uxorem, sufferamque meum tergum ob injuriam.

BACCHIDES.

Illa mei cognominis fuit.

—— nam et ex mari timida ecce ego

Pavitare ——

Quibus ingenium animi utibile, est modicum et sine

Vernilitate ——

Ecquis evocat cum nasiterna et cum aqua illum impurissumum?

Quæ sodalem atque me exercitos habet.

Nam tu quidem quoivis excantare cor facile potes.

Vincla, virgæ, mole sævitudo mala fit pejor.

Cor meum, spes mea, mel meum, suavitudo, cibus, gaudium. Limaces viri.

lum. .... Facio auctionem parasiticam. .... CASINA. *Occidi! ille homo modo nauci faciet meum tergum. .... Ingredior ad uxorem, et conferam meum tergum, ut afficiatur injuria. ....* BACCHIDES. *Illi fuit idem cognomen ac mihi. .... Nam ecce ego trepidare cœpi recens a mari. .... Qui habent animum commodum, modestum et minime rusticum. .... Quis vocat illum impurum cum nasiterna aquæ plena? .... Quæ me discruciat atque sodalem. .... Nam tu quidem potes facile animum incantare cujusvis. .... Vincula, verbera, crudelitas, evadit gravior quavis mole. .... Cor meum, spes mea, mel meum, suavitudo, cibus, gaudium. Viri limaces. .... Ne acciperes*

p. 608.—29 Citat Fulgentius in 'Auctio,' p. 804.—30 E Nonio in 'Defloccare,' p. 487. *homo* deest in edd. vett.—31 Ex eodem Nonio in 'Sufferre,' p. 708. *ad injuriam* Acidal.—32 *Illa mea* Pareus. Citatur a Servio ad Æn. VI. p. 420.—33 Citat Donatus ad Terent.—35 E Nonio in 'Modicum,' et Charis. lib. II. p. 185.—37 E Festo in 'Nasiterna,' p. 328.—38 Citat Nonius in 'Exercitum,' p. 486. Charis. II. p. 204.—39 Citant Nonius in 'Excantare,' p. 586. et Servius ad Ecl. VIII. p. 45.—40 E Nonio in 'Sævitudo,' p. 582.—41 E Nonio in 'Suavitudo,' p. 581. et in 'Limaces,' p. 673.—

NOTÆ

31 *Ob injuriam*] Id est, ad injuriam; obviam injuriæ.

33 *Ex mari timida*] Id est, titubans, et male stans; eos enim qui navigant torpor occupat.

36 *Vernilitate*] Indoles quæ servum et vernam redoleat, et liberum hominem dedeceat.

37 *Nasiterna*] Juvenalis vocat, 'Calicem nasorum quatuor.'

Digitized by Google

Ne a quoquam alio acciperes mercedem annuam
Nisi ab sese: nec cum quiquam limares caput.

Cupido te conficit, anne amor?

Prænestinum opinor esse: ita erat gloriosus.

Sin lenocinium forte collubitum est tibi,
Videas mercedis quid tibi est æquum dari,
Ne ista ætate me sectere gratiis.

Ulyssem audivi fuisse ærumnosissumum,
Qui annis viginti errans a patria abfuit:
Verum hic adolescens multo Ulyssem anteit,
Qui illico errat intra muros civicos.

MOSTELLARIA.

Sine juxta aram sedeam, et dabo meliora consilia.

MILES.

Ita nos nostramque familiam habes exercitam.
Modice sapis.

a quoquam alio mercedem annuam, nisi ab sese: neque limares caput cum quoquam. ... Cupidone, an amor te conficit? ... Opinor illum esse Prænestinum: adeo erat gloriosus. ... Sin libet lenocinium exercere, vide quid par est tibi dari præmii, ne me sequaris ista ætate.... Audivi Ulyssem in ærumnis versatum esse plurimis, qui viginti annis abfuit a patria vagus: sed hic juvenis longe antecellit Ulyssem, qui errat illic intra muros civitatis.... MOSTELLARIA. *Patere ut sedeam juxta aram, et dabo meliora consilia....* MILES. *Ita nos divexas, et nostram familiam....Sapis*

42. 43 Hi versus e Nonio in 'Limare,' p. 673. ita leguntur ap. Pareum, *Nec cum quoquam . . . nec cum quoquam, &c.*—44 E Servio ad Virg. Æn. IV. p. 325. et Nonio in 'Cupido,' p. 721.—45 E Nonio in 'Opino,' p. 751. *opino esse* Pareus et edd. vett.—46 Hic et duo seqq. versus citantur e Charisio lib. II. p. 180.—49 Hoc Fragm. legitur ap. Charis. ibid.—53 E Servio ad Æn. I. p. 553.—54 Extat ap. Fulgent. p. 805.—55 E Nonio in 'Modicum,' p. 678.—

NOTÆ

41 *Limaces viri*] Id est, assueti limare caput: id in obscœnis.

45 *Opinor* [*opino*] Antique, pro *opinor*.

53 *Consilia*] Servius ad illud Æneidos IX. 'Luco tum forte parentis Pilumni Turnus sacrata valle sedebat.' 'Secundum Plautum 'sedere,' est consilium capere. Qui inducit in Mostellaria, servum dicentem, 'Sine juxta aram sedeam, et dabo meliora consilia.' Nam et ipsa consilia a sedendo, quasi 'considia' dicta sunt. Sedentium enim animi tranquilliores fiunt.'

Digitized by Google

PSEUDOLUS.

Nisi carcerem aliquando effregeritis vostram domum.

PŒNULUS.

Importuna avis venit vesperi.

RUDENS.

Quid murmurillas tecum, et te discrucias?
Aulas abstulas.

STICHUS.

Nonne hoc publicitus? 60

TRUCULENTUS.

Bona perdidi, mala repperi: factus sum extimus a vobis.

moderate.... PSEUDOLUS. *Nisi effregeritis aliquando carcerem, vestram domum.*... PŒNULUS. *Avis importuna venit ad vesperam.*... RUDENS. *Quid murmuras tecum, et te discrucias?*... *Ollas aufers.*... STICHUS. *Nonne hoc publice?*... TRUCULENTUS. *Amisi fortunas, infortuniam nactus sum: evasi alienus a vobis.*

56 Citat Servius in Virg. Æn. I. p. 178.—57 Citat Charis. lib. II. p. 197.—58 Legitur apud Nonium in 'Murmurillum,' p. 567.—59 Apud Diomed. lib. I. p. 376.—60 Extat apud Charis. lib. II. p. 190.—61 Apud Priscian. lib. III. p. 609.

NOTÆ

56 *Carcerem . . . vostram domum*] Jactum illud videtur in servum quendam, qui sæpius in carcerem propter scelera conjiceretur, ut domus ejus carcer videretur.

59 *Aulas abstulas*] Id est, ollas aufers. 'Abstulo' antiquum, pro aufero; unde 'abstuli.'

Digitized by Google

NOTÆ VARIORUM

IN

M. ACCII PLAUTI COMŒDIAS.

Digitized by Google

EX ED. GRONOVII ET ERNESTI,
Lips. 1760. 8vo.

Digitized by Google

NOTÆ VARIORUM

IN

M. ACCII PLAUTI COMŒDIAS.

AMPHITRUO.

ARGUMENTUM.—3 *Usurariam*] 'Uxor usuraria,' mulier ea est, qua quis utitur; quamque accipit ad tempus velut mutuatitiam: ut 'pecunia usuraria,' quæ ad usum accipitur mutuo. *Taubm.*

ARGUM. PRISCIANI.—1 *Amore captus*] Adjecta sunt plerisque omnibus Comœdiis Argumenta, carmine iambico senario, eaque subinde duplicia; ex quibus alterum, aut τεχνικὸν, aut μιμαμβον, ab artificio et imitatione dicitur; nam in literis initiantibus primæ cujusque versus dictionis, inscriptio, seu nomen, Comœdiæ repræsentatur. *Longol. Alcumenas*] Genitivus antiquus more Græcorum. Virg. Æn. XI. 'Nihil ipsa nec auras Nec sonitus memor.' *Taubm.*

3 *Cernit cum hostibus*] Ennius: 'Ferro, non auro, vitam cernamus utrique.' Lucret. lib. IV. Virgil. Æn. XII. 'cernere ferro,' pro decernere. *Taubm.*

7 *Blepharo captus arbiter*] Videtur hoc Argumentum præfixum Comœdiæ post insitas illas scenas: alioquin falsum quod ait, Blepharonem captum arbitrum. Nam ex legitimis, non Blepharo, sed Naucrates arbiter captus inter uxorem et virum. Ex illegitimis vero, casu occurrens Amphitruoni Blepharo, judex constituitur, uter sit verus Amphitruo. *Dissald.* Fallitur Dissaldæus, etsi Barthium traxerit Adv. XXX. 6. Nam et Jovem atque Amphitruonem raptasse invicem pro mœchis, quamvis haud esset repræsentatum in scena, et cum domi non fuisset inventus Naucrates, Blepharonem falsi Amphitruonis vocatu intervenientem desperasse arbitrium, satis intelligitur ex principio IV. 3. 'Vos inter vos partite,' &c. quæ sine dubio Plauti est. *Gronov.*

PROLOGUS.—1 *Voltis*] Margini adscripsit Ms. Palat. tert. 'Lingua Umbrorum vertit U in O; Hetrusca contra A in U.'

2 *Lætum*] 'Læti Dii,' sunt propitii: ut, 'omina' et 'exta læta,' quæ secunda: contra 'tristes Dii,' irati, apud Propert. Unde patet, 'lætum Mercurium' significare propitium, hoc est, bono publico lubentem, ac lætificantem suos. *J. Guliel.*

4 *Et ut res, rationesque*] Per *res*, negotia domestica et rem familiarem

Digitized by Google

intelligit: per *rationes*, nomina, et quæ in codicem accepti et expensi referuntur. Jam, 'expeditæ rationes,' liquidæ sunt et minime conturbatæ: contra, 'impeditæ,' ubi plus aliis debemus, quam alii nobis. *Lamb.*

12 *Nuntiis præsim*] Duo præcipua Mercurii munera sunt, nuntium Deorum agere, et lucrum mortalibus, imprimis mercatoribus, afferre. A quorum illo ἄγγελος τῶν Θεῶν, *Deorum nuntius*, hoc, κερδῷος, *lucri dator*, Græcis dicitur. *Lamb.*

13 *Vultis approbare*] Et mutant male, nec bene, qui retinent, explicant. Habet autem verbum duas haud tralaticias significationes, quæ utræque huc congruunt. 'Approbant' opus perfectum susceptores vel redemtores 'probantibus' censoribus, vel privatis, qui id locaverant. Huc respicit et Phædrus de Simonide, 'Opus adprobavit.' Appuleius lib. vi. 'ante istam vesperam opus expeditum approbato mihi.' l. xxiv. D. locat. 'Si in lege locationis comprehensum sit, ut arbitratu domini opus adprobetur.' Sic foret igitur, *hæc adprobare*, hæc rebus et opere vobis probare ac repræsentare, qualia optatis. Altera *approbare* proprie Dii dicuntur, quibus nutum numenque benignum præstant; quæ prosperant ac fortunant. Cic. in Verr. lib. v. 'At enim idcirco navem Mamertinis non imperasti, quod sunt fœderati, Dii approbent.' Idem Famil. ii. 15. 'Quod actum est, Dii approbent.' Ad Atticum vi. 6. 'Factus sum ejus socer: id quidem, inquis, Dii approbent.' Livius lib. x. 'Dii approbent, quod agitis acturique estis, Quirites.' Metellus Numidicus apud Gell. i. 6. 'Dii immortales virtutem approbare, non adhibere debent.' Noster Pœnul. v. 4. 'Eas Diis est æquum gratias nos agere sempiternas, cum nostram pietatem approbant decorantque.' Pertinet eodem Catulli: 'Dextram sternuit adprobationem.' Optimus Gruterus suspicabatur legendum, *adprosperare:* nec intelligebat, ante oculos esse, quod velut amotum conjectura quærebat. *Gronov.*

14 *Lucrum ut perenne*] Quasi dicat: Hæc ut vultis me approbare, hoc est, vobis dare atque anniti, ut vobis eveniant, nempe ut perpetuum lucrum suppetat; ita huic facietis fabulæ silentium. *Taubm.*

16 *Arbitri*] Spectatores, judices.

21 *Tametsi pro imperio, vobis*] Mutanda distinctio: 'Tametsi, pro imperio vobis quod dictum foret, Scibat facturos.' Est enim *dictum pro imperio*, non rogatum, sed imperatum, injunctum jure imperantis. *Gronov.*

23 *Vereri vos se et metuere*] *Vereri* ut patrem et beneficum; *metuere*, ut maximum et potentissimum. Donatus, 'Veretur liber, metuit servus.' *Taubm.*

26 *Etenim ille*] Hactenus Mercurius de se et Jove locutus est, tanquam veris Diis, quos vereri homines et metuere æquum est; nunc vero tanquam de Diis, ut erant scenicis et personatis, et servilis conditionis hominibus, qui soli olim rem scenicam tractabant, et male tractantes, servilibus pœnis afficiebantur. *Boxhorn.*

29 *Prætimet*] Quidam hic intrudunt *pertimet;* quod nullo modo admittendum: 'pertimere' enim est valde timere: 'prætimere' autem est ante timere, quod hic facit Juppiter iste scenicus. *Grut.*

31 *Malum*] *Malum* hic utrobique serviles pœnas interpretatur Dousa. *Taubm.*

32 *Propterea pace advenio*] Recte Acidalius interpretatur 'per pacem,' ut scena sequenti v. 232. Sic Ovidius: 'Tutius est aptumque magis discedere pace.' Et Lucanus: 'si jure venitis, Si cives, huc usque licet.' *Gronov. Pace advenio*] Locutio perperam improbata viris doctis, et conjecturis obnoxia, et suspecta Germanismi, quum sit elegans et bene La-

Digitized by Google

tina, pro pacate advenio. Justinus IX. 2. 'pacatum accessum petere' dixit. Sic contra 'venire vi' in formula interdicti apud Cicer. Fam. VII. 13. 'Quod tu prior vi hominibus armatis non veneris.' Virgil. Æn. III. 'Venit modo vi pondus.' Tale est 'redire armis' Cic. Philipp. XIII. 12. 'Quo scelere damnatus in eam urbem rediit armis, e quo excesserat legibus:' ubi *excedere legibus urbe* est judicio damnatum in exilium ire. *Gronov. Pace*] Bona vestra venia. Formula antiqua et elegans; 'Pace vestra, tua, venio, ago, dico,' &c. *Lamb.*

34 *Orator*] 'Orare' hic rogare est. *Taubm.*

44 *Quis benefactis*] Quorum benefactorum tamen omnium meus pater, ut verus Juppiter, et rex Deorum, auctor atque opifex est. Sic Stoici 'architecti verborum' Ciceroni. *Lamb.*

48 *Gratum arbitratur*] Non ceperunt cum suis *datum, gnatum, ratum.* Nec qui interpretantur, prodesse etiam sibi, et beneficium ad se redire. Non homines modo *grati* dicuntur, sed et beneficium *gratum*, quod gratis datur. Contra Terentius Heaut. v. 1. 'Ignosces tamen post, et id ingratum.' Scena sequenti: 'quoniam bene quæ in me fecerunt, ingrata et habui atque irrita.' Asinar. I. 2. 'Ingrata atque irrita esse omnia intelligo, Quæ dedi et quod bene feci.' Igitur *arbitratur esse id sibi gratum*, id est, bene positum vel collocatum. Seneca de Beneficiis II. 1. 'Gratissima sunt beneficia parata, facillime occurrentia, in quibus mora nulla fuit, nisi in accipientis verecundia.' *A vobis*, id est a vestra parte, quantum a vobis gratiæ recipere vult ac debet. *Gronov.*

52 *Contraxistis frontem*] Vide Epidic. v. 1. 3.

59 *Tragicocomœdia*] Vide Jul. Scalig. Poët. I. 7.

65 *Conquisitores*] Sensus est: Ut speculatores et quasi ὠτακουσταὶ et *auricularii* (ut Glossar. vertit) spectatoribus appositi in singula subsellia per totam caveam eant: si cui histrioni fautores assignatos animadverterint, ut ab his togæ auferantur in pignus. Et notum est, histriones invicem de victoria certasse, victoremque muneratum esse. Quæ victoria quia interdum non virtute sed favore parabatur, laborat Mercurius, ne fiat id in hac Comœdia. *Gruter.*

66 *Caveam*] In amphitheatro ultimus locus, in quo populus sedebat, 'cavea' dicebatur, a forma, quia erat excavatus.

70 *Artifici*] Sc. scenico. *Taubm.*

72 *Quoi duint*] Id est, dederint. Jurabant autem ædiles qui ludis præerant, se illi, qui optime egisse visus esset, palmam daturos. *Lamb.*

73 *Sirempse*] Id est, similem re ipsa legem jussit esse Juppiter. Sensus est: Qua pœna afficiuntur, qui magistratum largitione et consimili pacto adipiscuntur: eadem pœna affici voluit Juppiter et eum histrionem, qui sibi palmam ambiverit, et eum spectatorem, qui histrioni palmam ambitione conciliarit. *Lamb. Siremse legem*] Non mutandum *Sirempse lege*, aut *Sirempse in lege*, ut quidam eruditi voluerunt. Phrasis Plauti autem concepta est, ut apud Cic. de Offic. III. 'Nec eum esse deceptum, qui id quod emeret, quo jure esset, teneret,' i. e. sciret quibus legibus adstrictum esset. Liv. XXXVIII. 38. 'Quo jure ante bellum fuerunt, eo Rhodiorum sociorumque sunto.' Cic. pro Balbo, 'Quo jure civitas Gaditana esset, nesciebat.' Vox autem formulaque 'Siremps lex esto' in antiquis legibus frequens est. Eam adhibuit eleganter Seneca Epist. 91. 'Conditor ille juris humani non natalibus, nec nominum claritate nos distinxit, nisi dum hic sumus. Ubi ad finem mortalium ventum est, discede,

Digitized by Google

inquit, ambitio; omnium, qui terram premunt, Siremps lex esto;' i.e. omnibus terrenis, quæque hominum sunt, eadem lex dicta sit: æque discedant, abeant, evanescant. *Gronov.*

79 *Sat habet fautorum*] Pro *fautorum*. Hic versus conjunctim legendus cum sequenti, in hanc sententiam: Satis habet fautorum, qui recte facit; si fidi sint, et integri alienæ virtutis æstimatores ii, quorum est præmia et honores dare. *Lambin.*

82 *Conquisitores*] Superiores conquisitores addendi sunt spectatoribus, ne quid gratiæ causa tribuant histrionibus: hi vero histrionibus, ne qui histriones mandent certis spectatoribus, ad eam rem data opera hic et illic dispositis, ut sibi plaudant quasi palma dignis: aut malitiosis consiliis perficiant, quo minus alter histrio placeat. Et vult, ut conquisitores in horum uno deprehensum vestitu spolient, et 'corium,' id est, tergum, loris discindant. *Rævard.*

91 *Anno cum in proscenio*] *Nannio* Philelphus et Meursius, *Nano* Petitus: frustra. Nec *anno* est olim, sed πέρυσι, anno præterito, vel ante annum, ut recte acceperunt dudum interpretes. Menæchm. I. 3. 'Quatuor minis ego emi istam anno uxori meæ.' Trucul. I. 4. 'Qui quasi uxorem sibi Me habebat anno, dum hic fuit.' Intelligitur τὸ *abhinc*. Gronov.

92 *Jovem invocarunt*] Θεὸς ἀπὸ μηχανῆς. *Scaliger.* Poëtæ in inextricabilibus actionibus, finem miraculosum imponunt, et solutionem a Deo petunt: cum nihil non dissolvi sic possit. Unde usus machinæ apparet. *Heinsius.*

93 *Certo prodit in tragœdia*] Sine controversia et sine cujusquam reprehensione. At hæc Fabula tragicocomœdia est. *Lamb.*

98 *Ex Argo patre*] Id est, patre et ipso Argis oriundo. Male plerique omnes *Argo* interpretantur Argivo. Est enim *Argo* ab 'Argos,' ut 'chao' a 'chaos,' 'pelago' a 'pelagus:' et similia. Vide Observ. IV. 17. *Gronov.*

105 *Quam liber harum rerum multarum siet*] Id est, quam libere mœchetur. *Harum rerum* δεικτικῶς adulteria et stupra significat. *Multarum*, id est, quæ vulgo fieri solent. *Lambin. Quam liber harum rerum multarum*] Quam multa ejusmodi licenter agat. Male *liberarum rerum; male liber ac mulierum multarum; male rerum multarum.* Quasi non infra scen. 3. 'Nam illa si istis rebus te sciat operam dare.' Milite act. V. 'Si sic aliis mœchis fiat, minus hic mœchorum siet; Magis metuant; minus has res studeant.' Arnobius lib. IV. 'Si quidem vobis Deus Hercules natus est, qui in rebus hujusmodi patris sui transiret exsuperaretque virtutes.' Apud Appollonium Rhodium lib. IV. Juno de Jove: Κείνῳ γὰρ ἀεὶ τάδε ἔργα μέμηλε, Ἠὲ σὺν ἀθανάτοις, ἠὲ θνητοῖσιν ἀνάσσειν. *Gronov.*

108 *Usuramque*] Id est, ea usus est: usum ejus corporis cepit. Hinc 'mulier usuraria,' quam quis ad usum habet tantum, idque ad tempus. Mulier quasi fundus est; in ea proprietatem alius habet, interdum alius usum: proprietas mariti est, veluti legitimi domini, usus adulteri: quod ad fructum adtinet, semper marito imputatur. *Salmas.*

117 *Schema*] Est penultæ servilis genus. *Scalig.* Nomina neutra tertiæ declinationis, antiquissimi secundum primam declinationem sæpe protulerunt, declinaveruntque ut fœminina. *Priscian.*

118 *Antiquam rem novam*] *Antiquam* tempore, olim gestam; *novam*, comica hac repræsentatione.

120 *Eccum*] Notetur, *eccum* etiam accommodari absentibus. *Grut.*

123 *Versipellem*] Constat Jovem nulli unquam puellarum vim intalisse, sed astu semper iis potitum. *Gellius.*

Digitized by Google

131 *Morem gerit*] Suæ libidini servit: τῇ ψυχῇ φίλα χαρίζεται. Cistell. IV. 1. *Taubm.*

133 *Illi*] Pro 'illic,' frequentiss. Planto, Terentio, aliis. *Idem.*

143 *Petaso*] *Petasus* a πετάννυμι pileus est viatoribus solem defendens. Apuleius 'pilei umbraculum' vocat. *Taubm. Pinnulæ*] Ornamenta quædam erant ex nobilibus pennis, quæ aureis acubus petasis affigebantur. *Longol.*

144 *Torulus*] Meurs. corrigit, *tortulus;* quod a 'torquendo.' Et 'torti' sunt lora contorta, qui multiplicati et coagmentati 'funes' dicuntur. Vult dicere, eum Atheniensium more, capillum habere congestum in conum, et τεττιγοφορούντα, atque inde dignosci ab Amphitruone germano debere: qui, cum Thebanus esset, alio capitis ornatu incedebat.

151 *Adest*] Palm. *Adeste: erit operæ, &c.* Meursius retinet *ferit;* quasi sit ἀρχαϊσμὸς, pro *fuerit.* Castalio tamen nihil mutandum censet: præsertim cum ad Sosiæ adventantis celeritatem et cupiditatem, sese in ædes domini recipiendi, exprimendum, mirifice pertineant duo illa verba, *adest, ferit.* Licet enim nondum propius accesserit, neque fores pulsaverit, tamen Mercurio trepidanti ne quid tale accideret, adesse jam Sosia, et pulsare videbatur.

ACTUS I.

SCENA I. 1 *Hoc noctis*] Δεικτικῶς est dictum, nocte tam sera atque intempesta. Vide Trinum. IV. 3.

3 *Tresviri*] Agitur hic de Triumviris, qui nocturni dicuntur, et noctu excubias agebant, adversus grassatores, et pacis publicæ turbatores. *Paullus libro secundo de offic. Præf. Vigil. D. Me in carcerem*] Tanquam grassatorem nocturnum; sicarium puta, aut qui vecticulariam vitam colat. Ad legem aliquam Pop. R. jocus hic respicit, qua cautum fuit, ne cui noctis conticinio per urbem iter facere liceret: præsertim Plautinis et belli Punici secundi temporibus. *Taubm.*

4 *Cras e promptuaria cella*] Jocus servilis, quo carcerem comparat penori. Nam *cella promptuaria* est, in quam penus aut utensilia conduntur, et unde ad usum familiarem promuntur. Ejusmodi cellæ qui præsunt, 'promicondi' dicuntur. *Taubm.*

5 *Nec caussam liceat dic.*] Nec mihi liceat recusare aut verbis purgare, quo minus cædar. *Lamb.*

7 *Homines octo*] Octo enim lictores habebant Triumviri isti capitales, qui eorum jussu in damnatum animadvertebant. *Hotom.*

8 *Ita peregre adveniens hospitio publicitus accipiar*] Alludit ad eos, qui peregre venientes, honoris caussa, publice accipiuntur hospitio: aut fortasse ad id, quod civibus in patriam redeuntibus cœna dabatur. *Lamb.*

9 *Hæc heri immod.*] Hæc omnia quæ dixi, heri procuravit immodestia, qui me, &c. *Excitavit a portu,* hoc est, portu exegit, nec ibi quietem ducere passus est. *Taubm.*

11 *Hoc luci*] *Hoc* adverbium est scriptura prisca, pro 'huc.' *Gruter.* Pro *luci,* scribendum *lucu,* ut 'noctu.' Terent. Adelph. 'cum primo lucu.' Meurs. 'Quæcunque nomina E littera, ablativo singulari, terminantur, I littera finita, adverbia fiunt, ut inani.' *Charis. Hoc*] *Hoc,* notat hic, et versu sequente, ob hoc, sive, ideo. *Grut.*

12 *Opulento homini servitus*] Servitus opulento homini, est servitus quam quis servit opulento. *Hoc,* id est, ob hoc, ideo. *Taubm.*

15 *Quo facto*] Id est, ubi facto. *Glossæ Mss. Plaut. Cod. Boxhorn.*

16 *Dives operis*] Explicant servis, sive operariis. Imo *dives operis* est qui multum operis habet faciundi atque imperandi. Ut, 'Nasamoniaci Dorylas ditissimus agri, Dives agri Dorylas,' apud Ovidium Metam. v. *Gronov.*

Digitized by Google

17 *Accidit*] Cum *libere* alias fortuitum quid denotet, accedente verbo *accidit*, libidinem hominis extra omnem rationem caussamque ostendit. Ut sit sensus: Quicquid accidit, ut homini allubescat, id retur se posse: nec reputat, quid laboris aliis afferat. *Pistor.*

20 *Expetunt*] Id est, accidunt. *Nonius.*

22 *Hodie*] Hodie demum id muneris delegavit mihi Juppiter, ut servus essem, aut esse me, assimularem.

23 *Eum nunc potivit pater servitutis*] Me, qui fuerim liber, pater pro suo jure compotem servitutis fecit. *Taubm. Potivit* in actione hic usurpavit. *Turneb.*

24 *Qui verna natus est*] Viliores nati servi, quam facti. *Lips. Verna*] Jocus est in verberonem vernam: quasi non tantum servus sit, sed etiam vapulet. *Turneb.* Palat. 6. et vulgat. legunt *verbo;* quasi dicat, non re, sed titulo tantum; sum enim Mercurius. *Taubm.*

25 *Numero*] Hoc est, cito. *Mihi in mentem fuit*] Ita Bacch. I. 2. 'ecquid in mentem est tibi?' Non est solœcismus inquit Agell. I. 7. locum hunc laudans, sed ratione dictum certa et proba, qua et Græci utuntur. *Taubm.*

28 *Occillet*] Os pugnis frangat et contundat, ab 'occare.' Quid si *ossillet*, vocabulum ab 'osse' potius quam ab 'ore' formatum, rescribamus? id est, sic quasi ossatim seu frustulatim totum caput comminuat, seu concipilet mihi. *Douz.* Agitet *Gloss. Mss. Codic. Plaut. Boxhornii.* Forte, *os suggillet probe.* Scriverius.

32 *Potiremur domum*] Ms. noster *domi.* Glossa, 'Genitivus pro ablativo.' Nonius. *Boxhorn.*

34 *Duello*] Duellum, bellum videlicet, quod, duabus partibus de victoria contendentibus, dimicatur. *Nonius. Internecatis*] Penitus interfectis hostibus. Sic 'bellum internecinum.' *Taubm.*

38 *Adoreaque affecit*] 'Adorea afficere' est idem, quod infra v. 2. 10. 'Immortali afficere gloria.' Romani milites usque ad annum U. C. CCCLIV. Veiis obsessis, nihil accipiebant e publico, nisi forte aliquantulum frumentum; postea certe et frumentum supra stipendium, eoque tum ante tum post sæpe virtutis causa donabantur. Liv. lib. VII. 'Milites, qui in præsidio fuerant, duplici frumento in perpetuum donati.' Cæsar Bel. Civ. III. 'Cohortemque postea duplici stipendio, frumento, veste, diariis, militaribus donis amplissime donavit.' Hinc Ciceroni ad Attic. 'Cæsar diariis incitare dicitur militum celeritatem.' Hinc 'adoreæ' vocabulum per ἀποστροφὴν pro ipsa gloria ambulare cœpit. Horat. Od. IV. 4. 'Et pulcher fugatis Ille dies Latio tenebris, Qui primus alma risit adorea.' Vide Not. Scriv. ad Veget. pag. 621. *Gronov.*

46 *Fabularier*] Id est, *fari*, μυθεῖσθαι. *Taubm.*

49 *Primorum principes*] Legatos ex proceribus delectos.

51 *Si sine vi et sine bello*] Romani, antequam bella susciperentur, feciales ad res repetendas mittebant: quæ quia clara voce fiebat repetitio, dicta est 'clarigatio.' Formulam autem exponit Livius lib. I. Brisson. Formul. lib. IV. Agell. XVI. 4.

53 *Agro Argivos*] *Argivos* dixit pro 'Thebanis,' quia sequebantur Argivum ducem, Amphitruonem. *Dissald.*

55 *Expugnassere*] Id est, expugnaturum esse. Infinitivus antiquus a futuro 'expugnasso,' pro 'expugnavero.' *Turn.* IV. 15.

66 *Modo*] Id est, arbitratu nostro. *Taubm.*

68 *Utrique imperatores*] Pal. 2. et Pauli Stephani scriptus, *uterque.* Langiani et Servius Fuldensis *utrimque.* Pareus et Gruterus. *In medium*] Id est, inter utrumque exercitum; est

Digitized by Google

etiam in apertum. *Taubm.*

71 *Uti dederent*] Deditio qua verborum conceptione fieret, Livius lib. I. docet: 'Rex,' ait, 'interrogavit, Estisne vos legati oratoresque missi a populo Collatino, ut vos populumque Collatinum dederetis? Sumus. Estne pop. Collatinus in sua potestate? Est. Deditisne vos, populumque Collatinum; urbem, agros, aquam, terminos, delubra, utensilia, divina humanaque omnia in meam populique Rom. deditionem? Dedimus. Et ego recipio,' &c. Hanc formam Plautus hic, cum iis quæ versu 102. leguntur, expressit.

73 *Consonat terra*] Lege, *Consonant ferra;* nam is ritus erat bellicus, ut cum clamore ac tubarum clangore arma concuterent, antequam pugnam pugnarent. *Scriverius.*

75 *Vota suscipere*] Vota utique plurimum in ipso pugnæ discrimine fieri, bene monet Gutherius de Jure Pontif. IV. 13. Brisson. de Formulis lib. I. *Taubm.*

83 *Sed fugam*] *Convortitur*, pro *convortit*, Nonius. Ut in Bacchid. 'præsagitur,' pro 'præsagit.' Scalig. Constructio ergo est, *sed in fugam se tamen nemo convortit.* Lamb.

91 *Fædant*] Id est, dilacerant et cruentant. 'Fœdum' enim tam apud Virgil. quam Sallust. non 'turpe' significat, sed 'crudele.' *Taubm. Jure injustas*] *Jure* haud referri debet ad *injustas*, sed *proterunt. Jure proterunt hostium copias et fœdant.* Boxhorn.

95 *Vortentibus*] Pro 'versis' dictum puto; ut Lucr. 'Omnia commutat natura et vertere cogit,' pro verti et mutari. *Taubm.*

101 *Velatis*] 'Velati' dicebantur, qui caput cinctum licio laneo habebant. Sic *supplicia* et *velamenta* dicebant τὴν ἱκετηρίαν, quod nimirum filo laneo velatum erat caduceum. *Scaliger.* Non velata tantum olim precantium capita, sed et vittis manus. 'Præferimus manibus vittas et verba precantum,' Virgil. Æn. II. Hoc Virgilii desumtum est ex Homer. Iliad. A. ubi inducitur Chryses Στέμματ' ἔχων ἐν χερσὶν ἑκηβόλου Ἀπόλλωνος. *Gronov.*

103 *Dedunt se in arbitratum*] Ex formula et ritu quasi solemni dixit, *in arbitratum.* Polybius ἐπιτροπήν.

105 *Qui Pterela potitare*] Aut ἀποικὴν volunt pro *Pterelaus*, aut legi *Pterelas.* Imo *Pterela* proprie ac maxime Latina est terminatio ex regula Prisciani: 'Apud Græcos in As desinentia vel Es, apud nos in A terminantur.' Vide Observ. IV. 15. *Gronov.*

110 *Statum*] 'Statura' corpori adscribitur; 'status' ad habitum refertur. *Donatus.*

113 *Malitia*] 'Malitia est versuta et fallax nocendi ratio.' *Cicer.*

116 *Nocturnum*] Id est, vesperum; quem pro 'Lucifero' sumsit. Neque turbet aliquem, quod statim 'Vesperuginis' mentio fiat a Sosia; hæc enim decore confunduntur in persona servi. *Douz.*

118 *Quoquam mutat atque*] Passeratius *motat statque.* Sed verbum prius non corrigendum, satis demonstravimus Observ. III. 1. Salva sit etiam particula: nam *mutat atque* est dictum, ut 'aliter atque.' Quum dicimus, 'non se mutat quoquam atque,' significamus, 'non se alio loco habet atque.' *Gronov.*

120 *Statim*] Id est, fixe: supra vs. 84. Tum *die*, pro 'diei.' Virgil. Georg. I. 208. Vide et Agell. IX. 14.

124 *Perpetem*] Id est, perpetuam, jugem. *Festus.*

127 *Invitavit*] Id est, nisi meracius et plus æquo bibit. *Taubm.* Honesta est locutio et per λιτότητα, quam vocant rhetores, rem extenuans. *Gronov.*

130 *Sis veni*] 'Quia imperativa verba sunt contumeliosa, addebant veteres, 'sis,' quod significat, 'si

Digitized by Google

vis.'' *Donatus. Invenies*] Comparabis, accerses. *Taubm.*

132 *Conducto male*] Id est, care, dispendiose, magno. Pseud. I. 2. *Taubm.*

134 *Qui complexus*] Fallitur Lambinus, cum 'eam' subintelligit; nam *complexus* conjungi debet cum duabus sequentibus vocibus. *Vossius.*

137 *Æque*] Adverbio *æque* tribuit ablativum, ut si esset comparativum. *Lamb.*

Quem] *Quem?* supple 'video hoc noctis ante ædeis?' nam referendum ad priora verba, quæ, cum Mercurius interrupisset, eo modo resumit. *Meurs.*

138 *Volt pallium detexere*] Proinde, quasi hoc pallium meum textoris opera adhuc indigeat: ille autem, ut textor, id sit perfecturus; eo me despoliare ac nudum statuere cogitat. Mercurius enim se ad pugnam componens, brachia huc et illuc jactabat, in morem textoris. *Douza.*

139 *Dentes pruriunt*] Vide Milit. II. 4.

140 *Hospitio*] Jocus παρὰ προσδοκίαν. Quasi dicat: Accipiet me, non adventicia cœna, sed pugnis: vel poëta alludit mori veterum, imo vero et nostro; quo insigniuntur domus, et præcipue hospitia publica, picturis quibusdam: dicatque Sosia, se exceptum iri hospitio, cui præpicta 'pugna,' sive adeo 'pugnus.' *Gruterus.*

143 *Oppido*] Id est, valde. *Nonius.* Vide et Festum.

145 *Igitur magis modum*] Idem est, quod 'multo magis,' 'magis magisque.' Itaque nihil mutandum. *Igitur* hic ut alibi Plauto significat 'proinde.' *Boxhorn.*

146 *Quod ventri victum non datis*] Significat se esse grassatorem nocturnum, et ex spoliis hominum pugnis a se contusorum vitam tolerare, igitur minas spoliatoris imitatur. *Turneb.*

148 *In soporem collocastis*] Plagis sopitos propeque exanimatos stravistis.

149 *Quintus fiam e Sosia*] Jocus in ambiguo. Nam et *Quintus* prænomen est Romanum: et *quintus* est, qui sequitur quartum. *Taubm.*

152 *Cingitur*] Pro 'accingitur,' aptatque se pugnæ, id est, gradum ad præliandum componit. *Taubm.*

154 *Hoc noctis esse*] Nocte tam sera edere. *Taubm.*

157 *Quid si ego illum tractim tangam*] Non a nutriculis, non a medicis acceptum loquendi genus, ut voluerunt: sed loquitur, ut Mercurius, cujus est, virga tractim tangendo oculos, sive demulcendo, quibus vult, somnos conciliare. Intelligit autem ductas alapas. Vide Observ. II. 1. *Gronov.*

158 *Pessumum*] Lego, *Pessimum est facinus, nequiter ferire malam maledicis, manus. Alia, &c.* Quasi dicat: Cum prorsus iniquum sit, maledicis hominibus leviter et leniter præcidere os; oportet, o manus, ut quemcunque tu composita in pugnum percusseris formam totam immutet. *Gruterus.*

160 *Quem tu pugno legeris*] Tralatio est a leguli suvarum et fructuum: ut enim illi manu uvas, oleas, fructus legunt; ita vindemia et fructus grassatoris est, homines pugnis male mulcatos, tanquam fructus legere et spoliare. *Turneb.* Gruterus simpliciter capit *legere* pro 'eligere;' ut alludatur illi, 'legitque virum vir,' apud Maronem. Imo *legeris* est transieris, persecutus fueris, mulseris, perstrinxeris. Sic vicissim 'transire' Gellio est ἀναγνῶσκειν et Petronio 'persequi totam parietem,' pro, oculis arbitrari. Fit enim lectio ducendo visum continuata super verba. Sic 'legitur ora vel litus navibus,' quæ prætereunt; 'leguntur vestigia,' quæ sequimur nostris. *Legeris* igitur etiam duxeris, tractim tetigeris; ut 'du-

Digitized by Google

cere alicui alapam.' *Gronov.*

162 *Exossatum os*] Exos et edentatum ac contritum. *Taubm.*

166 *Murænam*] Murænæ spinis usque adeo subtilibus sunt refertæ, ut esui non sint, ni eximantur. 'Exossare' igitur ut *murænam*, est, fuste bene dolare, vel ossa usque eo comminuere, ut nullum eorum sit reliquum vestigium. *Conterenus.*

164 *Ultro istunc*] Id est, procul a me absit. Ita Casina, 'Ultro te, amator: apage te a me.' Capt. 'Ultro istum a me.' *Douza.*

165 *Olet homo*] Hominis cujusdam odor ad nares meas pervenit, magna cum ipsius pœna. Vide Asin. I. 2. *Hei! numnam*] Leg. *Hei mihi, quia nam ego obolui?* Id est, cur, aut quo pacto? *Camerar.*

167 *Superstitiosus est*] Hic homo est ariolus, qui sciat, me longe hinc abfuisse. Nam *superstitiosus* etiam ariolum significat. *Lamb.*

168 *Domes*] Mollias. *Taubm.*

170 *Qui non alas intervelli*] Hoc eo mittit Sosia; quia Mercurius dixerat, 'vocem sibi ad aures advolasse;' ut persistat in metaphora, proinde ac si de bestia aliqua volatica loqueretur. *Douza.*

171 *Jumento*] Ductum ab oneribus, quæ jumentis imponimus. Vel potius, sua opera impensaque sibi quærit. *Pistor. Grut.*

176 *Nescio quem*] Suspicio erat olim, Plautum, qui undiquaque jocum captare solet, illud *Nescio quem*, ut nomen personæ haberi voluisse: certe sequentia tale quid clamare videbantur. Forte alludit ad *ὄβρις* Homericum. *Taubm.*

185 *Vulcanum in cornu*] Fiebant olim laternæ et ex cornu, et ex vesica. *Taubm.*

188 *Verbero*] Verberonem servili convitio Sosiam Mercurius increpat: id ille alio torquens, 'Mentiris,' ait: neque enim verberas; vel potius, neque enim sum verbero, qui non verberor. Ad hoc Mercurius: Faciam, inquit, mox dicas, me verum dicere, et te esse verberonem, cum contudero pugnis probe. *J. Guliel.*

192 *Comprimam linguam*] Horum verborum, ut a servo Sosia accipiuntur, sententia obscœna est; sed tamen explicanda: Mercurius Sosiæ minatur, se loquacitatem et argutiam ejus compressurum. At Sosia sic accipit, quasi Mercurius minetur se Sosiam irrumaturum. Itaque respondet Sosia, non potes me irrumare; linguam enim habeo pudicam, non fellatricem atque impudicam. *Lamb.*

200 *At scin' quomodo*] Scil. horum servus sis? *scin' quomodo*, formula minantis est, crebra Plauto. *Gruter.*

201 *Superbum*] 'Superbi' videntur qui plagis ita sunt contusi, ut pedibus ambulare nequeant, auferantur sublimes necesse est: atque hac ratione 'superbi' dici possunt. 'Superbum' hic 'mortuum' interpretatur Nonius. Neque repugnat Gatherius: vult enim eo nomine vocatos 'superbos,' quod tunc potissimum splendidiore efferantur habitu, etiam pauperes. *Taubm.*

209 *Davo*] Monet hic Meursius, Davi personam nihil aliud esse, quam quod Vulpes in Æsopi Fabulis: testemque producit Philostratum.

212 *Consutis*] 'Suere,' proverbiali metaphora significat idem, quod Græcis *ῥάπτειν*, id est, aliquid, quod alteri damnosum sit, struere: quod in structoris perniciem verti cum optarunt, dixerunt, 'Suo capiti.' *Muret.*

213 *Certo pedibus, non tunicis venis*] Alius jocus, ex interpunctione natus: quasi dixerit conjunctim, 'tunicis venio:' sicut prior ex nomine quæsitus est. Interim notandum, 'tunicam' Plauti ævo communem Romæ servorum vestem fuisse, rusticorum item in coloniis et municipiis. At temporibus Imperatorum, non tunicæ amplius fuere, sed penulæ, in usu

Digitized by Google

servorum, perinde ut militum. *Gruter.*

219 *Usu fecisti tuum*] Noster Jurisconsultorum ' usucapioni' allusit. Horat. ' Si proprium est quod quis libra mercatur et ære; Quædam, si credis consultis, mancipat usus.' *Gronov.*

220 *Pro fidi Thebani*] Palmer. et Meurs. leg. *Proh fidem, Thebani cives!* qualia sunt, ' Pro Deum atque hominum fidem!' *Taubm.*

228 *Socium*] Cum Camer. lego *Sociennum.* Tanquam in ea voce consistat potissimum jocus, aut ejus verius explicatio. Erras, inquit Sosia: neque enim unquam dixi, certe dictum nolui, nomen mihi esse Sosiæ: dixi me Amphitruonis socium: hoc est, ne iterum vicinitate soni decipiaris, *sociennum.* Grut. V. C. *socium med esse.* Sic lege. *Scriverius.*

230 *Utinam istuc pugni fecissent tui*] Utinam me pugni ita fugissent tui, sicuti me rationem fugisse dicis. *Muret.*

243 *Tu me alienabis nunquam*] Nunquam me, qui sum familiaris, alienum facies. *Lamb.*

247 *Quid, malum! non*] ' Malum per parenthesin suaviter infertur, et interjectio est.' Donat. ad Terent. Eun. IV. 7.

248 *Nonne hac noctu*] Vide Macrob. I. 4. *Portu Persico*] Mari Euboico, quod in eo steterit classis Persarum, non procul a Thebis. *Fest.*

252 *Hercle*] Plautus hic defecisse visus, qui per Herculem jurantem inducit, nondum nato Hercule, cujus paulo post in Alcumenæ partu nativitas ponitur; distractus scilicet temporis sui consuetudine, qua per Herculem juraretur. *Angel. Decemb.*

263 *Aurea*] Subintell. ' donavit Amphitruonem.' Hæc verba prævenit aut intercipit festinans Sosia.

265 *Signi*] Primum nudas duntaxat litterarum notas pro signis habebant, scalptura tamen multiplex postea in usu fuit. Quin et bruta animalia insculpi solita: talis erat Augusti Sphinx. Aut historia aliqua, vel fabula: talis ista Amphitruonis. *Meursius.*

266 *Cum quadrigis*] De hujusmodi annulorum scalptura vide Meurs. Exerc. Critic. Part. II. c. 9. *Quid me captas*] Quid per captiosas interrogationes a me veritatem exquiris? vide Epid. II. 2. *Taubm.*

273 *Hirneam*] ' Hirnea,' vel potius ' Irnia,' genus vasis est vinarii: antiquitus ' Erneum' vocabatur, παρὰ τὸ ὄρνεον, quod avis figuram haberet; sic, quod scarabæo similis, κάνθαρος. *Scalig. Ingressus*] Bene et ex vero cœpit.

274 *Eam ego ita ut matre fuerat natum vini eduxi meri*] Eam hirneam vini meri, ita ut matre fuerat natum, id est, ita ut ex vite, seu uva fuerat expressum, eduxi, id est, ebibi, exhausi, exsiccavi: vide et Victorium Var. Lect. XXIII. 5. *Lamb.*

282 *Saltem*] Est quod Barbari dicunt, ' ad minus.' *Lamb.*

283 *Ubi ego Sosia nolim esse*] Ita omn. Mss. et edd. veteres intrusere posteriores *jam;* sed de suo. *Taubm.*

292 *Sane sapio*] *Sane* hic ' saniter' est, ut sani homines solent: nam qui sapit animo, et sentit sensibus, is sanus est. *J. Gul.*

294 *Quadrigas si nunc inscendas Jovis*] Credibile est Jovis quadrigas omnium esse celerrimas, ut quæ alatæ sint, auctore Platone in Phædro, et Luciano in Piscatore: etiam Horat. Od. I. 34. ' volucrem currum Jovis' dixit. *Douza.*

301 *An egomet*] Corrigo, *An egomet me illic reliquisse forte, &c.* tali sensu: An fieri forte potuit, ut egomet Sosia non iverim una cum hero Amph. ad exercitum, sed illic domi restiterim; idque tamen nunc omnino dememinerim? *Gruter.*

303 *Vivo fit*] Mihi vel me vivo, imago mea præfertur, quod nunquam quisquam faciet, me mortuo. Vel ab

Digitized by Google

ipso auctore germana loci hujus explicatio arcessenda est: Mostell. II. 1. 'Ludos ego hodie vivo præsenti hic seni Faciam, quod credo mortuo nunquam fore.' Scimus enim, ludos funebres Romæ, hoc est, gladiatorios, in illustrium virorum funeribus, sic quasi in luctu publico, ad rogum fieri consuevisse antiquitus. Ad quos respectans Sosia, per joculum et ludum inquit, argute sane et vernilem in modum: *Nunc mihi fiunt ludi*, hoc est, nunc ego ludificor probe, cui nullus postea ludos facere volet in morte. *Douza.*

SCENA II. 15 *Probri*] Vide notam ad III. 2. 1.

16 *Eam seditionem*] Raro sic invenias 'seditionis' vocabulum de turba privatorum. Apud Terentium tamen est, non minus eleganter Andr. v. 1. 11. 'Perpulisti me, ut homini adolescentulo, In alio occupato amore, abhorrenti a re uxoria, Filiam darem in seditionem, atque incertas nuptias.' Sic 'seditiosus' et 'bellum' Cicero ad Att. II. 1. *Gronov.*

17 *Dudum quod dixi minus*] Id est, quod vobis de Alcumena nondum etiam edissertavi. *Douza.*

19 *Alter decumo, &c.*] Confirmat Plautus hic eorum sententiam, qui affirmant, et vere, mulierem superfœtari posse. Plinius inter alia refert, mulierem quandam septem mensium edito puerperio, insecutis mensibus, geminos enixam. *Taubm.*

20 *Seminatus*] Ἐσπαρμένος in utero matris conceptus est. *Taubm.*

22 *Minori puero major*] Id est, Herculi, qui minor, ratione sationis. *Taubm.*

23 *Majori*] Sc. Iphiclo, filio Amphitr.

25 *Uno ut fœtu*] Uno onere, unaque (ut ita dicam) gravidatione. *Lips.*

26 *Labore*] Vel gravidationis, vel partus. *Idem.*

28 *Suspicio*] Hæc vox *suspicio*, non immerito multis mendæ suspicionem movit. Si quid mutandum, malim leg. *Et clandestina ut celetur huc itio*; id est, ut adventus huc noster clandestinus celetur. Donatus, interpretans illa comici sui verba, Adelph. IV. 5 'Qui cum illa consuevit prius:' quo loco 'consuescere' ἰνσχημόνως ponitur, pro rem habere: addit pro exemplo; ut Plautus: *et clandestina ut celetur consuetudo.* Atqui versus non patitur vocem *consuetudo*, cum sit iambicus senarius: itaque pro *consuetudo* repono *consuetio*, ne fraus fiat legi pedariæ. Recte id porro a me fieri, Festus, vel potius Verrius Flaccus, præstiterit, cujus hæc verba sunt: '*Consuetionem* Plautus pro *consuetudine* dixit.' Quod ad Donatum attinet, etiam ille sine dubio *consuetio* scripserat: sed quod vox insolens videretur, ab aliis postea fuit interpolata. *Scioppius.*

33 *Expetere*] Recidere, evomere, exundare, *Nonius.* Transire, desidere. *Gl. Mss. Pl. Boxhorn.*

SCENA III. 2 *Imperce*] Jubet partui vicinam parcere sibi, et labore abstinere. *Camer.* *In* nonnumquam auget significationem, ut 'impetor,' et hic 'imparco,' et alibi. *Boxhorn.*

3 *Quod erit natum*] Ita loquebantur neutro genere de partu et futuro et recens nato. *Gronov.* *Tollito*] Infantes olim, simul ac nati forent, humi deponebantur: ab humo vero pater tollebat, et in sinum recipiebat. Qui autem non tollebatur, pro abdicato et projectitio erat. *Lamb.*

6 *Ubi summus*] Hoc vult, imperatorem esse debere imperii diligentem. *Boxhorn.*

9 *Quam blande mulieri palpabitur*] 'Palpari,' et 'palpo percutere,' proprie est molli et blando manus plausu tangere et contrectare, ac veluti poppysmo demulcere: Græcis ψηλαφᾶν. Hinc pro blandiri, assentari et adulari frequentatur. *Turneb.*

12 *Edepol, næ*] Hic sensus: Si te

Digitized by Google

tamen Alcumena norit, ita profecto te accipiat, ut simulationis hujus pœniteat, ac malis Juppiter mansisse, quam falsus Amphitruo venisse. *Acidal.* Mss. quidam diserte *furtis*. Fortasse verum est, transpositis literis, *Frutis rebus*, id est, venereis. De Fruti Venere Arnobius et Augustinus de Civitate Dei. *Scriverius.*

21 *Hanc curatio est rem*] Verbalia in *io* regunt casum verbi sui, passim apud Plautum. *Lamb.*

23 *Nequiter*] Douza *expedivit* interpretatur, expedita est, id est, peracta est: ut et Meursius, qui, *nequiter expedivit*, interpretatur, parum utilis fuit prima parasitatio: qualis illa sunt, 'male sanus,' 'male suadus.'

24 *Non te mihi irasci decet*] Voss. secundus, *non te mecum irasci decet*. Et sunt Plauti, 'orare cum aliquo,' 'cavere cum aliquo,' 'captare cum aliquo,' 'servare cum aliquo fidem,' 'queri cum aliquo,' 'osculari cum aliquo,' 'facere mentionem cum aliquo,' 'complexus cum aliquo.' *Gronov.*

30 *Prævortisse*] Præposuisse. *Gloss. Mss. Pl. Boxhorn.*

45 ME. *Eamus, Amphitruo*] Dominum hoc loco nomine *Amphitruonis* servus compellat, satis pol familiariter: ut item Sosia multo etiam licentius Alcumenam, non 'heram,' sed 'mulierem' vocitat, II. 2. Sed et Servius notat contumeliam esse, superiorem nomine vocare. Nam salutare proprio nomine æqualium erat, vel superiorum, ad conciliandam vel firmandam gratiam. *Douz.*

51 *Ut æque*] Lego, *ut æque dispares Et dies et nox accidat;* hoc sensu: Quia hæc nox longitudine sua proxime præcedenti non respondet, faciam ut nec dies præcedenti diei respondeat; sed tanto superiore die brevior sit, quanto hæc nox præcedente nocte fuit longior: atque ita fiet, ut æque dispares hæc nox et instans dies, a præcedentibus nocte et die evadant. *Pistor.*

ACTUS II.

SCENA I. 1 *Secundum*] Id est, post me; sequere me. *Lamb. Sequor*] Bene: aliud enim est 'sequi,' aliud 'subsequi:' sequitur quis eminus, subsequitur cominus. *Grut.*

4 *Eccere*] Eccere, jusjurandum est, ac si dicatur, per Cererem, ut 'ædituor.' *Festus.* Id cum significat, *æcere* scribendum est; at *eccere* idem est, quod *ecce*. Lamb. *Tuatim*] Sosipater Charisius l. II. '*Tuatim*. Plaut. in Amphit. *jam tuatim facis:* ubi Sisenna, 'ut nostratim.' Significat autem tuo more.' Similia Nonius Marcellus. Ex quo probaverunt Lambinus et Guilelmus. Neque aliter Mss. Langiani.

13 *Atque ego hodie dabo*] Id est, statim. *Colvius.*

20 *Tua ex re*] *E re tua*, id est, ex tuo commodo. Nam utile tibi est, te servum habere, qui duobus in locis uno tempore esse possit. *Bosius.*

22 *Si id ita factum est*] Nempe, ut te ludificaverim. *Taubm.* Acidalius legit, *Nisi id ita factum est*, scil. ut tibi narravi.

26 *Hominis*] Per genitivum injuriose dicitur; per nominativum honorifice. *Don.*

35 *Te ego faciam*] Genus loquendi Græcum, frequens comicis, pro, te faciam minus valere. *Lamb.*

44 *Si id vi verum*] Si omnino nolit verum esse, quod tamen verum est, et verum dicenti sit infestus. *Boxhorn.*

45 *Nam mecum argumentis*] Videtur distinguendum: *Quo id, malum, pacto potest nam (mecum argumentis puta) Fieri?* Atque ita prorsus Voss. 2. Τὸ *nam* per tmesin, quam vocant, sejunctum a τῷ *quo*, cujus par est, ut solet Plautus. Aulul. III. 2. 'Sed in ædibus quid tibi meis nam erat negotii?' Merc. v. 4. 'quid negotii est nam quæso istuc?' *Gronov.*

Digitized by Google

52 *Sedimus*] Id est, desedimus, consedimus cum exercitu. *Douza.*

55 *Nam ut*] Pendet sententia, interturbata ab irato. *Taubm.*

57 *Sic sum, ut vides*] Sermo est hominis nec laudantis se, nec vituperantis: et existimaverim fuisse formulam, qua utebantur vulgo, cum oculis suis quemque credere juberent, ita ut sui nihil præterea præstarent. *Gruter.*

58 *Mala objectum manu*] Nescio quis veneficus ejus mentem excantavit. Nam in veneficiis non tantum est carmini locus, sed etiam 'manui,' id est, iis, quæ fiunt manus opera: ut cum adhibentur herbæ, medicamenta mala, venena, viucula. *Turneb.*

59 *Sum obtusus pugnis pessume*] Jocatur in 'mala manu,' quam Amphitr. pro venefica sumit; Sosia pro, pugnis sibi molesta et onerosa. *Taubm.*

63 *Uno te plus*] Id est, mihi quidem plus etiam servorum est, quam volo, cum te unum Sosiam habeo. Significat, Sosiam esse servum inutilem et nequam, et se facile eo carere posse; atque adeo optabile esse, ut eo careat: quo fit, ut multo minus velit duos habere Sosias. *Lamb.*

67 *Forma, ætate item*] Viris doctis novum fuit ab uno aspectu Sosiam definire ætatem alterius sui: itaque conjecerunt alii, *forma eadem item;* alii eo sunt progressi, ut duo vocabula *ætate item* delerent. Non ego illos, sed Terentius meliorat in Eunucho II. 3. ubi Chærea de virgine, quam, nisi semel, oculis usurpaverat nunquam, interroganti Parmenoni *anni?* respondet, *anni sedecim.* Quod et multo confidentius in adolescente præsertim, et ipso non admodum provectiore. Rursus IV. 4. Pythias loquens de Chærea pro Eunucho adducto, quicum sermones nulli ancillis fuerant, nisi quos ipse recenset III. 3. De hoc illa, 'At ille alter venit annos natus sedecim.' Idem in Heaut. I. 1. 'Annos sexaginta natus es, aut plus eo, ut conjicio.' Neque in hominibus tantum, sed etiam in signis ætas ex forma. Cic. Verr. IV. 'Erat admodum amplum et excelsum signum cum stella: verumtamen inerat in illa magnitudine ætas, atque habitus virginalis.' Plinius Epist. III. 6. loquens de signo: 'Pendent lacerti, papillæ jacent, recessit venter. A tergo quoque eadem ætas, ut a tergo,' &c. Nec præter rem est, quod in eadem Eunucho ista duo, perinde ut Planto junguntur: 'Præterea forma et ætas ipsa est, facile ut pro Eunucho probes.' *Gronov.*

SCENA II. 1 *Satin' parva*] Hoc dicit: In vita hominum paucæ et raræ voluptates sunt, si cum molestiis comparentur. Jam, *res voluptatum*, pro ipsis voluptatibus dictum est, more Græcorum, qui dicerent, τὸ χρῆμα τῶν ἡδονῶν. *Muret.*

5 *Voluptatem ut mœror*] Fide Gruteri et Rittershus. edd. vett. *voluptati*, ut sit Græcismus, ἥκεσθαι τῇ ἡδονῇ. ut alias, *decere alicui*, πρέπειν τινί. Cicero simili Græcismo, 'comitari huic vitæ.' Similis sententia Curcul. I. 3. Merc. I. 2. *Taubm.*

7 *Domo*] Οἴκοθεν· ut, οἴκοθεν ὁ μάρτυς, de eo, qui se ipse indicat: et, οἰκεῖον, quod cujusque proprium ac suum est. *Muret.*

16 *Victor vir belli clueat*] Victor nominetur, et omnium sermone celebretur; ἀπὸ τοῦ κλύειν. *Belli*, autem, pro in bello, adverbialiter. *Camer.*

20 *Prognati*] Id est, progeniti, posteri, ἐκγονοι. *Lamb.*

25 *Auspicio meo atque ductu*] Supremus ducum ipse imperator est: ille est, qui non ductum solum, sed auspicia etiam habet. Distincta enim ista: ductu, cum ipse interfuit, auspiciis, cum illo mandante alius, et fortunam ac Deos suos commodante. *Lipsius. Primo cœtu*] Prima congressione, coitione. *Gl. Mss. Pl. Boxh.* 'Primam coitionem' dixere Terenti-

Digitized by Google

us Phorm. II. 2. 38. et Quinctil. I. 3. *Gronov.*

33 *Prandium*] Recte, *prandium*; nam domum veniunt mane. Solebat autem dari cœna peregre venientibus. *Taubm.*

37 *Ad aquam præbendam commodum adveni domum*] Nam a partu lavationibus multum utebantur. Ter. Andr. 'Fac istæc ut lavet:' 'istæc' autem, inquit Donatus, 'vel quæ ex puerperio sordent; vel ipsa puerpera.' *Taubm.*

38 *Decumo post mense*] Scil. lunari; qui menses nostris breviores. Tertull. 'Legitima nativitas ferme decimi mensis ingressus est.' *Turn.*

40 *Divini*] Jurandi et detestandi solennes formulæ. *Lamb.*

41 *Ni ego illi puteo*] Vult dicere: Nisi omnem aquam de puteo extraxero, et illum desiccaro: quæ esset quasi exanimatio putei. Aqua enim puteo, quod anima est animantibus. *Camerar.*

43 *Magis*] Deliberat cum animo suo Alcumena, obviamne eundo, an manendo magis officium suum facturа sit. Et respondet ipsa sibi, magis convenire ut maneat, cum vir suus non nunc primum adveniat peregre, sed modo digressus, domum tentandi sui, an qua alia de caussa revertatur. Ita ne salutat quidem, aut osculum offert, quæ leviora: tantum abest, ut obviam processerit. *J. Gul.*

44 *Speratam suam*] Eæ puellæ proprie 'speratæ,' quæ in matrimonium destinatæ erant: ut postea interposito sponsu et pacto, 'pactæ' atque 'sponsæ.' *J. Gul.*

47 *Haud vidi magis*] Cum Amphitruo salutasset uxorem, neque illa quicquam responderet; quod virum a se paullo ante abiisse, seque ab illo illudi arbitraretur; jocans, qui eis adstabat, servus Sosia inquit, 'haud vidi magis Exspectatum!' quod venustissime dictum est; et ex contrario intelligendum. *Mur.*

58 *An te auspicium*] An tibi omen aliquod, vel (ut alibi dicit) religio objecta est? *Taubm.*

64 *Deliramenta*] 'Lira' arationis genus est, cum agricolæ facta semente dirigunt sulcos: inde 'delirus,' qui a recto ordine et quasi a sulco et lira rationis evagatur. *Idem.*

65 *Dum edormiscat unum somnum*] Voss. 3. *obdormiscat.* Quale in Mostell. 'Ubi somnum sepelivi omnem atque obdormivi crapulam.' *Gronov. Quæ ne*] Quasi dicat, Quid opus est Alcumenæ somno, quæ vigilans jam somniat? *Taubm.*

70 *Assentaris*] Est 'assentari' duplex: unum a 'sensu' dictum, quod Græcis est κολακεύειν: alterum a 'semita,' quasi 'assemitari,' vel 'assemtari' dixeris, quod Græcis est συναπάγεσθαι. Nec aliud proprie sibi Plautus voluit, cum 'assentari' et 'adversari' opponeret hoc loco. *Fr. Jun.*

73 *Una resolvas*] Hoc vult: Si Bacchæ bacchanti et obvios quosque, ex more, thyrso percutienti velis resistere, tanto plures ab ea plagas accipies, quanto diutius adverseris: si cedis et obsequeris, semel tantum feriet, non sæpius: una plaga ipsi satisfiet. *Pistor. Resolves*] Liberabis te. *Gloss. Mss. Pl. Boxh.*

91 *Malum et malum*] *Malum et malum*, duplici intellectu et effertur a Sosia et arripitur a populo: ut videlicet opus habeat vel Punicis malis, quæ contra gravidarum malaciam in usu, Plinio et Dioscoride testibus; vel etiam ut eidem bina omnino conveniant mala, (ita enim accipit *malum et malum*) sed qualibus amicæ suæ nimis quam acceptus cultor quisque. *Gruter.*

97 *Impliciscier*] Implicari, involvi istam atram bilem. *Lamb.*

103 *Quid id est*] Meursius hic versum, qui est in mediis edd. restituit: *Nihil te pudet, scelesta, populi in con-*

Digitized by Google

spectum ingredi?

105 *Primulo*] Mens hæc est: Quia dixerat Alcumena, abiisse Amphitruonem ad legiones primo diluculo; hinc colligit Sosia, eam narrare somnium: dicit quippe se primo diluculo experrectam esse. Itaque non vult Sosia eam ab Amphitruone interpellari. Recte, inquit, dicit; ne interturba: somnium, prout in memoriam revocat suam, narrat tibi. Solebant autem, qui fabulam narrassent, dicere 'se postea experrectos esse.' *Petitus.*

108 *Mola salsa*] Græci hordeo non molito in sacris, in priscæ memoriam vitæ, utebantur, in qua homines nondum molere fruges, sed solidis vesci solebant. Est igitur *mola salsa*, tanquam molitura salsa; ut molæ, qua frumenta franguntur, nomen molito farri tribuatur. *Taubm. Comprecatam oportuit*] 'Comprecari' quid sit, copiose Douza in Cent. III. 9. Porro superstitionem veterum in expiandis somniis, festive notat Martial. Epig. VII. 53. 'Semper mane mihi,' &c. *Taubm.* Verbi 'comprecari' syntaxis hic est, qualis τοῦ 'precari' Asin. II. 4. 71. 'Pergin' precari pessimo?' Virgil. Æn. VII. 127. 'Optima Grajugenum, cui me fortuna precari Et vitta comtos voluit prætendere ramos.' De 'mola salsa' vid. Serv. ad Virgil. Ecl. VIII. 82. *Gronov.*

110 *Sine malo*] Id est impune. *Lamb.*

115 *Tute istic*] Meurs. legend. censet, *Tute istuc*, scil. dixisti. *Taubm.*

118 *Me huc aspice*] Formula est parandæ attentioni. *Taubm.*

123 *Quin nunc*] Affirmantis est, pro *atque etiam.* Taubm. *Ego vero*] Sc. audio: et hoc etiam audio, ipsum mentiri. *Camer.*

137 *Quid hoc*] Hæc secum Amphitruo, quasi dicat, uxorem habeo valde mirabilem. *Taubm.* Imo sic distingue et lege: *Quid? Hoc sit hominis?* quasi dicat: Hæc illa nosse non potest, nisi per artes, quæ superant humanas. *Boxh.*

138 *Intus pateram proferto*] Ex Hellenismi forma interpretandum, qua dicunt, τὸ ἐντὸς ποτήριον· fiat, proferto pateram eam, quæ intus est. *Douza.*

144 *Circumferri*] 'Circumferre' verbum pontificale est, pro 'lustrare,' et lustratione curare: ut notat Servius ad illud Virgil. Æn. VI. 'Idem ter socios pura circumtulit unda:' 'circumtulit,' id est, purgavit; nam lustratio a circumlatione dicta est vel tædæ vel sulphuris. *Scalig.* Non solum tæda et sulphure lustrabatur sed etiam scilla aliisque rebus pluribus ad eam rem aptis: simulque arcanum quoddam carmen submurmurabant lustrantes. Lucian. Necy. ἐκάθηρε τέ με, καὶ ἀπέμαξε καὶ περιήγισε δαδὶ, σκίλλῃ, καὶ ἄλλοις πλείοσιν, ἅμα καὶ τὴν ἐπῳδὴν ἐκείνην ὑποτονθορύσας. *Gronov. Quin facto*] Id est, circumlatione, sive lustratione est opus. *Boxhorn.*

145 *Larvarum plena*] A laribus larvæ: a larvis furiosi insanique vocantur. *Turneb.*

152 *Obsignata'st recte*] Grut. ita distinguit: *Obsignata est: recte! res g.* Nam recte obsignatam hero jam satis constabat, qui eam modo inspexerat: tantum miratur servus, cur eam resolvere jubeat, nisi velit signum rumpi, quod lini nodis super impressum. *Taubm. Res gesta est bene*] Quasi dicat: Bene habet, quod e simplis gemini summus facti. *Lamb.*

157 *Postulat*] Ἀξιοῖ, æquum putat. *Lamb.*

158 *Nisi abs te, quæ mihi*] Emendant, *quoi mihi*, quod sit, a quo. Sed distinguendum: *nisi, abs te quæ mihi dono data, est?* Unde est, nisi est, quæ abs te mihi dono data? *Gronov.*

161 *At cum cruciatu*] Id est, Væ tibi! *Gl. Mss. Pl. Boxhorn.*

169 *Pergam exequi*] Muret. Var.

Digitized by Google

Lect. x. 13. ait legendum, *perge exsequi*. Est autem *exsequi*, narrare, διηγεῖσθαι. *Taubm.*

173 *Lecto*] Convivali, more veterum discumbentium.

175 *Dormitare*] Desiderativum potius, quam frequentativum. *Turneb.*

177 *Perdidisti*] Scil. me.

181 *Falso*] Malim, *Ne me appella falsa falso nomine. Falsa*, hoc est, aut mendaciloqua, aut imagine veri decepta atque a recta ratione evagans. *Douza.*

182 *Siquidem hæc jam mulier facta est ex viro*] Sic restituere se ait ὁ τάυρ ad historiam Angustam. Nec tamen aut Camerarius, aut Tanbmannus, aut Gruterus aliter ediderunt. Sed mirificam interpretationem commiscitur, *factam ex viro* dici Alcmenam, quæ virum amiserit. Id vero Latinum esse nunquam illi concedetur. Nam quæ affert nihil habent simile. ‘ Sergiolus ex gladiatore ’ apud Scholiasten Juvenalis est, qui gladiator fuerat: ‘ pecudes ex maribus ’ apud Arnobium, qui fuerant mares. Sic igitur *mulier ex viro facta*, quæ fuerat vir antea; non quæ perdidit maritum. Vernilis est jocus. Amphitruo negat se Alcmenæ virum esse: ergo fingit se suspicari servus, factum mulierem, neque enim hermaphroditum, nam hic et vir et mulier: *Hæret hæc res, si quidem hæc jam mulier facta est ex viro:* virum enim se esse negat: oportet igitur, qui meus est stupor, credam in fœminam veram. *Hæc facta* autem ait partim respiciens, quod nunc eum esse fingit se putare; partim, ut Cicero, ‘ Epicurus (hoc enim vestrum lumen est,)’ &c. Vide in Senec. ad Marciam c. 19. Sic ludit Ovidius in illis, quibus sexus fertur mutatus, Tiresia, Iphi, Cænide. *Gronov.*

185 *Tecum fui*] ‘ Cum viro esse ’ honeste et more Græcorum dictum, pro τῷ ἀνδρὶ συνεῖναι, *cum viro rem habere*. Scalig.

187 *Si pudoris egeas, sumas mutuum*] Id est, etsi omnem jam pudorem fortasse deposueris, debebas saltem coram marito dissimulare, et mihi adscititio pudore imponere; eorum more, qui alienis opibus suam tegunt inopiam. *H. Junius.*

188 *Nostro generi non decet*] Imitatione Græcorum: sic infra III. 4. ‘ ornatum capiam, qui potis decet.’ Terent. ‘ vobis decere:’ ubi notat Donatus, ‘ Græce dixit, ὑμῖν πρέπει.’ Antiqui si addebant statim verbum, ‘ Nos decet facere,’ ‘ Nos decet dicere,’ dicebant. Si non addebant, ‘ Nobis decet.’ *Meurs.*

189 *Captas*] Ponitur desiderative, pro velis capere. *Boxhorn.*

193 *Qui? testes*] Scaliger ad illud in Phallicis, ‘ Magnis testibus ista res agetur,’ notat: *Testis*, ὁ μάρτυς, ex antiqua lingua Græca θέστωρ· et μάρτυρες θέσται· τοὺς διδύμους vero (quos eleganter ‘ pares ’ vocat Plinius) ita nominarunt, quod et ipsi μάρτυρες τῆς ἀῤῥενότητος, ideirco ambigue lusit Plautus. Nam, ut mos erat veterum, verbum formavit ex re, quam non intelligebat: ex ‘ teste,’ ‘ testiculari.’ At dedita opera ‘ testiculari ’ dixit, pro eo, quod Græci, ὀρχιπεδῆσαι· sicut et κλειτοριάζειν dicebant, a pudendo muliebri; quod Laberius, ut ego puto, ‘ puellitari ’ interpretatus est.

194 *Nobis præsente*] ‘ Præsente ’ et ‘ absente nobis ’ dixerunt veteres, ut docet Nonius.

200 *Frustrator*] ‘ Frustror,’ verbum commune utrumque significat, fallo et fallor. ‘ Frustra sum,’ est fallor et decipior. In quibus facete lusit Ennius in Sat. ‘ Nam qui lepide postulat alterum frustrari, Quem frustratur, frustra cum dicit frustra esse,’ &c. *Aus. Popm.*

203 *Mortalis*] Recte addit *mortalis*, quia putavit eum, qui erat Juppiter, esse vere mortalem et suum Amphitruonem. *Boxhorn.*

Digitized by Google

205 *Non vis credere*] 'Mulieri ne credas, ne mortuæ quidem,' Diogen.

214 *Delenitus sum*] *Delenitus* exponitur hic 'mente alienatus,' a Nonio. Scip. Gentilis docet, etiam apud jurisconsultos 'delenimenta' et 'delenifica dicta,' sumi pro incantationibus et venenis, quibus mens de suo statu dejicitur. *Lamb.*

215 *Usu perduis*] Quia si nescires, (ait vetus interpres) quia esses, posset alius in tui locum succedere, et sic te privare te ipso: quia cum per usum fuisset in possessione tui, ille te acquisivisset, et tu te perdidisses, ut in fundis contingit. Dictum autem 'usuperdere,' ut 'usucapere,' et supra, 'usufacere suum.' *Lamb.*

222 *Multem*] Adulteræ non domo solum exactæ et dote privatæ fuerunt, sed etiam necatæ: ipsique adeo magistratus, præsertim ædiles, adulteras interdum accusarunt. *Lipsius.*

227 *Abeo, si jubes*] Jocus ex ambiguo: nam et qui manumittuntur, abire a dominis jubentur. *Lamb.*

229 *Sic me*] Subintelligendum fortassis est, 'fecisse,' aut 'admisisse.' Licet etiam 'insimulare me,' explicare, insimulare in me, quod est, mihi objicere, et in me confingere falsum facinus. *Lamb.*

ACTUS III.

Scena I. 8 *Cœnaculo*] Perlepide jocatur histrio, qui personam Jovis susceperat pro Amphitruone subditi: se enim pauperculum dicit cœnacularium, qui habitet in superiore domus cœnaculo ad tegulas; non in prima contignatione, sed in suprema. *Turneb.*

8 *Inchoatam*] Ne inter initia prodens me esse Jovem, statim finem huic Comœdiæ imponam. Vult idem ex lege pluribus actibus et scenis perfici Comœdiam, priusquam se prodat. In eo enim, se prodente, est finis. *Boxh.* Inchoatum, imperfectum. *Gl. Mss. Plaut. Boxh.*

19 *Et me*] Subintell. *ex.* Taubm. *Sine doloribus*] Frustra hic a Contareno aliisque reprehenditur Plautus, qui sub finem adscribit dolores partus Alcumenæ. At hic agitur de doloribus et ægritudine animi. Hanc dicit se tollere velle Juppiter. Et sustulit exortam inter maritum et uxorem. *Boxhorn.*

Scena II. 1 *Probri*] 'Probrum' et 'opprobrium' propris significat adulterium. *Scip. Gentil.*

2 *Argutam*] Scil. patiar, vel, par est. *Taubm.*

3 *Infecta refert, ac clam.*] Hæc Camerarii conjectura est. Scripti, vel, *infecta re est at clamitat;* unde Gulielmius, *infecta restat ac clamitat;* vel, *infecta re acclam.* vel, *infecta re acclam.* Langianus unus, *infecta esse acclamitat.* Unde scribendum, *infecta esse oclamitat:* ut 'oggannire,' 'occentare,' 'objurgare.' Et habet ipse in Curc. II. 3. 'dormio ne occlamites:' τῷ *restare* hic locus nullus. *Gronov.*

5 *Id me susque deque esse habituram putat*] Agellius XVI. 9. 'Susque deque ferre,' et 'Susque deque habere,' significat, æquo animo esse, et quod accidit, non magno pendere, atque interdum negligere et contemnere: et propemodum id valet, quod dicitur Græce διαφορεῖν.

8 *Satisfaciat*] Olim jurabant, se agnoscere, quod indigno eam injuriam intulissent: eaque res vindicabat læsum ab infamia. *Satisfacimus* vel verbis: 'nollem esse factum.' Terent. Adelph. II. 1. 11. 'Novi ego vestra hæc: Nollem factum; jusjurandum dabitur, te esse indignum injuria hac:' vel reapse, ut puta supplicio, mulcta, damno. *Gronov.*

11 *Ad sese studeam*] Id est, si studeam illam recipere ad sese me amantem, hoc est, me qui ejus amore distineor. *Douza.*

14 *Nunc autem insonti mihi*] Haud scio, quæ sit ea Camerarii editio, in qua legatur *sonti.* Quam ego ante

Digitized by Google

oculos habeo, *insonti*, ut et scripti omnes. Nec vero cum Scaligero legendum *in hunc*, aut cum Salmasio, *ne in hanc expetant*. Nondum enim id agit Jupiter, ut innocentiam Alcmenæ marito probat: id reservavit poëta in extremum actum: sed ut ne ob mariti probra ipse, quasi maritus, ab ea excludatur. Ergo *insonti exhibuit*; non Amphitruoni interpretor, sed Alcmenæ, quæ ob Jovis amorem tam male accepta fuerat a marito. Deinde, *insonti mihi* Jovi *illius* Amphitruonis *ira in hanc et maledicta expetent*, est in me, qui non feci convicium Alcmenæ, atque hujus culpæ insons sum, recident meque plectent, ut ab ea repellar, ira Amphitruonis in uxorem et maledicta. Habenda mihi expurgatio est, nisi velim fastum pati, et ab Alcmena excludi: quandoquidem, quod ego feci, id Amphitruonem decepit, ut illam insontem et nullius culpæ sibi consciam raptaret probris: nunc autem futurum est, nisi satisfaciam, tanquam ipse auctor conviciorum, ut ego insons nec istius criminationis reus ob Amphitruonis iram in uxorem et maledicta pœnas luam, et ab ea segreger. 'Expetere alicui,' pro 'expetere in aliquem,' ut 'congerere alicui' et 'in aliquem' et similia. *Illi*, quod olim conjecit Dissaldæus, facile admitto. *Gronov.*

19 *Inimicos*] Scipio Gentilis monet, jurisconsultos virum post divortium appellasse *inimicum*. *Osa sum*] Id est, odi contra intueri. *Nonius.*

22 *Verecunda*] Quamvis alii legant *iracunda es*; retineo tamen τὸ *verecunda*, sensu plano.

40 *Serio prævortier*] Taubmanno *serio* est adverbium, ut sit *serio prævortier*, serio accipere. Male, opinor. Ait Jupp. non esse æquum, si quæ ipse per jocum dixerit, Alcumena præhabeat seriis verbis, quibus nunc eam alloquitur. Et est ea verbi acceptio supra, I. 3. 'Ne me uxorem prævortisse dicant præ republica.' *Dissaldæus.*

44 *Ego istæc feci verba virtute irrita*] Ego maledicta tua pudicitia mea feci cassa et inania. Cic. pro Q. Rosc. 'Nonne ut ignis in aquam conjectus continuo restinguitur, et refrigeratur: sic falsum crimen in purissimam et castissimam vitam collatum, statim concidit et restinguitur?' Gellius docet 'irritum' esse verbum augurale, cum ait, 'Aves irritas habuit Remus:' nam et 'ratum facere,' augurii est Tullio. *Lamb.*

47 *Valeas*] Verba, quibus utebantur, cum solvebatur matrimonium, extant Lege XII. Tabb. 'Si vir ab uxore divortit, uxori res suas sibi habere jubeto, eique claves adimito.'

48 *Juben' mi ire comites*] Moris fuit, ut sine comite mater familias aut matrona non prodiret in publicum: et idcirco non levem injuriam eisdem fieri ab iis, qui comites earum abducunt, testatur Ulpianus. *Ravardus.* *Si non jubes*] Lege, *Sin; ibo ego, Mecum comit. &c.* Illa verba, *si non jubes*, glossema sunt particulæ *sin*. Scioppius.

52 *Tum te, summe Juppiter*] Ridiculum. Jurat per Jovem, qui ipsus est. *Taubm.*

57 *In hominum*] Hunc locum Plutarchus simili valde eleganti declaravit: 'Quemadmodum enim,' inquit, 'cum e nubibus exiit sol, ac post caliginem denique ferventior est; ita amor, cum intercessit ira aut suspicio, pace facta, reconciliatisque animis, jucundior est, atque acrior.'

62 *Bis tanto*] Lamb. subaudit, 'magis:' frustra, opinor: *bis tanto magis amici sunt*, non apte sonat: *tanto quam*, non male. *Dissald.*

63 *Primum cavisse oportuit*] Mens Alcumenæ est: Etsi decuisset te prius cavisse ne diceres: quia tamen tu idem eadem quæ dixisti purgas, ea patiar necesse est. *Gruter.*

65 *Vasa pura*] *Vasa pura* sunt, quæ

Digitized by Google

in alio usu non fuerunt. Sic 'vestis pura,' in sacris appellatur, inquit Servius, quæ neque funesta sit, neque maculam habeat ex homine mortuo. Alias *vasa pura*, et 'argentum purum' opponi emblematis cælato, notum est. *Scalig.*

72 *Collo obstricto*] 'Obstringere' est vinculo arcte circumvincire. *Lamb.*

SCENA III. 2 *Optume advenis*] Opportune.

4 *Sese instituere*] Par videtur, servum frugi ita se componere. *Taubm.*

5 *Vultum e vultu*] Vultum suum e vultu heri fingat et conformet. *Lambinus.*

11 *Vota quæ sunt*] Mutat numerum, more solito: pro, *rem, quæ vota est;* id est, faciam intus rem divinam, et quæ Diis, si salvus redirem, a me vota sunt, ea persolvam. *Lamb.* Veteres duplici de caussa sacrificabant; vel quia votum, vel quia ab oraculo mandatum. Hæc sacrificia ἀπὸ τῆς μαντείας dicebantur, illa εὐκταῖα, et χαριστήρια. *Meurs.* Inde toties in antiquis inscriptionibus, 'Ex voto fecit, solvit.' *Boxhorn.*

12 *Verbis meis*] Meo nomine.

13 *Ut re divina facta, mecum prandeat*] De extis reliquiisque aliis sacrificiorum, domum secum asportatis, cœnabant olim. *P. Colvius.*

17 *Sit moræ*] Hic versum a Nonio citatum, de sententia Bosii, interposuit Lambinus, quem etiam reperi in Ald. et Brix. solis: nam in ceteris prioribus tempore non apparet; ut nec in Mss. Cam. aut Pall. sex. Est autem talis, *Quando isthæc omnia exjurasti te mihi dixe per jocum.* Gruterus.

20 *Errant probe*] Plane falluntur.

24 *Fac commentus*] Id est, fac callide excogitaveris. *Lamb.*

26 *Morigero*] Id est, morem gero, Genio meo obsequor. *Douza.*

SCENA IV. 3 *Hercle*] Hercules et hic et superius juratur nondum natus, nedum Deus. Sunt, qui prolepsin faciant. Sunt qui ad Ægyptium illum, qui hoc nostro antiquior, referant. Ego puto comicum simpliciter cum vulgari usu sic locutum, aut more suo risum captasse. *Taubm.*

5 *Irati*] Lego *ingrati.* Ingratus enim plerumque adventus senum, illi non semper irati. *Acid.*

13 *Fiat bono*] Id est, dum ne quid fiat contra leges. *Gruter.*

17 *Cispellam*] *Cispellam*, pro repellam: quod qui repellitur, citra regredi cogitur, non ultra progredi permittitur. *Turneb.*

18 *Ut sit madidus*] Loci hujus sententia petenda videtur e versu, quem ex Amph. Plauti citat Nonius in 'Matella:' quamvis is hodie in hac Comœdia non reperiatur: 'Ne tu postules matellam unam tibi aquæ infundi in caput.' Hoc igitur innuit se facturum Mercurius, ut Amphitruonem ab ædibus abigat. Et jocus est in ambiguitate vocis *madidus;* quod ad exteriora et interiora refertur. *Pistor.*

ACTUS IV.

SCENA I. 1 *Naucratem*] More Græcorum, accusativus pro nominativo. *Taubm.*

3 *Myropolia*] Latine vocat Spetonius 'tabernas unguentarias.'

4 *Emporium*] Locus, in quo frequentes sunt mercatores. *Gl. Mss. Pl. Boxhorn.*

8 *Quem propter*] Ter. Eun. II. 3. declarat, 'Cibum nonnunquam capiet cum ea, interdum propter dormiet.' *Sciopp. Propter*, prope. *Glos. Mss. Pl. Boxhorn.*

9 *Quæstionem inquisitam hodie amittere*] 'Inquirere' non modo diligenter et anxie quærere, sed etiam non quærere, significat, sicut hoc loco. Porro cave pro *amittere*, hic cum quibusdam legas *omittere.* Quæstionem amittit, qui eam incepit, sed ad finem non perducit. *Boxh.*

10 *Eugepæ*] Interjectio est gau-

Digitized by Google

dentis et probantis. Sed hic ironia est. *Lambin.*

Scena II. 7 *Publicitus*] Id est, ex ærario publico suppeditari. *Taubm.*

9 *Ulmorum*] Cujus tergum ulmeas virgas vorat, quemadmodum animas Acherons. *Taubm.*

11 *Mendicas*] 'Mendicare malum,' carbunculus est orationis, quem ante oculos forsan habuit Prudent. cum scriberet Περὶ Στεφάνων: 'Istum libido fœtida Per scorta tractum publica Luto et cloacis inquinat, Dum spurcæ mendicat stupra.' *Gruterus. Senecta ætate*, pro senili, more Plauti, qui sæpius substantivum, ad instar adjectivi, cum alio substantivo conjungit.

14 *Macte infortunio*] Sacrifico tibi, non quidem victimas, sed infortunium. *Taubm.* 'Mactare quem infortunio,' apud Plaut. solemne est. Arbitrabantur, inquit Palm. Deos delectari, si sibi res divina multa fieret, et ea re felicitatem eorum augere. *J. Gruter.* Post isthæc, *te macto infortunio*, statim sequuntur et in vet. codd. et in Palat. sex, *Vos inter vos p., &c.* nonnulla tamen deesse, res clamat: nisi forte illa ipsa intus acta dicamus, non coram populo; quod verius putaverim, estque personis convenientius. *Taubm.* Quanquam dictator ille seculi eruditi Jos. Scaliger peculiari epistola me monuit, ut hæc atque ejusmodi alia ævi non quidem recentioris, sed tamen sequioris, in locum privatum conjicerem; tamen quia in illo criticæ curiæ senatu plurimi etiam restant, qui calculum damnatorium suspendunt, et nostro Sarsinati omnia ex æquo nondum abjudicant; sed pluscula horum aut germana esse censent, aut talia quæ non facile internoscas; possessionem eorum temere sollicitare aut turbare nec ipse volui. Diversi tamen characteris notam præsentibus imprimere visum est, ut cuivis appareret, ipsos aliquando in reos a criticis relatos, licet nondum peractos.

SUPPOSITA.

Suppos. I. 2 *Bubulis coriis*] Id est, scuticis, ex boum corio consutis, cædaris. *Saturni hostia*] Carthaginienses bello durissime afflicti, dicebant, Saturnum sibi iratum esse, quod prius excellentiores e filiis sacrificarint; postea vero clam emptis infantibus et educatis, liberorum loco immolabant. Atque inde apparet, Plautum ad emptos illos et supposititios respicientem, Sosiam 'Saturni hostiam' appellasse; veluti ad eum usum comparatus foret, ut mox liberorum loco Saturno mactaretur. *Taubm.*

4 *Larva umbratilis*] Non homo, sed larvæ quædam umbra. Etiam homines nihili, 'larvæ.' *Taubm.*

10 *Accipe*] Cum hoc verbo *accipe*, Mercurium ex loco superiori, in caput Amphitruonis impluisse existimo. *Pistorius.*

12 *Bacchanal te exercuisse oportuit*] Cum delirare aliquem dicere vellent, 'Bacchanal exercere' eum inquiebant. Nam Luna, Bacchus, Ceres furoris præsides credebantur. Unde 'Lunatici,' 'Bacchi,' 'Cerriti,' ita mox, 'tu Bacchus es:' *μανόμενος. Meurs.*

24 *Blandius*] Lego, *blandiris? cum Alcumena;* hoc sensu: Nihil eram tibi ultra responsurus; sed quoniam adeo blande me compellas, iterum repetam quæ dixi, 'Cubat cum Alcumena.' *Mi* autem blandientis esse, vel pueri norunt. *Gruter.*

29 *Qui ne*] Positum pro *qui.* Nam *ne παρέλκει*, et ornatus caussa additum est. *Lamb.*

36 *De foribus tu interea sis vide*] De foribus tu interea, si vis, discedas, vide. *Lamb.*

Suppos. II. 3 *Mutatos*] De hac re Plin. VIII. 22.

14 *Martigenam ille*] Cadmus, qui Thebanus fuit, serpentem illum inter-

Digitized by Google

fecit: ex cujus dentibus disseminatis nati sunt homines armati. *Taubm. Europæ quæstor*] Pro quæsitor, id est, qui ad Europam ab Agenore missus est. *Douza.*

16 *Et nostræ auctorem gentis*] Et Cadmum Thebarum conditorem, cum Hermiona uxore sua angueis ex hominibus factos repsisse. Ovidius: 'Serpentem spectas, et tu spectabere serpens.'

22 *Salutator*] Tanquam ii, qui salutatum ibant potentiores: qui si non statim admittebantur, foris prodeambulabant. *Douz.*

24 *Ne prævorteretur*] Jocus; nam fores clausit, ne fames egressa eum anteverteret. *Douza.*

35 *Hominem ne congrediamur*] Videntur Lambino superiora, usque ad hunc locum, vendi posse pro Plautinis; quæ vero sequuntur, non item: cum multa ex eis aliunde sumpta, et pæne mendicata sint, nonnulla inconcinna et Plauto indigna.

40 *Fames et mora bilem in nasum conciunt*] Veterum opinio fuit, ut frontem pudoris, risus lienem, sic et iræ sedem esse nares. Hinc Persius: 'Disce, sed ira cadat naso rugosaque sanna.' Id inde, quod in omni graviore commotione, maxime autem iræ, spiritus concitatus ac velut æstuans vehementius ebullit, naresque erumpendo dilatat. Cernas id maxime in bratorum generosissimis, equo, tauro, leone. *Casaub.*

41 *E loco*] Alii interpretantur, 'opportune.' Mihi videtur nihil aliud significare quam, 'statim.' Ad eum modum eadem significatione dicitur, 'e vestigio.' *Boxhorn.*

50 *Si me Dædaleis*] Id est, si volassem. *Victor.*

51 *Non potuimus grand.*] De illo dicitur, qui compernis junctis genibus incedit. *Salmas.*

52 *Grallatorius*] Varro apud Nonium, 'Grallatores qui incedunt grallis, quæ sunt perticæ ligneæ.'

62 *Tu purg.*] Leg. *ut purgari jussi.* Quasi dicat: Precor ut nec panem, nec potum ori hodie meo admoveam, nisi tu jusseras, &c. 'Salutare,' ridicule, pro ori admovere, quia 'salutare' et 'adorare Deum,' rem unam notat. Quærit Amphitruo ex servo Sosia, quando gentium ipsum miserit accersitum Blepharonem: respondet servus, id jam, modo, pridem factum fuisse: et ut planius etiam loquatur, circumstantias addit; *Ubi*, inquit, *rediisti cum uxore tua in gratiam.* Volebat alia addere: interpellat herus, cui cum, ut fere fit, concise admodum respondisset, ad inchoatum sermonem revortitur; *ut*, vel, *ubi*, inquit, *purgari jusseras vasa*, ut rem divinam facerea, tunc me mittis hunc accersitum. Ergo verba ista, *Nec Bacchum, &c.* clam a Sosia proferuntur: q. d. Si Bacchus me irritare debet, nolim ego vel Bacchum, vel Cererem salutare. Uterque autem furorem hominibus immittere credebatur. *Scioppius.*

Suppos. III. 3 *Telebois sacrificabo manibus*] Teleboarum interfectorum umbris mactabo. *Lamb.* Porro Dissaldæus hic finiri vult Jovis sermonem, et sequentia tribuit Amphitruoni, hoc modo: *sacrificabo manibus.* Am. *Nihil est, ut dici solet, quod hodie bene succedat mihi.*

13 *Stupri*] Post vocem *stupri*, hunc versum insero, *Cuique med absente corpus* (uxor) *vulgavit suum.* J. Guliel.

21 *Omneisque trullas*] 'Trulla,' vas potorium; 'trua,' vas aquarium, quo e culina aquam calefactam in lavatrinam, hoc est, domesticum balneum fundebant. *Omnes trullas hauriam*, sic interpretamur, ut *trullas omnes* accipiamus ἀντὶ τοῦ πᾶσαν ἀρύταιναν, sive trullarum omne genus: neque ad οἰκήματων tantum referimus, sed etiam ad reliquas trullas: puta ἐντρύσεις, ζωμηρύσεις, et alias, si quæ erant aliæ. *Casaub.*

37 *Parata navi*] Mandavi tibi, ut se-

Digitized by Google

dulo gubernaculo affixus esses. *Lamb.* *Clavo hæreres*] Sic distingue meo periculo: *Clavo hæreres sedulo, Ut si nostri fugam facerent, illuc me tuto reciperem.* Bl. *Item aliud.* Am. *ut bene nummatum servaretur marsupium.* Cæcutiunt qui non vident, hæc ita fuisse disponenda. *Dissald.*

41 *Talenta quinquaginta Attica*] Id est, vicena quina millia aureorum Hungaricorum, quadringentos quinquaginta quatuor, et dimidiato paullo plus. Tot etiam talentis mulctatus fuit Demosthenes convictus silentii Harpalo venundati. *Taubm.*

53 *Latrones*] Id est, milites conductos, quibus utebantur hostes. *Douza.*

64 *Sublurida*] 'Luridus color' a similitudine coloris 'luræ,' id est, utris coriacei, atque adeo a similitudine corii appellatus. *Turneb.* *Judicium silet*] 'Silentium' in caussis judiciisque intelligitur, cum nulla prorsum promit se conjectura veritatis dispiciendæ, unde ferri possit sententia. Respicit autem ad 'ampliationis' morem, cum in tempus aliud judicium diffinditur. *Cæl. Rhodig.*

Scena III. 1 *Partite*] Vos inter vos istam controversiam decidite ac dirimite. *Lamb.*

4 *Nescio*] Post hunc versum insero alium, quem Nonius in 'Decernere,' ex Amph. citat: *Qui nequeo, vostrorum uter sit Amphitruo, decernere.* J. Guliel.

5 Am. *Perii miser! quid ego*] Personis aliter collocatis, sic scribo: Ju. *Intro ego hinc eo. Alcumena parturit: perii miser!* Am. *Quid ego? quem advocati jam omnes atque amici deserunt.* Juppiter cum Amphitruonem egregie confutasset, redire se intro ait: tum inter eundum, tumultum et clamorem Alcumenæ parturientis exaudiens; Alcumena, inquit, parturit: et addidit, *Perii miser!* amicæ saluti prætimens. Neque mihi hoc quisquam objiciat, Jovi parum convenire hanc formidinem; nam hæc ipsa simulatio scenam adjuvat et Amphitruonem ex subditivo prope germanum facit. Huic subjiciens Amphitruo: *Quid ego?* inquit; an non magis perii etiam, quem amici et noti omnes deserunt? *J. Guliel.*

9 *Thessalum*] Thessali veneficiis et magicis artibus infames. *Taubm.*

13 *Ignorant*] 'Ignorare' est aspernari et cognoscere nolle. *J. Guliel.*

14 *Introrumpam in ædibus*] Ἀρχαϊσμὸς est: apparet enim veteres præpositioni 'in,' sive motum in loco, sive ad locum significaret, indifferenter accusativum et ablativum adjunxisse. *Meurs.*

ACTUS V.

Scena I. 1 *Sepultæ*] Id est, exstinctæ: omnis spei atque auxilii inopiam significat.

3 *Consequi*] *Consequi* hic puto idem esse, quod, circumgyrari, in orbem rapi, aut agi: nam in orbem rapta se invicem consequuntur. Maxime autem consternatis cœlum, terra, et mare circumrotari fere, et lapsum minari videntur. *Boxhorn.*

6 *Aquam velim*] Qua suffusa, semianimis recreer, atque reficiar. *Lamb.*

9 *Deos sibi invocat*] Forte puerperis illud solemne dixit, 'Juno Lucina, fer opem.' *Taubm.*

17 *Herilis prævortit metus*] Plus valet apud me Alcumenæ metus, quam meus. *Lamb.*

21 *Percussit Juppiter*] Gravissimi est et lethalis vulneris verbum *percussit:* unde 'percussores' dicti: dicitur etiam de fulmine. *Passerat.*

24 *Interii*] Interire plus est, quam perire. *Gloss. Mss. Pl. Boxhorn.*

25 *Increpuit*] Id est, crepitu fulminis perterruit. *Passerat.*

29 *Expedi*] Dic actutum. *Gl. Mss. Boxhorn.*

34 *Piam*] Amantem tui. Pietas omnia debita officia complectitur. *Gloss. Mss. Boxhorn.*

Digitized by Google

42 *Manibus puris*] 'Puras manus' tam a sordibus et illuvie, quam a cæde et sanguine, in sacris exigebant antiqui. Mimus, 'Puras Deus, non plenas adspicit manus.' Fiebantque eæ lavationes fere in vivo flumine. *Brisson. Capite operto*] In salutandis et adorandis Diis stantes capite operto, corpus dextroversum in orbem circumagebant, procumbebant etiam, dextramque ori admoventes, osculum labris premebant, tum deinde sedebant. *Brisson.*

52 *Incunabulis*] 'Incunabula' sunt fasciæ et panni, quibus pueri in cunis involvuntur, involucraque eorum, uno verbo, linea et lintea. Nam in cunis pueri involuti incunabulis colligantur. *Turnebus.*

56 *Angues jubati*] Jubæ anguibus et draconibus tribui solent, quæ quidem cristæ sunt in eorum capitibus eminentes. *Turneb. Impluvium*] 'Si relictus erat locus in medio, ut lucem caperet deorsum, qua impluebat, impluvium dictum,' Varro.

60 *Recessim*] Gloss. nostræ Mss. interpretantur, 'retro:' recte: et nihil hic mutandum. Nunc *recessim*, id est, retro; *rursum*, id est, nunc vorsum, cunas traxi. Belgæ dicerent, *Nu voorwaerts, dan achterwaerts.* Boxh.

64 *Alterum altera*] Id est, unum dextra, alterum læva. Ovid. de Art. 1. 'Parvus erat, manibusque suis Tyrinthius angueis Pressit: et in cunis jam Jove dignus erat.' *Taubm.*

73 *Cum Jove*] Aliter Propertius, 'Rivalem possum non ego ferre Jovem.'

75 *Pacem expetam*] 'Pacem petere' propria phrasis veterum in re sacra, pro Deos placare, veniam delictorum petere, numen exorare et propitium reddere. *Gronov.*

76 *Tiresiam*] Tiresias vates nobilis Thebanus; 'Conjector,' divinator. *Briss. Consulam*] Recte dicit, *consulam:* auspices enim 'exta consulere' proprie dicuntur, cum inspiciunt. *Brisson.*

SCENA II. 9 *Qui est susceptus*] Mss. Lang. *qui est conceptus semine:* fortasse melius. Aliud enim conceptio est, aliud susceptio. 'Conceptio' proprie seminis, primus uteri actus in generatione. 'Susceptio,' in lucem editi pueri, opus parentum, qui natos manibus suscipiunt, atque e terra tollunt, ut ostendant, velle se eos ali atque educari. *Dissald.*

SCENA III. 3 *Clare plaudite*] Mss. Camer. *clara plaudite:* forte, *applaudite.* Grut.

ASINARIA.

ARGUM. 6 *Rivinus*] Idem qui 'rivalis,' a 'rivus;' ut a 'vicus,' 'vicinus.' *Gronov.*

PROLOGUS. 3 *Conductoribus*] Lambinus accipit de iis, qui conduxerunt ornamenta, ædilibus. Imo vero de iis capiendum qui ludos exhibent, quique histrionum operam conduxerunt. *Gruter.*

4 *Auritum*] *Auritum populum* accipio, qui usu aurium non destituitur. *J. Guliel. Auritum*, attentum. *Gloss. Mss. Boxhorn. Gratiis*] Epid. III. 4. 38.

10 *Græce est Onagos*] Langianus, *Onagrost.* Duo Palatt. *Onagro est.* Barthian. *Onego.* Scribendum, *Græce est Onago;* vel, *Onego:* nam τὸ *est* transponi vetat metrum. Vide ad Livii lib. 1. *Gronov. Onagos*] Cum ὄνηγὸς sonet *asinarius*, cur *Asinaria* vocatur Comœdia? Respondeo, sub-

Digitized by Google

auditur 'fabula:' ut perinde sit, ac si diceretur 'Fabula de asinario mercatore.' *Stephan.*

ACTUS PRIMUS.

SCENA I. 6 *Ætatem*] Pro, dintissime, sive æternum, adverbialiter positum. *Nonius.*

7 *Pestem*] 'Pestis' etiam pro morte ponitur; sicut 'febris' pro quocunque morbo. *Meurs.* Inde 'pestem oppetere,' quemadmodum 'mortem oppetere.' Vetus poëta apud Cic. Tuscul. lib. II. 'Vestras manus peto, priusquam oppeto malam pestem.' Capt. III. 3. 11. *Gronov.*

8 *Deum Fidium*] 'Fidius' est Jovis filius, id est, Hercules. Διὸς υἱὸς Ἡρακλῆς, cujus sacramentum sanctissimum erat. *Festus.*

16 *Lapis lapidem*] Duæ rationes molendi indicantur a poëta: una, cum suspensa mola fruges frangimus, ut in faba fresa, et in polenta crassiuscula; altera, cum molæ non suspenduntur, sed lapis lapidem terit, id est, mola molam; cum tenuior farina et minutior elicitur. Atque hinc, comica quadam lascivia et lusu servum circumloqui 'pistrinum,' ex genere molituræ. *Turneb.*

18 *Polentam*] Id est, hordeum, vel, hordeaceam farinam. *Taubm.*

Qui polentam pransitant] Sic omnes omnino scripti. Camerarianus inter versus *pinsitant:* et idem unus secundo post hunc versu, *pinsitant.* Quod in speciem commodius: hoc enim illorum opus est, non 'pransitare:' a quo adeo erant remoti, ut et πανικάπτην machinam haberent alligatam, quæ et vesci polenta et manus ori admovere prohiberet. Unde igitur hic codicum in hoc verbum consensus? Fortasse utrobique scripsit, *Ubi flent nequam homines, ni polentam pransitent.* Significat unum illis esse duræ sortis solatium, si quid de polenta furtim aliquando subducere et pransitare possint. Ubi homines nequam perpetuam sentiunt miseriam, nisi si quando contingat, ut furtim aliquid polentæ ori inserant. *Gronovius.*

21 *Fustitudinas*] 'Insulas' vocat molas, quod in mediis pistrini locis collocatæ, velut insulæ speciem præbeant. 'Fustitudinas' vero, quod illic fustibus adigerentur servuli si alicubi cessarent. 'Ferricrepidinas' etiam, quod compedibus vincirentur, ne fugiendi daretur facultas. *Long.*

22 *Mortui*] Id est, ubi servi loris e pellibus bubulis factis cædantur. *Lambin.*

26 *Despuas*] Despuebant veteres, quæ abominabantur ne evenirent. *Lamb.* Sputum apud veteres extra usum naturalem erat vel religiosum in avertendis malis omnibus, quæ 'despuimus,' ut hic; vel contumeliosum ad contemnendos alios, quos 'conspuimus,' ut Cure. IV. 2. 17. Ad illud referendum etiam, quo utebantur medicinæ causa in morbis, quos incantando curari putabant, aut comitialibus, quos item 'despuimus,' Plinius XXVIII. 4. Petron. Noster Capt. III. 4. 18. *Gronov.*

28 *Penitis*] Vocabant 'penitum' veteres, quod intimum esset; unde et 'Penum' et 'Penates' dixerunt. *Muretus.*

31 *Expers sis metu*] *Expers* cum sexto casu, more veterum. Catullus, 'omnibus expers.' *Muret.*

32 *Redde operam*] Scil. 'auscultando.' *Lambin.*

36 *Quid istuc novi est*] Vix mihi dubium sit, quin post hæc ponendus sit versus 69. *Demiror quid, &c.* at versus ordine 70. delendus.

37 *Equidem scio jam, filius quod amet*] Nunquam magis se traduxit Scioppius, quam cum congestis aut corruptis aut male intellectis auctorum locis vincere voluit, *scio quod*, ut vulgus usurpat, Latine dici. De singulis videbimus alibi. Nunc monemus tirones, ab hac barbarie sibi ca-

Digitized by Google

veant. Hic autem scribendum aut cum Fr. Sanctio, *quom*, vel *quum:* aut *Equidem scio jam, filius quam amet meus, Isthunc.* Quasi esset, *Isthanc scilicet.* Bis eodem modo peccatum est apud Livium, III. 52. et IV. 31. Pseud. I. 5. 'Ecquam scis filium tibicinam meum amare?' *Gronov.*

40 *Invasit gravis*] Post hæc verba, vetus codex hunc versum inserit: DE. *Etiamne?* LI. *age quæso, hercle, usque ex penitis faucibus.*

41 *Non suppetunt*] Non habet, unde promissum solvat. *Lamb.*

46 *Nos tamen prænoscimus*] Camerarii et Langii codices, *nos tamen in pretio sumus:* recte: Tu in primo pretio sentis, qualis sit uxor tua: nos tamen ipsi aliquo in pretio sive loco et tempore, id sentimus. Nam quum dicitur 'primo,' 'secundo,' 'tertio,' potest intelligi 'pretio,' perinde ut 'loco' et 'numero.' Pœnulo I. 2. 'Primum prima salva sis, et secunda tu secundo salve in pretio, Tertia salve extra pretium.' Sedigitus Volcatius: 'Dein Nævius qui servet, tertio in pretio est.' *Sciopp.*

63 *Arcte contenteque habet*] Ride hic gravitatem mimici philosophi. Virtutem ait metam habere, intra quam et in qua consistit, quæ vocetur mediocritas: in ea qui manent, 'continenter' aut ipsos agere aut alios habere dici Plauto. Atqui continenter vivere potest et qui in splendore vivit, *contente* non nisi qui parce aut χλισχρῶς. Non intellexit, quid esset *contente.* Cicero pro Plancio: 'Cn. Manlium, non solum ignobilem, verum sine virtute, sine ingenio, vita etiam contenta ac sordida.' Latinus Pacatus: 'Cum videret Imperatorem, rerum potientem, terrarum hominumque dominum, parce contenteque viventem.' Paullinus Natali sexto Felicis: 'Quos solos habuit contentæ rusticus illos Paupertatis opus.' Cicero pro Sex. Roscio, 'Hæc attenta vita et rusticana.' 'Attentus' dicitur, qui parce ac duriter vivit, etiam Horatio Ep. I. 7. 91. 'Durus, ait, Vultei, nimis attentusque videris Esse mihi.' *Gronov.*

66 *Habere honorem*] Morem ipsi gerere. *Lamb.*

72 *Dotalem*] 'Dotalis servus,' idem prorsus qui Agellio 'receptitius.' Quem vide XVII. 6. Qui quidem servus in mariti potestate non erat, ut reliqui; sed matronæ peculiaris; quippe 'exceptus' cum reliqua pecunia, nec datus doti: quam pecuniam illa pro libitu tractabat, vel invito marito. *Douza.*

76 *Viginti*] Miror, qui senex scire potuerit filio opus esse viginti minis, cum multo post (scena 3.) lena super illis cum adolescente paciscatur. *Muret.*

84 *Circumduce*] Decipe, circumveni. *Gloss. Mss. Boxh.*

86 *Piscari in aëre*] 'Piscari in aëre,' et 'venari in mari,' habent formam proverbii. Vide Erasmum.

87 *Rete jaculo*]. Est 'rete jaculum,' retis genus dictum a jaciendo, quod et 'funda' appellatur, a 'fundendo,' vel a 'fundo:' βόλος Græcis, ut docet Serv. Georg. I. 141. dicitur 'rete jaculum,' ad differentiam 'verriculi,' quod non jacitur, sed verritur, id est, trahitur. *Turneb.*

88 *Optionem*] 'Optiones ab optando appellati: quod antecedentibus ægritudine præpeditis, hi, tanquam adoptati eorum atque vicarii, solent universa curare.' *Vegetius.* Est et optio fabricæ leg. 6. D. de Jure Immunitatis, quo maxime respexisse videtur Plautus. *Gronov.*

94 *Aliud cura*] Id est, tu de hac re sis securus, ego videro. *Taubm.*

95 *I; etiamne ambulas*] Suspicor fuisse initio, *Ei, ei; ne ambula:* hoc est, *I, i; ne ambula:* sic respexerit ad dictum senis 'Eo;' jubeatque porro ire, neque ambulare: minus enim est, imo vero et aliud 'ambulare,' quam 'ire.' Lepor autem in

Digitized by Google

eo, quod senex scipioni inniteretur, ideoque itioni minus aptus. *Gruter.*

104 *Si quid opus*] Hoc de sollemnibus Romanæ antiquitatis formulis depromptum, teste Cic. ad Attic. 'Erat enim, si meministi, in consulatu petitione per te mihi pollicitus, si quid opus esset.' *Douza.*

111 *Contui*] Id est, contueri, cernere. *Lamb.*

SCENA II. 4 *At malo cum tuo*] Veteres cum minarentur, aut significarent, quod quis diceret aut faceret, impune non habiturum, *malo* id ejus futurum aiebant, et fere hac formula, *malo tuo.* J. Guil. *Ex hoc loco*] Id est, e vestigio. *Lamb.*

5 *Tresviros*] Tresviri, vel triumviri, capitales ex magistratibus erant minoribus, qui carceri præerant et suppliciis, cognoscebant de criminibus servorum, meretricum et viliorum capitum, eosque puniebant. Unde apud Horat. 'Sectus flagellis triumviralibus.' *Gronov. Tresviros*] Vide notas Amph. I. 1. 3. *Nomina*] Solebant enim rei nomen apud magistratum ante accusationem datis tabellis deferre. *Douza.*

7 *Perlecebræ*] 'Pellecebræ' delinimenta sunt meretricia, blandidicis dictis et suaviludiis imperitos juvenum animos irretientia: unde ipsæ meretrices 'pellices.' *Joh. Gulielm.*

9 *In mari*] Id est, in mercatura facienda. *Douza. Elavi*] 'Eluere,' est decoquere, substantiam lancinare: ut Rud. II. 7. Sic 'proluere' quoque: itaque 'proluvium,' pro immoderata et effusa largitate. Tacitus, 'Proluere opes,' &c. *Palmer.*

16 *Sordido vitam oblectabas pane*] 'Sordidum panem' Lambinus interpretatur panem cibarium, qui servis dabatur. Sed putat Colerus viliorem fuisse: nimirum illum, quem jusculo superfuso canibus præberi solitum scribit vetus Scholiastes Juvenalis. *Taubm. In pannis, inopia*] Præterquam quod Lipsius, *inpannis*, una voce, consenserunt omnes lacunam hic esse, et quidem plurium vel certe unius versus. At locus est integerrimus: ad vocem *inopia* repetenda est proximæ voci apposita præpositio: quasi esset, *in pannis, in inopia*; more Latinis usitatissimo, quod non attenderunt etiam in S. Cypriani Epistola ad Donatum: 'In judiciis, concione, pro rostris opulenta facundia volubili ambitione jactetur.' Sic Mss. saniores, et invenit Palmerius in suis, etsi improbet. Deinde subauditur participium verbi substantivi, 'vivens,' 'degens,' 'agitans,' 'ætatem agens.' An aliquid deest huic orationi: *in vestitu mendico et egestate vitam sordido pane oblectabas.* Atqui hæc est ipsa oratio Plauti. Sed tamen dicent, *Atque ea si erant*, quod sequitur non potest referri ad *inopiam.* Potest imo: nam *inopia* non hic significat indigentiam ipsam, sed angustias et tenuitatem inopum: ut cum dicimus, 'in egestate esse,' 'in inopia vivere,' intelligimus res parvulas et tenues, quibus tamen anima quantumvis egeni sustinetur. *Atque ea si erant*, nempe panis sordidus, panni et habitus mendicorum, alia suppellex et frivola mendicitatis. Terentius Eunucho v. 5. *Gronov.*

18 *Ignorus*] Vid. Amph. IV. 3.

19 *Mansuetem*] Ita Nonius *mansuetem*, a nomine 'mansues,' id est, χειροήθης· quasi *adsuetus ad manum* accedere, et ut ait Maro, 'Ille manum patiens,' Æneid. VII. 490. *Taubm.* Æschylus Agam. Λιμὸς ξυνουδὸς μαλθακὸν σφ' ἐφόβησεν. *Scriver.*

20 *Nam isti*] Scil. Philenio.

26 *Modo*] 'More:' ubi iis præsentibus loquimur quos metuimus, aliis in dicendo potius morem gerimus, quam nobis. *Boxhorn.* An *modo*, arbitratu.

SCENA III. 1 *Philippeis*] Sciendum nummos Philippeos fuisse quondam aureos, insignes imagine Philippi, regis Macedonum. *Camer.*

Digitized by Google

3 *Nec recte*] Id est, male. *Taubman. Aurum merum est*] Unde meretrices lutea veste introductæ; quia color auro, cujus illæ cupientes maxime sunt, similis. *Scalig.*

4 *Clavo Cupid.*] Plane adamantino. *Taubm.*

5 *Remigio veloque*] Notatur summa et celeritas et conatus. *Idem.*

6 *In altum*] Id est, mare.

7 *Portorio*] Quæstum significat meretricium. 'Portorium,' *φόρετρον, vαῦλον, vectura*, sive *pretium vecturæ*. Taubm.

12 *Ductem*] 'Ducere' et 'perducere,' inter Venerea habentur. *Grut.*

14 *Dum superes datis*] Scil. alios: vel *superes*, id est, abundes datis, ut vult Bosius. Sed simplicius est prius. *Taubm.*

16 *Quod accepisti*] *Quod* Plauto interdum est accessio sermonis, præter vehementiam, sermoni nihil afferens. *J. Gul.*

20 *Hostimentum*] Festus, 'Hostimentum est beneficii pensatio.' Sic Serv. 'Hostia,' victima est; et dicta, quod Dii per illam hostientur, id est, æqui et propitii reddantur: inde *hostimentum*, æquatio. *Opera*] Gen. fœmin. est opus vel labor, pro sumpta mercede, ut hoc loco. 'Opus' est, id, quod opera perficitur. *Nonius.*

25 *Non tu scis*] Quæ amantem parce et timide poscet, ea sibi erit damnosa. *Lamb.*

28 *Patinarium*] *Piscis pat.* est, qui non assatur, nec elixatur, sed in patina cum jure apponitur. *Turneb. Verses*] Amatorem scil. ut piscem, dum assatur. *Taubm.*

29 *De pleno*] Cum amator nondum exhaustus est. *Lamb.*

37 *Te eam ductare*] *Postulas te ductare*, ex elegantiis Plautinis est. Ait, amantem frustra, ac nequicquam velle amicam verbis ductare, non donis. *Diss.*

41 *Numerata in manum*] Vide Turneb. IV. 11. ubi explicat illud Cic. Philipp. II. 'in manum latio.' *Taubmann.*

44 *Abusa*] Utendo, vel in usum consumpta. Turneb. XXII. 5. Propriissime hoc verbo Plautus utitur: sc. in vino, unguentis, pigmentis, &c. nam id significat 'abuti.' *Donat.*

47 *Græca*] *Græca mercari fide*, hic est, optima et repræsentata pecunia mercari, ut in palliata atque adeo Attica Comœdia: quasi Græci nunquam fallerent. Græci Græcis favent, et bene de gente sua et existimant et prædicant. *Turneb.* Quia multi inventi Athenis, qui debitum abjurarent, factum est, ut fidem non haberent nisi præsentarium aurum ferenti. Nusquam autem certior fides, quam ubi statim res pro re redditur. Qua in re quia videntur Græci diligentes fuisse, inde fides illorum optima in proverbium abiit. Vellei. II. 23. 'Adeo enim certa Atheniensium in Romanos fides fuit, ut semper in omni re, quicquid sincera fide ageretur, id Romani Attica fieri prædicarent.' Sed 'Punica fides' in contrarium pro mala valuit. Auson. Epist. 10. *Gronov.*

51 *Nihili cocio est*] Vidit hic aliquid Muretus. Quicquid enim repugnent, *cocio* est ipsum vocabulum 'cautio,' ut 'plodo,' 'plaudo;' 'copo,' 'caupo.' Sed cum scriptura mutat significationem et genus: non enim syngraphum significat, sed personam: perinde ut vocabulum 'optio' et electionem significat et adjutorem. Præ hoc tam facili etymo quam speciem habent, quæ comminiscuntur docti a cunctando, a coquendo, a conciendo, a cogendo? omnia *μία μόκωνος*. *Cocio* est arrilator vel proxeneta, qui arra data contrahentes conciliat: inservitque emptoris ac vendituris aut utrisque, et apud alterum, ut aliquid remittat, alterum ut addat pretio, interveniendo, rem conficit. Iidem et pro emptore interdum spondebant;

Digitized by Google

interdum et ipsi quædam emptitabant; ut nunc quoque faciunt: inde 'cociones' et pro sponsoribus et pro καπήλοις. Hinc explicandum dictum Laberii: 'Duas uxores? hoc hercle plus negotii est, inquit cocio: sed ædiles viderent.' Cocio sic loquebatur, urgens contrahentes, ut finem negotio imponerent, sibi enim et alia negotia curanda esse: ut τὸ *hoc* sit ablativi casus. Sed abutitur eo Laberius, quasi nominativi esset, et significaret: hoc gravius est quam putaram. Hinc et Plautinum: 'Non desidero,' inquit, 'et pro nihilo habeo cocionem, qui intercedat et promittat, ad diem solutum iri: præsens volo.' Cum autem addit, *scis cujus?* indicat verbum hoc frequenter auditum in scena ex notissima aliqua comœdia. Illud absurde Salmasius, *cujus*, hic esse positum, ut 'cujum pecus.' Ita enim dicendum fuisset: *scis cujum*. Nec 'cuja res' est qualis res, sed cujus domini res. Accipio autem ab eodem 'cociones' apud Petronium: et intelligo arrilatores, qui in mutatione mercium intervenire solerent, et verborum, quæ inter se contrahentes commutarent, arbitri ac medii essent. Accipio et 'cocionari' apud Quintilianum, ut sit facere, quod et κάπηλοι et proxenetæ solent: laudare mercem, pretium intendere, dein aliquid remittere, tum jurare non minoris dari, rursus concedere, donec contractus perficiatur. Sic cocionatus est Cato in Cypro πάντα ἐξακριβοῦν καὶ κατατείνων εἰς ἄκραν τιμήν, καὶ πᾶσαν αὐτὸς παρὼν, καὶ προσάγων τὸν ἔσχατον ἐκλογισμὸν, ut habet Plutarchus. Sic Caligula 'exquirens per se pretia et extendens' apud Sueton. cap. 38. Hinc Glossæ: *Arrilator, cocio, ὁ μεταβολεύς. Cocio, μετάβολος. Cocionatura, μεταβλητική. Μετάβολος, dardanarius, cocionator, arrilator. Μεταπράτης, cocio. Μετάπρασις, cocionatura.* Gronovius.

57 *Quasi columbæ*] Nota est columborum in osculando improbitas. Catull. Carm. LXV. 'Nec tantum niveo gavisa est ulla columbo Compar, quæ multo dicitur improbius Oscula mordenti semper decerpere rostro.' *Lambin.*

58 *Meo de studio*] Id solum agere studebatis, quod mihi placebat.

64 *Concinnavit*] Paravit locum æquabilem et planum. *Nonius.*

68 *Illix*] Ab 'illiciendo' fit 'illix.' *Nonius.*

69 *Bene salutando*] Id est, dum salutantur. *Taubm.*

70 *Vinnula*] Ita Isidorus Origin. l. II. 'Vinnulata vox, est lenis et mollis atque flexibilis: et vinnulata dicta, a vinno,' id est, 'cincinno molliter flexo.' Unde nunc primum discimus, 'vocem vinnulam,' sive 'vinnulatam,' ad fractas et concisas illas effœminatissimis modis in concentu musico flexiones proprie pertinere, hoc est, dicta infracta et quasi modulata voce labiis tenus modo, non autem e pectore penitissimo enunciata; nota meretricularum arte. *Douza.*

71 *Haud est*] Significat, non est rei familiari aucupis damnosum; non imminuit rem familiarem. *J. Gulielm.*

72 *Sine retibus*] Habere eum licet spontaneum, non coactum. *Pylad.*

75 *Si*] *Si*, pro 'cum,' 'postquam,' 'simul atque,' poni amat. *J. Gul.* *Si* conjunctio cum verbo indicativo juncta, rem magis indubitatam facit. *Priscianus.*

93 *Exobsecrabo*] Exquisite obsecrabo. *Lamb.*

94 *Dignos, indignos*] Id est, omneis.

95 *Si mutuas non potero*] Recte *mutuas* ab amico, *fœnore* ab danista. Sed quum *mutuo* scribit Salmasius, contra morem antiquorum loqui facit poëtam. Vide de Pecunia Vet. III. 1. *Gronov.* *Mutuas*] 'Mutuum sine usuris; fœnus cum usuris sumitur,

Digitized by Google

et est accepti fœtus: unde et fœnus dictum est: ut Græci τόκος, quasi partus mutui sumpti.' *Non.*

ACTUS II.

SCENA I. 10 *Celocem*] 'Celox' navigium breve et celere, quod majoribus et tardioribus subservit. Significat se dubitare quibus rationibus et qua celeritate navem in portum ducat, hoc est, rem ad optatum exitum perducat. *Lamb.*

11 *Impetritum*] In sacrificiis quod 'litare' est, id in auspiciis 'impetrire.' Nihil autem aliud est, quam 'impetrare.' *Scalig. Quovis admittunt aves*] In quamvis partem admittunt sen addicunt aves, et consilium suo garritu aut volatu ratum faciunt. *Taubm.* Verba 'admittere,' 'addicere,' propria sunt augurum, quibus et 'admissivæ aves' dicebantur, quæ consulentem de incepto bene sperare jubebant. *Gronov.*

12 *Et cornix*] V. N. Aulular. IV. 3. *Porro*] Mss. Camer. *parra.* Jam Plinio II. 37. Parræ avi in capite corniculatus est apex, ut phasianis; inauspicatusque: quæ Sirio oriente ipso die non apparet, donec occidat. XVIII. 29.

14 *Ulmum*] Unde virgæ fiebant. *Taubm.*

16 *In mundo*] Id est, paratæ sunt: in expedito sunt. *Charisius.* Vide Epid. v. 1. *Gronov.* Uti quæ munda habemus, veluti chartam, vestimentum, ferramentum, quibus statim, ubi necessitas inciderit, uti possimus, nec exspectandum est, dum mundentur. *Gronov. Atriensi*] 'Atrienses' servi observabant atrium, ubi cœnabant veteres: et suppellectilem ædium aut villæ exponebant, et ut omnia munda et integra præstarentur, curabant. 'Servus ad limina,' dictus pro atriensi Virgil. Æn. IX. 'fidusque ad limina custos.'

18 *Obscævavit*] Id est, 'malam scævam sive omen obtulit.' *Nonius.*

SCENA II. 7 *Observavit*] Custodes, servitii pars erant: eorum munus 'observatio:' et ipsi illi, cum ædium custodiæ diligenter et ex officio suo præsunt, 'observare' dicuntur, aut 'servare.' *J. Gulielm.*

8 *Ætatem*] Pro 'diutissime,' sive 'æternum,' adverbialiter positum. Casaub. in Athen. VII. 1. 'Ætatem,' interpretatur, per omnem ætatem, ut Græci dicunt διὰ βίου, pro δι' ὅλου βίου, et ut Hesychius, διὰ παντὸς, ἀεί. *Taubm.*

10 *Prægnantis*] Id est, eminentes ac protuberantes, ut prægnantium uteri solent. Varro, 'Excitatum verberibus corpus.' Et est jocus, quasi magnum quid largiturus sit. *Taubm.*

13 *Quadrigis*] 'Quadrigæ albæ' sunt Jovis quadrigæ, quæ celerrimo per cœlum ferri curriculo censentur. *Turneb. Indipiscet*] Adsequetur, adipiscetur. *Festus.*

14 *In obsidione*] In discrimine, a re militari sumpta comparatione.

15 *Opprimere*] Occupare, et ita subito arripere, ut elabi non possit. *Taubm.*

16 *Opimitates*] Vide Capt. IV. 1.

18 *Sint obnoxii*] 'Obnoxium esse alicui' pro obligatum, deditum, subjectum et devinctum alicui esse, sive per beneficia accepta, sive per potestatem, et jus, puta magistratus, vel domini, vel patris, sive denique per patientiam non satis honestam. *Gronov.*

20 *In commune*] Mihi et illi. *Ne quam fraudem frausus siet*] Id est, fraudem commiserit. *Festus.* Formulam hanc antiquam emollivit Livius XXIII. 14. 'Qui capitalem fraudem ausi, quique pecuniæ judicati in vinculis essent.' Ubi tamen Scalig. mavult 'frausi.' *Gronov.*

23 *Pro monstro*] Portenti loco est, ἀντὶ τέρατος. *Taubm. Sudat*] Alluditur ad 'sudiculum,' flagelli genus dictum Festo, quod vapulantes su-

Digitized by Google

dantes facit. *Passer.* Sudor frigidus et trementis et æstuantis animi indicium est. Vide Cæl. Rhodig. VI. 4.

24 *Properans concesso pedibus, lingua largior*] Bosius, *cum cesso:* male; nam *concesso*, nihil aliud est, quam *cesso.* Pœnulo I. 2. 'ambæ nunquam concessavimus.' Ut 'condoleo,' 'concastigo,' 'computo,' idem quod simplicia significant. Pro *properans*, legi posset *perperam.* Sed non est necesse. Id enim refertur ad animum, et negotium. Quid ego cesso, cum negotium sit, quod festino et cupio celeriter exsequi? *Gronov.*

26 *Patronam*] Sic Menander γλωσσοδουλίδας servos vocat; quod lingua se, tanquam scuto, defendant. *Taubm.*

31 *Gymnasium*] Vide Aulul. III. 1.

32 *Catenarum colone*] Vide Pseud. IV. 6. *Virgarum lascivia*] In cujus tergo lascivire et exsultare solent virgæ. *Lamb.*

34 *Expendi*] Libravi, heri jussu. Servi autem pendentes vapulabant. *Taubm.*

35 *Centum pondo es*] Usitata hominis statura erat pedum fere sex; pondus Romanarum librarum centum plus minus. *Casaub.*

37 *Æquum centupondium*] *Æquum centupondium* est justum et æquum centum librarum pondus. Alligabatur autem ad pedes servorum pendentium pondus aliquod, ne inter vapulandum calcitrarent, neve pedibus aut calcibus eos a quibus verberabantur, peterent. *Bosius.*

39 *Dependis*] Quo tandem modo pendeas, plane et ex omni parte improbus es. 'Dependere' est non satis pendere, nec pondus æquare. 'Propendere' plus pendere. *Turneb.*

40 *Hoc testamento*] Servitus tibi væ, id est, miseriam, tanquam legatum quoddam, testamento reliquit. *Lamb.*

41 *Verbis*] Sensus est, *Verbis-velitationem*, id est, hanc ipsam velitationem et contentionem nostram, quæ fit verbis, volo compendi fieri, id est, volo non usurpari: volo nos desinere verbis velitari. *Verbis* autem cohæret cum *velitationem;* ut intelligamus, *verbis-velitationem* dictum, pro verborum velitationem, quam λογομαχίαν Græci appellant. *Lamb.*

43 *Sis*] Licet, si vis.

45 *Omnes de nobis*] Quivis loquetur de exquisitis cruciatibus, qui in nos confinent.

53 *Familiarem tergum*] Id est, domi habeo tergum, ne mihi quærendum sit foris: quod valet, paratus sum ad verbera, si quod facinus audax fecero. 'Tergus' autem, mascul. genere veteres dixisse, hinc probat Nonius.

55 *Quin si tergo res solvenda est*] Omnes et Pall. et nostri Voss. ac Jun. *resolvenda* vel *re solvenda.* Plaut. scripsit, *Quin si tergum re solvenda est.* Nam *re solvenda esse* et *solvendo esse* idem. Et sane Acid. *Quin si tergum resolvenda est.* Gronov. *Publicum*] Id est, pecuniam publicam. *Lamb.*

58 *Idem post patitur bonum*] Lambinus *potitur*, quasi pati semper de malo dicatur. Imo non semper. Vide Observ. I. 14. *Gronov.*

61 *Anhelitum etiam ducere*] Mss. Lang. *anhelitum etiam trahere?* Significantius; nam plus est *trahere* quam *ducere.* Ait, se ex cursura πνευστιᾶν καὶ ἀσθμαίνειν. *Dissald.*

63 *Major*] 'Majores' et 'minores' inter cognomina. Ita filii cum essent sui heredes, haberentque dominium in spe, 'minores heri' appellabantur; patres autem 'majores.' *Scalig.*

64 *Tum igitur tu dives*] Jocus ex eo, quod dixerat Leonida, sibi jam satis esse, &c. Nam alter satis 'verborum' intelligit, alter satis 'bonorum' fortunæ; quæ quibus contingunt, ii divites sunt. *Lamb.*

67 *Asinos Arcadicos*] Plinius Arcadicos asinos præcipue a veteribus quæsitos ostendit. *Longol. Pellæo*]

Digitized by Google

Pellaio. Pella urbs est Macedoniæ, in qua natus Alexand. Magn. In ea mercatores famosissimos fuisse, facile est videre apud Lucianum. *Scalig.*

71 *Devorandum*] Latet obscœnior sensus: tanquam si alter conditionem ejus ambiat, et desideret una esse. *Pareus.*

73 *Femina*] Hyperbole. Neque enim jumentis usque ad femina, aut femora ungulæ sunt, vel atteruntur. *Lamb.*

75 *Memor es probe*] F. *memoras probe.* Scriverius.

81 *Viginti minas*] Meurs. leg. *vig. unas*, numeris obsecutus. Veteres dicebant, 'mna,' 'mina,' ut 'lamna,' 'lamina.' Ita Curc. II. 3. 'Triginta mnis.'

92 *Et adventorem*] Scripti *advectorem*, id est, qui argentum advexit. Vide de Pec. Vet. II. 3. et ad Senec. de Tranq. An. c. 5. *Gronov. Adventorem*] Id est, hospitem.

93 *Est exasciatum*] Significat, hoc negotium jam inceptum esse: et quamvis rude adhuc sit, tamen inibi esse, ut mox perfici et perpoliri possit. 'Exasciare' est ascia, sive securi, parare, et rudiore quasi opera præparare. *Lamb.*

96 *Ulmeos*] Ulmeis excipiendos virgis.

99 *Dixit sese*] Dixit, se nobis adjutorem fore, ut promisit. *Operam sese promissam*] Filio scil. et hoc a se factum supra iudicavit Demænetus. *Taubm.*

103 *Oblectabo*] Θέλξω, blandis verbis lactabo et retinebo.

104 *Quid ais*] Recent. *Sed quid ais? Sed quid*, transitum significat ad aliam rem ab ea quæ agebatur. *Donat.*

107 *Nomen commutaveris*] Ex Leonida factus sis Taurea. Alluditur ad vocem *Taurea*, quæ loreum etiam flagellum significet, quod Pseud. 'tergimum' appellet, ἀμοβόρωνον. Tertullianus: 'Alii inter venatorum taureas scapulis patientissimis inambulaverunt.' *Coler.*

110 *Hostire*] Redhostire, par pari referre, supra I. 3.

112 *Tene*] Oblecta. *Gloss. Mss. Boxh.*

Scena III. 4 *Oke*] Vox significantis, satis esse.

6 *Conservas*] Lepide fores domus herilis *conservas* suas appellat. Sic Ovid. 'Duraque conservæ ligna valete fores.' *Douza.*

7 *Amicus nostris ædibus*] Furcillis expello illud *ædibus*, quod hunc inferserunt ii, qui non animadverterent, *nostros* dixisse veteres de iis, qui in eadem secum familia, hoc est familiares essent; ut ceteros, 'alienos.' Lepide igitur servus de janua ut de familiarium aliquo loquitur. *J. Gulielm.*

15 *Quum venisset*] *Venisset*, pro ivisset. *Gloss. Mss. Plaut. Boxhorn.*

17 *Qui pro*] Pro 'quo,' 'quare.' *Gloss. Mss. Boxh.*

21 *Commoda statura*] 'Statura' sive 'proceritas commoda,' classicis auctoribus dicitur etiam 'media,' item 'militaris.' Et hanc quæ superaret, dicta 'statura procera,' item 'prolixa' Spartiano; 'eminens' Suetonio; 'eximia' Livio. Qui minores, 'exiles,' 'breves,' et 'brevi statura' dicti. *Stewech.*

25 *Æacidinis*] Id est, etiamsi 'Pelidæ stomacho' (uti apud Horat. est) 'cedere nescio,' fastuque et iracundia Achillea plenus ac sufflatus ambulet. *Douza. Minis animisque expletus incedit*] Suspicor scripsisse, *expletu' cedit*, id est, venit. Ut in Aulul. 'Jam hos absolutos censeas: cedunt, petunt trecenti.' Et statim, 'Ibi ad postremum cédit miles, æs petit.' *Gronov.*

26 *Iratus vapulabit*] Intelligi potest, inquiunt, vel verberandus, vel verberaturus est, et in eo esse Plauti jocum. Atqui nec 'vapulare' est verberare, nec 'vapulatum' est verberatum. *Iratus vapulabit*, est, iratus habebit malum. *Gronov.*

Scena IV. 2 *Nullus venit*] Sic

Digitized by Google

Cic. Ep. II. 24. ad Attic. 'Philotimus nullus venit.' Sic noster Bacchid. 'nullus affueris.' Terent. 'nullus mones,' &c. ubique pro 'non,' eleganter et antique. *Taubm.*

4 *Salvere jussi*] Scilicet ironia, qua significat servum se gerere pro liberto.

6 *Occessisti*] Hinc apparet, ubicunque fere 'obviam accessit' habes in Plauto, 'occessit' reponendum. Et 'occedamus,' pro, contra cedamus, Plautum dixisse, notat Festus. Tametsi non nesciam, 'ad' pro 'ob,' et contra 'ob' pro 'ad,' operas inter se mutuas tradere. *Douza.*

13 *Occalluere*] Id est, sensum mali assuetudine amisere. *Long.*

17 *Suppeditare*] Ἐναρκεῖν, par esse. *Lambin.*

20 *Bullas*] 'Bulla,' Cicero Ver. VI. pro capite clavi umbellato, in bullæ modum fastigato, quo superbarum ædium fores configi solent, interdum deaurato. *H. Junius.*

21 *Cum fusti*] Fustis est et claudicantium, et eorum qui imperiosi sunt in negligentes. In dubia vel verbi, vel rei significatione Plautinæ Comœdiæ jocus versatur. *Boxhorn.*

24 *In hara*] 'Hara' est in qua pecora includuntur. *Donat.*

25 *Hem*] *Hem* verberantis est. *Taubm.*

30 *Vinario*] Servi servo. *Lamb.*

33 *Sic dedero*] Jure queritur Camerarius, injuria hoc mutari: non cepit tamen, cum explicat, ita potius donare velle, quam vendere, cum tam male solvatur: quem sequitur Lambinus. Sensus enim: Hac quidem conditione semper paratus sum dare rem, nempe si ipse ultro debitor et tam celeriter satisfaciat, ut etiam accepit Acidalius. Post quem tamen corrigunt pessime: *sic debeo prius quam credidi.* Pœnulo v. 5. 'Sic dedero: sære militari tetigero lenunculum.' Huc pertinet alibi frequentatum, 'Sic datur.' *Exegi* est redegi et recepi. Cic. ad Attic. v. 21. 'si præfectus esse vellet syngraphæ causa, me curaturum ut exigeres.' *Gronov.*

34 *Adducit*] Gloriatur Leonida, se Exærambum eo prioribus suis flagitationibus perduxisse, et adeo sollicitum effecisse in maturanda solutione, ut quamvis id quod antea ei crediderat, toto demum anno post exigere ab eo potuerit, nunc tamen Exærambus ille de maturanda solutione magis sollicitus sit, (hoc enim est illud, *Nunc satagit*) adeo ut non necesse fuerit ipsum sequi ad trapezitam in forum, sed ipsemet ultro trapezitam in forum, sed ipsemet ultro trapezitam domum adduxerit, et per eum nummos *rescripserit*, id est, effecerit ut trapezita nomine Exærambi se soluturum constituerit, idque in tabulas suas retulerit. *Pist.*

37 *Retineri*] Dicit, Dromonem excusasse se, quod reliquum non reddat: eo, quod is, cui operæ Dromonis a Saurea locatæ essent, totam mercedem non prius solvere velit, quam opus locatum sit perfectum. *Retineri* scil. mercedem vel reliquum. *Pist.*

39 *Si velis, da, commoda*] Puto Plautum scripsisse, 'si velis dare, commoda homini amico.' Quasi dicat: Idem est dare et commodare amicis; quod scilicet raro reddant commodatum. *Dissald.*

40 *Suo odio*] Id est, sua odiosa loquendi importunitate. *Lambin.* Videntur hæc, Mercatore non audiente, sibi mutuo insusurrare. *Douz.*

48 *Repromittam*] Id est, stipulatione a te concepta, me obstringam. Vel *repromittam* tibi neminem amplius isto nomine petiturum, teque omni obligatione liberum præstabo. *Longol. Istoc nomine*] 'Nomen' pro syngrapha creditarum aut solutarum pecuniarum sumitur. *Idem.*

53 *Omnium rerum*] Id est, quod ad res omnes attinet. Sic 'ceterarum, aliarum rerum,' Ciceroni et aliis,

Digitized by Google

Intelligitur hic 'servus actor,' *διοικητὴς πάσης οὐσίας* quibus rerum omnium summa commissa; quique villicis rebus et rationibus domesticis præpositi. Suetonius 'actores summarum' vocat. Ab 'actore' tamen differt 'servus procurator,' et 'dispensator.' *Hotoman.*

64 *Nimis iracunde*] Sensus hic est: Cum Leonida magnifice a se rejecisset chlamydatum, et ille diceret, non decere superbiam servum: conversus ille ad Libanum, Malum tibi, inquit, nisi in istum (chlamydatum innuens) mala multa verba congesseris. Cui alter paret sane diligenter: et tamen instat, ut pergat hic: et qui speraret conviciis aliquid profectum, numerari sibi argentum jubet modestius: ita finem maledicentiæ fore: sed strenue chlamydatus sustinet hæc omnia: quod non fert contumax scurra Leonida, et quasi parum fecisset Libanus, impudicitiam præterea peregrino exprobrari jubet, quod convicium homini libero gravissimum: et adjicit, nisi ita faciat, vapulaturum; et simul ad verberandum gestu se parat: quem metuens scilicet Libanus, auxilium se petere ab hospite simulat, adspersis interim flagitiorum istis nominibus. *J. Gulielm.*

68 *Diffringentur*] *Crurifragium*, sive *crurifrangium*, *σκελοκοπία*, ut 'crux' ipsa, servorum peculiare quasi supplicium fuit. Ratio autem et modus frangendi crura talis erat; ut incus cum malleo vel vecte ferreo inferretur, ac tibias incudi apponerent, validis ictibus sic frangendas. *Lipsius.*

69 *Percies*] Id est, clara voce proclames. *Acidal.*

70 *Mihi scelesto*] Mihi infelici, cui Dii sunt irati, ut scelesto. *Lamb.*

74 *Memento*] Alludere videtur ad formulam attestandi. *Douz.*

80 *Nunc demum*] Scil. ad herum te venire velle? *Douz.*

82 *Contumeliam facias*] Antonius dixerat, 'facere contumeliam,' pro affici contumelia; ut, 'facere damnum,' 'jacturam:' quam phrasin Cicero Philip. III. reprehendit; non, tanquam nemo unquam sic locutus fuerit, sed quod tunc ita nemo loqueretur. *Taubm.* Vide de hoc loquendi genere, quas scripsimus Observ. III. 8. *Gronov.*

84 *Præfiscini*] Vetus erat opinio, periculum esse aliquod a fascino, ubi quis impensius aut laudaret ipse se, aut præsens ab alio laudaretur. Et ex ea opinione receptum erat, ut in laudando plerumque adderent vocem 'præfiscine' aut 'præfiscini;' qua invidiam et fascinum a se amolirentur ac deprecarentur. Vid. Turneb. XIV. 31. Agell. X. 24. *Muretus.*

88 *Lupus est homo homini*] Ita Senec. Epist. 103. 'Ab homine homini quotidianum periculum.' Contrarium illi Cæcilliano apud Symmachum: 'Homo homini Deus est, si suum officium sciat.' Vide Rittershus. Oppian. Hal. lib. II.

89 *Secunda*] Lego, *Secundas mihi facis.* Quid sit, 'secundas facere,' aut 'secundas agere,' docet Seneca de Ira III. 'Optimum judicavit, quicquid dixisset, sequi, et secundas agere. Non tulit Cælius assentientem,' &c. *Lipsius.* Significat autem servus, mercatorem non contentum prioribus injuriis, novas sibi alias dicendo facere. *Lambin.* *Huic capitulo*] Quasi de semilibero: servi enim in jure caput non habent, ideo nec capite minui possunt. Propert. II. 8. 'án usque In nostrum jacies verba superba caput?' *Pass.*

90 *Sum sordidatus*] Vult dicere: Non est quod me æstimes ex vilitate vestis; tantum enim fideli frugalitate consecutus sum peculii, ut eo nemini cedam. *Taubm.* 'Peculium,' quod servo herus permisit, velut proprium. *Gruter.*

91 *Nec potest peculium enumerari*] Volunt dicere tantum illud esse, non quod revera sit, sed quod servo, ut

Digitized by Google

cuivis egeno, modicum videatur maximum. Rectius Lambinus. Audit hoc mercator, tanquam insanum magnum sit, Leonidas autem ambiguis verbis fatetur nullum esse: nam et quod nihil est, enumerari non potest. *Gronov.*

ACTUS III.

SCENA I. 2 *Ut qui expers*] Pro 'ut quæ.' *Lamb.*

3 *Piem*] Colam. *Nonius.*

7 *Quæ delinquunt*] Id est, in quibus; ut ad parentes referatur. *Douza.*

13 *De die*] Vult dicere: Si tu continenter ita loqueris, mihi de die semel duntaxat loqui licebit. *Pareus.*

15 *Ad loquendum*] Idem dicit aliis verbis. Tu ipsa jus habeas et orationis imperandæ, et silentii indicendi. *Taubm. Tute habeas portisculum*] 'Portisculus' non est hortator ipse, ut pleriqne putarunt, sed instrumentum hortatoris, malleus, quo ille pulsans, verbi causa, æneum orbem, motum et quietem dictabat remis. Vide Observ. IV. 26. *Gronov.*

16 *Casteria*] Pro 'scasteria.' *Salmas.*

17 *Causa consistit*] Singularis illa vocis *causa* significatio hinc erui potest, cujus in jure non obscurus usus est, cum dicimus, 'rem alicui restituendam esse cum sua causa,' id est, cum omni emolumento, quod ex re habere potuisset. Ita ergo, *omnis causa familiæ tibi consistit*, esset, omne emolumentum, quod ex familia capis, cessat et impeditur. *Pistoris.* Vel *consistit tibi*, id est, in te sita est. *Douza. Omnis familiæ causa*] Id est, omnis quæstus vel reditus, unde familiam tueris, cessat. Vide Observ. IV. 26. *Gronov.*

22 *Docta*] Scita, ex Venerum et Cupidinum arte deprompta. Facit huc illud Juvenalis, 'concumbunt Græce.' *Boxhorn.*

26 *Mater sua*] Ut 'suus pater,' in duodecim tabulis, et apud Cic. identidem. Terent. Hec. IV. 4. 'Mater quod suasit sua,' &c. *Taubm.*

30 *Largus*] Nihil largiturus præter lacrimas. *Lamb.*

31 *Hic dies*] Sensus est: Qui negat se nobis quicquam dare posse propter inopiam, is mihi quodammodo mortem denunciat. *Taubm. Hic dies summa'st apud me*] Nostri omnes *summæ*, vel *summe*: neque aliter Palatini, præter unum, in quo *summast* pro *summast*. Neque aliud volunt isti quam *summa est*. Sermo elegantissimus, *Hic dies summa est apud me inopiæ excusatio*. Hic dies est, quo postremum hæc excusatio accipitur: ultra quem nulla talis excusatio valet. Tempus pro re, quæ in tempore. Tale in Persa I. 1. 'Hæc dies summa hodie est, mea amica sitne libera, An sempiternam servitutem serviat.' *Gronov.*

34 *Occupatu'st*] Scilicet amore Argyrippi. *Taubm.*

35 *Caput*] Quod jam canum est. *Taubm.* In flore ætatis rebus tuis consule, ne inops, ut ego, pervenias ad miseram senectutem. *Boxhorn. Contemples*] Pro, 'contempleris.' Vid. Agell. XVIII. 12.

37 *Peculiarem*] 'Peculatorias oves' hoc genus indigetat Varro, quæ nimirum servis aut filiis familias sunt in peculio.

40 *Produxisti*] 'Producere,' educere, instituere. *Gl. Mss. Plaut. Boxhorn.*

SCENA II. 2 *Quum nostris sycophantiis*] Duo sunt, quæ adhuc locum hunc obscurum et impervestigabilem fecerunt: alterum, quod τὸ *Qui* in quarto versu (quod delent aut mutant, quum sit in omnibus scriptis) revocandum est sensu ad secundum: alterum defectus verbi substantivi, quod intelligitur in τοῖς *freti* et *potiti*. Sic enim evolvenda oratio: *Quum, qui adversum stimulos, lamminas crucesque compedesque, nervos, catenas, carce-*

Digitized by Google

res, numellas, pedicas, boias, inductoresque acerrimos gnarosque nostri tergi (qui sæpe in nostras scapulas cicatrices indiderunt) nostris sycophantiis, dolis astutiisque scapularum confidentia, virtute humerorum freti sumus, *eas nunc legiones, &c. potiti* sumus: ut in Rudente II. 4. 32. 'quam ratæ' est, quam ratæ sumus. Imitatur haud dubie priscum sermonem, quo ordiri apud exercitum solebant imperatores, quum hostem acie vicissent, et militi pro concione ob operam egregie reipubl. navatam grates agerent. Ut et in Persa v. 1. 'Hostibus victis, civibus salvis, re placida, pacibus perfectis, Bello exstincto,' &c. Placet autem Lamb. *humerorum*, quicquid repugnent. Placet *inductores*, non ut illi voluerunt a re militari, sed ab illis, qui tectorio parietem inducunt, aut qui auro vel argento 'inducere' aliquid dicuntur. Sic enim livore cæsis inducebatur tergum. Sic in Rudente: 'Fiet tibi puniceum corium, post atrum denno.' Restat nodus in postremis. Omnes enim omnino Mss. *Hæ* vel *He nunc legiones copiæ*, non *eas* et *copias*. Hoc mihi suspicionem facit auctorem dedisse, *Hæ nunc legiones, copiæ exercitusque eorum, Vi, pugnando, perjuriis, nostri, euge; potiti*. Ut intelligatur *sunt*. *Potiti* respicit postremum *exercitus*: et *potiti sunt nostri*, ut *potitus hostium*, qui in eorum potestatem devenit. Milit. II. 2. 'Vi pugnandoque hominem capere certa res est.' Menæchm. v. 8. 'Quum ego accurro, teque eripio, vi, pugnando, ingratiis.' *Forum*, quod est in Mss. videtur factum ex *eorum*, ut et IV. 1. 24. Tertii tamen Vossiani margo: 'pro *furum*, *O* pro *V* more antiquo:' et Junianus plane: *Hæ nunc legiones, copiæ, exercitusque furum*. Gudianus: *Hæ nunc legiones, copiæ exercitus furumque*. Et si lubet accipere ut Terentianum, 'ubi centurio est Sanga et manipulus furum,' per me licet. *Gronov.*

5 *Boias*] Vide Capt. IV. 2.

16 *Verbis conceptis*] Vide Pseudol. I. 2.

19 *Astutos*] Lego *artitos*, id est, robustos: 'ars' enim prima sua origine robur corporis ac fortitudinem designavit.

21 *Iterari*] Memorari, antique. *Taubm.*

22 *Fideli*] Qui tibi fidebat. *Idem.*

29 *Ulmeis affectos*] Ita Ms. Cam. et vett. codd. instructos flexilibus virgis. *Taubm.*

31 *Ingenio nostro decuit*] Lego *ingenium nostrum decuit*; nisi sit metalepsis, *decuit*, pro, dignum fuit, *ut meque teque* sint ablativi casus. *Douza.*

34 *Edepol*] *Edepol* cum infinitivo: sicut 'scilicet,' 'fortassis,' 'nimirum.' *Palm.*

36 *Inclamavit*] 'Conviciis et maledictis insectatus est,' Festus.

38 *Memoriter*] Id est, memoriter facere, ut nec compacto et composito, nec tanquam præmeditatus, sed ex tempore dicere facereque videaris. *Memoriter*, id est, prompte. *Boxhorn.*

41 *Lacinia*] Limbo vestis, vel ora. *Gl. Mss. Pl. Boxhorn.* Vide Turneb. XXI. 14.

44 *Asinos*] Urbane, viginti minas pro asinis acceptas, vocat *asinos*. Taubm.

Scena III. 4 *Mater supremum mihi tua dixit*] Vere Turnebus *supremam*, quicquid ogganniant. Varro de LL. lib. v. 'Suprema summum dici: id a superrimo: hoc tempus XII. tabulæ dicunt esse occasum solis: sed postea lex Plætoria id quoque tempus jubet esse supremum, quo prætor in comitio Supremam pronuntiavit populo.' Intellige 'per præconem:' aut certe legendum, 'quo præco.' Plinius VII. 60. 'XII. tabb. ortus tantum et occasus nominantur: post aliquot annos adjectus et meridies, accenso consulum id pronuntiante, cum a Curia inter Rostra et Græcostasin prospex-

Digitized by Google

isset solem: a columna Mænia ad carcerem inclinato sidere supremam pronuntiabat.' Videtur scripsisse Plinius, 'ut a columna.' Censorinus de die natali: 'Inde de meridie: hinc suprema; quanquam plurimi supremam post occasum solis esse existimant, quia est in duodecim tabulis scriptum, 'Sol: occasus: suprema.'' Donatus in Phorm. I. 4. 'Ilicet per *συγκοπήν*. Sic judices de consilio dimittebantur suprema dicta, quum præco pronunciasset, Ilicet.' Glossarium Latinosaxonicum Ælfrici editum doctissimo Somnero: 'Suprema, *Ofernon odde gelotendag*.' Quin idem vocabulum restituendum Justino censeo, XXXI. 2. 'Quum tota die in oculis principum legatique Romani in foro Carthaginiensium obversatus in supremam fuisset.' Utcumque omnes libri 'in supremum.' Et suprema dicta foro excedebant, domum ibant. At, inquiunt, sequitur, *Acerbum funus filiæ faciet*. At, *ὦ πέπονες*, inter domum ire jubetur, qui mœsta supremum voce cietur, an quibus suprema dicta est? Illic quidem cui 'supremum' dicitur, (ut vos interpretamini, ego Latino usu id receptum non puto) forte portatur in urna et quidem in agrum, ubi sepulcro effatus locus: nequaquam vero it domum: dein *acerbum funus filiæ faciet*, est, filiam immaturam efferet. De se hoc dicit Phronesium, non de Argyrippo. *Gronov.*

7 *Nox*] Id est, noctu. Nam adolescentem aliquid de nocte dixisse, patet statim ex sequenti versu. *Lips.*

9 *Negotiosus*] Interdiu est occupatus in conscribendis legibus: noctu tantum vacat. Ironia est. *Lamb.* *Videlicet Solon est*] Indignor, quandoque hic tardus celerem Pareus occupavit Gruterum. Plerique Mss. ut fatetur ipse, *Solonem*. Et sic loquebantur. Vide Observat. III. 9. *Gronov.*

10 *Gerræ*] Hic *gerræ* non sunt nugæ et affaniæ, sed 'gerrones.' Glossarium, *Gerra, σύδαμνος*: et ita veteres accepisse, præter hunc locum, probat ab hac composita vox, 'congerræ.' Lucilius, 'Tapullam rident legem congerræ Opimi.' Qui versus verbis Plauti illustrandis aptissimus est: nam iisdem de legibus conviviorum agit hic Plautus: quas ita ab Argyrippo ait remisse et prolixe scriptum ire, ut gerræ sive compotores, qui iis parituri sint, noctes et dies ebrii sint futuri. *J. Gul.*

19 *Deficere*] Hoc genere loquendi in magni amoris significatione veteres usi sunt. Seneca: 'Dicere solent eis, quos validissime diligunt, paratos se partem annorum suorum dare.' *Muret.*

24 *Dulci dulcior*] Carpunt hic quidam poëtam, quasi per pleonasmum adjecerit *dulci*, verum sciant ex auctoribus, mella quoque amara pluribus in regionibus esse. *Longol.*

29 *Sed num*] Usitatum est Plauto, post salutationem statim per particulam *sed*, aliud aliquid subjungere. *Pistor.* *Fumus*] Quia *fumus* lacrimas commovet. *Pareus.*

36 *Verberare*] Sc. lubet, velim. *Lamb.*

42 *Delegit*] 'Deligere' et 'diligere' significant distractionem et divisionem. *Nonius.*

50 *Complexos*] Scil. vos. Hoc eo dixit, quod collatis capitibus colloquebantur. *Lamb.*

53 *Hujus*] Scil. Leonidæ. *Hæc aspernatur*] Serviliter penitus et irrisive, culpam et causam separationis suæ in Philenium retorquet. Et non video, quo modo non argute dicat servus: hunc Leonidam non libet amplexari, illam tuam Philenium non licet. *Camer.*

59 *Auscultate, &c. devorate*] Pœnulo, 'Orationem aures devorant,' &c. Meursius emendat, *auscultato atque op. dato et m. d. devorato*. Quia ad unum Argyrippum ei sermo sit. *Taubm.*

Digitized by Google

63 *Crumina*] 'Bulga. Est folliculus omnis, quam et cruminam veteres appellarunt: et est sacculus e brachio pendens.' *Nonius.*

65 *Custos herilis*] Id est, heri. Ita Varro Attacinus: 'Humano major Cato,' id est, homine. *Rittershus.*

66 *Salus interioris*] Subesse aliud puto quam vulgus commentatorum tractat. Videtur enim mihi poëta significasse vim amoris, qui 'interiora corporis' usque ad ossa depascere dicitur. *Longol.* Boxhornius legendum putat, *Salus imperatoris, domini amorisque imperator.* Salve tu, cui salutem suam imperator tuus, id est, dominus, debet: tu salve, qui in dominum ac domini amores omne imperium jam potes exercere. Herus alibi 'rex,' hic 'imperator,' a Plauto appellatur.

70 *Ego bajulabo*] 'Bajulare' dicuntur, qui corpore proprio ferunt. Caius lib. III. ad leg. XII. Tab. 'Ferri dicimus, quæ quis suo corpore bajulat: Portari ea quæ quis jumento secum ducit: Agi ea, quæ animalia sunt.' *Stewech.*

71 *Cruminam pressatum herum*] Hærent hic interpretes. Et mihi quoque hærenti legendum videtur, vel, *pressuram herum;* vel, *i præ, ante herum;* id est; personam mutemus, tu ante me ito inanis, ut dominus, ego sequar te, ut servus, cum crumena. *I præ,* disertim habet noster Ms. *Boxhorn.* Sed Meursius leg. *ære pressatum,* id est, effertam nummis et distentam. *Gronov.*

72 *Hanc*] Scil. Philenium. *Hanc*] Scil. crumenam. *Mecum*] Pro me. *Douz.*

73 *Proclive*] Vult dicere: Quin tu potius Philenium mecum agere jubes, cui daturus sum, quæ a me impetrabit. Nam eo jamdudum propendet ac fertur, quod tu in te tanquam in locum planum collocari volebas. *Pistor.*

78 *Prehende auriculis*] Solebant sic veteres osculari, ut prehensis ejus, quam carissimam habebant, auribus, oscula libarent. *Scalig.*

80 *Ni genua*] Id est, nisi mihi genua attrectans supplicaveris. *Douz.*

81 *Quidvis egestas imp.*] Excusat se dominus, et dicit: Fricabo igitur servi mei genua, cum egestas fas juxta atque nefas imperare soleat. *Taubm.*

89 *In partem*] Pro tua parte, κατὰ μέρος. *Bosius.*

92 *Supplicabunt*] Argyrippus et Philenium.

93 *Sis herum*] Frustra versat se Lambinus: cum omnia sint plana, si *sis* pro 'si vis' accipiamus, hoc sensu: Si vis comitati tuæ salutem acceptum feram, trade huc mihi quas habes 20. minas. *Taubm.*

95 *Conticinio*] 'Conticinium,' prima pars noctis, secunda vigilia, νυκτὸς ἀρχή. *Taubm.*

101 *Ocellus aureus*] Conjunxit duas res omnium carissimas, 'oculum' et 'aurum.' *Taubm.*

103 *Anaticulam*] Ideo hæ aves hic commemorantur, tanquam delicatæ, quia istæ et aliæ id genus pueris patriciis in delitiis erant. *Lamb.*

104 *Putillum*] 'Potus,' seu 'putus,' ὑποκόρισμα nutricum est. Lascivia inest, ut et in usu vocis, ita et in etymo. Ergo lascivia in Græcis nutricibus, παρὰ τὴν πόσθην pueros πόσθωνας vocare: eadem et in Romanis a puta 'putos' seu 'potos:' unde et hodie pars in muliere, quæ honeste nominari non potest, vulgo in Italia eo nomine nota est. *Scalig.*

105 *Fac proserpentem*] Compone linguam tuam cum mea inter osculandum, ut similis fiam serpenti: cui Plinius bisulcam linguam tribuit. *Pareus.*

111 *Perii*] E Mss. Busbequii, huc colloco talem versum: *Perii: illic habebit flocco jam homo lumbos meos.* J. Gul. *Si verum quidem*] Nihil mutandum. Sensus est: Si verum est, decorum esse, ut herus servum vehat.

Digitized by Google

Boxhorn. Non vidit *verum* hoc loco significare 'æquum,' seu 'justum,' quod ter quater apud Terentium: et cui ignotum illud Horatii est? 'Metiri se quemque suo modulo ac pede verum est.' *Verum* ibi pro 'æquum' seu 'justum' positum fuit. Neque pauca apud Græcos sunt exempla hujus significationis in voce ἔτυμος, quæ et 'verum' et 'æquum' notat. *Tan. Faber.*

113 *Consuetus*] Palmerius genus libidinis notat, quod 'equus' nominabatur. Colero tamen hic nihil obsceni. Vult, ut quadrupes fiat: quo modo pueri tenelli solent grassari. *Boxh.*

114 *Hem sic, abi*] Exclamatio laudantis est, *abi*, non discedere jubentis inclamatio. Vide Truc. II. 1. *Taubm.*

116 *Tolutim*] Quasi 'volutim' et 'glomeratim.' Verbo *badizas* bis idem dicit: nam βαδίζων, proprium gradarii ac tolutarii equi. Glossæ βαδιστὴς, *tolutarius.* Nonius. *Mercerus.*

118 *Quadrupedem*] Id est, contra ascensum, in quo laborat equus. *Salmas.*

124 *Etiam*] Pro *quin.* Douz. *Aggredire*] Pro aggrederis.

126 *Fortunam, atque Obsequentem*] Servus vocari se *Fortunam* vult, et quidem, quia obsequebatur amori et voluntati heri sui, cognomento *Obsequentem.* Colebatur autem Fortuna Obsequens Romæ, eoque allusum est. *Lips.*

128 *Tamen, ut ne Salutem culpem*] Ita mihi laudare Fortunam licet, ut tamen Salutem non vituperem. *Lamb.*

131 *Operas*] Id est, Philenii noctes. *Lamb.*

135 *Commodas minas*] Justi ponderis, non adulterinas. *Douz.* Vide Mercat. II. 3.

136 *Face*] Pignus in omnes fortunas meas dare paratus sum, Plautum scripsisse *Faciem exopt.* Veteres 'faciem,' 'dicem,' pro 'faciam,' 'dicam,' scripsisse, auctor est et Quintil. *Lips.*

138 *Caput*] 'Caput, origo et summa unius cujusque rei est,' Donat. Dux, signifer.

139 *Pes*] Jocus. 'Pes, quodvis fundamentum.' *Scalig.*

146 *Noctem hujus*] Hic verum est, quod ait Lucilius lib. XXVIII. 'In medium Chremes, in summum ire Demænetus:' q. d. Chremes ille in filio indulgendo medium tenuit: Demænetus Planti medium excessit. *Lips.*

148 *Dispulsos compulit*] Bella antithesis. Cic. ad Attic. 'Quid ergo, inquis, acturus es? idem quod pecudes, quæ dispulsæ sui generis sequuntur greges.' *Taubm.*

149 *Hæc facile*] Scil. crumina δεκτικῶς· nam manu eam identidem tractabat ac vibrabat. *Douz.*

155 *Heia! benedicite*] Cum Libanus aliquid mali ominis esset additurus, interpellans Argyrippus, *Eia*, inquit, εὐφημεῖτε. Sic enim solebant veteres mala omina vitare et aversari. *Lamb.*

ACTUS IV.

SCENA I. 1 *Syngraphum*] 'Chirographum' est privata scriptura, manu cujusque subscripta; 'syngraphum' quod simul plures subscripserunt: in illo, tantum quæ gesta sunt, continentur; in hoc etiam pactiones veniunt, ut in hoc nostri. *Aus. Popma.*

3 *Unicus*] 'Unicum' veteribus video idem sonare ac valere, quod egregium, præclarum, ac singulare. *Gifan.*

5 *Mi hercle*] Grutero non satisfacit illud *hercle:* mutatum ibat in *hasce*, aut *clare*, aut aliud quid. *Taubm.*

12 *Quod illa*] De antiqua hac locutione, vide not. Milit. II. 2.

15 *Occupatam esse se*] Veteres codices hunc versum interserunt: *Patrem hanc amplexari tuum.* DI. *hæc facile faciet ut patiar.* PA.

18 *Nec cerata*] Iconicum haud dubie ex cera picturæ genus intelligit, imaginesque, ac nescio quæ Deorum simulacra, aut eorum etiam, quos ca-

Digitized by Google

ros habebant sibi, vultus repræsentantia. *Douza.*

19 *Inutilis pictura*] Ea est, quæ esset mali exempli; quæ ἐλκυστικόν τι contineret ad libidines excitandas, vel ut peccaret accusatius. Qualis illa Terent. Eunuch. *Pareus.*

22 *Ne illi cera*] Ne illa pictura inutilis materiam scortillo suppeditet, unde tantum ceræ abradat subdola, in qua litteras clanculum ad amatorem perscribat. *Douza.*

24 *Ad eorum*] In omnibus Mss. extat *forum:* idque puto deinde degenerasse in *sorum*, cum potius debuisset in *eorum;* veteri enim scriptura *E* parum distat ab *F.* Gruter.

26 *Tecum una postea*] Malim, *Tecum una poscat: æque pocula potitet, &c.* Multa sunt, in quibus delitias sibi faciunt amantes in potu. Simul poscere: simul bibere: invicem sibi porrigere: propinare, et hæc talia. *Pistor.*

37 *Si magis religiosa*] Si plus nimio religiosa fuerit, ut putet non tantum Deas fœminas; sed et Deos mares sibi invocandos et propitiandos, ne ipsa faciat, sed te vicarium supponat. *Lamb.*

39 *Nutet, nictet, annuat*] 'Nutare' capitis; 'nictare' oculorum; 'annuere' narium, labiorum, superciliorum significantiam esse, decreverunt veteres. Per signa autem locutos olim amantes, notum est. Ovid. de Arte lib. 1. 'Nil opus est digitis, per quos arcana loquaris: Nec tibi per notas accipienda nota est.' *Taubm.*

44 *Nolo habere illam causam*] Nolo habere illam hunc prætextum, cur non moveatur συνουσιασμῷ· ut dicat, se votitam, id est, religione aliqua prohibitam. *Nonius.*

50 *Tussiendo proferat*] Ne lingua prolata videatur aliquem ad basiandum invitare. *Lamb.*

53 *Savium*] 'Savium' hic longe diversum a communi usu significare autumo et 'salivam' expono, quam suspiciosus amator aliorum oculis prodi aut palam fieri non vult. *Douza.*

54 *Ad vinum*] Id est, ad mensam; ad pocula. *Lamb.*

59 *Veneri aut*] Ut militares exauctorati arma sua ad Martis, gladiatores rude donati ad Herculis ponebant: ita arbitror et comessatores, et puellas etiam illas quæ Veneri militarent, languidas corollas demptas suo capiti, Deo cuipiam in munus dedisse. Hoc quoque servasse meretriculas puto, ut quoties pensum absolvissent, aut ut Propert. loquitur, quot itinera nocte una confecissent, tot corollas Indicro cuipiam et minorum gentium Deo donarent, puta Trephallo, Marsyæ, Hermæ, talibus. *Lipsius.*

60 *Servet*] Id est observet. *Viro*] Alicui amatori. *Lamb.*

61 *Si forte pure*] In casto aut pervigilio Isidis votivas decem noctes matronis et meretricibus secubandum erat; neque aliter rem divinam facere sine piaculo poterant: id Latini *pure habere*, Græci ἁγνεύειν, ἁγνῶς ἔχειν, dicebant. *Douza.*

62 *Tot noctes reddat spurcas*] Tot noctes tecum cubet, quot abs te seorsum cubuerit. *Taubm.*

63 *Non nugæ*] 'Nugæ,' et 'mortualia,' vocantur carmina præficarum. *Scaliger.*

Scena II. 1 *Sequere*] Non convenit ut statim atque leges legerunt, exieruntque e scena, nullo spatio interjecto, prodeant rursus in scenam cognita pactione Argyrippi. Ergo hinc fit exordium actus quinti: quippe dum canunt tibicines, satis temporis fuit adolescenti ac parasito, ut resciscerent eam pactionem, de qua questi in scena, excedunt; et tum aperitur siparium, ut decumbentes aspici possint a populo. *Mercerus.*

3 *Ain' tu*] Scil. talia debere dissimulari? *Stephan.*

5 *Amanti*] Argyrippo, vel potius mihi. *Lamb.*

Digitized by Google

7 *Tacita*] De hoc genere loquendi, 'tacitum ferre ab aliquo,' vide ad Livium I. 50. *Gronov.*

9 *Effigies*] Sensus est: Tu quidem uxorem tuam nimis parcam, certo scio, occides tandem, ut sumtus ad luxuriam habere possis; nisi illa te prævenit, ut tibi inferat, quod a te exspectat. *J. Gul.*

14 *At pol*] Scil. ergo ipse rem facere palam volo. Sequitur tamen correctio, 'Imo vero dixisti rectius.' *Lamb.*

16 *De die*] Id est, de medio die. Sic 'de nocte,' pro de media nocte dicebant. Tunc enim maxime nox aut dies esse intelligitur, quum media sunt. *Salmasius.* Quod Latini dicunt 'convivia de die ducere,' id Græci efferre solent ἀφ' ἡμέρας· a quibus mutuati esse videntur Latini. Sic Polyb. lib. VIII. Γαΐῳ τῷ Λιβίῳ νεμομένῳ μετὰ τῶν συνήθων ἀφ' ἡμέρας· et paulo post bis eadem locutione utitur. Hæc Latini tempestiva convivia appellant, quæ scil. ante horam nonam inchoabantur, ut recte Lipsius ad lib. XIV. Taciti adnotavit: quare errat is qui aliter contra Lipsii sententiam interpretatur *de die*, ut idem sit quod meridie. Igitur si quis ab hora septima convivium inierit, is de die potare non dicetur? quo quid est absurdius? *Valesius.*

ACTUS V.

SCENA I. 4 *Oculis dolorem*] Veteres ei dicebant 'oculos dolere,' qui quod nollet, videret. Sic Terent. Phorm. 'Viu' facere quod tuo viro oculi dolent?' Contra Græci auctores 'oculos dolere' illis significarunt, qui rem pulchram et jucundam cernerent, qua tamen frui non possent. *P. Vict.*

11 *Putem ego*] Quasi dicat: Nihil hic opus est putare; cum res ipsa loquatur, te tristem esse. *Lamb. Quasi dies*] Id est, quasi certa dies accusationis reo constituta sit. *Longol.*

SCENA II. 1 *Neque divini*] Vid. Amph. II. 2.

6 *Præter alios*] Ita J. Guil. e Lang. et Douza, *præter alios*, μάλιστα τῶν ἄλλων. *Taubm.*

13 *Ductet*] Vide Epid. III. 2. *Decrepitus* opponitur crudo seni. Vide Epid. V. 2. *Taubm.*

17 *Liberis lustris*] Quæ sunt 'libera lustra?' Scribo, *Is apud scortum corruptelæ est liberis; lustris studet.* Nam cum filio apud meretricem desidebat. *Heinsius.* Hunc locum perperam sollicitant viri docti: nam hic accipienda 'libera lustra' sunt, ubi omni libidinandi licentia genio suo libere indulgent. *Salmasius.*

23 *Opere foris faciundo*] Nihil frequentius nostris, quam agriculturæ vocabula transferre ad rem voluptatum. Eandem et 'horto' et 'agello' designari, notatum est multis. In Carm. libero: 'Quod meus hortus habet, sumas impune licebit, Si dederis nobis quod tuus hortus habet.' Et Martial. VII. 101. *Lipsius.*

25 *Filium*] Post hunc versum existimat J. Gul. istum e Nonio locum habere: *Quin etiam me miseram famosam facit flagitiis suis.*

36 *Vita uxoris annua*] Sensus est: Si quis mihi ita dicat: Demænete, si pallam uxori tuæ, quam in delitiis illa habet, non surripies, neque ad Philenium deferes, hanc tibi ejus rei mercedem promitto, quod tua uxor non plus anno victura est; conditionem non accipiam: etsi morte ipsius nihil mihi carius. *Lamb.* Adde, si tanti est, nostra in ecclesiasticis scriptoribus observata c. VII. p. 77. *Gron.*

41 *Ab summo*] Nempe ab Argyrippo filio, qui summam lecti convivalis partem premebat. Singularis lectisternii mentionem hic fieri videmus, in quo senex ipse medius (ut æquum erat patrem) loco puta honoratiore, Philenium interior porro, hoc est, in gremio capularis amasii sui ima accubat, more amantibus solemni. Un-

Digitized by Google

de, suavium ab infimo dari sibi, postulat Demænetus, ab ea scilicet parte, atque ex eo loco, ubi basiatura decumbebat. *Douza.*

42 *Capuli*] 'Capulus a capiendo: nam sepulcrum veteres capulum dici voluerunt, quod corpora capiat.' *Nonius.* Vult igitur huic seni convenire magis capulum, id est, sepulcrum, aut pheretrum, quam lustra seu ganeum. *Lamb.*

48 *Sine*] 'Sine' minantis est. *Taubm.*

52 *Fœnerato*] Hic locus explicatur a versu superiore, 'Edepol næ tu,' &c. *Taubm.* Verba hæc, quæ in me fundit, magno illi constabunt. *Lamb.*

54 *Jace talos*] Vid. Pers. v. 1.

55 *Mortem*] Scil. 'opto,' 'voco.' Solebant amatores puellas, quas amabant, inter talorum jactus, invocare. *Lambin. Hoc Venerium*] Jactum Veneris significat. Dicebatur talis, cum quatuor tali jacti dissimiliter cecidissent. Is felix habebatur. *Lambin.*

57 *Si non didicisti fullonicam*] Duas hic interpretationes habet Lambinus, ex quibus meliore præterita pejorem referunt et venditant. Sed regnat hic Guilelmus, etsi nec de 'consilio' nec de 'durandi' verbo quicquam sani. Quid est 'durare vestem?' Creta scilicet? Quis ita locutus? Id tamen supinis manibus exceperunt Th. Marcilius ad Persium et Ramiresius, et inde tentant lib. XXXI. D. locati et π. I. Instit. eodem et l. XII. D. de furtis, ubi recte 'vestimenta curanda.' Curabant fullones vestem, hoc est, eluebant et interpolabant, ut 'curare arma et tergere' apud Livium lib. XXVI. 'curare vineam falce' Cato de Re Rust. cap. 137. et Plinius XVII. 22. idem 'curare fruges,' XVIII. 34. Festus in Polimento: 'a politione segetum aut vestimentorum, quæ similiter atque illa curentur.' Sed inter curandum 'durabant' teterrimum tolerando odorem ex aqua fullonica urinis permixta, in qua stabant et argutabantur pedibus, plane quasi moventes Camarinam. Athenæus lib. II. τὸ ἀφ' ἡμῶν διηθούμενον οὖρόν ἐστι δριμὺ· τὰ γοῦν ἱμάτια τούτῳ χρώμενοι ῥόματι πλύνουσιν οἱ γναφεῖς. Igitur quum mulier dixisset, *Non queo durare*, respondet parasitus, *Si non didicisti fullonicam, Non est mirandum*, scilicet te non posse durare: nam illi, si quisquam mortalium, durant, quum sustinent gravem odorem agitati cum subactis vestibus lotii. *Gronov.*

60 *Pollinctorem*] Qui eam sepeliat. *Lamb.* Vide Pœn. Prolog.

66 *Ei*] Lenæ. *Amanti*] Diabolo. *Lamb.*

69 *Regem*] Id est, qui me alit, vel dominum. *Taubm.* 'Reges' et 'dominos,' vocabulis, quæ Romæ erant incivilia, appellabant divites, convivatores lautos, qui amicos præcipue humiliores, et re familiari paulo angustiore, frequenter excipiebant convivio. *Gronov.*

71 *Enicavit*] Illud 'enicavit' respicit non Artemonam, sed vero Demænetum: ut velit Philenium; imo recte factum, quod capularem istum excitas, qui mihi supra omne odium odiosus. *Gruter.*

73 *Cubat*] In cubitum se componit. *Douza. Cuculus*] 'Cuculi' etiam dicebantur olim in re parum honesta deprehensi. *Erasm.*

80 *Promisit*] Minatus est seu palam dixit. De simili captione vide Menæchm. IV. 2.

87 *Judicatum me uxor*] Addunt hic notam ex Ms. 'damnatum indicta causa.' Quæ explicatio anceps et falsa est. Hic quidem illud fit, quia senex suo judicio ex conscientia damnatus erat, nec hiscere audebat pro causa. Ceterum 'judicati' sunt non damnati indicta causa, sed sive dicta, sive non dicta, addicti creditoribus. Vide Observ. II. 11. *Gronov.*

GREX] Gregem histricum, hoc est

Digitized by Google

chorum et catervam histrioniam facientium elegantibus versiculis designat Petronius Arbiter: 'Grex agit in scena mimum: pater ille vocatur, Filius hic: nomen divitis ille tenet. Mox ubi ridendas inclusit pagina parteis, Vera redit facies, adsimulata perit.'

AULULARIA.

PROLOGUS. 2 *Lar sum*] Adhibetur hic Deus: quia, quæ a Lare dicuntur, non nisi a Deo sciri poterant. Horat. in Arte Poët. 'Nec Deus intersit, nisi dignus vindice nodus Inciderit.' Lares autem non solum ædibus, sed et vicis integris et itineribus præsidere existimabantur. *Herald.* Adv. I. 7.

4 *Colo*] 'Colere' et vivere, et habitare significat. Vid. Mil. III. 1.

5 *Patrique, avoque*] Sic emendo, *cum possideo, et color Patrique, &c.* Quomodo alias hos versus connectes? Ait Lar, annos jam multos se domum eam possidere, et a patre avoque hodierni domini pro Lare cultum. *Acidal.*

9 *Avido*] Pro *avido*, notat Scaliger, veteres codices habere *avio*, id est, stolido. Sententia est: Ita ut stolidus aut avarus ille senex fuit, ut defossum thesaurum sibi etiam mortuo crediderit usui futurum. *Boxhorn.*

17 *Honorem*] 'Honos' hic sacrificium et litatio est. *Nonius.* Et pro cultura et observantia sumitur.

18 *Minusque impendio*] Id est, minus multo curabat. *Nonius.*

25 *Coronas*] Vel meo capiti imponit: vel, ut Cato autumat, in focum indit. Coronas autem, quæ Laribus suspensæ, insuitata magnitudine fuisse, docet. *Meurs.*

36 *Cereris vigiliis*] Τοῖς θεσμοφοροις. Sacra enim hæc a mulieribus jejunantibus nocturna celebrabantur; quod Ceres filiam suam nocte quæsierit, in Ætna oberrans. Et Deæ appellabantur θεσμοφόρα, Ceres et Proserpina. *Camer.*

39 *Ne surreptum*] 'Ελλ. pro 'anne.' *Scalig.* Vel est anastrophe, pro *surreptumne siet*; vel potius subintellige 'verens.'

ACTUS I.

SCENA I. 2 *Oculis emissitiis*] 'Oculi emissitii' sunt, qui huc atque illuc excurrunt, omnia curiose observantes. Alii tales interpretantur, quales lamiæ circumferunt. *Longol.*

4 *Malam ætatem*] 'Mala ætas,' pro senectute crebro et argute ponitur. Contra, 'ætas bona,' pro juventa. *J. Gul.*

6 *Stimulorum seges*] Id est, digna in cujus corpore stimuli perpetuo sati et defixi stent, ut in segete spicæ. *Lamb.*

7 *Illuc regredere*] J. Gul. ita interpungit, *Illuc regredere ab ostio, illuc: sis vide, ut Incedit*; nam quo eam retro abire velit, iteratione adverbii magis significat: et ea sententia gestu adjuvanda est, ut plurimæ comicorum.

10 *Grandibo*] Efficiam ut majora in gradiendo spacia facias. *Taubm.*

11 *Adaxint*] Pro 'adigant.' Nonius. Turn. XXIII. 18. pro 'adegerint.' 'Axit autem antiquos dixisse, pro egerit, manifestum est,' Festus.

18 *Digitum transversum*] *Digitum* dicebant proverbio de re valde brevi. Alcæus, πίνωμεν τι τὸν λύχνον ἀμμέ-

Digitized by Google

τοῦτον; *δάκτυλος ἀμέρα· Bibamus: cur lucernam expectamus? dies digitus*, id est, dies non longior est digito, seu valde brevis. Si adhuc contrahere et minus facere spatium vellent, dicebant 'digitum transversum.' Eadem ratio est de 'ungue.' Cic. Famil. VII. 25. 'Urgue igitur, nec transversum unguem, quod aiunt, a stilo. Is enim dicendi opifex.' Cic. ad Attic. XIII. 20. *Gronov.*

20 *Discipulam cruci*] In crucem agam te, tamquam sub disciplinam et magisterium quoddam, ubi discas oculos istos emissitios non continere, sed claudere. *Siberus.*

23 *Duit*] Pro dederit.

27 *Miserum modis*] Post hunc versum inserit e Nonio talem J. Gul. *Nec noctu, nec diu quietus unquam eam.*

32 *Intemperiæ*] Ab 'intemperantia,' id est a tota mente et ratione defectio. *Turneb.*

38 *Literam longum*] Litteræ *I* sonum triplicem deprehendo: primum ejus longæ, et vere longæ: quia non, ut ceteræ, geminatur, sed productior fit, et longitudine velut dupla: ideo *κατ' ἐξοχήν*, inter omnes litteras hæc proprie dicta longa. Et quæ sola inter grandes et Romanas illas litteras super ceteras eminuit, et forma ipsa pensilem prætulit ac porrectam. Hac eadem mente Ausonius Epigr. CXX. in ligaritorem Eunum scripsit: 'Quid imperite P putas ibi scriptum, Ubi locari iota convenit longum?' Nam suspendio censet eum dignum. *Lipsius.*

SCENA II. 1 *Defæcato*] Id est, liquido, minimeque turbido, id est, hilari. Vide Epid. v. 1.

3 *Serva*] 'Servare sollicite et suspiciose observare.' *Nonius.* 'Servare domum,' pro, domesticæ rei curam sedulam habere, dicebant veteres. Inde in lapide antiquo, 'Lanam feci, domum servavi.' *Boxhorn.*

6 *Inaniis*] 'Inania, æ,' id est, inanitas. *Nonius.* Jam vero quæ vacua sunt, etiam 'aranearum plena' esse dicimus. *Muret.*

15 *Si ignis vivet*] Id est, si ignis a te non exstinguatur, tu vita exstingueris. Ita 'interfici torrem flammeum,' Attius; 'mori conscium ignem,' Statius dixere. *Boxhorn.*

24 *Quamquam prope est*] Unus sic Camerarianus. At Pall. sex aberat verbum: primus etiam *quaquam*. Scribendum censeo, *Eam ad ædis nostras nunquam adiit quaquam prope.* Hoc est, ulla ex parte. Nec dubito quin illa particula veteribus in usu fuerit. Nam et Sosipater Charisius lib. II. hoc inter adverbia ponit, addito exemplo Pomponii, 'quaquam negas nuptam,' et composita ostendunt 'haudquaquam' et 'nequaquam.' Denique et Langiani codices, *nunquam.* Gronovius.

26 *Ambobus*] Supero et infero: totidem enim pessuli, quot limina. Apud comicos, cum dicitur 'foribus' vel 'ostio obdi pessulus,' non satis scio, utrum *βάλανος* intelligatur, an *μοχλὸς* parvus, et obex: cui proprie verbum 'obdere' videtur convenire. Latini autem *βάλανον, pessulum*, quasi parvum *πεσσὸν* dixerunt; non a 'pede.' *Casaubon.*

28 *Invitus abeo*] Ait invitissimum se domo egredi, ob nimiam curam scilicet pro aula illa sua: ceterum scire se quid agat, neque temerarium aut de nihilo esse, quod in publicum subinde prodiens, conspiciatur a legitimo tribus suæ divisore, una cum reliquis curialibus nummulum petiturus: quo ab se omnes videlicet suspiciones de thesauro reperto quam longissime segreget. *Douza.*

29 *Magister curiæ*] 'Magister curiæ,' cum sit comœdia palliata, videtur esse, quem Græci *τριττύαρχην* appellant: ut enim curia pars est tribus Romanis, sic et Græcis *τριττύς*. Græca ad consuetudinem Romanam traducta sunt: et ut pagorum erant ma-

Digitized by Google

gistri, sic et curiarum. *Turneb.*

30 *In viros*] Viritim, κατ' ἄνδρα. *Taubm.*

38 *Consistunt*] In via euntem sistunt et compellant. *Boxhorn. Copulantur*] Τὰς δεξιὰς ἐμοὶ ἐμβάλλουσι. *Copulantur*, pro *copulant*. Lamb.

40 *Quo profectus*] Quo ire et proficisci intenderam.

ACTUS II.

Scena I. 16 *Quis*] Antique, pro *quæ*. *Quis* enim est generis communis, ut Græcis τίς. *Prisc.*

26 *Quod tibi sempiternum*] Sic solebant initio rei gerendæ profari, bene ominandi causa. Vide Formul. 'Quod bonum, faustum, felixque sit.' *Taubm.*

27 *Ita Di faxint*] Inde non sequitur, illa verba, *ita Di faxint*, absurde Megadoro tribui, quoniam abhorret ab uxore frater: nam potuit vel joci causa hoc interfari; tanquam scilicet etiam liberos procreare liceret ex alia re quam fœminis: respexeritque ad illa Euripidis in Hippol. Ὦ Ζεῦ, τί δῆ κίβδηλον ἀνθρώποις κακὸν, κ. τ. λ. *Gruter. Ita Dii faxint, inquito*] Postremum verbum Heraldus ex conjectura interposuit, et hæc verba dedit Eunomiæ, quum vulgo haberet Megadorus, quippe cui a nuptiis abhorrenti male convenirent. Intellexit nodum: quam jocosi sunt, qui sic tollunt, joco interfari Megadorum, quasi cogitaret posse liberos procreari aliunde quam ex fœminis. Lambinus vidit τὰ *liberis procreandis* non bene conjungi cum precatione, sed potius pertinere ad illa *uxorem ducere*. Ut apud Ennium: 'liberum quæsendorum gratia familiæ matrem ducere:' et 'ducit me uxorem sibi liberum quæsendum gratia.' Et passim. Sed immodicus est, quum scribit: *salutare sit*. Me. *ita Dii faxint*. Eu. *liberis procreandis uxorem*. Utrumque incommodum sola nos interpunctione tollimus, scribendo, *Quod tibi sempiternum salutare sit, procreandis liberis (ita Dii faxint) Volo te uxorem domum ducere*. Gronov.

28 *Domum ducere*] Mos erat Romanis, in domum mariti novas nuptas, et quidem velatas, traducere; quod fiebat vespere tædis ac facibus præeuntibus; noctu enim nubebant. Augustinus de Civit. Dei VI. 9. 'Sed domum ducenda est, quæ nubit: adhibetur Deus Domiducus:' sic enim eum Deum, qui ei solemni deductioni præerat, appellabant. *Brisson.*

30 *Lapides loqueris*] Durus et asper tuus sermo est, qui me quasi lapidibus impetit. Contra Aristophanes, Ῥόδα μ' εἴρηκας, *Rosas mihi locutus es*. Longol.

34 *Foras feratur*] 'Foras ferre,' est efferre, ἐκφέρειν. Terentius, 'Effertur: imus:' ubi Donatus: 'Efferri proprie dicuntur cadavera mortuorum: et ire, proprie ad exsequias.' *Herald.*

36 *Quam maxima possum*] Nec Gruteri *cum* admittendum, nec audiendus qui refingit, *Quam? maxima*. Accipiunt illi duas esse, quarum optionem fratri facit Eunomia. Sed errant: nam una eademque est illa grandior natu et cujus media ætas est. *Gronov.*

40 *Qui mediam ducit uxorem*] Nimis acris ille codex, qui delet τὸ *mediam*. Habent multo plures et meliores. Si defendere libet, præsto est Seneca Epist. 20. 'Quemcunque vis, occupa, adolescentem, senem, medium.' Ego tamen Plautum scripsisse censeo, *Post mediam ætatem qui media ducit uxorem*: ut intelligas uxorem media ætate. Et sic Langiani codices. *Gronov.*

41 *Anum prægnantem fortuitu*] Non possunt ferre *anum* dici, quæ sit *mediæ ætatis*. Ecce codicem, in quo *unum*. Ergo conjiciunt *uno*, et *uno fortuitu*, esse, si semel forte prægnantem fecerit. Gaudeant suo *uno fortuitu*, quod sine exemplo commenti sunt. Plautus dicit anum, pro, quasi

Digitized by Google

anu, vel propemodum anu. *Gronov.*

42 *Postumus*] Scribendum *Postumus* sine h, est enim a *post*, quia post patrem mortuum nascitur postumus. *Postumus* tamen censetur etiam, qui post factum testamentum natus est, etiam vivo patrefamilias: sed et qui post alios liberos, ultimusque gignitur. *Turneb.*

45 *Factiones*] Id est, opulentiam et nobilitatem. *Nonius.* Clientelas. *Boxh.* *Dapsiles*] Vide Mostell. IV. 2. et Pseudol. I. 4.

52 *Scio quid dictura es*] Hoc quoque servit Scioppio ad liberandum solœcismi crimine, *scio quod:* quia sic in Langianis. Sed illud servant Cam. et sex Pall. Bacch. I. 1. 'Scio quid ago. P. et pol ego scio quid metuo.' Et tamen in altero quoque τὸ *quod* pronomen foret, non conjunctio; quippe quod plenum sit: 'Scio id, quod dictura es.' *Gronov.*

53 *Quid me nunc*] Sermo discedentis. *Lambin.*

SCENA II. 2 *Curialium*] 'Curiales' a curiis dicuntur, in quas olim divisus popul. Romanus, ut 'tribules' a tribubus. *Lamb.*

3 *Magister*] Romæ singulas tribus suos divisores habuisse docet Ascon. Actione II. in Verrem, qui pecuniam populo viritim dividebant, singuli in sua tribu: et alio nomine 'magistri curiarum' appellantur, Ciceroni 'curiones.' *Ravard.*

10 *Satis habes*] Ex hoc verbo suspicatur Euclio, istum de auro aliquid rescivisse. *Taubm.*

14 *Cassam*] Id est, carentem. *Cassum* enim, ut 'caritum,' a 'careo.' Prisc. lib. IX. Ἄπρουκον, *indotatam.* Turneb. *Illocabilem*] Virgo illocabilis est ἀνεκδόσιμος, quæ omnino nuptui collocari nequit; non autem ἀνέκδοτος; ea enim est, quæ nondum elocata est, οὔπω ἐκδεδομένη. *Siberus.*

17 *Inhiat*] Vide Trinum. I. 2. et Menæchm. III. 1.

20 *Manum injicit*] Manum cum manu copulat. *Lamb.* *Onerat aliquam zamiam*] Hic locus exercitos habuit hactenus eruditissimos criticos. *Onerare zamiam* sic dictum est, ut Virgil. 'vina onerare,' pro, in navem imponere, dixit: et Cato apud Nonium, 'onerare commeatum in navi.' Neque hic hypallage, ut vulgo sibi persuadent: neque legendum, *onerat zamia.* 'Onerare zamiam,' est imponere et inferre zamiam, hoc est, jacturam; nam *onerare* est ἐπιφορτίζειν καὶ ἐμβάλλειν, et *onus*, ἐμβολή. *Salmasius.*

21 *Polypos*] 'Polypus,' piscis, quicquid suis fibris et branchiis amplexus est, firmissime tenet. Per hos significat rapaces et tenaces. *Lamb.* *Qui sibi quicquid tetigerint*] Ita Gruterus de conjectura. Camerarianus, *qui sibi quidquid.* Pall. *quin ibi quicquid*, vel, *quin ubi quidquid:* lege, *ubi quidque tetigerint, tenent.* Sic Bacchid. II. 3. 'Istius hominis ubi fit quaque mentio.' Pœnuli Prologo, 'Ubi quamque in urbem est ingressus.' Virgilius Æn. VII. 'Io matres audite ubi quæque Latinæ.' Livius lib. XXIV. 'Quantum copiarum et ubi quæque essent.' Nec dubito quin et Statius scripserit in Soteriis Rutilii, 'Urbesque ubi quæque togatæ:' non 'ubicumque,' ut vulgo. *Gronov.*

24 *Eam rem*] Id est, ob eam rem. *Douza.*

27 *Mentionem*] De sponsalibus futuris loquitur; ideo aptis illi rei verbis utitur, *ubi mentionem fecero.* Nam qui poscit, 'mentionem facere' dicitur; qui respondet, 'repromittere,' sive tantum 'promittere;' ut hic paulo inferius, 'promitto hoc fore.' *J. Gulielm.*

29 *Ex paupertate*] Id est, ex ordine seu numero pauperum. *Cam.*

30 *Salvom est*] Lectio vulgata palam inepta est. Scribe, *Salva res est; salvum est si, quod non periit.* Τὸ *periit*, non *perit*, habent Mss. quos vidi. Et id rectum est. Euclio, semper male timens auro suo, quod in præsens

Digitized by Google

salvum invenit, metuit in futurum. Salva, inquit, res est, si salva dicenda sit, quæ sicut nondum periit, ita potest aliquando perire. *Boxhorn.*

38 *Mala omni malitia*] 'Malitiam veteres, ut Dolum, mediam ponendam esse duxerunt: quasi sit et bona.' *Nonius.*

41 *Quæ res*] Præfatio veterum bene ominandi gratia. *Taubm.*

44 *Atque innoxium*] Qui nec tibi nec tuis nocuit; vel, qui innocens, quod ad te, atque ad tuos attinet. *Irrideas*] Juvenalis: 'Nil habet paupertas durius in se, Quam quod ridiculos homines facit.' *Boxhorn.*

50 *Factiosum*] Multis innixum et florentem clientelis. *Boxhorn.*

54 *Gnatus*] Pro *natus*. Plus est autem, 'nunquam natum esse,' quam, 'mortuum esse.' *Lamb.*

57 *Mordicibus*] Dictum videtur non quidem pro 'morsibus,' sed pro ipsis 'dentibus;' quemadmodum Catullus 'nutrices' dixit pro 'mammis:' et Plauto 'mordices' nihil aliud sunt, quam 'dentes:' et 'dentes' idem quod obloctutiones atque cavillationes: sicut 'cornua' sunt injuriæ, et oppressiones. *Siber.*

58 *Me ab asinis ad boves*] Id est, implicari inconveniente necessitudine. *Camerar.*

60 *Ausculta mihi, Atque*] Primus et antiquissimus Vossianus: *ausc. mihi proderis atque.* Numquid: *tu conditionem hanc accipe, ausculta mihi, (proderit,) Atque eam desponde mihi.* Sic habes Capt. II. 2. 'Bene merenti bene profuerit, male merenti par erit.' Curcul. v. 2. 'Hercle istam rem judicasti perfidiose, Phædrome, Et tibi oberit.' Milit. III. 3. 'Nam id proderit mihi, militi male quod facietis ambæ.' Trucul. IV. 4. 'In eam rem si quid habebo, tibi quoque etiam proderit.' Et sic recte Gruterus in Cistellaria IV. 2. 75. 'Commoda loquelam tuam, tibi nunc proderit, confitemur Nos cistellam habere.' Nostri quoque omnes *prodetis:* non *prodimus et*, ut vulgo. *Gronov.*

63 *Thesauros*] Homo suspiciosus celare non potest, quod tantopere cupit celatum. *Gruter.*

66 *Hic*] Id est, domi meæ. Hæc a cœpto sermone aliena a Megadoro dicuntur, ut omni suspicione Euclio liberetur, qui nihilominus se proripit. Unde statim quærit Megadorus, *Sed ubi hic est homo?* nempe, Euclio.

67 *Fastidit mei*] Vide Stich. II. 3. Lucillius: 'Tristes, difficiles sumu', fastidimu' bonorum.' *Taubm.*

72 *Elinguandam*] Unde *elinguatio*, γλωσσοτομία, quod Scaliger notat ad Festum.

73 *Castrand. loces*] Mercede pacta tradas castrand. *Taubm.*

76 *Copia est*] Id est, possum. Interim alludit ad Indos, negatque tam divitem se, ut pecuniam profundere possit in ludicra illa publica. *Taubm.*

81 *Perplexarier*] Perplexe agere et captiose. *Douza.*

87 *Aurum quid valet*] Asin. III. 3.

89 *Obstinavit*] Id est, obfirmato et perseveranti animo expetivit. *Festus.*

Scena III. 1 *Deblaterasti*] *De* hic auget. Vide Epid. III. 1.

3 *Pure propera*] Forte, *properamque:* vel *pura properam atque eluc.* Scriverius. 'Pure lautum, est aqua pura lavatum,' Festus. Alluditur ad consuetudinem veterum, quibus ante nuptias sacrificare moris fuit; et quidem Junoni, Veneri, et Gratiis. *Meurs. Propera, atque elue*] Id est, propera eluere. *Casaub.*

5 *Subitum est nimis*] Id est, ita festinatum, ut ad id parati esse nequeamus. Sic Cic. Famil. XIII. 2. 'Propter opera instituta multa multorum subitum est ei remigrare Kal. Quinctilibus,' id est, non potest esse paratus ad remigrandum Kal. Quinctil. *Gronov.*

12 *Malum mærorem metuo, ne*] Mirifice laborant. *Mistim, amystim, ma-*

Digitized by Google

lum meracum, immixtim, immixtum, ludibria conjecturarum. Scribe, *Malum mœrore metuo ne mistum bibam:* Malum cui additus sit mœror, at vinum bibitur mistum aqua. *Gronov.*

SCENA IV. 1 *Conduxit coquos*] Privatæ personæ, quæ cocos sive 'coctores,' ut Petron. appellat, non habebant familiares, in foro conducebant. *Taubm.*

4 *Divides*] Vox 'dividere' capi etiam potest sensu turpi, quique aures palam offendat; cum interim innuere videatur, sese palam eidem refragari in illa re. *Gruterus.*

5 *Si quo tu totum*] Recte: nam obsonii pars erat dividenda simul; et ei præponendus, item divisim uterque coquus. *Gruter.*

6 *Prostibulum*] De prostibulo vide Stich. v. 6.

12 *Dimidium jussit*] Cur non *dimidiatum obsonium* dixerit, vide Agell. III. 14. *Taubm.*

14 *Dimidium domi*] Ergo *domi* etiam ad locum significat. *Donatus.*

18 *Pumex*] Spongia dicitur Vitruvio, quod fistulosus sit spongiæ modo. Unde in Persa, 'Nam tu aquam e pumice postulas, Qui ipsus sitiat.' *Scalig.*

21 *Eradicarier*] Radicitus extirpari, hoc est fortunis omnibus penitus everti. *Siber.*

22 *Tigillo*] 'Tignum' et 'tigillum' omne notat quod est e ligno. Dicunt enim de Euclione, cupere illum fumum nullum exire ædiculas. *Gruter.*

23 *Follem sibi obstringit ob gulam*] Nihil hic miri, nisi quod hoc faciebat cubitum iturus. Nam et quum in publicum irent, cum pecunia crumenam de collo suspendebant. Id ille faciebat etiam in lecto furem nocturnum timens. Quum rogasset cocus, cur? illudens stupori ejus, παρὰ προσδοκίαν falsam causam invenit: tanquam id faceret, ne inter respirandum aliquid animæ amitteret. Et solvuntur auditores nihil tale exspectantes in risum, magis etiam quum continuat cocus jocum. Vide Diatriben ad Stat. c. 27. *Gronov.*

25 *Inferiorem*] Notandum hic per 'inferiorem gutturem,' anum sive podicem designari, eadem metaphora, qua apud Caton. 'superiorem album dejicere,' id est, stomachum, sive adeo ventriculum, nausea gravem vomitu exonerare, scriptum reperimus. *Douza.*

27 *Hæc mihi te, ut*] Jocus latet civilior. Innuit enim, neutri ab altero credendum. *Acid.*

28 *At scin' etiam quomodo*] Jubent post *quomodo* interrogandi notam tolli. Negat id Plautus, qui hoc genere loquendi toties utitur. Amphitr. I. 1. 199. hac Aulular. v. 1. 22. Rud. III. 5. 18. et alibi. Eodem sensu quo diceret, 'vis etiam dicam?' vel 'at etiam vis audire amplius?' *Gronov.*

29 *Aquam*] Ob eam causam nunquam lavit Patrocles Aristophanicus. *Longol.* Post, *quomodo*, tollenda hic est interrogandi nota, et sic distinguendum: *At scin' etiam quomodo aquam hercle plorat, quum lavat, profundere?* Scisne tu etiam, quomodo deploret aquam se profundere, ejusque jacturam facere, cum se lavat? *Boxhorn.*

33 *Tonsor*] Personæ Euclionis accommodatius legi potest, *tonsori ungues dempserat.* Nam ut ille triparcus senex, qui famem nemini utendam daret, aliquid erogaverit tonsori, ob ungues decurtandos, non fit vero simile; utque id ei officium gratis præstiterit quis, nugæ: quin imo ipse Euclio ultro potius adiit tonsoris proximam officinam, eique ungues resecuit: vel ideo forsan, ut præsegmina (nihil enim avaritiæ parvum) domum referret. *Gruter.*

39 *Postulare*] Nam prætor actionem et judices dabat. Qui actionem habebat, ex qua cum alio experiretur, hostem in jus vocaturus, primum a prætore petebat, ut liceret eum,

Digitized by Google

quem libello descripserat, vadari. Prætor libello subscribebat. 'Vadari' autem, vel 'convadari,' est in jus citare, die dicta. *Lamb.*

40 *Miluum vadarier*] A miluo vades postulare, qui illum certæ pecuniæ sponsione vadimonium obiturum præstarent. *Siber.*

42 *Celerior*] Furum manus 'celeres' vulgo dicuntur: quo Plautus alludit. *J. Gulielm.*

45 *Cocus nundinalis*] 'Congrionem' istum bustuarii ordinis coquum esse, intelligi vult: quem nos 'semiraum ustorem' cum Catullo indigitare possumus, qui mortuis et jam ad rogum elatis cœnam coqueret illam feralem, quod 'silicernium' vocarunt. Quod quoniam nono die fiebat, (unde et 'novendiales pulveres' apud Horat.) caussam joci comico præbuit, ut 'cocum nundinalem' diceret Congrionem, quem insubidum prorsus atque imperitum, et ad viscerationes illas novendiales et inconditas ustrinæ sive culinæ mortualis strnices escarias, quam ad ingeniosæ gulæ genium sapientiorem esse indicaverit. *Gruter.*

47 *Me vituperas? fur*] Illud *fur*, quod sequitur post *vituperas*, videtur esse irrepticium, et glossema ejus quod dixerat, 'trium literarum homo.' *Dissald.*

Scena v. 1 *Tace*] In quibusdam libris hæc scena priori conjungitur. *Taubm.*

2 *Licet*. St. *tu, Congrio*] Poni volunt interrogationis notam post *Licet*. Imo nec hic ponenda, et superiori versu tollenda est. Neque enim rogat Strobilus: sed quia τὸ *uter* interrogandi sæpe initium est, interpellat eum coquus, nondum oratione absoluta, quasi rogaret, dicturus, 'Licet id quidem videre vel cæco.' Sed vicissim prius quam hoc expediat, quod instituerat dicere, interfatur, nulla ejus ratione habita, et continuat, quæ ipse exorsus erat Strobilus. Non igitur, *Liquet*: non *Hic est*. Gronov.

6 *Pinguior tibicina*] Tibicines enim, quia sacrificiis frequenter adhibiti, pingues fiebant. *Taubm.*

8 *Ad nos*] Ædes Megadori. *Lamb.*

11 *Sine gratia*] Ingratus est.

12 *Tibi recte facere*] Scil. aliquis ausit? aut simile quid. *Camer.*

15 *Poscere*] Id est, in poscendo. *Lamb.*

21 *In puteum*] Id est, hypogæum, seu barathrum, locum pœnæ coquorum destinatum; quod genus λάκκους vocabant. *Turneb.* vi. 24.

23 *Ubi quid surripias*] Ita Lambinus: nam Camerarius ex unico codice *surripiat*: veteres autem editiones et Pall. sex ea voce deficiuntur. Nos in tribus invenimus. Voss. 3. et Junianus *surripiat*: Voss. 1. *subripiat*: neque id mutandum, sed explicandum; sensus enim, *Quippe, ubi, qui quid subripiat*, hoc est, qui fur sit, qui solens aliquid summanare velit, ei nihil est promti atque parati. Nam et versus vocem requirit. Etsi intelligo, quam eleganter id verbum subticeatur, quamque facile ex disciplina sua id supplendum sciat Congrio. Ut suspicari possis scripsisse Plautum, *Ubi quid, nihil est. Sequered hac me.* Con. *Consequor*: nam illud *Con* depasci potuit præcedens nomen coqui. Certe et apud me τὸ *surripiat* Acad. Voss. 2. et Gudianus ignorant. *Gronov.*

Scena vi. 3 *Obsoniumque*] Quamvis ὄψον significet *opsonium*, hoc est, omne id, quod una cum pane comedimus, imo quidquid in macello venit, quod προσφάγιμον, sive προσφάγιον dicitur; nihilominus tamen obtinuit tanquam victor solus *piscis*, quod eximius sit cibus, ut ita solus vocaretur. *Nans.*

6 *Temeti*] Rara decori observatio, quam nusquam (invidia gemente hoc dicam) temere Plautus neglexit; nedum in persona anili: quod genus

Digitized by Google

ille multibibum fere ac merobibum inducere amat. *Douza.*

10 *Quamquam Vulcano*] Significat, tantam ejus impuritatem esse, ut ne ignis quidem, cujus vi solidissimorum quoque corporum metalla defæcatiora reddantur, illis purgandis unquam sufficiat, tametsi eum (ignem) in præfectura sua focariæ provinciæ semper colat ac tractet. *Douza.*

11 *Aut tuæ mercedis gratia*] Mannpretii, hoc est, nummi illius binos circiter aureos nostrates pendentis, qua coci antea a Megadoro conducti fuerant. *Douza.*

SCENA VII. 5 *Deorsum*] 'Deorsum' heic non motum, sed quietem significat. Varro: 'Qui colunt deorsum, magis æstate laborent; qui sursum, magis hieme.' *Douza.*

8 *Rapacidarum*] 'Rapacidas' extulit pro rapacibus, patronymici more ludens: ut pro 'Scipionibus' dicuntur 'Scipiadæ: et jocando fecit, ut furacissimum genus coquorum putemus, quasi familia sit 'Rapacidarum,' ut 'Æacidarum,' aut 'Pelopidarum.' *Turneb.*

SCENA VIII. 8 *Adii manum*] Vide Pœnul. II. 11.

13 *Accessit animus ad meam*] Assensus sum huic meæ sententiæ. *Lamb.*

15 *Nunc tusculum*] Ad hunc ritum quod attinet, constat, Pilumnum (ut rem paulo altius repetam) cum Romulo Quirino, Picumnum vero cum Marte Silvano domestico, eundem esse: eosque Deos conjugales habitos, lectos iis stratos, et vota facta: Picumnum 'Præstitem Larum,' et *Larem κατ' ἐξοχὴν* appellatum: (ut Plutonem Manium, Jovem Deorum, Janum Geniorum) parentesque eo nomine liberos in matrimonium elocaturos, ut bene nuptiæ cederent, sacra ei fecisse, ut hic Euclionem: Pilumnum vero eundem cum Genio maritorum esse, et custodem puerperarum. *Meurs.*

16 *Nostro Lari*] Penatum et Larium sedes in privatis ædibus non una. Colebantur maxime in foco: item in cubiculo: sæpe in parte aliqua atrii; puta in compluvio, vel in portico compluvio adjuncta. *Casaub.*

20 *Aulam*] 'Aulas antiqui dicebant, quas nos dicimus ollas: quia nullam litteram geminabant,' Festus.

23 *Propere propero currere*] Plautus senariis iambicis admiscuit septenarium trochaicum, ut properationem senis, carmine ipso concitatiore, exprimeret. *J. Gulielm.* Pall. (non tamen Camerarianus) hunc versum sic legunt, *Nimirum occidor, nisi ego intro propero;* quod videtur sane germanius Grutero.

24 *Apollo*] Apollinem invocat, ut ἀλεξίκακον, et malorum depulsorem. Et constat, Apollinem dictum antiquitus 'Apellinem, quasi mala apellentem.' *Meurs.*

25 *Confige sagittis*] Est enim jaculator Apollo: Græcis *ἑκηβόλος, ἑκατηβελέτης*, et *ἕκατος, ἑκάεργος. Turneb.*

SCENA IX. 1 *Macharionem*] 'Macharionem,' coqui nomen esse, omnes putant: ego aliter censeo, machærio juberi exdorsuari murænam, et id cultelli coquinarii genus esse. Cultellos quidem *μαχαίρια* et *μαχαιρίδια* Græci vocant, et Plaut. Rud. siculas 'machæria' dixit. *J. Gul.*

2 *Exdorsua*] Id est, 'dorsum confringe,' Festus. 'Dorso nuda.' *Nonius.* alii, 'exime.' *Quantum potes*] Non hic modo, sed ubicunque apud Plaut. *quantum potes* legitur, in *quantum pote'st* commutandum est: id est, quam primum, et quidem celerrime, fieri potest: locutione priscis oppido familiari. *Douza.*

3 *Atque omnia*] Hic versus sua parte debetur Nonio, nam non habetur in Mss. præterquam *exossata fac sient:* verum aut omnia me fallunt, aut *exossata fac sient*, est a glossa scribarum, ad illud *exdorsua.* Grut.

4 *Artoptam*] 'Artopta' utensile,

Digitized by Google

aive testa, assandis torrendisque panibus. Triplex enim panis erat, ex coquendi ratione: 'furnaceus,' 'testuaceus,' et 'artopticius.' *Turneb.*

5 *A Congrione*] Qui coquebat apud Euclionem. Male ergo Lambinus de Megadori domo interpretatur. *Douz.*

6 *Volsus Indius*] 'Ludii' adolescentes erant tunicnlas indnti insignes, galeati et ensiferi, peltatique; qui omnibus Circensibus et theatralibus pompis in versum incedebant, ipsis velut pompæ duces Saliis similes. 'Ludii' ex eo vocati, quod a Lydis hoc genus ludicri inventum videretur. Si qui eorum igitur essent grandiusculi et jam vesticipes, vellebantur, glabrique reddebantur. *Turneb. Volsus*] Id est, evulsis pilis lævis et glaber factus. *Taubm.*

ACTUS III.

Scena I. 2 *Date viam*] Hac voce monebant lictores populum magistratibus via decedere, 'Date viam consuli.'

3 *Bacchanal coquinatum*] Veni in locum, in quo ad coquendum destinato, non jam sunt nisi furentes et bacchantes. *Boxhorn.*

5 *Gymnasium*] Ita ego isti seni pro gymnasio fui, in quo se exerceret. *Douza.*

6 *Neque ligna ego*] Jocus ex ambiguo. Antea ligna ad ravim usque poscebam: sed advenit tandem senex, qui 'pulchre,' id est, largiter præbuit ligna, non quidem ad obsonium coquendum; sed fustes, quibus capita mihi meisque contunderet. *Lamb.*

Scena II. 3 *Quia cultrum habes*] Nota cultrum gestari vetitum: et insigne atque notam coqui habitam. *Meurs. Comminatus*] Non id accuso quod cum cultro es, sed quod eo minatus mihi. *Douza.*

8 *Cinædus*] Inermem fractumque et velut exossem tripudiatorem, eo nomine intelligi crediderim: ἀπὸ τοῦ κινεῖν τὰ αἰδοῖα, vel τὴν αἰδὼ, sive αἰδοῖα. *Turneb.*

9 *Tactio est*] Vid. Epid. II. 2.

11 *Caput sentit*] Si quid ego sapio: quæ verba Euclio in aliam sententiam detorquet. *Lamb.*

16 *Edim*] Pro 'edam.' Horatius Epod. III.

20 *Me haud pænitet*] Id est, me, aut meis bonis contentus vivo. *Taubm.*

24 *Perviam facitis*] Sic dictum, ut, 'obviam facitis.' *Turneb.*

31 *Laverna*] Hanc Deam Romani fures precabantur, ut instituta sua et consilia furandi ac mentiendi fortunaret. Horat. Epist. I. 16. 'Pulcra Laverna, Da mihi fallere, da justum sanctumque videri.' Sic Græci eodem modo orabant τὴν Πραξιδίκην, ut consilia furandi ad effectum duceret. Erat autem ea Dea tantum caput sine reliquo corpore. *Scaliger.*

32 *Pipulo*] Id est, convicio. 'Pipare' Osci dicebant, pro eo quod est ejulabunde conqueri. Ab eo cocus iste, 'pipulo differre' dixit: pro quo erat in XII. Tabb. 'obvagulari.' Olim cui testimonium deerat, hoc est, qui suam intentionem nullo poterat testimonio confirmare, is die tertio 'ad ædes adversarii obvagulatum ibat,' id est, adversario justum, testibus adhibitis, convicium faciebat. *Ravard.*

34 *Nummo*] Non sestertio, sed aureo, qui valebat paulo plus duobus aureis nostris: ut ego et Cl. Tenenimus, qui mihi aliquot ostendit, ex pondere existimavimus. *Lamb. Nummo sum conductus*] Id est, didrachmo, vel drachmis duabus. Pseudolo III. 2. 20. Vide de modo usurarum c. 2. *Salmas.*

Scena III. 4 *Venalium*] Servorum, qui plerique fures. *Lamb.*

5 *Facite*] V. C. habet *facessite*, vocem hic nihili. Ego gestio legere, *farcite*, quod verbum est coquinarium, et huic loco aptissime quadrat. Gloss. vetus, *farcit*, νάσσει. *Dissaldæus.*

6 *Implevisti fustibus istorum*] Sic

Digitized by Google

dedit Camerarius, quum in scripto inveniret *fustifissorum*, Mellerus. Palmerius, *implusisti fustibus istorum in caput*. Pareus conjicit, *fustium ipsorum*. Exspectant alii fore, ut isti 'fustifissores' nonnulli forsan haud displiceant. Frustra illi quidem; sed egregia est vetus lectio, modo separentur voces, *postquam implevisti fusti fissorum caput*. Ut alibi 'fores implere elogiorum carbonibus.' 'Fissa' sunt vulnera. Sic præcedente scena, 'Non fissile haberes caput.' Bacchid. II. 3. 'Meum cor et cerebrum finditur.' Ut Virgilius lib. IX. 'Media adversi liquefacto tempora plumbo Diffidit.' Appuleius lib. IX. 'Jamque inversa vite de vastiore nodulo cerebrum suum diffindere.' Hoc Juvenal. est Sat. IX. 'Fuste aperire caput.' Ovidio Met. III. 'Juvenili guttura pugno Rumpere.' Petronio 'solvere frontem.' Plauto in Bacchidibus 'dirumpere caput.' Sic 'fissum' in extis. *Implevisti fissorum*, est plenum reddidisti fissorum vel vulnerum. *Gronov.*

10 *Lege agito*] 'Dicebatur ei, cujus intentio contemptibilis adversario videbatur' Donatus. Vide Mil. II. 5.

SCENA IV. 2 *Negotium*] Dubitatum olim fuit inter prudentes, utrum 'rem' an 'litem' dici oporteret, &c. 'Negotium,' aut 'res' apud Plaut. legitur. *Cujacius.*

7 *Peculiaris*] In peculio ancillæ Staphylæ. Asin. III. 1. *Pænissume*] Id est, pæne nihil abfuit, quin me perderet, a 'pæne' formatum. *Lips.* Epist. Quæst. III. 12.

8 *Scalpturire*] Id est, scalpere; nam frequentativa verba interdum ponebantur pro primigeniis. *Vossius.*

9 *Ita mihi pectus*] Scribendum esse, *ira mihi pectus peracuit*, ostendimus Observat. III. 21. *Gronovius. Peracuit*] Peracre seu peracidum factum est, id est, ira acerrima incensum. *Lamb.*

12 *Exemi*] Furibus occasionem inveniendi thesaurum præripui. *Taubman.*

SCENA V. 2 *Conditione*] 'Conditionem' pro conjunctione sponsaliorum et nuptiarum dici, multi notarunt. Festus: 'Conventa conditio dicebatur, cum primus sermo de nuptiis et earum conditione habebatur.' Id etiam simpliciter 'conditio' dicebatur. Unde formula repudii: 'Conditione tua non utor.' Et quod dicebatur, 'Parentes liberis suis conditiones quærere.' *Brisson.*

5 *Opulentiores*] Hanc sententiam e Plat. de Repub. lib. VI. expressam, notat P. Victor.

9 *Malam rem*] Quasvis malas artes, ad quas se mulieres applicant, intelligo. Et pronomen 'illæ' non ad pauperes tantum, sed generaliter ad omnes mulieres refero: quæ si indotatæ nuberent, semper magis obsequentes essent viris, minusque arrogantes, et minori etiam sumptui. *Pistor.*

12 *In pauciores*] Sententia est: Non est dubium, quin si fiat, quod dico, major pars populi probatura sit. Restant nunc pauci locupletes et avari, quibuscum controversia mihi futura est, qui hoc non probabunt. *Lamb.*

14 *Capere*] Id est, concipere, seu constituere. *Douza.* Palmer. leg. *cavere*, quod et Meursio placet.

15 *Namque hoc qui dicat, Quo*] Male Meursius, *Quoi.* Nam *quo* est in quam domum. Nec vero τὸ *Qui* accipiendum pro *Quis*, ut voluit Gruterus. Nam quæ sequuntur, *Quo lubeat, nubant*, dicuntur per intellectum τῶν *ei respondeo*: etsi in istis quoque leve vitium esse censeo. Habuo legatum Parei, curiosissima ejus e Pall. codd. excerpta, sic ut ne ullum quidem librarii mendum omisisse videatur. In iis video alios quidem aliter, unum vero habuisse, *Quoquo jubent*. Itaque lego, *Quoquo lubet, nubant*. Ut supra, 'Hoc quidem hercle, quoquo ibo

Digitized by Google

nunc, mecum erit.' Mox, 'quoquo venias.' *Gronov.*

20 *Muli*] Mulis mulabusque plurimum usi sunt veteres, ad carrucas trahendas, quibus plerumque insidebant honestiores matronæ; ut et hodie moris est. Vide Martial. III. 62. 'Aurea quod fundi pretio carruca paratur: Quod pluris mula est, quam domus empta tibi.' *Taubm.*

28 *Salutigerulos*] Glossar. *Salutigerulus, ἐπισκέπτης.*

30 *Moribus præfectum*] Sequitur Plautus Græcam consuetudinem: ab iis enim creari soliti sunt magistratus, qui mulierum ornatui præessent. Vide P. Victorium XXI. 6. *Taubm.*

33 *Præ quam*] Id est, præ eo, quod fit, cum creditores aut artifices pecuniam sibi petunt. *Lamb.*

35 *Caupones, patagiarii*] 'Caupones' non sunt, qui vinum vendunt; sed nomen habent generale a copiis; ut sint mercatores et institores patagiorum, indusiorum, flammeorum, violacei panni, et cerini. *Turneb. Patagiarii.* Vide Epid. II. 2.

36 *Flammearii*] 'Flammearium' hic interpretor, qui flammeo sive rubro colore vestes tingit. *H. Junius.*

37 *Manulearii*] Qui 'manuleas,' id est, tunicarum manicas vendunt: hinc 'manuleata tunica.' Psend. *Murobathrarii*] Sic legunt omnes libri; pro quibus, *malobatrarii* magis placuere doctis viris: mihi *murobractarii* magis adridet, pro *myrobrectarii*, qui μυροβρέκται Græcis. Ita *bractare* verbum, ἀπὸ τοῦ βρεκτοῦ, finxerunt, quod humectare et madefacere significat, et idem plane, quod βρέχειν. Hi calceamenta muliebria unguentis, odoribus, et suffimentis imbuebant. *Salmas.*

38 *Propolæ*] 'Propola' ex Græco πωλεῖν· sed præpositio Latina est, producitur enim: quod non esset, si Græca. Dictus enim, quod primus vendat merces, quas in portu primus anticipat: et ut Persius ait, 'Primus tollit piper e sitiente camelo.' Ut prior vendat. *Scaliger. Linteones*] 'Linteones,' qui lintea texerent; 'lintearii,' qui venderent. *Popma.*

39 *Diabathrarii*] Festus, 'Diabathra genus solearum Græcanicarum:' hinc 'diabathrarii,' qui eas faciunt et divendunt. *Turneb.*

40 *Molochinarii*] Qui colorem tingunt ad purpuram inclinantem; qualis in malvæ flore spectatur. Et *malva* quidem, μαλάχη, et μολόχη, dicitur. *Camer.*

42 *Strophiarii*] Nonius: 'Strophium fascia brevis, quæ virginalem papillarum tumorem cohibet.' Hinc 'strophiarii,' earum fasciarum opifices. *Taubm. Semizonarii*] Qui zonulas minus dimidio latas, quam justa zona est, faciunt; quæ *semicinctia* dicuntur, quod partem hominis anteriorem a cingulo et lumbis, ad pedes usque præcingant. *Turn.*

43 *Absolutos*] Hoc est, demissos, eleganter. *Brant.*

44 *Treceni cum stant*] Videtur fuisse, *Treceni ceu stant.* Exspectant, inquit, in atriis treceni, ceu phylacistæ. Nam nugantur, qui *Treceni* ad *petunt* volunt referri, non ad *phylacistæ.* Gronov. *Phylacistæ*] 'Phylacistæ' sunt, qui servos in custodia et ergastulo servabant; ut Capt. III. 5. Hic, per translationem, artifices intelliguntur, qui mannpretium, vel mercis mercedem flagitant: qui quod in atriis diutius expectant, custodes et phylacistæ appositi videntur. *Turneb.*

45 *Limbolarii*] Nonius leg. *Textores limborarii;* ut a 'limbo' et 'ora' deductum sit; et sane, nihil aliud sunt limborarii, quam qui limbo oras vestium pingunt, sive prætexunt. *J. Gul.*

47 *Infectores crocotarii*] 'Crocota, genus vestis crocei coloris.' *Nonius.* Epid. II. 2.

51 *Nugigerulis*] Mihi magis pro-

Digitized by Google

batur altera lectio, *nugivendis*, quam et Nonius agnoscit; 'nam omnia, quibus matronæ utuntur, *nugas* voluit appellari.' *Lambin.*

52 *Cedit miles*] Pro incedit, accedit, venit. *Turn.* *Miles*] Vide Varr. de L. Lat. lib. IV. sub finem.

53 *Putatur ratio*] 'Putare,' inquit Varr. lib. v. valet 'purum facere:' ideo antiqui 'purum' appellarunt 'putum.' Sic 'ratio putari' dicitur, in qua, summa fit pura. *Scaliger.*

56 *Debet argentario*] Post hunc versum e Nonio talem insero: *Pro illis crocotis, strophiis, sumptu uxorio.* Qua accessione sententia perspicue juvatur. Ait enim, post absolutos nugivendos istos, et mundi muliebris instructores, tandem ut sua quoque nomina militi expediat, adire trapezitam: at ratione ducta, etiam ultro æs alienum apud eum suum reperire, quod conflarint nomina exsoluta pro crocotiis, strophiis, ceteris uxoris suæ ornamentis: ideo necessario militi diem differri, cum illis repræsentata sit. *J. Gul.*

61 *Mactant*] Id est, magis augent viros malo et damno: *malo*, quia viros in servitutem redigunt; *damno*, quia sunt sumptuosæ. Jam, 'augere damno,' Latine dicitur. Ter. Heaut. 'herus damno auctus est.' *Lamb.* 'Mactus' verbum est antiquum servatum in formula, 'macte virtute esto,' qua virtutem alicujus, re bene gesta, laudabant. Inde 'mactare' in utramque partem. Proprium autem sacrorum est: Deos enim augeri putabant sacrificiis, quibus eos 'mactare' se dicebant, et inde etiam ipsa sacrificia 'mactari' dicebantur. *Gronov.*

Scena VI. 1 *Edi sermonem*] Dictum more vetustissimi sæculi, quod indiciis minime quidem raris agnoscit matrem et suam et omnium linguarum Hebræam. Jerem. XV. 16. 'Inventi sunt sermones tui, et comedi eos,' &c. *Goldast.*

5 *Et gloriam pro copia*] Lambinus hic ponit τελείαν στιγμὴν, et intelligit, 'quærere,' vel 'esse oportet:' dein *Qui habent*, explicat, qui divites et copiosi sunt, subscribente Grutero. At Scioppius, *Præ re nitorem et gloriam præ copia. Qui habent.* Placet vetus. Sic Cato de Re Rust. cap. 144. 'Per eosdemque dies lari familiari pro copia supplicet.' Noster in Sticho, 'hoc convivium est pro opibus nostris.' Et ibidem, 'tamen efficimus pro opibus mœnia.' Truculento, 'Volo habere aratiunculam pro copia apud vos.' Mercatore, 'facere certum est pro copia et sapientia, quæ te velle arbitrabor.' Horatius Sat. I. 2. 'Pro quæstu sumptum facit.' Livius lib. XXVI. 'primitias frugum eo donaque alia pro copia portantes.' Idem lib. XXVIII. 'Ludi funebres additi pro copia.' Dein ex Langianis scribes, *meminerunt*: quibus accedunt tres Vossiani, et Junianus, Gudianusque. Decet unumquemque meminisse quibus natus sit, et quem ordinem pro genere ac patrimonio acceperit. Id magis faciunt, qui habent nitorem pro re ac gloriam pro copia: qui tantum nitent seque efferunt quantum res et copia patitur. *Gronov.*

10 *Plus plusque*] Veteres geminabant voces intendendæ rei caussa. Vide Popmam, de usu A. L.

13 *E senatu sevocas*] De cœtu seducis. *Taubm.*

18 *Geryonaceo*] Geryon, rex Hispaniarum, fingitur a poëtis tricorpor, habens terna capita, sex manus, totidemque pedes. *Taubm.*

19 *Oculeus*] Non vocatur forsan 'oculeus,' quod totus, quantus erat, ex oculis constaret; sed quia plures ei oculi. *Gruter.*

20 *Ioni*] Vide Ovid. Met. I. Fab. 15.

21 *Tibicinam*] Tibicinam et apud Romanos, et apud alios in nuptiis ad-

Digitized by Google

hiberi solitam, docet Tiraquell. ad Alex. *Taubm.*

22 *Interbibere*] Id est, totum ebibere; ut 'intercipere,' totum capere *Donat.*

23 *Pirenem*] Pirene fons est Musis consecratus: quem Probus in Helicone collocat: Strabo autem sub Acrocorintho cum omnibus geographis. *Taubm.*

24 *Tum obsonium autem*] Subaudiunt 'misisti:' sed certe subintelligendum est, 'potest absumere sola tibicina;' ut, 'fontem interbibere.' Propterea respondet Megadorus, non posse, etiamsi sit maxima esitatrix; quia quod misit etiam *leoni*, aut, si mavis, *legioni* satis esse possit. *Dousa.* *Legioni*] Ironia; quasi dicat: Quid tu obsonium exaggeras? atqui vilem duntaxat agnum misi. *Taubm.*

26 *Curiosam*] 'Curiosi,' vulgi dicterium erat in graciles et macilentos: quasi ii curis semet conficerent et macerarent. *J. Gulielm.*

28 *Macet*] Macie confectus est. *Taubm.*

30 *Punica*] Laternæ enim Africanæ supra ceteras erant pellucidæ. De cornea laterna intelligit. *Scaliger.*

31 *Cædundum ego illum conduxi*] Cum Nonio interpretantur emi; ne cum Lambino necesse sit scribere *locavi.* Sed proprie loquitur Plautus. 'Locator' enim, qui dat utendum, fruendum, faciendum; 'conductor' qui accipit. Adi Cujacium Observ. II. 28. Dabant autem agnos cædendos lanii, unde et 'locare' dicuntur, Captivis IV. 2. Accipiebant obsonatores; ergo 'conducebant.' Vide et Observ. I. 20. *Gronov.*

32 *Loces efferendum*] Apud veteres cadaver, post efflatam animam, cubiculo efferebant, et ablutum, unctum, coronatum, in vestibulo ædium ad januam ipsam collocabant; ita ut pedes in viam spectarent; hoc situ abitionem illam postremam significantes: idque proprio verbo dicebatur *collocatio, εἴδος ταφῆς.* *Lipsius.*

35 *A me*] Ponitur pro e domo mea. Stich. v. 1. 7. Sic Cic. pro Milon. 'Atque illo die Aricia rediens divertit Clodius ad se in Albanum:' id est, in villam suam in Albano. Idem ad Terentiam: 'Quid causæ inde fuerit, postridie intellexi, quam a nobis discessi:' id est, domo nostra. Et sic noster sæpius. *Gronov.*

38 *Te cui decretum*] Scribe, *Tibi cui decretum est bibere aquam;* ut edidit Gruterus et adsentiuntur sex nostri. Est idem sermo Epidico III. 1. 8. præcisus qui foret integer, *Tibi dico, cui decretum est bibere aquam.* Ut altero loco: 'qui, tibi' dico, 'quoi divitiæ domi maximæ sunt, is nummum nullum habes.' Truculento act. v. 'Mihi homo cave faxis volnus, tibi jam cui sunt dentes ferrei.' *Gronov.*

39 *Me deponat vino*] Me vino cupit eo deducere, ut nihil differam a deposito, et vix animam ducente. *Gruter.* Etenim mortui 'positi,' 'compositi,' et 'depositi' dicebantur, qui in agone erant, vel animam agebant. Lucill. 'Jam depositus bubulcus' exhalans animam. Virgil. Æn. XII. 395. 'Ille ut depositi proferret fata parentis.' Ovid. Trist. III. 3. *Gronov.*

40 *Coloniam*] Locum. Tralatio a colonarum deducendarum consuetudine. *Lamb.*

43 *Lavatum*] Servius Æneid. III. 'Apud veteres neque uxor duci, neque ager arari sine sacrificiis peractis poterat.' Vide notas Amphit. v. 1.

44 *Inimicos habes*] Diogenes interrogatus, cur aurum palleret, respondit, quia multos habet insidiatores.

46 *Factum est optumum*] Ex formula solenni edictorum. *Dousa.*

47 *Aulam in Fidei*] Loquitur de Fidei templo Athenis extructo. Olim moris fuit, ut in ædibus sacris pecunias deponerentur. Unde ærarium Romanum erat in æde Saturni, argentarii in foro. *Long.*

Digitized by Google

49 *Ne tu in*] Ne fias in me infidelis; ut tibi pro 'Fidei' nomine, 'Perfidiæ' aut 'Infidelitatis' nomen sit imponendum. *Taubm.*

ACTUS IV.

SCENA I. 4 *Capessere*] Id est, perficere.

5 *Sin dormitet*] Si quando sit negligentior, ita sit, ut meminerit, ea sarcienda esse majori diligentia, quæ neglecta sunt. *Lamb.*

8 *Quo incumbat*] Non adjuvare ejus amentiam. *Lamb.*

9 *Scirpea ratis*] 'Scirpum' grammatici interpretantur 'id quod in palustribus locis nascitur leve ac procerum, unde tegetes fiunt.' Hoc est φλοῦς Græcorum. Inde *scirpea ratis* hoc loco ἡ φλοΐνη. Nihil rectius et enodius hoc juneo; unde proverbium, 'nodum in scirpo quærere.' Ex scirpi cortice, tegetes quoque et alia vitilia texebantur. Detracto cortice, medulla interior candelis faciendis serviebat, cera circumdata. *Salmas.*

12 *Ut toleret, ne pessum abeat, tanquam*] Libri hæc scribunt sine lacuna nulla aut hiatus suspicione. Minima mutatione legendum putarim, *Tamque herile imperium ediscat, ut quod frons velit, oculi sciant.* Id est, adeo ediscat, tam ediscat (nam ita loquuntur veteres) imperium herile, ut, quid vultus velit heri, eum videndo norit. *Salmas.*

15 *Censionem bubulæ*] 'Censionem bubulam' festive vocavit verbera lori bubuli, cujus censura in servos animadvertitur. Itaque 'censio,' quæ proprie est æstimatio, τίμησις, hoc est 'animadversio,' τιμωρία. *Turneb.*

16 *In splendorem*] Nunquam vincietur. Ex consequente intelligendum antecedens. *Lamb.*

20 *In ara*] Erant aræ non publicæ tantum in templis, sed et in plateis, viisque. Mostel. v. 1. 'aram in via Tranio occupat.' *Taubm.*

21 *Arbitrarier*] Prospicere ac speculari. Nam 'arbiter' etiam speculatorem; 'arbitrium,' prospectum; et 'arbitrari,' prospicere significat. *Lamb.*

SCENA II. 8 *In tuo loco*] Proverb. olet, id est, in tua potestate, manu, tutela est. Sic, 'Intra suas præsepes,' Casina. Cic. 'In meis castris præsidiisque versaris.' *Taubm.*

15 *Congialem plenam faciam tibi fideliam*] Congius capit sextarios sex. 'Fidelia' autem, Saminm vas est ad usus plurimos.' *Nonius. Faciam*] Id est, sacrificabo. *Taubm.*

SCENA III. 1 *Ab læva*] Vanitas augurum auspicia corvorum fausta a dextra, a læva infausta jactabat. *Turneb.* VI. 26.

2 *Crocibat*] 'Crocitum' vocem corvorum esse, docet Nonius.

3 *Artem facere ludicram*] Cœpit palpitare et micare. Vide Turn. XIV. 5. et XIX. 22. item Brodæum Misc. III. 27.

4 *Emicare*] Id est, erigi.

SCENA IV. 1 *Lumbrice*] Ἕτερον γῆς. 'Lumbrici' etiam dicebantur, qui ex imis sordibus ad summas dignitates erant evecti: gemina ratione 'terræ filii.' *Casaub.*

5 *Afflictas*] *Affligere* est προσοὐδίζειν, ad terram dare. *Casaub. Raptas*] 'Raptare' est convitiari. Vid. Mil. II. 6.

6 *Verberabilissime*] Μαστίγων ἀξιώτατε. *Verberabilis* est μαστιγώσιμος, verberibus dignus. *Taubm.*

8 *Quid tibi*] Homo suspiciosissimus putat, servulum tricari in voce *tibi*, quasi dicat, At illud redde, quod usus tui gratia abstuleras. *Lamb.*

9 *Item quid agis*] Recte hæc verba continuat sub persona Euclionis Acidalius: sed præterea legendum, *Ecquid;* nam Camer. et Voss. 1. *Hæc quid;* alii omnes nostri clare, *Ecquid.* Sic igitur fiat: EU. *At illud, quod tibi abstuleras, cedo. Ecquid agis?* ST.

Digitized by Google

Quid agam? Eu. *Auferre non potes.* Gronov.

10 Eu. *Pone.* St. *equid.*] Cum cavillatio aliqua præcesserit, vel ipso sene teste, fieri non potest, quin iste versus omnino requiratur, quem e Mss. Cam. et Pall. reposui; nam absque eo nihil tale dici possit. Sensus autem obscœnior; latetque ambignitas in *pone:* quod, ut verbum, usurpat Euclio: at adverbialiter accipit servus nequam, proque eo quod a tergo est. *Gruter.*

Datare] Vocabulum amatorium et venereum est. *Rittershus.*

11 *Cavillam*] Festus: 'Cavillatio, est jocosa calumniatio.' 'Cavillare,' est a 'cavendo,' ὑποκοριστικῶς· proprumque est leguleiorum; ut jurisconsultorum, 'cavere.'

14 *Tertiam*] Ridiculum. Ostendit autem Plautus, quam miser sit avarus, qui auri et servandi cura, et amittendi metu perturbatus, ne oculis quidem suis credit. *Lamb.*

19 Eu. *Nive adeo abstulisse*] Euclio addit de suo, quod a servo adhuc dici volebat. Et alioquin, etsi servilia ingenia irreligiosa fere sunt; haud putarim, id ipsum ultro ausum dicere Strobilum. *Gronov.*

20 *Ne inter tunicas*] Debent hæc connecti cum illis, *agedum exc. pallium;* et notare, Enclionem *tunicas* dicere, non *tunicam.* Jam *pallium,* vestis Græcorum exterior; *tunica,* interior: illud ἱμάτιον, hæc χιτὼν dicta. *Lamb.*

28 *Quis illic*] Quis ille, &c. Nemo erat omnino, præter Strobilum; sed homo avarissimus tuta etiam timet. *Lamb.*

32 *Socienno*] Vide notas Amphitr. I. 1. et Mil. IV. 2.

Scena V. 9 *Concessero*] Scioppius e Nonio adtexit hunc versum, *Hinc ex occulto sermones satos sublegam.*

Scena VI. 2 *Sublevit*] Prorsus mihi fucum fecit, me delusit, et pro ridiculo habuit. Tractum a genere ludi, quo dormientibus ora pinguntur, ut habet Glossa Mss. Pall. quart. Cujus rei vestigium est apud Petron. et Virgil. Eclog. VI. 22. *Gronov. Pœnissume*] Supra III. 4.

6 *Dicam*] Nota, senem non dicere, 'donem,' aut 'largiar;' sed, *dicam* aliquid boni: hoc enim fit absque sumptu. *Lamb.*

8 *Silvani lucus*] Quidam 'lucos' dictos, Servio teste, asserunt, quod ibi lumina accenderentur causa religionis. De hoc 'luco Silvani' auctor de limitibus: 'tertius Silvanus dicitur orientalis, cui est in confinio lucus positus.' Græci ἄλσος. Glossæ, *lucus.* Hesychius, ἄλση τεμένη. Sic vocant loca arboribus consita, et consecrata. Ita Latini 'lucos,' silvas religione sacras; nec poëtæ tantum, sed omnes qui proprie locuti sunt. Plinius arbores dixit religiosas, quia non omnes tales: at 'lucos' absque epitheto, quia omnes sacri, et qui 'lucus' dicitur proprie, sacra silva est. *Salmas. Extra murum*] In suburbio. *Taubm.*

Scena VII. 3 *Fac mentionem cum*] Id est, age cum eo verbis. Cistell. I. 2. 15. Observanda syntaxis. *Gronov.*

4 *Resecroque*] Religione jurisjurandi solvo. Obtestatus erat matrem Lyconides, ne eorum, quæ ipsi de Euclionis filia aliquando dixerat, apud avunculum mentionem faceret: nunc obsecrationis religione eam absolvit, rogatque, ut cum avunculo de amica colloquatur. *P. Pithœus.*

6 *Impetrassere*] Est idem quod 'impetraturum esse.' Nam sententia est: Colloquar cum avunculo Megadoro de te, et amica tua, Euclionis filia; ac quandoquidem ea a te vitiata est, spero me impetraturum ab eo, ut tu eam ducas uxorem. *Vossius.*

10 *Uterum dolet*] Neutro et masc. genere usurpabant, auctore Nonio. *Taubm.*

11 *Juno Lucina*] Mirantur eruditi, quod in comœdia palliata invocetur a

Digitized by Google

puerpera Juno Lucina. Sed injuria mirantur; et multo iniquius Terentium reprehendunt: utitur enim sermone Latino, sed qui Græcam Deam Ilithyiam exprimat. Itaque ab Horatio Carm. Sæcul. scribitur, 'Lenis Ilithyia, tuere matres.' Ex consuetudine Romana. Juno autem Lucina Diana est: 'Lucina' vero dicta, quod ejus opera partus in lucem prodeant, et lumen solis intueri incipiant. *Turneb.*

12 *Rem potiorem*] Quasi dicat: Non esse, ut argumentis multis matrem doceat, stuprasse se filiam, cum ipsa inibi sit, ut revera ostendat se vitiatam. *Gruterus.*

14 *Ut istuc*] Editt. vett. et Mss. Camer. et Pall. 3. 4. 5. 6. plane legunt, *Ut istuc, quod me oras, efficiam tibi, impetratum ab eo auferam;* nisi quod iidem omnes uno versu cuncta includant. At Pall. 1. et 2. non habent illa, *impetratum ab eo auferam*, cum glossema sint præcedentium, *efficiam tibi.* Camerarianus tamen adhuc omnia illa servat quæ comparent in vulgg. quæ certe supervacua sunt. *Idem.*

20 *Sunt comitia*] Ubi de fama et salute mea agitur. Tractum a P. R. comitiis. *Taubm.* Vide Pseud. IV. 7.

SCENA VIII. 1 *Pici divitiis*] Nonius: 'Picos, veteres esse voluerunt, quos Græc. γρῦπας appellant.' Et hi ex montibus Hyperboreis aurum effodere creduntur. Herodotus etiam γρῦπας χρυσοφύλακας memorat apud Arimaspos gentem Scythicam. *Scalig.* Vide Turneb. XXIII. 26. XXIV. 23.

8 *Duco*] Id est, descendo, demitto me sensim. *Boxhorn.* Vide Bacchid. IV. 2.

SCENA IX. 1 *Perii, interii*] Vide notas Capteiv. III. 5. 45.

2 *Tene, tene*] Furem insequentes clamabant etiam, 'prehende furem.' *Briss.*

6 *Et creta*] Elegante nitidoque et mundo vestitu cretatoque. Scribitur in homines tenuiores; quibus cum copia mutandæ togæ non esset, tamen ut nitidi et melioris fortunæ apparerent, sub dies ludorum togulam suam incretabant. *Lipsius.* Plin. XXXV. 15. et 17. Proprie dicuntur 'vestitu et creta se occultare,' qui toga candida simulant se probos et magistratu dignos. Inde Plautus transfert ad eos, qui honestate vestis mores improbos vel animum dissimulant. *Gronov.*

7 *Quid ais*] Ex abrupto ad alium, forte sibi oblatum, sermonem Euclio convertit, priori sententia nondum expleta. *Boxhorn.*

8 *Novi omnes*] Nihil hic video quod morari lectorem possit. Dicit, se scire fures esse in cavea complures; non mirandum si prius dixerit se novisse omnes. Oportet omnes noverit, qui sciret, qui fures ex illis, et qui non. Sed homo hic turbatus et quod amiserat quærens, cum et omnibus qui in cavea essent, eam sibi demonstrari peteret, cum nemo responderet, et omnes riderent, omnes se novisse ait, et fures esse complures. Non alia sententia existeret ex eorum correctione, *homines novi.* Salmasius.

11 *Tantum gemiti*] Pro *gemitus;* ut senati, &c. *Taubm.*

16 *Pati nequeo*] Id est, vivere, durare. Vide ad Senecæ Thyestem v. 470. *Gronov.*

17 *Ejulans*] Cic. Tusc. lib. II. 'Ingemiscere nonnunquam viro concessum est, idque raro: ejulare ne mulieri quidem,' &c. Horat. Epod. X. 'Et illa non virilis ejulatio.' *Lamb.*

SCENA X. 6 *Perditum ires*] Vid. Persa I. 2.

7 *Deus impulsor*] Significat Cupidinem; a quo impulsus fuit ad filiæ amorem, et ad illam corrumpendam. *Lamb.*

13 *In nervo*] Id est, ut apud te mihi laqueo, seu potius ferreo vinculo, interstringam gulam. *Lamb.*

Digitized by Google

14 *Tactio est*] Est ambiguitas in 'tangere,' quod et furari, (unde 'tagaces' pro furibus) et cum muliere rem habere significat. Horat. Sat. I. 2. 'matronam nullam ego tango.' *Passerat.* Epid. II. 2. *Meam*] Scil. 'ollam,' ut quidem Euclio sentit; 'filiam,' ut Lyconides. *Lamb.*

18 *Luce claro*] Argumentum ab absurdo, et improbabili consequenti. Sic enim legendum; non *clara*: quod et Nonius tutatur. Cic. Offic. III. 'luce claro in foro saltet.' *Lamb.*

20 *Nimis vile*] Id est, non potest satis magno emi vinum atque amor, siquidem vinum ebrio, amor amanti dant omnium facinorum licentiam et impunitatem. *Lamb.*

22 *Stultitiam*] Dicit *stultitiam*; quoniam stolida omnia, quia abest malignitas, miseranda. *Boxhorn.*

25 *Haud caussificor*] Non recuso, οὐ προφασίζομαι. *Lamb.*

28 *Quin tu*] Qui civem Romanam vitiarat, aut eam indotatam ducere, aut si hoc recusaret, capitis argui consuevit. Nec intererat, filiusne familias esset, an paterfamilias; ut testatur expresse Terent. Adelph. *Ravard.*

29 *Nisi refers*] Ἀποσιώπησις. scil. pœnas de te meritas sumam. *Lamb.*

30 *Rapiam*] Dixit, ut perturbatus; nam ad prætorem 'ducere,' et in jus 'vocare' licebat; 'rapere' non licebat, nisi ei, qui antestatus esset. *Lamb. Scribam dicam*] Γράψομαι δίκην, id est, *accusabo*; nam γράφω apud Græcos etiam *accuso* significat, id est, διώκω, κατηγορῶ. Δίκαι autem sunt κρίσεις et ἐγκλήματα. *Long.*

40 *De alia re rescivisse censeo, quod*] De hoc genere loquendi scripsimus Observat. III. 2. *Gronov.*

42 *Dic bona fide*] Jurabant et, 'per fidem,' simpliciter. Petron. 'Et, per fidem, inquam, pater, cujus hæc navis est, aut quos vehat, dicere potes?' 'Et per fidem;' id est, dic per fidem. Sanctissimum erat jusjurandum 'per fidem.' *Herald.*

45 *Neque furem excipies*] Quod Nonius explicat, 'excusabis vel celabis,' dubitant an satis proprie: ipsi malint respici ad Festi 'Excipuum.' Alius, imo ait proprie: non uteris προσωποληψίᾳ· quicunque tandem sit, quem tu furem esse cognoveris, indicabis. Recte Nonius, 'celabis:' nam qui 'recipit' vel 'receptator' est, dat locum delitescendi. Hoc autem est hic 'excipere.' Sic Cicero pro L. Manilia de Mithridate: 'Hunc in illa fuga Tigranes rex excepit, diffidentemque rebus suis confirmavit.' *Gronov.*

51 *Eccillam*] Vide Milit. III. 1.

53 *Renunciare repudium*] Remisit tibi per me repudium. *Lamb.*

57 *Quæ res tibi*] Formula precandi solemnis, qua utebantur initio rei cujuslibet gerendæ, negotiique contrahendi. *Lamb.*

62 *Si quid ego erga te*] Camerarianus, *Ut si quid ego.* Mss. Pall. *Ut quia ego*, ut et Junianus. Edd. veteres, *Ut quod ego;* et sic tres Vossiani cum Academico et Gudiano. Nec mutandum est: est enim elegans repetitio particulæ *ut*, de qua in Bacchides et ad Livium diximus. *Gronov.*

63 *Leges jubent*] Jubent enim leges eum, qui virginem vitiavit, eam aut dotare, aut uxorem ducere. *Lamb.*

67 *Quem hodie ego avom*] Genus loquendi permixtum. Vid. Epid. IV. 2. *Taubm.*

68 *Numerum cape*] Id est, accipe. *Nonius.* Tempus supputa, sc. a θεσμοφορίοις. *Taubm.*

73 *In vado*] In salute explorata et certa. Sic Terent. Andr. v. 2. 'Omnis res est jam in vado.' *Lamb.*

77 *Anu*] Staphyla.

ACTUS V.

6 *Contollam*] Id est, congrediar; nam 'contollere' valet, conferre; ut 'protollere,' proferre. *Lamb.*

Digitized by Google

8 *Quin ego illi*] Moribus receptum, ut servus interdum cum domino quasi pacisceretur in certum pretium, quod si exsolisset, liber esset. Id pretium e peculio servi, vel adventitio lucro. Sen. Epist. 80. Qui cum frugi essent, raro serviebant ultra quinquennium; teste ipso Tullio Philippica VIII. *Gruter.*

9 *Manu me mittat*] 'Manumitti servus dicebatur, cum dominus aut caput ejus servi, aut aliud membrum tenens, dicebat, Hunc hominem liberum esse volo; et emittebat eum manu,' Festus.

11 *In faba*] Ne existimes rem nihili, puta vermiculum, quem 'midam' vocant, me reperisse; sed quiddam pretiosum. *Lamb.*

21 *At scin' quomodo*] Vide notas Amph. I. 1. 200.

Joannes Meursius scenam, quæ nunc est ultima, fide codicis sui ita supplet. Quæ quidem et in editione, quam Simon quidam Carpentarius Parisiis ante sæculum procuravit, verbatim ita leguntur: ut et in Gryphii Lugdunensi, et Hervagii Basiliensi.

'Quid hic quondam pervicus addit? Non feramn' unquam,' &c. [Vid. textum nostrum.] Verum nihilominus sic etiam mutila est. Quia vero hæc comœdia, si ulla alia, frequentissime non legi solum, sed doceri agique solet; nec facile applausum mereri poterit, si ipsa solemni illo suo 'Plaudite' careat; patiamini, quæso, Persii nostri, pannum illum Bononiensem purpuræ huic Romanæ interea sic adsui, dum forte melius quid ab aliquo vestrum impetretur. Erant quidem ad manum aliorum etiam Supplementa, nec displicebant, inprimis, Joach. Camerarii, et Georgii Reinmanni, Profess. Regiom. elegantissimi certe ingenii et doctrinæ: sed quia ille Codrus a multis jam annis in Quattuordecim sedit, loco eum pellere et excitare novus ego Oceanus aut apparitor forte non debui. *Taubm.*

CAPTEIVEI.

ARGUMENTUM. 2 *Alium quadr.*] Id est, alterum Hegionis filium, Pægnium, qui postea dictus est Tyndarus. 'Alius,' pro alter. *Taubm.* *Servus*] Stalagmus vendidit Theodoromedi.

4 *Natum*] Philopolemum; nam de altero nulla spes erat. *Taubm.*

6 *Is*] Tyndarus, qui servit Philocrati. *Taubm.*

7 *Amittatur*] Id est, dimittatur. *Douza.*

8 *Et is red.*] Philocrates Pseudotyndarus reduxit et Philopolemum et Stalagmum, qui olim Philocratis patri vendiderat Pægnium. *Lamb.*

9 *Alium*] Tyndarum, eundemque Pægnium, quem putabat esse servum. *Taubm.*

PROLOGUS. 1 *Hos quos*] Constructio est, qualis illa Terent. 'Eunuchum quem dedisti nobis, quas turbas dedit!' Item Amphitr. IV. 1. 'Naucratem quem convenire volui, in navi non erat.' Ridiculum hoc est Mureto: at non aliter quoque Cicero. *Grut.*

2 *Illi*] Pro illic.

4 *Est hujus*] Tyndari.

9 *Alide*] Pro Elide. Elis Achaiæ oppidum. Sic autem restituit Turnebus: quod porrigendum est ad omnes locos, in quibus legitur, 'Au-

Digitized by Google

lide,' 'Allis,' 'Aulidis.' *Lambin.*

11 *Negat herele*] Ἀποστροφή, ad quendam obstrepentem Prologo, de ultima cavea. *Camer.*

13 *Mendicarier*] Histrio, cui obstrepitur, vocem plerunque obtundit clamando: ravi autem contracta, exsibilatur: atque ita arte histrionica deserta cogitur mendicare. Nonius, 'Mendicarier,' pro 'mendicare.' *Lamb.*

14 *Tua causa*] Ego ea de caussa, ut tu, qui in extrema scena stas, fabulæ argumentum intelligas, me rupturus non sum. *Pistor.*

15 *Ope vestra*] Id est, opibus vestris. Intelligit Quirites, quibus quinto quoque anno in lustrum ac censum civium R. nomina sua referre jus erat. *Taubm.*

16 *Accipite reliquom*] Lambinum et Douzam hic aiunt frustra esse: dici enim se nolle diutius immorari dicendis ab argumento et instituto alienis. Imo ipsi frustra fuere, non Douza. Ludit omnino Plautus in ambigua significatione *τοῦ reliquum*: quod si conjungas cum *τῷ accipite*, est id quod de argumento dicendum restat, sed quod sequitur; ita continuatur, ac si significaret æs alienum vel debitum. Sic Cicero ad Atticum: 'Maxime me angit ratio reliquorum meorum.' Plinius Epist. III. 19. 'dum reliqua colonorum minuit.' Leg. 81. D. de condit. et dem. 'vel pariatore vel reliqua habente.' Unde 'reliquari,' 'reliquatio,' 'reliquator,' in libris juris. Par lusus Cistellariæ prologo vs. 40. quem locum opportune apposuit Douza. *Gron.*

18 *Dominum*] Domini sui Hegionis filium, et ita dominum sive herum minorem, Pægnium. *Lamb.*

19 *Hic*] Theodromedes Philocratis pater. *Lamb.*

20 *Peculiarem*] 'Peculiares servos,' nuncupatos esse 'servos vicarios,' docet Tit. Popma.

21 *Hic nunc*] Tyndarus.

22 *Di nos quasi pilas*] Versant nos, et ut ipsis commodum est, male habent. 'Pilæ et effigies viriles et muliebres ex lana compitalibus suspendebantur in compitis, quod hunc diem festum esse Deorum inferorum, quos vocant Lares, putarent; quibus tot pilæ quot capita servorum, tot effigies quot essent liberi, ponebantur; ut vivis parcerent, et essent his pilis et simulacris contenti,' &c. Festus. Atque hoc illud esse arbitror, quod etiamnum in superstitibus Romanæ antiquitatis monumentis Lares Penatesque cum pilis depicti spectantur; quas in manibus gestantes versent quo pacto lubet: eoque haud dubie a callentissimo poëta allusum. *Douza.*

28 *Cum quo mutet*] Id est, pro quo recipiat. Ut Ovidius in septimo: 'Quemque ego cum rebus, quas totus possidet orbis, Æsoniden mutasse velim:' id est, quem recipere, parare, meum facere velim, vel rebus omnibus aliis tanquam mercede data pro eo. Nam in permutatione non datur tantum, sed etiam accipitur: est igitur 'mutare rem cum re,' tam accipere quam dare rem pro re. Et geritur negotium inter personas, utrimque aliquid dantes et aliquid accipientes: ideo et 'mutare quid cum aliquo homine' bene dicitur. Sic Sallustio 'mancipia et pecus mutare cum mercatoribus vino advectitio' est dare. Justino 'sexum cum matre mutasse' et dedisse et accepisse. Male igitur hic tentavere Plautum: male hæc genera loquendi aut carpserunt, aut confuderunt. *Gronov.*

30 *Inde*] Ex Elide.

32 *Filio dum parceret*] Dummodo filio suo consuleret, eumque in libertatem vindicaret. *Lamb.*

33 *Reconciliare*] Recuperare.

34 *De quæstoribus*] Urbanis scilicet, qui ærarium curabant. Ii et manubias hostium prædasque vendebant. *Lamb.*

Digitized by Google

40 *Expediet*] Explicabit, ad exitum perducet. *Lamb.*

46 *Sua sibi*] Sua ipsorum. *Lamb.*

48 *De sua sententia*] Nullis aliis in consilium adhibitis. Sic loquuntur boni scriptores, 'de consilii sententia,' 'de amicorum sententia.' *Lamb.*

51 *Cum recogito*] Sane quidam scripti, *rem cogito:* sed non omnium princeps Camerarianus. *Recogito*, sic, ut Columella lib. I. 'Quæ cum animadverterem, sæpe mecum retractans recogitansque.' Utitur et Cicero. *Gronov.*

52 *Hæc res agetur*] Non *fabula* ponitur hic sexto casu, nec *vobis nobis* est vobis nobisque. Mos comicorum, ut loquantur, quasi ea comœdia non esset, sed vera et non simulata res ageretur. Vide Observationum nostrarum in Ecclesiasticos Scriptores caput secundum. Nos, inquit, hoc repræsentabimus ornatu, voce, vultu gestuque quasi rem veram; quasi essemus illi quibus hoc evenit: vobis id erit spectaculum et ludus. *Gronov.*

53 *Sed etiam est*] *Etiam*, insuper, præterea. *Boxhorn.*

55 *Non pertractate*] Non scurriliter, aut lascive. 'Pertractare,' nostro vocabulum Venereum est. Asin. 'Osculando, oratione vinula venustula. Si papillam pertractavit.' *Scalig.* Agellius lib. IX.

56 *Versus immemorabiles*] Memoratu indigni, infandi. Cistell. II. 1.

61 *Comico choragio*] Id est, 'comico instrumento et apparatu scenarum,' Festus. Tragœdiæ enim aguntur choragio tragico; comœdiæ, comico. *Lamb.*

63 *Proin, si quis*] Totius hujus loci hæc sententia est: Proinde, si quis pugnæ spectandæ cupidus est, lites et valentiorem in se adversarium excitet. Sic fiet, ut pugnam inspectet tristem victo sibi et funestam, adeo ut omnia pugnarum spectacula deinceps odio sit habiturus. *Boxhorn.*

68 *Bellique*] Vult domi eos esse justissimos judices, et militiæ optimos bellatores. *Domi* autem *bellique*, id idem quod Terentio, 'domi militiæque,' Demostheni ἐν οἰκίᾳ καὶ ἐν πολέμῳ.

ACTUS I.

SCENA I. 1 *Nomen indidit scorto mihi*] Turnebus hoc ex loco colligit parasitos appellatos fuisse 'scorta.' Imprudenter profecto: et perinde ac si ex verbis his in Menæchmis, 'Juventus nomen indidit Peniculo mihi,' aliquis certet parasitos omnes vocatos fuisse 'Peniculos.' Uterque narrat, quid singulis ipsis acciderit; non quid universo generi: uterque refert nomen προσηγορικὸν in se uno factum esse κύριον. Illud planum ludi in ambiguo sensu τοῦ *invocatus*. Scortum invocabatur talos jacientibus in vino; ut Asinaria v. 2. 55. et Curculione II. 3. 77. At ego sicubi cœnæ nidor nares percussit, adsum invocatus. Hinc mihi facetus aliquis invocari solito nomen imposuit scorto. Locus ex Truculento, quem eodem torquet Turnebus, obscurus est et corruptus. *Gronov.*

3 *Derisores*] Id est, parasitos et palpones: nam 'ridere' et 'irridere' veteribus pro 'adulari' positum: triplexque genus parasitorum fuit, 'derisores,' 'plagipatidæ' sive 'Lacones,' et 'adulatores.' *Nonius.*

5 *Tales*] Vide Persa v. 1. Mil. II. 2. Asin. v. 2.

7 *Planius*] Scilicet sumus invocati, id est, non vocati: quia neque ad cœnam vocamur, neque in talorum jactu invocamur, &c. Ludit in ambiguo: nam, *invocatus*, est etiam ἄκλητος, *non vocatus*, et qui αὐτόματος καὶ αὐτόκλητος comparet. Ter. Eun. v. 9. 'Ut tua mihi domus Te præsente, absente pateat; invocato ut sit locus semper.' *Taubm.*

10 *Res prolatæ*] Et pro Muræna, 'rebus prolatis,' et ad Attic. lib.

Digitized by Google

VII. ‘ rerum prolatio,’ apud Cic. significatur negotiorum suspensio, et jurisdictionis silentium, vel justitio indicto belli temporibus, vel feriis et vacationibus. Lucan. in Pison. ‘ si quando judice fesso Turbida prolatis tacuerunt jurgia rebus.’ *Camerar.*

12 *Caletur*] Dictum, ut ‘ statur,’ ‘ sudatur.’ Cochlea autem alia est a testudine, ‘ limax ’ etiam dicta nonnullis. *Grut.*

16 *Rurant*] ‘ Rurare ’ interpretantur rusticari : ego, opus ruri facere, rus colere ; ut ‘ arare,’ arvum colere : hinc, ‘ rurationis Dii,’ apud Apuleium, qui operi rustico faciundo præsunt. *J. Gul.*

17 *Venatici*] Graciles, macri, ad cibum quærendum expediti. *Taubm.*

18 *Quando res redierunt*] Quemadmodum feriis res prolatæ ; ita iis exactis, rediisse, dicebantur. *Sicama. Molossici*] Sic, ‘ odiosici ’ et ‘ incommodistici,’ non sunt Latina nomina, sed a Plauto sub persona Parasiti, risus movendi caussa, a ‘ molosso,’ ‘ odio,’ et ‘ incommodo,’ ita producta. *Lamb.*

20 *Nisi qui colaphos*] Parasiti, etsi non servi, maxime tamen serviles erant, qui libertatem offa venalem habebant, ejusque gratia præter irrisum, dicteria, colaphos, etiam ollas sibi in caput confringi permittebant. Hæ ollæ cinere erant repletæ ; ut nimirum eo per totum corpus effuso, majorem risum præbitoribus suis exhiberent. *Meurs.*

22 *Portam trigeminam*] Ita dicta a tergeminis Horatiis et Curiatiis : quæ eadem et ‘ Ostiensis,’ quod per eam iretur Ostiam. *Lamb. Ad sacculum*] Sacculum locum fuisse puto extra trigeminam portam, in quo pauperes stipem mendicantes sedebant : nam extra hanc portam mendicabula pauperum fuisse, multis ex Cicerone probare possem. *Longol.*

24 *Rex*] Vide Asinar. *Potitus*] Ab hostibus captus est. Nos istam asperitatem in meliorem receptam legem emollivimus, et interpretamur verbum *potitus est*, passive : subintelligimus, ‘ vi ’ aut ‘ opera : ’ sicut χέρι subintelligunt Græci, et Sallustius. *Scaliger.*

SCENA II. 2 *Quæstoribus*] Vide notas supra Prol. vs. 34.

3 *Catenas singularias*] Quæ sunt singularum librarum. Sic ‘ ballistæ centenariæ,’ quæ saxa centum pondo jaciebant : ‘ talentariæ,’ quæ talenti pondo. *Turneb.* Lambinus *singularias* interpretatur singulares, id est, simplices, minoresque : atque has oppositas majoribus, patere ait ex sequenti, ‘ Istas majores,’ &c. Alii interpretantur singulas ; quasi dicat, non binas, sed singulis singulas.

5 *Si foris, si*] Id est sive. *Sciop.* Vide Merc. II. 2.

7 *Avis feræ*] Avis enim fera e cavea libenter evolat, neque postea redit : istam lectionem requirit responsio vs. 14. *Turneb.*

9 *Satis est*] Τὸ *satis*, conclamatum est. *Sculig.*

11 *Non videre tu quidem*] Pessime Dissaldæus, *Non vid. re re ista tu quidem.* Nihil mutandum est ; et recte Lambinus : Non videris liber esse malle quam servire ; nam istuc si velles, frugi fores, et operam dares, ut vel ventre castigato et genio defraudato comparares peculium, quo te redimeres. *Gronov.*

12 *Si non est quod dem*] Dom. Baudius, *qui dem.* Scriv.

13 *Si dederis*] Scilicet te in pedes. *Taubm. Dem tibi*] Scilicet magnum malum. Est autem mirus lepos in verbo *dare*, toties iterato. *Lamb.*

14 *Avis me feræ*] Id est, aufugiam, avolabo. *Lamb.*

15 *Ita ut dicis*] Luditur in verbis, *avis feræ consimilem facere :* quod significat, et aufugere, ut lorarius, et in caveam includere, ut Hegio accipit. Fiet, inquit, hic, ut dicis. Nam si aufugere volueris, profecto avis fe-

Digitized by Google

ræ consimilem te a me factum videbis, *in caveam*, id est, arctiori custodiæ datum. *Boxhorn. In caveam*] Manet in metaphora: intelligit compedes, custodiam. *Lamb.*

17 *Quod ego*] Referendum ad illa superiora, ubi dixit, Hegionem homines captivos commercari, si forte queat aliquem invenire, quo filium suum permutet, *Quod ego quidem*, inquit, &c. *Lamb.*

20 *Antiquis moribus*] Antiqua, et quæ ab aureo illo sæculo, habita sunt omnia meliora nostris: quia scilicet recentia a Deis propius etiam ad ipsos accedebant. Ita noster Trin. II. 2. 'antiquis vivito moribus.' *Taubm.*

21 *Cujus, &c.*] Id est, nunquam exhilaravi illum absque præmio aut mercede. *Gratiis*] Id est, gratis. *Camer.*

26 *Quæstum carc.*] Quæstum ex captivis in carcerem conjectis. *Lamb.*

28 *Huc conciliari*] 'Conciliare aliquo,' est facere ut aliquo venias. Sic 'reconciliare' est reducem facere, supra Prolog. vs. 83. et infra I. 2. 65. et III. 4. 44. *Gronov.*

29 *Carnificinam facere*] Homines excarnificare, et quæstum ex carnificina illa quærere. *Lamb.*

33 *Me juvat*] Mihi prodest: μὲ ὄνησιν. Hinc cibus ὄνειαρ appellatur a Græcis, eo quod juvet. *Lamb.*

36 *Egone non defleam*] Sambuci codex habet, *egò me non defleam?* Recte, opinor, ludit parasitus in affinitate vocum *me* et *ne*. Nam re vera, magis ille dolebat suam, quam regis sui vicem, quamvis contra vellet ab Hegione intelligi. Propterea ait Hegio vs. 49. 'huic illuc dolet, Quia nunc remissus est edendi exercitus.' Dignus parasito jocus. *Dissald.*

44 *Unicus*] Id est, unice dilectus. Græci ἀγαπητὸν dicunt. Ita unicum Hectoris filium 'Εκτορίδην ἀγαπητὸν dixit Homerus. Sic 'unicum amicum' Romani dicunt, quem plus amant ceteris. *Taubm.*

50 *Quia nunc remissus*] Verba summam ad rempublicam pertinentia ad parasiticas cœnas lepide ac ridicule detorquet. 'Remissus exercitus' dicebatur, quum cessaret maximus comitiatus sive comitia centuriata: quemadmodum 'imperatus exercitus,' quum agerentur centuriata comitia. Sic 'remissus exercitus' edendi est parasito, quum non coitur ad convivium: 'imperatus,' cum sagina cæditur, vino et victu, piscatu probo, electili, sodales inter vita colitur. Neque abhorret illud, 'qui posset tibi.' Nam et consul imperabat exercitum præconi, jubebatque eum vocare inlicium Quirites. Sic exercitus edendi parasito imperabatur quum mittebatur obsonatum, III. 1. aut fiebat cellarius, IV. 2. quum jubebatur contrahere Quirites pistorienses, placentinos, turdetanos, &c. hoc est, ex pistorum, dulciariorum, aucupum, piscatorum, scitamentis et malleis epulum parare. Vide Observat. I. 1. *Posset*, est, anderet aut vellet. Legendum autem vel *quem duxti*, vel *quem dixti*. Gronov.

57 *Pistoriensibus*] 'Pistorium,' oppidum est Italiæ. Hæc autem nomina populorum ad esculenta per jocum transfert. Sane *Pistorienses* ut habet Ms. Camer. hic etiam 'coquos' complecti videmus; nam 'coquum' et 'pistorem' apud aliquos eundem fuisse monet Festus. *Taubm.*

59 *Paniceis*] Populi a Panæ urbe Samnitium denominati: videatur Strabo l. v. *Placentinis*] Alludit ad eos, qui placentas conficiunt. Glossæ: πλακουντάριος, *placentarius*, *dulciarius*. Taubm.

60 *Turdetanis*] Significat eos, qui turdos vendunt. Vide mihi Strabon. l. III. et Comment. Is. Casauboni, qui de Turdetania, sive Bœtica, quæ Hispaniæ regio, accurate scribit. *Taubm. Ficedulensibus*] Ficedulæ, vicus Romanus. Alludit ad ficedularum venditores. *Lamb.*

61 *Maritumi*] Piscatores, qui sunt

Digitized by Google

multorum generum. *Lamb.*

65 *Reconciliassere*] Reducem facturum. Est autem infinit. modi antiqui, futuri temporis. Sic Amph. 'expugnassere,' Aul. 'impetrassere.' *Lamb.*

66 *Eccum*] Vide notas Amphit. Prolog. vs. 120.

73 *Si pauxillum potes Contentus*] 'Contentus aliquo' dicimus, non 'aliquid.' Est quidem fragmentum Ciceronis apud Nonium: 'me aut amabis, vel, quod contentus sum, diliges.' Sed ille haud dubie scripsit 'quo.' Quid si ergo τὸ *Contentus* accipiamus eo sensu, quem observavimus in Asinaria I. 1. 63. et 'esse' pro edere? ut sit, si pauxillo potes parcus contentusque vesci. *Gronov.*

76 *Age sis roga*] Quæ præcedunt et sequuntur, male intellecta interpretibus, quædam et male lecta, personæ etiam turbatæ. Hegio, quoniam suus est natalis, parasitum ad cœnam vocare velle se ait. 'HEG. Quia mihi natalis est dies.' Respondet parasitus, 'facete dictum.' Quasi diceret, Dubiumne id est, quin vocatus veniam, cum invitatus soleam sæpe venire? Non ergo multum operæ sumendum esse in se vocando. Supra dixit ideo se scortum esse vocatum, quia 'invocatus soleret esse in convivio.' Sed addit senex qua conditione enim vocatum velit, 'sed si pauxillo potes contentus esse.' Ad hæc reponit parasitus, 'ne perpauxillum modo, Nam istoc me assiduo victu delecto domi.' Hic enim versus parasito debet tribui, qui perperam Hegioni adscribitur in vulgatis. Respondet ergo parasitus se posse contentum esse pauxillo, modo ne illud pauxillum fiat perpauxillum: possum accipere conditionem cœnæ tuæ, ut pauxillo sim contentus. Perpauxillum mihi ordinarium est et quotidianum, cum domicœnio laboro. Quæ sequuntur, verba Hegionis sunt, non parasiti. HEG. *Age sis, rogo.* Age sis ergo, inquit Hegio, cum possis pauxillo contentus esse, ego te rogo ut venias. Perperam vulgo editur, *roga.* Quæ subjiciuntur, parasito dari debent, non Hegioni. Cum enim dixisset Hegio, 'Age sis, rogo,' respondet parasitus, 'Emptum, nisi qui meliorem adferet, Quæ mihi atque amicis placeat conditio magis. Quasi fundum vendens, meis me addicam legibus.' Hæc omnia parasiti sunt, quæ perperam Hegioni tribuuntur. Roganti ad cœnam Hegioni his verbis, 'age sis rogo,' respondet parasitus, 'emptum:' hoc est, res empta tibi est; ego tibi sum addictus, nisi quis meliorem conditionem adferat, quæ mihi atque amicis placeat magis. Hæc erat formula fundorum in diem addictorum. 'Ille fundus centum esto tibi emptus, nisi quis intra Kalendas Januarias meliorem conditionem attulerit, vel fecerit,' ut habetur leg. 1. D. de in diem addictione. Parasitus ergo qui se tanquam fundus suis legibus addicebat, non aliter se vendit quam sub hac conditione, ut si lautioris cœnæ spes ei non appareat, mancipatus sit Hegioni. *Salmas. Age sis, rogo*] Subscribo libens Salmasio. Hegio ait, *Age sis, rogo.* Quod accipiendum, quasi esset, Age sis, veni, rogo. Plerumque enim ista formula, 'age sis,' cum alius verbi imperativo ponitur: quod hic intelligitur. Parasitus captat argutiam in verbo 'rogo,' quasi rogasset, ut solebant in auctionibus. Epidico III. 4. 'Estne mihi empta hæc?' Et quia penes senem tristem ac prinsquam invitaret, ut parvi cibi esset, excipientem minus laute se futurum esse prospiciebat, quam apud hilaros et escæ maximæ juvenes, ob nescio quam spem aliam ambigue promittit. 'Emptum, nisi qui meliorem adferet, Quæ mihi atque amicis placeat conditio magis, Quasi fundum vendam, meis me addicam legibus.' Hoc solum addo, me

Digitized by Google

ita distingui malle, et continuari, 'emptum me addicam.' Sic in l. 41. D. de R. V. 'Si quis hac lege emerit, ut si alius meliorem conditionem attulerit, recedatur ab auctione.' Martialis II. 53. 'Cœnabis belle, Juli Cerealis, apud me; Conditio est melior si tibi nulla, veni.' 'Atque amicis,' ait, quia solebant et de re familiari amicos in consilium adhibere. 'Meis legibus,' ut Asinaria I. 3. 'Habeo, unde istuc tibi quod poscis dem, sed in leges meas Dabo.' Persa I. 2. 'atque etiam mea lege adscribitur.' *Gronov.*

78 *Meis me addicam legibus*] Meo modo et conditione utar.

80 *Sed si venturus*] Si venturus cœnatum es ad me, veni tempestive et mature. *Turneb. Hem! vel jam, &c.*] Fuit qui ex antiquæ scripturæ vestigiis, 'æmulis,' *hem mulis otium est*, legeret, hoc sensu: meis jam jumentis otium est, nec ullo occupatus sum opere. Qui, medius fidius, sensus non indignus est Plautino sale; ut parasitus de se quasi mulione loquatur. Itaque ne discedebat quidem: ac eum prope, ut discedat, cogit senex, dicens, *Imo venare leporem, &c.* Turneb.

81 *I modo*] Hunc versiculum tali modo rescribendum vel adhuc puer olim vidi, *Modo venare leporem, nunc erem tenes.* Dicit parasito senex victum suum asperum esse, proinde si velit molliorem melioremque, aliam mensam quærat. 'Eri,' hoc est, erinaceo, asperum victum suum comparat spinulento animali: mollem autem et delicatum 'lepori,' cujus pilo nihil mollius: asper victus quo apud me cœnabis, tibi paratus est: *nunc erem tenes*; si tibi displicet hic eres, leporem venare, id est, molliorem apud alium quære. Male Scaliger legebat *nunc Cirim tenes*; quod editiones nuperæ male receperunt. *Salmas. Venare leporem, nunc erem tenes*] Instar proverbii ad eos, qui conditionem parum commodam nacti, meliorem quærere jubentur: aut etiam, qui optimum se invenisse rati in multo vilius inciderunt; eoque ulterius vestigandum monentur. Ceterum non est sua laus intervertenda Jano Mellero Palmerio, qui primus sic legendum esse vidit. Propert. II. 19. 'mihi sit lepores audacia molles Excipere.' *Gronov.*

82 *Nam meus scruposam*] Alludit ad proverb. 'Terere saxosam viam,' pro eo quod est, in difficultatibus versari. *Scal.*

84 *Calceatis dentibus*] Hoc vult parasitus: Quamvis dicis victum tuum asperum et scruposum esse, non deterrebis tamen, quin veniam, et quidem cum dentibus calceatis, id est, ita munitis, ut viam illam scruposam facile conficere possint. Metaphora ducta a viatoribus, qui per saxa et scrupos ituri calceis se diligentius muniunt; cum in locis planis, nudis sæpe pedibus incedant. *Pistor.*

86 *Terrestris cœna*] Interpretatur, quod obscurius dixerat Hegio. Est autem *terrestris cœna*, quæ nihil nisi terra natum habet: quam Horatius egregie 'cœnam sine sanguine' dixit, imitatione Græca. Diphilus: δεῖπνον, ἀλλ' οὐδ' αἷμα ἔχειν. *Pet. Victor.*

87 *Curato*] Si istam cœnam parare cogitas, eam ægrotis apponito, qui tenui victu alendi sunt. *Lamb.*

89 *Subducam rationculam*] 'Subducere rationem,' est digitis seorsum et secreto putare rationem, ut appareat, quid nobis debeatur, quid nos aliis. *Taubm.*

ACTUS II.

SCENA I. 4 *Evenit*] Proprie: nam servitus, libertas, divitiæ, &c. a Lucret. lib. I. appellantur 'eventa.' *Mos bonus est*] Καλόν ἐστιν ἦθος, hoc est, πρὸς ἀνδρὸς ἐστιν ἦθη καλὰ ἔχοντος· *bene moratos decet.* Non minus differunt Latinis 'mos' et 'mores,' quam Græcis ἔθος et ἦθος, quæ et necessa-

Digitized by Google

rio a sapientibus distinguuntur. *Casaub.*

5 *Eamque herili*] Legendum et emendandum censet Lambinus, *Eamque et herile imperium ingeniis vestris lene reddere.* Hæc sententia: Et mos bonus est, lenem reddere eam servitutem, et herile imperium lene reddere, *ingeniis vestris:* quod valet, diligenter et fideliter serviendo, libenterque parendo. *Ingeniis vestris*, non sunt dandi casus, sed auferendi. *Lene* vero conjungi debet cum *herili imperio*, non *ingeniis vestris.* Boxhorn. *Eamque herili*] Simplicissimum videtur, *Eique herile imperium ingeniis vestris lene reddere.* Gronov.

7 *Oculis multam miseriam additis*] Hæc est conjectura Camerarii. Prius edebatur, *multa oculis multa misera editis.* Optimus codex et Langianus, *multa oculis multa miraclitis.* Ex hac scriptura conjiciendum. Nam quod alii scripti, *mira dicis, mira cudis, mira cuditis*, fecerunt pro captu quisque suo librarii. Vide an fuerit, *Ejulatione haud opus est: multam oculis modo irrogatis.* Habes 'irrogare multam' apud Ciceronem, Livium, nostrum in hac ipsa fabula. 'Multo' autem pro 'modo,' et vicissim in vett. codd. sæpe animadvertimus. *Gronov.*

13 *Officium quod est*] *Est*, pro 'sit,' more Plautino. *Officium* autem hic fuga est. *Taubm.* Imo 'officii' nomine captivi intelligi hi volunt omne obsequium, quod domino debebant. Dicunt autem, id præstare se posse, etiam vinculis solutos. Cur ergo vinculis non solverentur? Interim meditantur fugam. *Boxhorn.*

14 *Fingitis*] Non vulgariter dictum, 'fugam fingere,' pro moliri et struere fugam: sed honeste inprimis, et antiqua ratione loquendi. Lucill. 'Sed fuga fingitur, timido vadit pede pœnitus.' *J. Gul.*

17 *Sine his arbitris*] Scil. captivis aliis. *Lamb.*

19 *Incipisse*] Mss. *incipesse.* Veteres dicebant 'incipio,' 'incipesso,' sicut 'lacio,' 'lacesso;' 'facio,' 'facesso;' 'capio,' 'capesso.' *Meurs.* Verba in 'isso' vel αὐξητικὰ sunt, vel primigeniorum loco usurpantur: nec imitationem significant, nisi quæ a nominibus veniunt. *Vossius.*

21 *Cum, quæ*] Nihil hic difficultatis. Legitur ferme in omnibus, *cum, quæ volumus, copia est*, id est, cum eorum quæ volumus copia est, facultas est, *et ejus copiæ facitis nos compotes.* Salmas. Imo omnes scripti, *ea facitis nos*; sine τῷ *et*, sine τῷ *ejus.* Scribendum igitur, *cum, quam volumus nos Copiam, ea facitis nos compotes.* Juxta Latine 'compos aliquo' ac 'compos alicujus' dicitur. Attius: 'magnis compotem et multis malis.' *Gronov.*

24 *Arbitrari*] Id est, spectare, auribus excipere, oculis cernere. *Lamb.*

26 *Nisi astu colas*] Nisi callide tractentur.

29 *Sobrie*] Νηφαλίως, considerate. *Douza.*

34 *Vilitati*] Vitam ac salutem meam vilem et quasi venalem habere, minimique æstimare. *Carum caput*] Græcorum more, φίλη κεφαλή, vel τιμία κεφαλή. *Douza.*

37 *Dum id impetrant*] Impetrare conantur. *Lamb.*

45 *Animum ostenderunt suum*] Suam voluntatem aperuerunt, ac declararunt. *Lamb.*

47 *Oro per precem*] *Orare per precem*, est orare precando vel prece, ut Horat. dixit, 'Oratus multa prece.' *Lamb.*

53 *Memoriter meminisse*] Sic Afran. 'memoriter memini.' Sed vim horum non sensit Lambinus. Vide tu mihi notas Asin. III. 2. *Taubm.*

SCENA II. 3 *Ne quæstioni essemus*] Hoc est, ne opus esset nos quærere. *Dissald.*

12 *Ignavi fuimus*] Fortium virorum videtur, in prœliis aut vincere, aut mori: qui enim capiuntur, vix inter-

Digitized by Google

dum effugiunt ignaviæ aut certe φιλοψυχίας, notam. Atque hoc significavit Philocrates Plautinus, &c. *Muretus.*

15 *Id nescium*] Id ignoratum et incognitum dicam tibi. 'Nescius' significat, et eum qui nescit, et quod nescitur. *Lamb.* Plane ut 'dubium' dicimus et eum qui dubitat, et id de quo dubitatur. *Boxhorn.*

16 *Attinet*] Admotos tenet: scilic. Philocrates. *Taubm.*

17 *Involucre*] Leg. *involucrum*, quod interpretor linteum illud, quo tonsores solent humeros tondendorum involvere, ne vestis capilli tonsi lapsu inquinetur: ἀμόλινον vocat Plutarchus. Significat, Philocratem sine ulla accurata cura, et sine ullo pudore aut metu Hegionem decepturum. *Turneb.*

18 *Strictim*] 'Strictim tondere,' est tondere ad cutem, ἐν χρῷ κείρειν. *Per pectinem*, est paullo longius a cute interposito pectine tondere. Sic Græcis duo tondendi genera sunt, σκάφιον et κῆπος· illud strictim, hoc secus. *Turneb.* Manet autem in allegoria, ducta a tonsore. Significat vero, senem velut in tonstrina esse, ut a Philocrate omnibus modis decipiatur, strictim, et per pectinem tondendo, et admutilando, id est, non leniter, sed prorsus et penitus decipiendo. *Lamb.*

21 *Proxumum quod sit bono*] Et hic tacent. At mihi quinque scripti codices offerunt *bonum*. Quo inducor, ut suspicer, *Proxime quod sit bonum, quodque a malo longissume.* Genus loquendi in Observationibus et ad Livium illustravimus. *Gronov.*

24 *Eugepæ*] Gestientis lætitia interjectio est. *J. Guliel. Thalem talento*] Thalem, qui unus e septem sapientibus, præ hoc contemnam, et eum talento mihi addictum emere nolim: quia Philocrates scilicet multo est sapientior. *Lamb.*

25 *Ad sapientiam*] 'Ad' comparationem etiam notat; ut hic, et apud Cic. de Oratore lib. II. 'Nihil ad Persium.' Terent. 'At nihil ad nostram hanc.' *Lamb.*

27 *Illic Philocrates*] Sic eum appellat errans, cum sit Tyndarus. *Lamb.*

30 *Cum in Aleis*] Cum, ait, tam gratiosus ille sit in civitate sua, ecquid in re bene uncta est? Dixerat autem falsus ille Tyndarus, Philocratis familiam atque ipsum adeo et pollere illic plurimum, et coli maximè ab Aliis. Verum, quid caussæ arbitramur, cur hic noster 'Aleos' semper et 'Alidem' nominet, cum omnes ceteri Latini scriptores 'Eleos' et 'Elidem?' An, quod ea nomina ita elata minus nova essent Romanis hominibus, rudibus adhuc et imperitis rerum Græcarum? equidem censeo; nam neque 'Alia' fluvio Latium, neque 'Aliensi die' fasti clarius quicquam habent. *J. Gul.*

31 *Unde excoquat*] J. Douza leg. *unde excoquat sebum.* HE. *senex Quid pater? vivitne?* Sed nihil fuit immutandum. Ait, tam opimas esse opes, ut senex ex illis posset sebum excoquere. Ex mentione *senis* facta admonitus Hegio, rogat an adhuc vivat ejus pater. Sic itaque dispunge, *unde excoquat sevum senex* (hoc est, pater). HE. *quid? pater vivitne?* Dissald. Cum autem sebum, ut Nonius ait, 'fiat ex adipe ruminantium,' opinantur quidam, Philocratis patris divitias fuisse in re pecuaria. *Lamb.*

33 *Orcum scire*] Nam quicquid mortuum est, apud Orcum est. *Lamb.*

35 *Thesaurochrysonicochrysides*] Lusit, more veteris comœdiæ, in mirifica nominis compositione. Est autem hujus significatio, 'thesauri,' et 'auri,' et 'victoriæ.' Si autem scribatur *Thesaurochrysonychochrysides*, 'ungnis' erit significatio in nomine. *Camerar.* Lege *Thesaurochrysonicochrysides.* Quæ dicuntur a Philocr. meam confirmant sententiam, 'Imo edepol propter avaritiam,' &c. Nam avari est κρύπ-

Digitized by Google

τειν τοὺς θησαυροὺς' andacis et factiosi, νικᾶν δύνασθαι τῷ χρυσῷ. Erit ergo senex ille aut θησαυροχρυσονυχοχρυσίδης, aut potius θησαυροκρυψονυχοχρυσίδης, quasi qui unguli, iisque tantum non omnibus, auri sui thesaurum abscondat: nam, 'omnibus unguli,' idem est quod omnibus nervis ac viribus. Cic. Tuscul. II. *Herald.*

36 *Inditum id nomen quasi est*] Suspicor ipsi Plauto scriptum *esse*, ut alioqui solet loqui; et versum esse ὑπέρμετρον. Vide Observ. III. 9. *Gronov.*

37 *Audaciam*] 'Audacia' hic est aviditas, audacter invadens alienum. *Turneb.*

39 *Pertinax*] Id est, valde tenax. 'Pertendere' est τὸ ὑπερδιατείνεσθαι, ad verbum. Propert. 'Pertendens animo.' Plautus more suo allusit ad etymologiam veram; non enim a 'pertendendo,' sed a 'pertinendo.' *Scalig.*

40 *Quando*] Non est ea vox in Mss. Lang. et sane quid aliud est quam interpretamentum τοῦ *ubi?* Dissald.

41 *Samiis vasis*] Id est, testaceis fictilibus. Celebrata terra Samia ad figulina, omnium auctorum testimoniis: nihil autem ad aurum et argentum, quibus in sacrificiis utebantur ditiores. *Longol. Samiis*] Vide Menæchm. I. 2. 65. et inprimis Alex. ab Alexand. atque inibi Tiraquell. *Taubm.*

42 *Surripiat*] Scil. 'vasa:' si non Samiis, sed aliis pretiosioribus utatur: quo ipso apparet, nullam fuisse familiam paulo locupletiorem, in qua non essent sacrorum vasa, quibus uterentur ad rem divinam, sumptuosiora. *Guther.*

54 *Fortuna humana*] Id est, res humanas. 'Fortunam,' ait Sallust. 'plerasque res ex libidine sua agitare.' Et secundum Plin. 'Fortuna utramque paginam facit.'

63 *Est profecto*] Formula olim recepta est, qua, 'Deos esse,' exclamabant. Livius lib. III. 'Dum pro se quisque, Deos esse, et non negligere humana, fremunt.' *Brisson.*

71 *Ne patri decere*] 'Decere' junxit cum dandi casu, ut in Amph. 'Capiam ornatum qui potis decet.' Sententia hæc est: Te obtestor, Hegio, ne meæ divitiæ te faciant pecuniæ avidiorem, atque ad quæstum attentiorem; ut ne, si ita feceris, patrem meum decere videatur, tametsi unicus ei sim filius, relinquere me apud te in servitute, tuo sumptu copiose viventem, potius, quam me impenso pretio abs te redimere, ut illic, ubi minime honestum est, nempe in patria et apud notos, mendicus et egens vivam. *Lamb.*

76 *Scio ego*] Duo hic opponit Hegio: Scio quidem multos avaritia sua ditatos: sed et hoc scio, eos qui lucrum in loco neglexere, rem fecisse. *Gruterus.*

77 *Est etiam, ubi*] Est etiam tempus vel locus, &c. Sic Ter. Adelph. II. 2. 'Pecuniam in loco negligere, maximum interdum est lucrum.' Bene sententiam castigat, 'in loco, interdum.' *Taubm.*

82 *Amittam*] Suum hoc sibi quodammodo Plautus habet, ut 'amittere,' pro a se dimittere usurpet: ita Terent. Heaut. III. 1. 'prius Pecuniam omnem, quam abs te amittas filium.' Et Virgil. Æn. II. 'Quisquis es, amissos hinc jam obliviscere Graios.' *Taubm.*

84 *Privatam servitutem*] Servitus quædam privata, quædam publica. Isti servi, late sumto vocabulo, publici nominantur, qui, licet servitute liberati manuque missi fuerint, ministerium tamen publicum aut magistratibus aut sacerdotibus exhibent: qui ex libertinorum corpore plerunque sumebantur. *Faber.*

86 *Tam hoc quidem tibi in proclivi*] Hyperbole: quid enim proclivius esse potest imbri decidente? Sic Sallust. Orat. II. ad C. Cæsar. 'alia omnia in

Digitized by Google

proclivi erunt.' *Lamb.*

88 *Dum ab re ne quid ores*] Contra honestum et usum. Ita Trinum. 'ab re consulit,' id est, frustra. *Taubm.*

89 *Donicum*] Donec ille huc redierit. *Donicum* antiquum, pro donec: quo et Lucretius usus est non semel. *Lamb.*

90 *Ut æstimatum hunc mihi des*] Sic Mercatore I. 1. 'Lucrum ingens facto, præterquam mihi mens pater dedit æstimatas merces.' Paullus lib. II. Recept. sent. tit. 4. 'Si rem æstimatam tibi dedero, ut ea distracta pretium ad me deferas.' *Gronov.* *Æstimatum*] Ut, si non redierit, solvam ipse tibi quanti fuerit æstimatus. *Lamb.*

95 *Transactum reddet*] Confectum reddet. *Lamb.*

97 *Servus ex sententia*] Servus ei gratior atque acceptior. *Lamb.*

100 *Quod me esse*] Lego, *quod med esse scio erga benevolum.* Nam causam mittendi habere debeat alterius in se benevolentiam, non suam in alterum. *J. Gulielm.*

104 *Optima imo*] Sic libri optimi. Sed nec credendum Lambino, aliquid aliud dicturum fuisse Tyndarum sive Pseudophilocratem, nisi Hegio interpellasset: neque admittenda distinctio Camerarii, *Optima: imo.* Gulielmius vero quod adfert, *imo optime*, in eo duplex peccatum est. Prius, quod nescit juxta eleganter atque exquisitius particulæ aliud verbum vel vocabulum a fronte præponi. Aulular. IV. 10. 'pernego imo.' Plin. in Panegyr. 'quæso imo et obtestor.' Vide ad Livium XXXVIII. 43. Deinde quod adverbium facit pro nomine, secutus Lambinum, subaudientem etiam 'dicis.' Ad interrogationem illam, *Num quæ causa est, quin fiat*, simpliciter quidem respondebant, 'Nulla,' ut Amphit. II. 2. 223. at doctius, *Optima.* Id ortum ab religiosis veterum et ubique εὐφημεῖν gestientibus. Nam 'nihil' aut 'nulla' δύσφημα· 'nulli' enim illis mortui. Et idem efficiebat alterum: nam si optima erat causa, ut fieret, vel cur fieret, utique et erat nulla, quin vel cur non fieret. Sic Aulular. II. 2. 84. 'Sed nuptias hodie quin faciamus, num quæ causa est? Eu. Imo edepol optima.' Trinummo v. 2. 64. 'Num quid causæ est, quin uxorem cras ducam domum? C. Optimum est: licet.' Ubi sane vix est, ut non etiam scripserit Plautus, 'Optuma est.' Terentius Andria v. 4. 'De uxore, ita ut possedi, nihil mutat Chremes. Ch. Causa optima est.' Refugit enim et hic dicere 'Nihil.' Nec nimis abit illud Aulular. IV. 10. 42. 'Dic bona fide, tu id aurum non surripuisti? Ly. Bona. Eu. Neque scis, quis abstulerit? Ly. Istuc quoque bona.' Ejusdem εὐφημίας est, quod in discessu interroganti, 'Numquid vis?' malebant respondere 'Recte,' quam 'Nihil.' Terentius Eunucho II. 2. 50. 'Rogo, numquid velit?' 'Recte,' inquit, 'abeo.' Cui simile in Hecyra III. 2. 'Quid tu igitur lacrumas, aut quid es tam tristis? Pa. Recte, mater.' Et Plauti in Mercat. II. 3. 'Unde incedis, quid festinas, gnate mi? Ch. Recte, pater.' Et tamen hoc 'Recte' sensu eodem est quo 'Nihil:' nimirum in primo, Nihil volo, nisi vos recte rem gerere, recte se omnia habere. Aut adeo in omnibus: Recte omnia se habent. Donatus in Hecyram: 'Sic dicimus, quum sine injuria interrogantis aliquid reticemus. Alii 'Recte' sic accipiunt, ut intelligant, Nihil est mali.' Sic in formula SC. per discessionem: 'Qui hoc censetis, illac transite: qui alia omnia, in eam partem, qua censetis.' 'His verbis,' inquit Festus, 'præit ominis videlicet causa, ne dicat, 'Qui non censetis.'' Hinc intelligitur, quod est in Casina. II. 6. 58. 'Cur omen mihi vituperat?' De quo ad illum locum. *Gronov.*

107 *Collaria*] 'Collaria,' sive 'collare,' vinculi genus, quo collum ad-

Digitized by Google

stringitur. Lucillius lib. XXIX. 'Cum manicis, catulo collareque, ut fugitivum, Deportem.' Tum 'collus' et 'collum' dixisse veteres, docet Nonius.

108 *Gratia ea gravida est bonis*] Scribitur in libris, *gratia ac gravida est bonis*, non *gratia ea gravida est bonis*. Nos ex vestigiis antiquæ lectionis scribendum putamus, *Quod bonis bene fit, beneficium gratia ac gravitas 'st bonis*. Id est, id gratum ac grave est bonis. Id alio loco, totidem ferme verbis et iisdem expressit. In Persa IV. 5. 11. 'Si quid bonis bene fit, esse idem et grave et gratum solet.' Istic dixit, gratia est et gravitas est bonis, cum ipsis bene fit, id est, gratum et grave habent. Ubi grave ponitur pro pretioso, nam quæ ad pondus dantur, quo graviora eo majoris pretii. Unde apud Symmachum, 'in gravi donó habeo.' Quibus autem gratum et grave beneficium quod acceperunt, solent et iidem operam ponere, ut se gratos ac memores testentur, parem referendo gratiam. *Salmas. Gratia ea gravida*] Ignoro libros, in quibus sit, *gratia ac gravida*, præter editionem primam Parei, in qua cum id reprehendisset Gruterus, respondit alter operarum esse mendum. Nec possum capere, *beneficium est gravitas*. Nihil melius vulgato, quicum consentiunt scripti, et id ita explicandum: *Quod beneficium bonis bene fit*, id est, recte atque opportune confertur, *ea gratia*, id est, ob id gratia, *est bonis gravida*, impensa, plena. *Gronov.*

SCENA III. 8 *Utroque, &c.*] Vide notas Epid. III. 2. 35.

11 *Ea*] Sc. 'ratione,' seu, ob eam causam. *Lamb. Tuopte*] Dandi casus est. *Douza.* Sed uterque Lamb. et Douza falluntur. Ne dubita, quin scripserit Plautus, *Tu tibi a tuopte ingenio prodes plurimum.* Vera phrasis Plautina est. Trucul. IV. 3. 'ab ingenio improbus est.' *Boxhorn.*

16 *Qui me*] Hellenismus; nam Latino more dixisset: Qui, quid ego rerum hic agitem, et quid fieri velim, omnem rem patri meo illuc ordine perferat. *Lamb. Qui me quid rerum*] Recte Lambinus, et nugatur, qui τὸ *me* conjungit cum τῷ *perferat*. Enallage accusativi est frequentissima Plauto et aliis scriptoribus. Vide ad Senec. de Benef. IV. 32. *Gronov.*

20 *Si non rebitas huc*] Si non redeas huc. 'Betere' antiquum, hoc est, ire: tunc 'rebitere,' 'perbitere,' 'præterbitere,' hoc est, redire, perire, præterire. Pacuvius in Medo: 'Si resto pergit iter: tum si ire conor prohibet betere.' *Nonius.*

25 *Ut adhuc locorum feci*] Ut usque ad hoc tempus feci. *Lamb.*

30 *Benevolentem*] *Benevolum.* Usitata vox Plauto, ut et Terentio. *Lamb.*

33 *Facile memoria memini tamen*] Intelligitur, 'etiamsi nihil dicas.' Male, *memini a me:* male Tyndaro datur τὸ *tamen*, tanquam intelligatur, 'dicendum fuit.' Quasi non post paullo, 'gessisse morem in tantis ærumnis tamen.' Et sic Plautus centies. *Gronov.*

36 *Quæ memini*] Memorem mones: qui autem memorem monet, moratur eum quem monet, et tempus frustra conterit. *Lamb.*

38 *Quam primum poteris*] Lege *poterit*, scil. 'pater.' Quamprimum poterit, remittat. *Boxhorn.*

40 *Meus mihi*] 'Præterea nemo dicendo consequi possit, quantum referat ad voluptatem, existimare aliquid esse proprie suum.' Aristoteles Polit. II.

56 *Med erga*] Pro erga me.

61 *Istic pol*] Notandum loquendi genus. Hoc autem vult: Centum partibus magis a me laudari meritus est, quam ego ab eo laudor, seu laudatus sum. *Lamb.*

65 *Magis non*] Ordo est, *Non magis possum factum velle*, id est, non magis possum cupere id effectum reddere, quod dico, quam re enitar, ut

Digitized by Google

fiat. *Lamb.*

66 *Testem laudo*] Id est, nomino. Nonius, qui hunc locum profert. Agell. II. 6.

74 *Ignores*] Id est, asperneris, et quasi ignotum negligas. Sic Amphitr. IV. 4. ' Quem omnes mortales ignorant et ludificant.' *Douza.* Vide notas ibid.

76 *Tuque te pro libero*] Ne tu te pro libero geras, qui liber non es, et me, qui pro te pignori oppositus sum, deseras. Vide Sticho, IV. 1. *Lamb.*

79 *Fac fidelis*] Nonius tantum habet, *Fac fidele : cave fluxam fidem feras.* Obiter nota, posterioris ævi scriptores ' fideles ' substantive servos suos vocasse : uti homo in Pandectis est servus. Lampridius, ' per fideles suos quæsivit.' *Fluxam*] Instabilem. *Casaub.*

81 *Inveni*] Et illud, *inventum inveni*, intelligit de filio Hegionis, qui eatenus quidem inventus erat, quod sciebat pater, ubi serviret, sed nondum receperat. Quasi dicat : Inveni eum, qui jam ex parte inventus est. *Pistor.*

82 *Per dexteram*] Pacta quæ veteres rata esse volebant, per dexterarum complicationem stabiliebant, in signum fidei. *Lamb.*

84 *Hoc age*] Quasi dicat : Erecto et intento animo in eam curam unice incumbe ; nec perfunctorie aut oscitanter age, quod agis. *Taubm.*

87 *Et tua et*] Et tua Hegionis, et tua Philocratis. *Lamb.*

89 *A trapezita*] Id est ex trapezitæ area, sive penes eum fuerit pecunia deposita, sive ab eo mutuum sumserit. Sic Cic. pro Flacco ; ' Pecuniam opinor numeratam tibi esse non abs te.' Idem ad Attic. v. ep. ult. ' Homines non modo non recusare, sed etiam hoc dicere, se a me solvere : quod enim prætori dare consuessent, quoniam ego non acceperam, se a me quodammodo dare.' Noster Curc. v. 2. 20. *Gronov.*

90 *Syngraphum*] ' Diploma,' per quod liceat Pseudotyndaro, belli tempore, ire in Elidem. *Lamb.*

94 *Si Diis placet*] Si Dii approbant, Diis volentibus. Interdum εἰρωνικῶς usurpatur. *Lamb.*

95 *Dubitavi*] Proinde ac si dicat : Stultus fui, qui dubitavi ; nullo enim pacto dubitare debui, hos captivos emerem an non emerem. *Lamb.*

97 *Apparebo*] Comparebo domi : hinc ' apparitores,' qui semper apparent : sive ' apparituram faciunt,' ut loquitur Sueton. ' magistratibus.' Unde *apparitores* in vett. Glossis exponuntur ἀποδεικταί· εἰσὶ δὲ ὑπηρέται τοῖς ἄρχουσι προσεδρεύοντες ἐκβιβασταί. Faber. Præsto ero. *Gloss. Mss. Pl. Boxhorn.*

100 *Amittam*] Absolvam, expediam ; sumpta a trapezita pecunia, quam tibi dem in viaticum. *Lamb.* Dimittam. *Boxhorn.*

ACTUS III.

SCENA I. 4 *Oculos effodiam*] Lucem eripiam : tralatio est. *Lamb.*

5 *Malignitate oneravit*] Ita omnes homines reddidit in me illiberales et malignos. *Lamb.*

6 *Jejuniosiorem*] Magis jejuniosum, seu majore jejunitate tenuem atque inopem : vocabulum risus gratia usurpatum. Ut autem Aulular. I. 2. cum totas ædes inanes significare vult, ait ' plenas esse inanitate ;' ita hic hominem a cibo inanem denotans ridicule ' fame effertum ' dicit. *Taubm.*

8 *Resident esuriales*] ' Residere ' et ' sedere,' interdum est quiescere, et a rebus agendis supersedere : quod feriis et festis diebus licebat : hinc ' resides,' &c. *Resident* igitur *esuriales ferias*, dixit Plautus, pro eo quod est, agitant ferias, quæ Esuritioni sunt dicatæ : quod nihil aliud est, quam quiescunt et cessant ab edendo et bibendo. *Turneb.*

9 *Ilicet parasiticæ*] Imperfecta ora-

Digitized by Google

tio. In crucem ire jam licet arti nostræ. *Camerar.*

10 *Ridiculos*] *Ridiculus, γελωτοποιὸς,* qui risum captat. *Nannius.*

11 *Laconas*] Jocatur de solemni verberatione puerorum Laconicorum. *Camerar. Imi subsellii*] Viri imi subsellii sunt, qui sedent in ima parte subsellii, non prima. Apud Cicer. Epist. III. 9. 'res longi subsellii' dicitur, quæ multis indiget, qui deliberent: possunt enim in longo subsellio multi sedere. *Turnebus.*

12 *Plagipatidas*] Legendum est *Blagipatidas, βλαγιπατίδες.* Plautus ita appellat Lacones, quod *βλαγίδες,* id est, *οὐλὰς, ἕλκη, ὀνείδη, κηλῖδες,* hoc est, cicatrices, convitia, verbera, ulcera flagellaque paterentur: hæc enim omnia significat *βλαγὶς. Longol. Quibus sunt verba, &c.*] Proverb. olet. Est autem 'penus' omne id, quo vescuntur homines, et quod intus reconditur: unde 'penitus,' 'penitrare, 'penates,' id est, Dii interiores, et qui in adito penitissimo coluntur: unde et 'penetrales' dicti. *Taubm.*

13 *Requirunt*] Esum vocant. *Lambin. Qui libenter*] Qui, cum jucunde comederint, revocent eos, a quibus bene accepti sunt. Cicer. de Finib. II. 'Negat eum bene cœnare, qui omnia ponat in voluptate,' &c. *Lamb.*

15 *Aperto capite*] Id est, sine pudore; confidenter. Contra, *operto capite, ἐγκαλυψάμενος.* Et bene dixit, *aperto capite;* talia enim loca probrosa: operiebaturque caput. Quare non recte noster Douza hic substitnit *laniones;* neque tam probrosum sane adire macellum. Sed ringitur parasitus, quod jam omnia per se agant adolescentes, neglecta ipsorum opera. *Gruter.*

17 *Teruncii faciunt*] Id est, flocci faciunt. 'Teruncius' a tribus unciis dictus, inquit Varro.

20 *Quis ait? hoc*] Id est, huc. Dixerat parasitus, Quo imus una ad prandium? ideo tacentibus illis, quos rogarat, adjicit, Ecquis audet dicere, 'Huc,' id est, ad me eamus? Usitata in illa re adverbia, 'huc,' aut 'hic.' Menæch. 'numero huc advenis ad prandium.' Mostell. 'Hic apud nos hodie cœnes.' *Guilelm. Quis profitetur*] 'Profiteri prandium' esse promittere notat Guilelmius. Sane 'profiteri artem' et 'promittere artem' eadem res est. Sed nescio quomodo displicet illud 'profiteri prandium.' Magis etiam, quum id confirmat loco Ciceronis Philip. II. 'Ut igitur intelligeretis, qualem ipse consul profiteretur, objecit mihi consulatum meum.' Hæc verba exstant cap. 5. sed editum invenio, 'qualem ipse se consulem profiteretur.' Nec verbo meminit Ille se corrigere aut in scripto invenisse, ut videntur memoriæ vitium. Censeo, abstineamus hoc genere loquendi: in Plauto autem *quis profitetur?* intelligamus 'se' aut 'nomen.' *Gronov.*

21 *Neque me rident*] *Προσγελῶσιν ἐμοί.* Eodem modo Virgil. 'qui non risere parentes.' 'Ridere parentes,' est ridere ad parentes; ut infantes, quibus blandiuntur nutrices. *Scaliger. Atque illi abnuunt*] Continuo nutu capitis significant, se nusquam cœnatum ire. *Lamb.*

22 *Dictum*] 'Dicta' sunt joci. Lucan. in Paneg. 'patiuntur dicta jocorum.' Varro 'dicteria' vocavit. *Taubm.*

23 *Menstruales epulas*] Loquitur de cœnis quas sufficiebant promiscue Romani, singulis calendis. *Longol.* Quæ mihi in mensem satis essent. *Lamb.*

24 *De compacto*] *Compacto,* (vel *compecto,* scribendi ratione tunc tralatitia, a 'compeciscor') *ἐκ συνθήματος* merum Latium. Usus Livius V. 11. et Cicero ipse ad Att. X. 13. *Lipsius. De compacto geri*] 'De compacto rem gerere,' et 'compacto rem agere,' infra vs. 29. dicitur de duobus pluribusve eodem prorsus modo loquen-

Digitized by Google

tibus aut agentibus, ita ut aut convenisse inter eos antea, quid agerent, appareat, aut certe convenisse videatur. Livius dicit etiam eodem significatu, 'ex composito,' lib. III. Virgilius vero simpliciter 'composito.' *Gronov.*

25 *Irritatum*] 'Irritare' non ab ira, ut quidam putant, simplici scribentes litera, sed venit ab 'irrire;' quod canum est, cum ringi incipiunt. *Passerat.*

26 *Dentes ut restringerent*] Est leviter riderent: risuri habitum figurarent, sic ut labellis disclusis dentes ostenderent. Quintil. Decl. XII. 'Inter horrorem ac famem restrictis labris morsus abrupimus.' Appuleius in Apologia: 'Ne qua visatur tetra labes sordium, restrictis forte si labellis riseris.' *Gronov. Restringerent*] 'Restringere' est aperire, et quod constrictum erat, laxare; ut hic 'restringere dentes:' quod irritati canes, dum ringuntur, faciunt. *Turneb.* Ita et Casaub. notat, τὸ re in multis esse modo ἐπιτατικὸν μόριον, modo στερητικόν. *Taubm.*

29 *Velubro olearii*] Sicut ii, qui oleum vendunt, communi pacto et pretio id vendunt. 'Velabrum' locus Romæ juxta Aventinum montem, vel a 'velando,' quod viam ad hippodromum ferentem e foro, velis in ipsis ludis obtendere solebant, vel dictus a 'vehendo;' nam olim paludibus Aventinus mons a reliquis erat disclusus. Hoc loco prostabant omnia, quæ ad victus rationem, et delicias pertinebant. *Lamb.*

32 *Barbarica*] Id est, Romana. Innuit autem eam, quæ a Q. Vario lata est in eos, qui in remp. conspirassent, consilio inito, quo populum Rom. vita et victu prohiberent. *Camer.*

34 *Irrogabo multam*] Si honestior esset persona, quam ut eam rapi in jus conveniret, diem ei dicebat, eamque, promissa pœna, quam 'multam' Plautus appellat; datisve, ni prædia possideret, vadibus, vel pignore, dimittebat. *Rævardus.*

37 *Si ea decollabit*] Scribendum esse *decolabit*, quod est, delicuerit, defluxerit, effluxerit, elapsa est, ut infra loquitur, multis ostendimus ad Liv. XXVII. 17. *Gronov. Decolabit*] 'Decolare' natura sua est activum, idemque quod per colum transmittere, sed intelligitur hic pronomen 'se:' sic igitur 'spes decolat,' nempe se ipsam, quæ defluit, interit, sublabitur. Varro de R. R. I. 2. 'Duo videntur spectasse Itali homines colendo; possentne fructus pro impensa ac labore redire, et utrum saluber locus esset an non. Quorum si alterutrum decolat, et nihilo minus quis vult colere, mente captus est.' 'Decolat,' id est, deficit. Sic noster Casin. II. 4. 28. 'Si sors autem decolassit.' Quod interpretatur ipse II. 6. 47. 'Ista in sortiendo sors deliceuerit,' id est, liquefacta fuerit. 'Decollare' Cæcil. apud Noninm, pro, de collo deponere: 'Habes, vide, tibi tradidi, in tuo collo est, decolles cave.' Et 'decollare' pro capite truncare, seu cervices præcidere, apud Senecam et Suetonium huc nihil pertinent. *Gronov.*

SCENA II. 1 *Bene rem gerere*] Salutationis genere expressit Græcum modum χαίρειν καὶ εὖ πράττειν. *Taubm. Bono publico*] Hoc eo dicit, quia audierat, Philocratem summo loco natum: et idcirco non solum sua, sed etiam reipub. interesse, eum suis reddi. *Lamb.*

3 *Restitando*] Dum ipsi crebro consistunt.

5 *Eminebam*] Vix videri poteram; ita me pæne obrutum et sepultum quasi detinebant. *Taubm.*

8 *Inde illico revortor domum*] Videtur distinguendum: *Inde illico revortor: domum, postquam id actum est, eo.* Neque enim etsi brevius hæc dici potuissent, ideo plebeia μακρολογίᾳ sic

Digitized by Google

quoque dici non posse necesse est. Tale, quod in Livio notarunt veteres: 'Legati non impetrata pace retro, unde venerant, domum reversi sunt.' *Gronov. Eo: Protinus*] Aut Plautus sui hic oblitus, leges œconomiæ migravit: aut illa duo sunt additamenta audacissima: *Inde illico revortor domum*, et *inde abii*: cum in nullis etiam editt. appareant. Lego itaque: *rogo syngraphum. Datur mihi: illico dedi Tyndaro: ille abiit domum. Postquam id actum est, eo Protinus ad fratrem, mei ubi sunt alii captivi.* Acidal.

Scena III. 1 *Cum me fuisse*] Quem auctores εὐφημοῦντες volebant dicere 'mortuum,' dicebant, 'vixit.' Ut Cicero de Conjuratis: 'vixerunt.' Virg. Æn. II. 'fuimus Troës, fuit Ilium.' *Passerat.*

2 *Segregant spernuntque*] *Segregant* est velut interpretamentum verbi subsequentis. Nam 'spernere,' disjungere et segregare est. Ennius: 'Melius est virtute jus: nam sæpe virtutem mali Nanciscuntur: jus atque æquum se a malis spernit procul.' *Douza.*

4 *Neque exilium exitio est*] Quasi dicat: Neque ullus locus est, quo profugiens possim exitium declinare. Paullo post 'fugam' dixit, quod hic 'exilium.' *Lambin.* Ego legebam, *auxilium exitio est.* Quasi dicat: Nullum præsto est auxilium, quo minus in exitium ruam. *Dissaldæus.* Dicit Tyndarus: Præsentissimum certissimumque exitium se ubique locorum manere; cupere se illud quasi in exilium mittere, in ultimas terras deportare, et procul a se amandare; sed non posse, adeoque haud dubie sibi esse pereundum. *Boxhorn.*

6 *Mantellum*] Genus pallii aut velamenti. Varro vocat 'mantelium,' quasi 'manuterium' χειρόμακτρον. Etiam apud Athenæum χειρόμακτρον est genus velamenti. Sic Latine 'mantelium' et 'mantile' ad tergendas manus. *Scalig. Mantellum*] 'Mautum' dixere Latini veteres, quod Græci μαρδοκὴ, *amictum.* Est enim ἡ μαρδοκὴ περίβλημα ὁμοίον τῷ καλουμένῳ φαγνώτῃ, ut ait Pollux, *amictui similis ei, qui vocatur pænula*, unde 'chlamys mantuelis' apud Trebell. Poll. Claudio. Est ergo 'mantellum,' diminutivum, proprieidem quod palliolum, velamentum, amiculum. Vocabulum 'mantum,' cum diminutivum magis placeret, sprevit cito vetus Latinitas. Sed recentior resumsit, unde apud Isidor. 'Mantum, quod manus tegat tantum: est enim breve amictum.' Postea 'mantellum' confuderunt cum 'mantili,' id est, mappa, qua vel manus ad mensam tergentur, vel ipsæ mensæ sternuntur, eaque est recepta significatio. Varro de L. L. lib. v. 'Mantellum, quasi manuterium, ubi manus tergentur.' Hoc ἔτυμον magis ab usu illius ævi, quam a proprietate vocis depromtum. Sed nihil impedit, quo minus et hic de stragula mensaria accipiatur. *Gronov.*

Scena IV. 5 *Quam periisti e patria tua*] Utinam prius vitam perdidisses quam patriam, et in hostium non manus, sed gladios potius ipsos incidisses. *Siberus.* Etiam jurisconsulti dicunt eos periisse patriæ, qui capti sunt, vel exules. *Taubm.*

6 *Qui ex parata re*] Omnia composita conturbas. 'Imparati,' 'parati,' passim etiam Tacito dicuntur, qui jam impares aut pares sunt defensioni. *Boxhorn.*

7 *Occisa est*] Id est, interiit, et desperata est hæc res. *Lamb. Atrocem*] Festus: 'Atroces appellantur ex Græco: quia illi ἄτρωκτα appellant, quæ cruda sunt: sive 'atrox' dicitur ab eo, quod nihil timeat.' *Scalig.*

18 *Qui sputatur*] Plin. x. 23. et xxviii. 3. disertissimis verbis monstrat, 'epilepsiam' eum fuisse morbum, qui insputabatur. Ego sum ejus sententiæ, id fecisse priscos hac in re, quod faciunt hodie in plerisque regi-

Digitized by Google

enibus, ut ubi epilepticus vel occurrit, vel morbus nominatur, sputum emittatur, tanquam hujuscemodi conspuitio ad avertendam a sese morbi perniciem conferat. Neque vero simile videtur, vel in ægrotantis faciem, vel alio pacto adversus ipsum conspuitionem faciendi consuetudinem extitisse. *Mercurialis.*

19 *Ultro*] V. N. Amph. I. 1.

21 *Ut qui me*] Mss. Lang. non habent *ut*: et hic sane male feriatur. *Qui*, hoc est, cujus caussa. *Dissald.*

23 *Quibus insputari*] Argutatione sua usque adeo Hegioni persuaserat Tyndarus, Aristophontem comitiali morbo laborare, ut ille jam bono animo Aristophontem esse juberet; posse eum sola insputatione sanari: ad quæ verba servus: Bene loqueris, inquit, et verum est, quod hic sputo curentur homines caduci: nam et æque apud nos in Alide idem est eidem morbo remedium. *Gruter.*

25 *Concedi*] Tutissimum est ei cedi. *Lamb.*

29 *Haud vidi*] V. N. Amph. II. 2.

30 *Alcmæo*] Tres insanos nobilissimos commemorat: quos eodem modo sibi dicit sodales esse, atque istum. At illi nullo modo fuerunt: neque igitur iste. *Lamb.*

37 *Vera*] Id est, qui ea quæ vera sunt, convincas vanitate ac mendaciis tuis. *Douz.*

42 *Quem patrem*] Idem sonat, atque si scriptum esset, 'Patrem non habet:' additur ratio: quia servus est. *Mercer.* Hoc autem eo pertinet, quod jure civili nulla sit servilis cognatio. *Lamb.*

46 *Non equidem me Liberum*] Huic loco optima interpretatio accedet ex vs. 59. ubi ait Tyndarus, 'Pergin' servom me exprobrare esse, id quod vi hostili obtigit?' Non ait Tyndarus se esse liberum, quia sit in servitutem redactus, sed fuisse. Certe liber natus fuerat, et postea reperietur Hegionis filius. Sed ludit etiam altero ambiguo, potest enim intelligi, 'non dico me esse liberum, sed me esse Philocratem:' et 'non dico me, sed Philocratem esse liberum.' *Dissald.*

51 *Bonis*] Id est, divitibus et beatis. *Douza.* Ita 'bona' dicuntur opes. Nata autem est ea loquendi ratio ex opinione vulgi, in amplissimis opibus ac possessionibus summum bonum constituentis. *Boxhorn.* Vide Trinum. II. 4.

53 *Aliquid pugnæ edidit*] Aliquid jam machinatus est. *Lamb.*

59 *Exprobrare*] Ὀνειδίζειν. Etsi pari jure habebantur servi bello capti, atque ii qui vernæ essent: hoc illis tamen quasi miseriæ suæ solatium ac levamen erat, quod exprobrare servitutem non liceret: cum id ipsum minime honestum existimarent. *Meursius.*

62 *Ardent oculi*] Nam, ut iratis, ita et insanis ardere oculi solent: nec mirum; cum 'ira sit furor brevis.' *Lamb.*

64 *Atra bilis*] Vide Menæchm. v. 2.

65 *Atra pix*] Qua cruciabantur sontes et malefici. Lucret. 'Verbera, carnifices, robur, pix, lamina, tædæ.' Vid. Mercat. III. 4. *Lamb.*

66 *Deliramenta*] Vide Amphit. II. 2.

72 *Adbites*] Vide notas supra II. 3. 20. Et Epid. I. 2.

78 *Ut verus hodie reperiare Tyndarus*] Ut vapules, quemadmodum servi vapulare solent. *Lamb.*

80 *Nugas ludificabitur*] Id est, Nugator ludos faciet. Scio, 'nugas' capi posse 'nugax:' malim tamen 'nugas' seorsim poni, ut subintelligatur, 'egeris.' *Acidalius.*

81 *Neque pes unquam*] Vide Asin. III. 3.

82 *Ornamenta absunt; Ajacem*] Hunc cum vides, inquit, Ajacem ipsum vides. Ornamenta tantum absunt Ajacis. Hoc uno excepto quod

Digitized by Google

non ornatus est nec indutus, ut Ajax, cetera Ajaci similis est. Quid sint ornamenta histrionum vel personarum comicarum tragicarumque, neminem latet. *Salmas.*

84 *Inter sacrum saxumque sto*] Id est: In præsentissimo atque inevitabili periculo sum, quod dicant alias 'inter malleum et incudem.' Ubi scilicet quod est, fieri non potest, quin feriatur. 'Sacrum' est hic idem, quod sacrificium, victima; 'saxum,' quo victima feritur ex antiquissimo veterum more. Liv. I. 24. 'Id ubi dixit, porcum saxo silice percussit.' Nam porcus hic pro sacro est, seu victima. *Gronov.*

92 *Nullam causam dico*] Non recuso. *Lamb.*

93 *Deliquio siet*] 'Deliquio, deliquionis,' idem quod 'deliquium,' ut 'obsidio, obsidionis' et 'obsidium,' 'æstimio, æstimionis,' et 'æstimium' pro æstimatione. Et sic alia sexcenta. *Salmas.* Robertus Stephanus in tertio casu accepit: et putat Siberus dictum ut illa: 'Est mihi bono, fraudi, exitio.' *Turnb.*

95 *Fui*] Verum dicit imprudens; est enim Hegionis filius. *Lamb.*

99 *Si recte facias*] Sic Cic. pro Rosc. Amer. dixit, 'si recte fiat,' pro, si officio fungatur. *Lamb.*

103 *Quin quiescis dierectum*] Quid sit 'dierectum' quæritur. Frustra quæritur in Latino solo hujus vocis origo et significatio, quæ Latina non est, sed plane Græca, ut multas usurpatas a Plauto constat, ut 'prothymiam,' 'tympanotribam,' 'mastigiam,' et alia infinita. Nam 'dierectum' dixere pro 'diarectum.' Sic 'patenam' ex ταπάνη fecere. Sic 'remulcum' pro Græco ῥυμουλκὸς, una littera mutata; et 'pincerna,' qui Græce est ἐπικίρνας, 'thensaurum' scribebant pro 'thesauro,' ex Græco θησαυρός. Ita ergo 'dierectum' scripsisse pro 'diarectum,' hoc est, διάῤῥηκτος. 'Abi dierectus,' idem quod ἄπιθι διάῤῥηκτος. Quod uno verbo apud comicos, διαῤῥαγείης, ut sæpe apud Aristophanem occurrit. Hinc 'dierectum' pro corde disrupto, 'lien dierectus' disruptus. Quod ἐλάχιστος μέσος in N. Test. id ipsum Græcis διαῤῥαγῆναι, διάῤῥηκτον εἶναι. Quo referendum est, et illud 'rumpantur ut ilia Codro,' et disrumpi, 'disrumpor miser,' διαῤῥήγνυμαι. Inde etiam dicti 'dierectarii' portarum effractores, fures et θυρεκκλίκται, ut vocantur in Glossis, quod fores διαῤῥήκτους facerent. Vel quia Græcis διαῤῥήκτης, id est, *effractores*, qui Latinis inde dicti sunt 'dierectarii' pro 'diarrectarii.' Sic qui Græcis σύμμαχοι, Hygino appellantur 'symmachorii.' Qui Græcis παράβολοι, Latinis 'parabolarii.' Qui ὀρχηστόπλοι, et aliis ὀπλαρχήσται, 'orciatoplacii,' et alia ejus generis. Dierectarii igitur sunt διαῤῥήκται, sive *effractores*. *Dierectus*, διάῤῥηκτος. Ita et *diatretum* Latini ex Græco sumpsere διάτρητον. 'O quantum diatreta valent,' Martiali. Pro 'dierectarii' perperam in Glossis scribuntur 'derectarii' et 'directarii.' A 'dierecto' venire illam vocem, vel Glossæ testantur, quæ etiam κατάῤῥατος interpretantur: *Derectarius*, θηρεκκλίκτης, ἐπειστηδατὴς, κατάρατος. Nam sæpe pro κατάρατος, usurpatur hæc vox, 'abi dierecte,' εἰς κατάραν, vel κατάρατος, utpote disrumpi dignus. *Salmasius.*

108 *Deruncinatus*] A 'runcina,' quæ serræ genus est, ut censent critici; ῥυγχάνη Græcis: verbo non inscita translatione sed vere comica usurpato. *Turneb. Deartuatus*] Id est, per artus concisus. *Nonius.* Bosius, διεμελίχθην.

110 *Vide sis*] Sitne hoc certum et exquisitum. *Lamb.*

117 *Morientur*] Hoc satis explicat, cur 'ulmorum Acheruntem' dixerit Amphitr. IV. 2. quasi virgarum orcum et necem. *Turneb.*

119 *Ut vos custodiam*] A contrario

Digitized by Google

sensu; ut 'custos carceris.' Asin. *Taubm.*

122 *Putamina*] 'Putamina non solum arborum sunt, verum omnium rerum purgamenta; nam quicquid ex quaque re projicitur, putamen appellatur.' *Nonius.*

125 *Lignatum*] Senex castigando Tyndaro lora clamat: (nam servis puniendis lora poscebantur) illi autem joco, quasi ambigentes, ad lignationem referunt; nam et lignatum ituri ferebant securim et lora. *Lips.*

SCENA V. 3 *Sartorque*] 'Sartores' non modo a 'sarciendo,' sed et a 'sarriendo' dicti sunt. *Nonius.*

5 *Occant*] 'Occatio' satis demum frugibus locum habebat. Hinc occationem, 'occæcationem' veteres ex nominis veriloquio interpretabantur, quod ea occæcarentur frumenta, hoc est, sub terra operirentur et occultarentur. Hanc statim sequebatur 'sarritio,' jam enatis frugibus. *Salmasius.*

7 *Decet innocentem*] Similia sunt Amphitr. II. 2. ubi notas vide; et Pseud. I. 5.

14 *Deartuavistique*] In articulos dissecuisti: διεμέλισας. *Bosius.*

15 *Confecisti*] Ita, 'conficere argentum,' Terent. dixit; et 'patrimonium conficere,' Cicero: id est, perdere, decoquere, lacerare, consumere. *Passerat.*

30 *Ponere*] Pro exponere. *Douza.*

31 *Acherunti*] Adverbium; ut *Karthagini.* Lamb. Sententia est: Facito ergo tu, ut apud Acherontem celebreris laudibus. *Taubm.*

32 *Peritat, non interit*] Id est, non separatur prorsus a vivis, sed remanet in fama hominum.

33 *Exemplis*] 'Graves pœnæ, quæ possunt ceteris documento esse, 'exempla' dicuntur.' *Donatus.*

34 *Sutelas*] Glossar. *Sutela, κακοβαφία.* V. N. Amph. I. 1.

35 *Vel te interisse*] 'Interire,' est ex quacunque causa occidere et emori: 'Perire,' casu vel infortunio; ut igni, fame, naufragio. Itaque 'interire' generalius est, et majorem vim habet, quam 'perire,' quod aliquando significat evanescere et extenuari, spe decidere. 'Perire' hic exponitur 'mori,' sed morte violenta. *Aus. Popma.*

36 *Interduo*] 'Nihil interdare,' usque deque facere est, καὶ ἀδιαφορεῖν. Rud. II. 7. Trinum. IV. 2. *J. Gulielm.* Sed tamen et 'interdico' interpretor οὐδὲν διάφορον ποιοῦμαι, ἀδιαφορῶ. *Scalig.*

42 *Æque melius*] Comparativum pro absoluto. Terent. Heautont. 'Cui æque audivisti commodius quicquam evenisse?' Act. IV. 2. 47. *Taubm.*

59 *Custodem*] Id est, pædagogum. Hor. I. Sat. 4. 'Dum custodis eges.' 'Herus major' hic est, Theodoromedes, Philocratis pater.

60 *Novitium*] Servus novitius, est servus rudis, et ministeriorum omnium servilium imperitus, qui opponitur veteratori. Cic. in Pis. 'Syrorum nescio quem de grege novitiorum.' *Lamb.*

61 *Perdocere*] Id est, persuadere. *Douza.*

63 *Gratiam istam*] Gratia, ἡ χάρις, beneficium cujus gratia comes. Terent. Hecyr. III. 3. 'Hanc gratiam sibi uti des rogat.' *Passerat.*

64 *Crassas*] Id est, duplices, non singularias. *Douza.*

65 *Latomias*] Id est, lapicidinas: quæ alioqui sine adjectione, carcerem significant: a latomiis Syracusanis. *Turneb.*

66 *Effodint*] Pro effoderint. *Camer.* At hoc nulla analogia potest defendi: scribo, *effodent.* Veteres 'fodare' pro 'fodere' extulisse testatur Festus. *Meurs.*

67 *Cotidianus*] Lego, *cottidiano.* Solens priscis sine additione dicere 'hesterno,' 'cottidiano,' 'anno,' 'horno,' 'postero:' et vere adverbiorum

Digitized by Google

in morem. Tacitus, ‘ Postero, cum ad eosdem cruciatus retraheretur.’ *Lips. Sesquiopus confeceris*] Id est, octonos et quaternos lapides effoderis. Est enim hic numerus ἡμιόλιος, id est, *sesqui ad octo*. Cam.

70 *Perduis*] Sententia aperta. At Hegio aliovorsum hoc verbum accipiens, obtestationem Aristophontis eludit responso ex ambiguitate, quæ verbo ‘ perdideris,’ subest, jocum aucupatus. *Douza.*

71 *Nervo*] ‘ Nervus ’ hic pro vinculo aut compede ponitur. *Lamb.*

80 *Ne qui deterius*] Ne qua ratione deterius cum illo agatur, quam cum his qui pessime habentur. Eodem ergo plane modo cum eo agi vult, quo cum pessimis. Alii dicerent, *Ne qui melius huic sit, quam cui pessume est.* At Hegio, quia, *ne melius*, mollius aliquid mitiusque significat, maluit dicere, *ne deterius*. Boxhorn.

82 *Stat tuo periculo*] Servus enim cum damno et periculo domini moritur. *Lamb.*

85 *Minitas*] Pro minitaris.

86 *Vale atque salve*] Hæc conjungebant veteres, discedentes ab iis, quos nunquam visuri essent. Quin ita ‘ salvere ’ et ‘ valere ’ mortuos jubebant. Virg. Æneid. XI. ‘ Salve æternum mihi, maxime Palla, Æternumque vale.’ *Lamb.*

92 *Vis hæc*] Veteres cum vehementius et violentius vel arctius tenebantur, pellebantur, trudebantur, exclamare solebant, *Hæc vis est.* Sic C. Jul. Cæsar peti se videns pugionibus, ‘ Ista quidem vis est,’ clamat. *Turneb.*

93 *Phylacam*] Φυλακὴ, *carcer*. Vide Aululur. III. 5.

94 *Documentum dabo, ne quis*] Vide hac de antiqua elegantia, quæ scripsimus Observ. IV. 11. *Gronov.*

96 *Quod absque hoc esset*] Id est, quod nisi hic esset, videlicet Aristophontes, qui mihi patefecit Tyndari et Philocratis fallacias. Sic sæpe noster loqui solet, item alii comici. Terent. Phorm. ‘ Nam absque eo esset, Recte ego mihi vidissem, et senis essem ultus iracundiam.’ *Lamb.* Vide Mènæchm. v. 7.

97 *Offrenatum*] ‘ Offrenati dolis ’ sunt, qui veluti capistro ori injecto dolis devincti quolibet ductantur. Sic Apul. lib. VI. ‘ Hunc (de Cerbero loquens) offrenatum unius offulæ præda, facile præteribis.’ *J. Guil.*

105 *Quasi in orbitatem*] Sic mihi omnes liberi pereunt, quasi eos produxerim, non ut liberis essem auctior, sed ut orbus viverem. *Lamb.*

108 *Exauspicavi*] Jocus ab auspiciis tractus. Auspicium itineris huc faciundi mihi e vinculis ductum est: et ita malo auspicio huc veni: quare ad vincula merito redeundum est. *Lamb.* Dic potius, allusum ad disciplinam R. ubi domi repetebantur a ducibus auspicia, si quid male cessisset publice. Et hoc ‘ redauspicari ’ dicebant, Græci μεταυσπήσασθαι. *Taubm.*

ACTUS IV.

SCENA I. 6 *Nam vel prodesse*] Potentis hominis est facere utrumque. Notum est illud, ‘ Servare potui; perdere an possim, rogas?’ *Lamb.*

7 *Oneravit*] ‘ Onerare,’ copiam non modo mali, sed et boni significat. *Boxhorn.*

8 *Sine sacris*] Id est, sine sumtu. Sacra enim familiaria, quæ pecuniam, id est, hæredem sequebantur, aliquo cum sumtu fieri necesse erat. *Lamb.* Soli cives Rom. habebant sacra hæreditaria ex lege XII. Tabb. SACRA. PRIVATA. PERPETVA. MANENTO. qua cavebatur, ut pater filiusque hæres eadem sacra colerent. Unde cum de potestate filius exibat, non amplius paternis sacris astringebatur. *Popma. Aptus*] Id est, adeptus. ab ‘ apiscor.’ *Douza.* Vide Epid. v. 2.

12 *Conjiciam in collum*] Veteres

Digitized by Google

Græci et Romani subligaculis, uti nos hodie, extra stadium aut scenam non utebantur; itaque illi pallium, hi togam ad calceos demittebant. Quod si quid illis, qui navi et actuosi haberi volebant, diligentius faciendum esset, vel pallium ponebant, vel in humeros rejiciebant. Atque hic est fere servorum habitus in Comœdiis. Pallium sane Græci hanc ipsam ob causam, ut expeditiores essent, belli tempore deponebant; ut Romani togam. *Casaub.*

13 *Æternum cibum*] 'Æterna' dicuntur, aut quæ revera talia, ut Dii; aut quæ voto talia facimus, ut Principes; aut quæ effertissima, uberrima ac prope inexhausta sunt, ut cibus, hoc loco. *Boxhorn.*

Scena II. 7 *Senex ductus*] 'Ducitur' enim qui decipitur: qui alterius ad libidinem huc illuc circumducitur. *Gruter.*

9 *Collecto*] 'Pallium collectum' opponitur 'fluido.' Hoc otiose deambulantium est; illud eorum, qui gnaviter et celeriter aliquid acturi sunt. 'Colligere' dicuntur res suas, qui cupiunt esse expediti. *Boxhorn.*

11 *Eminor*] Palam, vel pro meo jure minor: sic dictum 'eminor,' ut edico, quod est vs. 23. *Lamb.*

13 *Ore sistet*] Ad eum modum, quo in Curcul. dixit, 'capite sistet.' *Boxhorn. Pugilatum incipit*] Brachia jactat, quasi pugilatu certaturus. *Taubm.*

16 *Ballista*] Duplex instrumentum priscis, quo in hostes emitterent, et jacularentur: altero, tela vel grandiores sagittas, altero lapides et saxa. Id prius 'catapultam' dixere veteres, hoc posterius 'ballistam.' Plautus hoc ipsum discrimen palam hic ingerit. 'Pugnum' enim suum, qui rotundus, cum lapide ballistario comparat; 'cubitum,' qui longior, cum telo catapultæ; ita dico, 'telo:' nec aliter in his versibus utraque vox capienda, quam pro eo quod catapulta emittitur, aut ballista. *Lips.*

17 *Tum genu*] Sententia est: Non tantum mihi pugnus et cubitus, et humerus sunt, quibus valeo, sed præterea etiam genu; quod ad quemcumque jecero, id est, quo quemcunque impetiero, ad terram dabo. 'Jaci' dicuntur, quibus alios aggredimur, ut 'oscula,' 'manus,' 'genua.' *Boxhorn.*

18 *Dentilegos*] Dentes ex ore excutiam; ita ut eos in terram decussos, e terra tollere et colligere necesse habeant. *Lamb.*

25 *In ventrem sumpsit*] Vino et epulis calens ac repletus, potius ex ventre, quam animo et fiducia virtutis, adeo confidens ac minax est. *Boxhorn.*

26 *Impensior*] 'Impensus' heic valet, farctus: quomodo 'impensa,' farctura. *Meurs.* Quod olim majorem pecuniarum numerum in cella Dei reponerent. Festus ait 'impensam' vocatam fuisse eam pecuniam; quod nondum esset pensa, sed tantum stipata. Unde factum, ut quævis stipatio et farctura diceretur 'impensa.' *Scaliger.* Ms. Camerarii legit *imperiosior*, id est, *φορτικός*· quod retinendum censet Salmasius.

27 *Scrophipasci*] Scrophas pascentes: 'scropha' sus fœmina. *Lambin. Furfure*] Pro, crassiori farinæ recremento. *Vossius. Furfuri*] Pro *furfure*. Cic. in versu: 'parti miscetur in una:' mutato *e* in *i* longum. *Camerar.* Vide Menæchm. II. 3.

30 *Ex ipsis dominis*] Lepide minatur se id facturum dominis, quod juxta nexum orationis facturum quis putaret suibus. *Grut.*

31 *Basilicas*] Quicquid splendidum, magnificum, et imperiosum erat, Græci *βασιλικὸν* dicebant. *Longol.*

34 *Quadrupedanti*] Turnebus XXVI. 29. 'Quadrupedare,' inquit, de quadrupedibus dicitur. Vide Virgil. *Taubm. Crucianti canterio*] 'Crucians canterius' Ausonio dicitur 'caballus tripes,' et 'claudicans,' et 'ærum-

Digitized by Google

nosus,' et 'ruptus tergа verbere:' quales sunt plerumque, qui ad machinas molarias damnantur. *Scalig.*

35 *Subbasilicanos*] Homo ἀγόραιος est, qui totos dies forum conterit, quemque oratores et comici appellant ἀγορᾶς περίτριμμα. Latini veteres 'hominem ordinarium,' teste Festo; vel 'subrostranum,' ut Cic. Glossarii auctor paulo aliter, *Basiliciarius*, μαλακὸς, ἀγόραιος. Notum est in basilicis judicia Romæ, præsertim centumviralia, celebrata fuisse. *Casaub.*

36 *Surpiculis*] 'Surpicula' vel 'surpiculum,' canistri genus, a sirpando, id est, ligando dictum. 'Sirpare' a *sirpo*, σχοίνῳ, ex quo omne πλέγμα fiebat: unde quæstiones obscuræ 'sirpi' olim Latinis, Græcis vero γρίφοι dicebantur: quod ut γρίφοι erant πλέγματα ἁλιευτικὰ ex sirpo; ita etiam ex sirpis nassæ piscatoriæ, dicebantur 'sirpiculæ.' *Scalig.*

39 *Duplam agninam dant*] Queritur hic parasitus carnem agninam frequentiorem esse vervecina, apud laniones, et duplo plures agnos cædi quam verveces. Parasiti qui ventri tantum implendo operam dabant, præferebant vervecinam agninæ. Agnina, ut tenerior, haud adeo saburrando abdomini idonea est ventripotantium parasitorum. Præterea agnina etiam carior. Et male hic adnotant docti a veteribus despicatui habitam agninam et vilissimam fuisse. Ut commendarent agninam lanii, verveci sectario indebant nomen Petronis, quia nimirum dura esset ac responsaret dentibus vervecina. Petrones duri hominis est, asperi, ut et rupices. Lanii verveci sectario indebant nomen petroni ob duriciam carnis, et cædundos agnos crebrius locabant quam verveces, adeo ut duplam agninam venderent præ simpla vervecina, hoc est, duplo plus agninæ venderent, quam vervecinæ. Quod huic parasito displicet. *Duplam agninam dant*, id est, venalem habent, præbent. Sic paulo ante, 'qui præbent populo pisces fœtidos,' id est, venales exhibent, vendunt. *Salmas.*

40 *Petroni*] 'Petrones,' rustici a petrarum asperitate: qui et 'Rupices:' item 'Varrones,' a 'varris,' qui stipites sunt non dolati, præduri ac enodes. Ita Festus et Scalig. 'Sectarii' epitheton aptandum non 'verveci,' sed 'petroni.' Nec 'sectarius' uspiam reperitur pro eo cui ablati testes; est potius admissarius qui gregem init, qui femellas passim sectatur: veluti miles Plauti dicitur 'consectari qua mares qua feminas.' *Gruter.*

43 *Edictiones ædilitias*] Vide Hist. Fori Rom. Fr. Polleti III. 2. *Taubm.*

44 *Agoranomum*] Vid. Rud. II. 3.

46 *In portu cibus*] Non est legendum, *in portu cibu' est.* Sed sic distinguendum: *Tantus, ventri commeatus meo, adest in portu cibus.* 'Cibum' enim vocat per ἐπεξήγησιν, quam vulgo appositionem vocant, commeatum ventri suo. Neque intelligit alium quam Philopolemum, a quo per omnem vitam (hoc enim est 'æternum' IV. 1. 13.) cibum sperabat. Priscianus 'cibus' quarta declinatione secundo casu accipit. *Gronov.*

52 *Vel assulatim*] Id est, minutatim. *Nonius.* Assulatim foribus exitium afferre Plauto in Mercat. dicitur, facere foribus assulas. *Scalig.*

54 *Fortuna quod*] Ludit in verbo ambiguo, 'respicere.' Jubes, inquit parasitus, me ad te respicere, quod Fortuna tibi non facit; nam tibi, qui me properantem moraris, certe irata est: quin pugnis, cubito, humeris, caput tibi comminuam, dentesque excutiam. Alludit autem ad ædem 'Fortunæ respicientis,' quæ Romæ juxta templum Jovis Victoris erat: quam Cic. de Legg. II. commemorat, et Plutarchus. *Lamb.*

61 *Exigam omnes*] Loquitur tanquam de veste: ut corpus humanum vestis est animi, eumque ægrum ma-

Digitized by Google

culis, id est, pallore, illuvie, rugis prodit. 'Exiguntur maculæ' e vestibus, quum a fullonibus subiguntur ventes. *Gronov.*

63 *Ingentem*] Terentius Eunuch. III. 1. 'Magnas vero agere gratias Thais mihi? GN. Ingentes.'

67 *Feculis*] Velim hic non foculos significari, sed 'focula,' quæ sunt (ut Non. docet) nutrimenta. Plaut. Persa, 'intus fumant focula.' Omnium tamen maxime velim legi, *coculis:* et vascula ænea ad coquendum apta intelligi. Omnia enim vasa coquendi caussa parata, 'cocula' dicuntur, teste Isidoro et Festo. Plautus, 'Æneis coculis mihi excocta est omnis misericordia.' *Lamb.*

70 *Scis bene esse*] Scis laute te accipere, si habeas unde sumtum facias. Vide Most. III. 2. et Menæchm. III. 2. *Ophthalmia*] Piscis ab oculorum magnitudine sic dictus. Plinius 'oculatam' vocat; alii 'melanurum.' At Turneb. carnem oculis vicinam oculosque interpretatur, quo modo carnem capitis Lucillius dixerit 'cephaleam.' *Lamb.*

71 *Horæum*] Salsamenti genus ex pelamide pisce. Vide Apicium X. 5. Dicuntur ab 'horæa,' non a tempestivitate, sed a Veris tempore: quod tum salsamentum istud fieret. *Turneb.* 'Scomber' piscis est, ex quo garum optimum fiebat, *τριγὼν* piscis, qui Latinis *pastinaca marina* dicitur. *Cetum*] Majores pisces 'cete' sive 'cetos' appellant et Græci et Latini. *Lamb. Mollem caseum*] Recentem, vel pinguem.

75 *Victi*] Affer ad me ventrem non fastidiosum, sed victu quotidiano contentum. *Lamb. Victi*, pro victus.

79 *Nihil sentio*] Vide Epid. IV. 1.

80 *Non es in senticeto*] Non est mirum, te nihil sentire: non enim es in loco sentibus obsito. Jocus. *Lamb.*

81 *Vasa tibi*] V. N. Aulular. II. 3.

82 *Proprium*] Id est, tuum, nam aliena Diis immolare nefas; vel saeris accommodum; ut habeat scil. omnia insignia hostiæ necessaria. *Pius.*

87 HE. *Tuo arbitratu*] Ita Ms. Camer. et ludit parasitus ambiguitate verbi 'patior:' 'mulieres' enim 'pati natas' Seneca ait. *Grut.*

90 *Nunc tu mihi places*] Non *places* est placeris: nec legendum, *Non tu mihi places:* nec sunt hæc verba Hegionis. Parasitus dixerat se emptum Hegioni, nisi quis meliorem afferret. Eandem quæsierat III. 1. et quæsitum iturum amplius se dixerat in portu: quæ si spes decolaret, tum demum se recepturum ad Hegionis cœnam asperam. At quam aliam quæreret invento in portu Hegionis filio Philopolemo? *Nunc ait, tu mihi places*, hoc est, nunc aliam conditionem nullam circumspiciam: nunc nihil vereor, cœnam hic fore asperam aut victum tuum scruposam commeare viam; nam et ille non nolet, et tu ei indulgebis ut possit me lautius alere. *Gronov.*

94 *Celoce*] Fulgent. 'Celox, genus naviculæ modicum, quod bamplum dicimus.' Vide notas insuper Asinar. II. 1.

95 *Alium*] Id est, Eleum. *Lamb.*

97 *Saturitas*] 'Saturitas' parasito edaci omnium Deorum est instar. *Idem.*

98 *Condec. nomine*] Et ita me semper faciat saturum. Imo faciat, ut dici possim Saturio.' *Idem.*

99 *Et genium meum*] Parasiti, divites sub quorum clientela essent, 'Genios suos' nominabant. *Meurs.*

100 *Alidensem*] Polycratem. *Μὰ τὸν Ἀ.*] *Per Apollinem.* Quod Græci jurantes, *Μὰ, νὴ*, præponunt, id Romanis erat *ME* et *E*, Mecastor, Medius fidius, Mehercule, Ejuno, Equirine, Ecere, Epol, Ecastor. *Scaliger.*

101 *Νὴ τὸν Δόρυν*] Necessario scribendum cum Camerariano, Langianis, Palatinis, et quinque nostris *Νὴ τὸν*

Digitized by Google

Κόρων· nam alioqui nullus est transitus ab Apolline ad urbes. Sed τὰν Κόραν dat occasionem commodam: id enim sequitur prius jusjurandum, ut ἡ Κόρη est Proserpina, Dea Deum. At hanc sequitur τὴ τὰν Πραινέστην, quasi prius intellexisset Coram urbem. *Gronov.*

102 Πραινέστην] Hæc Præneste, et reliqua quæ sequuntur nomina civitatum Campaniæ sunt.

104 *Barbaricas*] Pro Italicas; nam 'Barbari' dicebantur antiquitus omnes gentes, exceptis Græcis, Festus.

106 *Sedulo*] Id est, sine dolo: bona fide. *Nonius.*

108 *Boius est*] 'Boia' accipiendum pro collari: cum tamen, qui hoc dicit, vellet accipi, tanquam si dixisset, ipsum Gallum cum Galla cubare. Notum enim Boios esse Gallos. Glossar. *Bos, βοῦς: Boi, ἑτερόωτοι οἱ γάλλοι.* Est etiam in verbo *terit, αἰσχρολογία.* Propert. III. 11. de Cleopatra, 'Et famulos inter fœmina trita suos.' *Scalig.*

110 *Bonan' fide*] Erat etiam affirmatio et jusjurandum, 'Bona fide.' Nos tamen hodie, nisi appellato numine, sacramentum non putamus: nam sequitur mox, 'sancte cum jurem tibi?' *Turneb.*

111 *Iterum gnatus*] Antiqui vocarunt 'natales' omnes dies, propter aliquam lætitiam insignem, sibi solemnes. *Casaub.*

116 *Mantiscinatus*] Alii codices scripti, *mantissinatus*, aut *manticinatus*. Unica littera mutata scribendum, *nisi panticinatus probe ero*. Id est, nisi pantices probe implevero. A pantice 'panticinari.' P, B, et M, in veteribus sæpe invicem permutantur, ut genus vasis modo 'bascanda,' modo 'masconda' in libris scriptum reperitur. Præterea quibus ignotum erat verbum 'panticinari,' potius voluerunt facere, legendo 'manticinari,' quasi a mantica. 'Pantices' sunt intestina. Virgilius in Catalectis, 'noctuque solvit pantices.' Apud Martialem, 'pantices' sunt intestina, 'Quod cum panticibus laxis et cum pede grandi.' Inde ergo verbum 'panticinari,' pro 'pantices' implere et saginam cædere. *Salmas. Fusti*, pro fuste.

SCENA III. 2 *Collos*] Collus in masc. gen. dicebant veteres. *Taubm. Tergoribus*] Turneb. leg. *tegoribus:* et ita est in Paris. nam apparet veteres non tantum 'tergus,' sed et 'tegus' dixisse. Quia vero neque sic loci difficultas tollitur, Lamb. suspicatur legi posse, *pecoribus*.

4 *Absumedo*] Vocem finxit ab 'absumo,' non multum a 'sumine' discrepantem, in paronomasia leporem quærens. *Lamb.* 'Sumen' autem contendunt dici quasi 'sugimen:' ac proprie in suibus, quo suilla ubera continentur. Jam delitias et ganeam a suibus peti solitas. *Taubm. Callo*] 'Apri' a veteribus in conviviis æstimabantur; cujus 'lumbus' omnibus aliis partibus ejus præponebatur: hunc Plautus et Cato 'aprugnum' vocavere, cujus tenera duritiei commendata ipsi etiam 'calli' nomen dedit. Propter quod etiam Horatius 'longa ova' extollens, 'callosa' nuncupavit, tanquam compacta illa teneritudo in omnibus ciborum generibus et dentibus et palato valde grata sit. *Mercer.* Var. Lect. II. 22.

5 *Porcinariis*] Iis, qui porcinæ carni præfecti sunt. *Lamb.*

7 *Ad præfecturam*] Solebant enim præfecti in suis præfecturis jus dicere. *Pollet.*

8 *Pendent indemnatæ*] Non ceperunt interpretes ignorantia formulæ juris 'lite pendente.' Accessit et qui 'indemnatas,' innocentes, suspensas, et tamen nulla judicis sententia ad laqueum aut suspendium damnatas interpretaretur. Proprie 'pendent indemnati,' quorum lites sunt pendentes: qui non quidem innocentes, sed accusati et nondum per-

Digitized by Google

acti sunt rei. Suet. Domit. 9. ‘Reos qui ante quinquennium proximum ærarium apud pependissent, universos discrimine liberavit.’ Quintilianus Inst. VII. 5. ‘Cum ex præscriptione lis pendet, de ipsa re quæri non est necesse.’ Cum igitur dicit, *quæ pendent*, simpliciter accipit, ut solent suspensæ in carnario esse pernæ: cum addidit *indemnatæ*, loquitur de illis, ut reis, continuata ἀλληγορίᾳ· inceperat enim, ‘et jus dicam larido.’ Plin. Epist. IV. 9. ‘Accusatus est sub Vespasiano a privatis duobus: ad senatum remissus, din pependit.’ L. XXI. D. de accus. ‘Capitis reus suspenso crimine causam dicere non prohibetur.’ Ubi male Gothofredus: non habita ratione criminis. Cicero pro Cluentio, ‘Hærebant in tabulis publicis reus et accusator.’ Ceterum scripti fere *ibo ut præfecturam*: Angl. *ibo in præfecturam*. Lege, *Nunc ibo in præfecturam, ut jus dicam larido*. Nam *ire in præfecturam*, quemadmodum *ire in provinciam*. Τὸ *ut* autem hic necessario poscit sequens *ut feram*. Gronov.

Scena IV. 4 *Quasi lupus esur.*] Admonet me hic locus versuum e sexto Satyrarum Ennii, quos ob elegantiam adscribam ex emendatione Mureti Variar. XIX. 7. ‘Quippe sine cura, lætus, lautus cum advenis, Exsertis malis, lupino exspectans impetu, Quam mox alterius obligurrias bona. Quid censes domino esse animi? pro Divum fidem! Dum ille cibum tristis servat, tu ridens voras.’

7 *Glandia*] Plin. II. 37. ‘Tonsillæ in homine, in sue glandulæ:’ quæ et ‘glandia’ dicuntur, sive ‘glandula.’ Glandulæ sunt in cervicibus, ideoque per glandia, seu glandulas, cervices hic significari puto. *Lamb.*

8 *Modiales*] Modii unius capaces. *Pius.*

9 *Possentne seriæ*] Ac si quis ‘orcas’ nostrates, id est, ‘cados salsamentarios’ (*fleischtunnen*) ad focum admoveri postulet; quasi integrum bovem pariter, Herculis βουφάγου in morem, primo velut pedatu absumturus. *Douza.*

10 *Armarium*] Turneb. *Armarium* hic interpretatur promptuarium, e quo promitur cibus: at Lambinus locum, in quo nummi reconduntur. Vid. Epid. II. 3.

12 *Dicam ut sibi*] Hoc est, siquidem volet aliquando genio suo indulgere, censeo illi aliud penum quærendum parandumque. Nam parasitus totum carnarium deturbaverat, et aulas, et calices confregerat, et cellas omnes refregerat, et omnia denique, quæ ad genium lepide curandum valent, conturbaverat. Hæc vulgo male accipiunt interpretes, cum sarcinosis illis commentariis. *Salmas. Si sese uti volet*] *Sese uti* non est se ipso uti, vel sibi esse utibilis, non genio indulgere, sed quasi esset *si sese eo volet uti*. Τὸ *sese* παρέλκει, ut plurimis locis apud Plautum: perinde foret *si uti volet*, si quod in posterum penum habere. Non voluptates, sed usus tantummodo necessarios significat. Neque id ignoravit Lambinus, qui diserte: ‘*Penu* subintelligendum, ut intelligamus antique dictum: si volet se uti penu, pro, si volet uti penu.’ Sed blandiente ingenio alteram explicationem falsam addidit. *Gronovius.*

ACTUS V.

Scena I. 4 *Quæ*] *Quæ*, referendum ad totam orationem. *Lamb.* Sed Acidal. hunc versum, ut indignum Plauto, aut delendum censet, aut ita emendandum, *Quas, dum te carendum hic fuit, sustentabam.*

5 *Hunc*] Stalagmum.

8 *Hoc! Satis*] Sic Mss. et editi, nisi quod Camerarius τὸ *Hoc* delevit. Gruterus putat sic belle distinxisse. Placeret magis, *Hoc* (*satis jam audivi Tuas ærumnas, ad portum mihi quas me-*

Digitized by Google

morasti.) *Hoc agamus.* Quasi sit, Hoc, hoc, inquam, agamus. Nisi corrupta ea vox ex interjectione, *Oh! satis jam audivi.* Qua in hac ipsa fabula jam bis usus. *Gronov.*

10 *Tecum*] Id est, tibi. *Douza.*

20 *Pretium*] Id est, mercedem. Sic Terent. Andr. 'Ego pretium ob stultitiam fero.' *Lambin.*

24 *In lapicidinas*] Ita Ms. Camer. etsi tamen prius videbatur habuisse *lapidicinas:* quomodo adhuc servant Pall. 4. priores, ut notat Gruterus. Ita Heraldus contendit perpetuo legend. *lapicidinas.* Gloss. *Lapidicinæ,* λατομία. *Lapidarius,* λατόμος. *Taubm. Compeditum condidi*] Compedibus vinctum conjeci. *Lamb.*

27 *Libellam*] Libellam argenti, id est, assem. Cic. Accus. II. 'si unam libellam argenti dedisset.' Id. pro Rosc. dixit, 'ad libellam debere:' quod Horatius, 'ad assem.' Quando minimam pecuniam significare volebant, 'assem' et 'libellam' dicebant. V. N. Psend. I. 1. 96.

31 *Interibi ego*] Interea ex hoc verberone Stalagmo volo 'erogitare,' id est, rogando extorquere. *Taubm.*

Scena II. 3 *Neque frugi bonæ*] Rittershus. e Ms. Eystadiensi, quem cum Fr. Modio contulit, versum hic inserit talem: *Atque ubi ego fui in lapicidinis bonus vir, neque bonæ frugi: Neque ero, &c.*

8 *Quod ego fatear*] Credisne fore, ut me ejus pudeat, quod fatear, sc. me recte nunquam quicquam fecisse: cum tu id dicas? *Lamb.*

9 *In ruborem*] Jocus. Quos pudet, rubore suffunduntur; et qui loris cæduntur, etiam rubent sanguine. *Lamb.*

10 *Imperito*] Ironia, quasi dicat; Experiendo jam pridem didici, quam sis plagosus.

11 *Tandem ista aufer*] Id est, eum sermonem omitte. *Boxhorn.*

Quid fers] Quid in animo habeas. *Douza.*

13 *Bene morigerus*] Id est, fuit impudicus, et aliorum libidine obsecutus est; sed nunc exoletum et grandem natu non decet. Hegio ergo illa, *ut vis fiat,* ad spurcitiem adolescentis Stalagmi traxit. *Lamb.* Vid. Cistell. IV. 1.

18 *Pauca effugiam*] Ἀπροσδόκητον servilis joci in periculo.

Scena III. 5 *Peculiarem*] V. N. Asin. III. 1. 36. et Scenam hanc sequent. vs. 16.

14 *Argumenta loquitur*] 'Argumenta loqui,' vel 'eloqui,' pro signis, indiciis, ex quibus deprehendi conjectura veritas potest. Amph. v. 1. 35. Sic 'res exquirere argumentis,' Rud. IV. 4. 136. id est, indagare, investigare. *Gronov.*

18 *Plus minusque feci*] Plus mali, minus boni. *Lamb.* Hæc fuerunt in mente Pœno illi, cum scriberet Phorm. 'Ne quid plus minusve faxit, quod nos pigeat postea.' *Plus minus,* πλεῖον ἢ ἔλαττον in quibus rebus omne vitium intelligitur. *J. Gutielm.*

20 *Ornatus haud ex suis*] Ita Muretus, Lips. et Acidalius: ex mente Hegionis, qui filium suum non proinde, ut meritus esset, acceptum indicat. Placet et Grutero: quamvis legat Ms. Cam. *audax suis virtutibus:* et olim cusi, et Pallat. *audax suis viribus.*

Scena IV. 1 *Acherunti*] Veteres, ut melius in officio continerentur homines, et a sceleribus absterrerentur, cruciatus infernales, quos imminere iis credebant, in tabulis depingebant, ut quasi præsentes intuerentur. *Meurs. Acherunti*] Id est, apud Acheruntem, in inferno, vel Latinius, apud inferos. Dictum autem est, ut 'ruri,' 'Carthagini.' *Gronov.*

7 *Upupa*] Hoc loco *upupa* non est malleus, ut stulte sunt interpretati; sed ὄρυξ, ut optime Glossarii auctor exponit; non ea quidem plane forma, nec idem instrumentum cum 'ama;' nam hæc ad terram fodiendam, et latior, unde σκαφίον πλατὺ exponitur

Digitized by Google

a grammaticis: illa ad eruendos lapides, et acuta, et non male referens upupæ caput cum rostro. Nobis est *ut pic*: nomen tamen etiam 'upupæ,' vel 'opopæ,' vulgo retinemus: nam *hoüe* vocamus instrumentum illud ἐρυτικόν ut 'cucubam,' quæ est noctua, *choüe* appellamus: sic 'upupam' vel 'opopam' lapidicinis reddidimus. *Salmas.*

11 *Quia mihi*] Ad lapicidinas refero, quæ sub terra erant tenebrosæ: unde sit productas et quasi denuo in lucem opera Hegionis editus. Sub terra autem fuisse, docet ille versus supra: 'Interdius sub terra lapides eximet.' Quo pertinet illud Cassiodori, ubi de miserabili illorum vita qui in metallum damnantur, loquitur: 'Intrant homines caliginea profundas: vivunt sine superis: exulant a sole,' &c. *Pistor.*

16 *Peculiarem*] Ut adolescentulis servuli custodes dabantur, ita puellis servulæ, quæ in lanificio una essent, eas sectarentur et curarent: ii æque, ut jurisconsulti loquuntur, 'peculiares' illis plerunque erant, hoc est, in peculio. Et vero quæ curabant puellam, aut in lanificio una erant servolæ, Latine 'circa illam esse,' dicuntur. *J. Gulielm.*

22 *At ego hunc grandis*] Longe elegantius erit, si scribas, *At ego nunc grandis.* Boxhorn.

26 *Audisse me quasi*] Namque et per nebulam, si ea crassior sit, obtusius audimus; uti in strepitu. Alii tralationem esse dicunt a sensu videndi, ad sensum audiendi: propter similitudinem, quam inter se habeant. Cic. ad Attic. 'In strepitu exaudisse videor:' item, 'per caliginem videre,' Philipp. XII. 2. item 'per caliginem cernere,' Cic. de Finib. v. 16. *Victor.*

29 *Certum est*] Stat sententia primum omnium id facere. *Lamb.*

31 *Quoi peculii*] Distingue, *Cui peculii nihil est. Recte feceris.* Stalagmus jocatur, et τὸ *dem* ita accipit, ac si alia omnia potius, quam compedes subintelligerentur. Recte ergo dicit facturum Hegionem, si det aliquid illi, cui peculii nihil est. *Boxhorn.*

CATERVA. 2 *Subagitationes*] 'Subagitare mulierem' est lascivius eam attrectare.

3 *Pueri suppositio*] Puerum supponere dicuntur mulieres, quæ fœtum alienum pro suo alunt, ac fovent. Hinc 'pueri suppositi,' id est, subditi. *Lamb.*

5 *Reperiunt*] Excogitant, fingunt; quod proprium poëtarum est.

7 *Signum hoc*] Mihi videtur hoc gestu expressum fuisse signum, quod spectatores suo exemplo Grex imitari postulet. *Douza.*

CURCULIO.

ACTUS I.

SCENA I. 1 *Quo*] Hæc Comœdia, uti multæ aliæ, prologo caret, quia ab ipso auctore prologus non fiebat, nisi si quando in eo argumentum fabulæ narrarent. Alias cum fabulæ post mortem auctoris in scenam referrentur a celebribus histrionibus, solebant illi de suo præstare aliquid, et in prologo rationem dicere, cur hanc aut illam fabulam de novo reposuissent. *Salmas.*

2 *Ornatu*] Cum cereo funali in manum, et cetero instrumento armatorum proprio. *Lamb.* *Pompa*] Cum

Digitized by Google

Κόρων· nam alioqui nullus est transitus ab Apolline ad urbes. Sed τὰν Κόραν dat occasionem commodam: id enim sequitur prius jusjurandum, ut ἡ Κόρη est Proserpina, Dea Deum. At hanc sequitur νὴ τὰν Πραινέστην, quasi prius intellexisset Coram urbem. *Gronov.*

102 Πραινέστην] Hæc Prænestæ, et reliqua quæ sequuntur nomina civitatum Campaniæ sunt.

104 *Barbaricas*] Pro Italicas; nam 'Barbari' dicebantur antiquitus omnes gentes, exceptis Græcis, Festus.

106 *Sedulo*] Id est, sine dolo: bona fide. *Nonius.*

108 *Boius est*] 'Boia' accipiendum pro collari: cum tamen, qui hoc dicit, vellet accipi, tanquam si dixisset, ipsum Gallum cum Galla cubare. Notum enim Boios esse Gallos. Glossar. *Bos, βοῦς: Boi, ἑτεροίως οἱ γάλλοι.* Est etiam in verbo *terit, αἰσχρολογία.* Propert. III. 11. de Cleopatra, 'Et famulos inter fœmina trita suos.' *Scalig.*

110 *Bonan' fide*] Erat etiam affirmatio et jusjurandum, 'Bona fide.' Nos tamen hodie, nisi appellato numine, sacramentum non putamus: nam sequitur mox, 'sancte cum jurem tibi?' *Turneb.*

111 *Iterum gnatus*] Antiqui vocarunt 'natales' omnes dies, propter aliquam lætitiam insignem, sibi solemnes. *Casaub.*

116 *Mantiscinatus*] Alii codices scripti, *mantissinatus*, aut *manticinatus*. Unica littera mutata scribendum, *nisi panticinatus probe ero*. Id est, nisi pantices probe implevero. A pantice 'panticinari.' P, B, et M, in veteribus sæpe invicem permutantur, ut genus vasis modo 'bascanda,' modo 'masconda' in libris scriptum reperitur. Præterea quibus ignotum erat verbum 'panticinari,' potius voluerunt facere, legendo 'manticinari,' quasi a mantica. 'Pantices' sunt intestina. Virgilius in Catalectis, 'noctuque solvit pantices.' Apud Martialem, 'pantices' sunt intestina, 'Quod cum panticibus laxis et cum pede grandi.' Inde ergo verbum 'panticinari,' pro 'pantices' implere et saginam cædere. *Salmas. Fusti*, pro fuste.

SCENA III. 2 *Collos*] Collus in masc. gen. dicebant veteres. *Taubm. Tergoribus*] Turneb. leg. *tegoribus:* et ita est in Paris. nam apparet veteres non tantum 'tergus,' sed et 'tegus' dixisse. Quia vero neque sic loci difficultas tollitur, Lamb. suspicatur legi posse, *pecoribus*.

4 *Absumedo*] Vocem finxit ab 'absumo,' non multum a 'sumine' discrepantem, in paronomasia leporem quærens. *Lamb.* 'Sumen' autem contendunt dici quasi 'sugimen:' ac proprie in suibus, quo suilla ubera continentur. Jam delitias et ganeam a suibus peti solitas. *Taubm. Callo*] 'Apri' a veteribus in conviviis æstimabantur; cujus 'lumbus' omnibus aliis partibus ejus præponebatur: hunc Plautus et Cato 'aprugnum' vocavere, cujus tenera duritiei commendata ipsi etiam 'calli' nomen dedit. Propter quod etiam Horatius 'longa ova' extollens, 'callosa' nuncupavit, tanquam compacta illa teneritudo in omnibus ciborum generibus et dentibus et palato valde grata sit. *Mercer.* Var. Lect. II. 22.

5 *Porcinariis*] Iis, qui porcinæ carni præfecti sunt. *Lamb.*

7 *Ad præfecturam*] Solebant enim præfecti in suis præfecturis jus dicere. *Pollet.*

8 *Pendent indemnatæ*] Non ceperunt interpretes ignorantia formulæ juris 'lite pendente.' Accessit et qui 'indemnatas,' innocentes, suspensas, et tamen nulla judicis sententia ad laqueum aut suspendium damnatas interpretaretur. Proprie 'pendent indemnati,' quorum lites sunt pendentes: qui non quidem innocentes, sed accusati et nondum per-

Digitized by Google

acti sunt rei. Suet. Domit. 9. 'Reos qui ante quinquennium proximum ærarium apud pependissent, universos discrimine liberavit.' Quintilianus Inst. VII. 5. 'Cum ex præscriptione lis pendet, de ipsa re quæri non est necesse.' Cum igitur dicit, *quæ pendent*, simpliciter accipit, ut solent suspensæ in carnario esse pernæ: cum addidit *indemnatæ*, loquitur de illis, ut reis, continuata ἀλληγορίᾳ· inceperat enim, 'et jus dicam larido.' Plin. Epist. IV. 9. 'Accusatus est sub Vespasiano a privatis duobus: ad senatum remissus, diu pependit.' L. XXI. D. de accus. 'Capitis reus suspenso crimine causam dicere non prohibetur.' Ubi male Gothofredus: non habita ratione criminis. Cicero pro Cluentio, 'Hærebant in tabulis publicis reus et accusator.' Ceterum scripti fere *ibo ut præfecturam*: Angl. *ibo in præfecturam*. Lege, *Nunc ibo in præfecturam, ut jus dicam larido*. Nam *ire in præfecturam*, quemadmodum *ire in provinciam*. Τὸ *ut* autem hic necessario poscit sequens *ut feram*. Gronov.

SCENA IV. 4 *Quasi lupus esur.*] Admonet me hic locus versuum e sexto Satyrarum Ennii, quos ob elegantiam adscribam ex emendatione Mureti Variar. XIX. 7. 'Quippe sine cura, lætus, lautus cum advenis, Exsertis malis, lupino exspectans impetu, Quam mox alterius obligurrias bona. Quid censes domino esse animi? pro Divum fidem! Dum ille cibum tristis servat, tu ridens voras.'

7 *Glandia*] Plin. II. 37. 'Tonsillæ in homine, in sue glandulæ:' quæ et 'glandia' dicuntur, sive 'glandula.' Glandulæ sunt in cervicibus, ideoque per glandia, seu glandulas, cervices hic significari puto. *Lamb.*

8 *Modiales*] Modii unius capaces. *Pius.*

9 *Possentne seriæ*] Ac si quis 'orcas' nostrates, id est, 'cados salsamentarios' (*fleischtunnen*) ad focum admoveri postulet; quasi integrum bovem pariter, Herculis βουφάγου in morem, primo velut pedatu absumturus. *Douza.*

10 *Armarium*] Turneb. *Armarium* hic interpretatur promptuarium, e quo promitur cibus: at Lambinus locum, in quo nummi reconduntur. Vid. Epid. II. 3.

12 *Dicam ut sibi*] Hoc est, siquidem volet aliquando genio suo indulgere, censeo illi aliud penum quærendum parandumque. Nam parasitus totum carnarium deturbaverat, et aulas, et calices confregerat, et cellas omnes refregerat, et omnia denique, quæ ad genium lepide curandum valent, conturbaverat. Hæc vulgo male accipiunt interpretes, cum sarcinosis illis commentariis. *Salmas. Si sese uti volet*] *Sese uti* non est se ipso uti, vel sibi esse utibilis, non genio indulgere, sed quasi esset *si sese eo volet uti*. Τὸ *sese* παρέλκει, ut plurimis locis apud Plautum: perinde foret *si uti volet*, si quod in posterum penum habere. Non voluptates, sed usus tantummodo necessarios significat. Neque id ignoravit Lambinus, qui diserte: '*Penu* subintelligendum, ut intelligamus antique dictum: si volet se uti penu, pro, si volet uti penu.' Sed blandiente ingenio alteram explicationem falsam addidit. *Gronovius.*

ACTUS V.

SCENA I. 4 *Quæ*] *Quæ*, referendum ad totam orationem. *Lamb.* Sed Acidal. hunc versum, ut indignum Plauto, aut delendum censet, aut ita emendandum, *Quas, dum te carendum hic fuit, sustentabam.*

5 *Hunc*] Stalagmum.

8 *Hoc! Satis*] Sic Mss. et editi, nisi quod Camerarius τὸ *Hoc* delevit. Gruterus putat sic belle distinxisse. Placeret magis, *Hoc* (*satis jam audivi Tuas ærumnas, ad portum mihi quas me-*

Digitized by Google

morasti.) *Hoc agamus.* Quasi sit, Hoc, hoc, inquam, agamus. Nisi corrupta ea vox ex interjectione, *Oh! satis jam audivi.* Qua in hac ipsa fabula jam bis usus. *Gronov.*

10 *Tecum*] Id est, tibi. *Douza.*

20 *Pretium*] Id est, mercedem. Sic Terent. Andr. 'Ego pretium ob stultitiam fero.' *Lambin.*

24 *In lapicidinas*] Ita Ms. Camer. etsi tamen prius videbatur habuisse *lapidicinas:* quomodo adhuc servant Pall. 4. priores, ut notat Gruterus. Ita Heraldus contendit perpetuo legend. *lapicidinas.* Gloss. *Lapidicinæ,* λατομία. *Lapidarius,* λατόμος. *Taubm. Compeditum condidi*] Compedibus vinctum conjeci. *Lamb.*

27 *Libellam*] Libellam argenti, id est, assem. Cic. Accus. II. 'si unam libellam argenti dedisset.' Id. pro Rosc. dixit, 'ad libellam debere:' quod Horatius, 'ad assem.' Quando minimam pecuniam significare volebant, 'assem' et 'libellam' dicebant. V. N. Psend. I. 1. 96.

31 *Interibi ego*] Interea ex hoc verberone Stalagmo volo 'erogitare,' id est, rogando extorquere. *Taubm.*

SCENA II. 3 *Neque frugi bonæ*] Rittershus. e Ms. Eystadiensi, quem cum Fr. Modio contulit, versum hic inserit talem: *Atque ubi ego fui in lapicidinis bonus vir, neque bonæ frugi: Neque ero, &c.*

8 *Quod ego fatear*] Credisne fore, ut me ejus pudeat, quod fatear, sc. me recte nunquam quicquam fecisse: cum tu id dicas? *Lamb.*

9 *In ruborem*] Jocus. Quos pudet, rubore suffunduntur; et qui loris cæduntur, etiam rubent sanguine. *Lamb.*

10 *Imperito*] Ironia, quasi dicat; Experiendo jam pridem didici, quam sis plagosus.

11 *Tandem ista aufer*] Id est, eum sermonem omitte. *Boxhorn.*

Quid fers] Quid in animo habeas. *Douza.*

13 *Bene morigerus*] Id est, fuit impudicus, et aliorum libidine obsecutus est; sed nunc exoletum et grandem natu non decet. Hegio ergo illa, *ut vis fiat,* ad spurcitiem adolescentis Stalagmi traxit. *Lamb.* Vid. Cistell. IV. 1.

18 *Pauca effugium*] Ἀπροσδόκητον servilis joci in periculo.

SCENA III. 5 *Peculiarem*] V. N. Asin. III. 1. 36. et Scenam hanc sequent. vs. 16.

14 *Argumenta loquitur*] 'Argumenta loqui,' vel 'eloqui,' pro signis, indiciis, ex quibus deprehendi conjectura veritas potest. Amph. v. 1. 35. Sic 'res exquirere argumentis,' Rud. IV. 4. 136. id est, indagare, investigare. *Gronov.*

18 *Plus minusque feci*] Plus mali, minus boni. *Lamb.* Hæc fuerunt in mente Pœno illi, cum scriberet Phorm. 'Ne quid plus minusve faxit, quod nos pigeat postea.' *Plus minus,* πλεῖον ἢ ἔλαττον in quibus rebus omne vitium intelligitur. *J. Gutielm.*

20 *Ornatus haud ex suis*] Ita Muretus, Lips. et Acidalius: ex mente Hegionis, qui filium suum non proinde, ut meritus esset, acceptum indicat. Placet et Grutero: quamvis legat Ms. Cam. *audax suis virtutibus:* et olim cusi, et Pallat. *audax suis viribus.*

SCENA IV. 1 *Acherunti*] Veteres, ut melius in officio continerentur homines, et a sceleribus absterrerentur, cruciatus infernales, quos imminere iis credebant, in tabulis depingebant, ut quasi præsentes intuerentur. *Meurs. Acheruntí*] Id est, apud Acheruntem, in inferno, vel Latinius, apud inferos. Dictum autem est, ut 'ruri,' 'Carthagini.' *Gronov.*

7 *Upupa*] Hoc loco *upupa* non est malleus, ut stulte sunt interpretati; sed ὄψις, ut optime Glossarii auctor exponit; non ea quidem plane forma, nec idem instrumentum cum 'ama;' nam hæc ad terram fodiendam, et latior, unde σκαφίον πλατὺ exponitur

Digitized by Google

a grammaticis: illa ad eruendos lapides, et acuta, et non male referens upupæ caput cum rostro. Nobis est *ut pic:* nomen tamen etiam 'upupæ,' vel 'opopæ,' vulgo retinemus: nam *hoüe* vocamus instrumentum illud ἐρυστικόν ut 'cucubam,' quæ est noctua, *choüe* appellamus: sic 'upupam' vel 'opopam' lapidicinis reddidimus. *Salmas.*

11 *Quia mihi*] Ad lapicidinas refero, quæ sub terra erant tenebrosæ: unde sit productas et quasi denuo in lucem opera Hegionis editus. Sub terra autem fuisse, docet ille versus supra: 'Interdius sub terra lapides eximet.' Quo pertinet illud Cassiodori, ubi de miserabili illorum vita qui in metallum damnantur, loquitur: 'Intrant homines caligines profundas: vivunt sine superis: exulant a sole,' &c. *Pistor.*

16 *Peculiarem*] Ut adolescentulis servuli custodes dabantur, ita puellis servulæ, quæ in lanificio una essent, eas sectarentur et curarent: ii æque, ut jurisconsulti loquuntur, 'peculiares' illis plerunque erant, hoc est, in peculio. Et vero quæ curabant puellam, aut in lanificio una erant servolæ, Latine 'circa illam esse,' dicuntur. *J. Gulielm.*

22 *At ego hunc grandis*] Longe elegantius erit, si scribas, *At ego nunc grandis.* Boxhorn.

26 *Audisse me quasi*] Namque et per nebulam, si ea crassior sit, obtusius audimus; uti in strepitu. Alii tralationem esse dicunt a sensu videndi, ad sensum audiendi: propter similitudinem, quam inter se habeant. Cic. ad Attic. 'In strepitu exaudisse videor:' item, 'per caliginem videre,' Philipp. XII. 2. item 'per caliginem cernere,' Cic. de Finib. v. 15. *Victor.*

29 *Certum est*] Stat sententia primum omnium id facere. *Lamb.*

31 *Quoi peculii*] Distingue, *Cui peculii nihil est. Recte feceris.* Stalagmus jocatur, et τὸ *dem* ita accipit, ac si alia omnia potius, quam compedes subintelligerentur. Recte ergo dicit facturum Hegionem, si det aliquid illi, cui peculii nihil est. *Boxhorn.*

CATERVA. 2 *Subagitationes*] 'Subagitare mulierem' est lascivius eam attrectare.

3 *Pueri suppositio*] Puerum supponere dicuntur mulieres, quæ fœtum alienum pro suo alunt, ac fovent. Hinc 'pueri supposiți,' id est, subditi. *Lamb.*

5 *Reperiunt*] Excogitant, fingunt; quod proprium poëtarum est.

7 *Signum hoc*] Mihi videtur hoc gestu expressum fuisse signum, quod spectatores suo exemplo Grex imitari postulet. *Douza.*

CURCULIO.

ACTUS I.

SCENA I. 1 *Quo*] Hæc Comœdia, uti multæ aliæ, prologo caret, quia ab ipso auctore prologus non fiebat, nisi si quando in eo argumentum fabulæ narrarent. Alias cum fabulæ post mortem auctoris in scenam referrentur a celebribus histrionibus, solebant illi de suo præstare aliquid, et in prologo rationem dicere, cur hanc aut illam fabulam de novo reposuissent. *Salmas.*

2 *Ornatu*] Cum cereo funali in manum, et cetero instrumento armatorum proprio. *Lamb.* *Pompa*] Cum

Digitized by Google

aliis servis, qui vinum et jentaculum Veneris gerunt. *Lamb.*

4 *Si media*] Sponsionum et stipulationum formulas certis verbis concipiebant, et fere ordiebantur a 'si,' 'sive,' 'ni,' 'nive.' Vide Mercat. II. 2. et Pseud. IV. 6. *J. Gul.*

5 *Condictus*] 'Condicere' inquiunt jurisconsulti denunciare est prisca lingua. *Lamb.* Vide de hac formula Gronov. Not. ad Senec. de Tranq. Anim. lib. II. et plura de τῷ 'condicere' Observ. I. 1. *Gronov.*

7 *Tandem tandem*] Scil. intelligo te amare. Vel, desine insanire, resipisce et ad sanitatem revertere. *Lamb.*

9 *Tute tibi puer es*] Ex tot doctorum opinionibus nihil placet magis, quam illud Scaligeri, sensus ut sit, Tute lotus ex balneo tibi facem gestas. Puerorum sive servulorum erat officium dominis a cœna vel balneo redeuntibus facem præferre. At hic Phædromus ipse nitidus, lautus, et e balneo veniens, facem portabat. Inde Palinurus, *Tute tibi puer es*; id est, ipse tibi ministras, te ipse ut puero uteris. Ut Mercat. v. 2. 'Egomet mihi comes, calator, equus, agaso, armiger.' Martialis XIV. 64. 'Defuerit si forte puer, soleasque libebit Sumere, pro puero pes erit ipse tibi.' Deinde *lautus luces cereum:* id est, e balneo modo egressus præfers tibi facem. Casin. I. 1. 30. *Gronov. Puer es lautus*] Pueri lauti, id est, uncti terse et splendide vestiti prælucebant novæ nuptæ faces. Quod hic amator præter decorum sibi ipsi præluceret, dicit puerum eum sibi lautum esse et lucere cereum, id est facem ceream prælucere. Non aliud quærendum. *Salmas.*

11 *Melliculo*] Planesio, amoribus meis. *Douza.*

16 *Salve: valuistin' usque ostium*] Erat hæc consuetudo interrogandi eos, quos ex intervallo videbant, non, ut ita simpliciter dicerent, *Valuistine?* sed hoc modo, *Valuistin' usque?* aut Perpetuone valuisti? *Muret.* Mirum vero, hanc loquendi rationem Palinuro esse insaniæ argumentum. Nam de ædibus, villis, similibusque aliis, haud aliter, quam de hominibus, quærere veteres solebant. Plin. Epist. lib. I. 'Quid agit Comum, quid arbor, quid porticus,' &c. *Boxhorn.*

17 *Caruitne*] Quoniam homines ex febre aut ex longo jejunio delirare interdum, et mentis errore adfici solent, idcirco interrogat herum servus, carueritne febre proximum biduum, et num vespere cœnaverit? Videbatur enim ei delirare, qui talibus verbis ostio blandiretur. *Muret.*

20 *Taciturnissimum*] Votum amatorum, qui difficiles sectantur Veneres, ut jannæ sine stridore pateant. *Lamb.*

28 *Tuum amare*] Id est, tuas amationes. Sic Græci, τὸ ἐρᾷν, pro τὸ ἔρως, κ. τ. λ. *Taubm.*

30 *Intestabilis*] Ne sis infamiæ nota inustus, neque amittas testimonii dicendi potestatem. *Lamb.*

36 *Fundum septum*] Agricolationis vocabula ad rem voluptatum crebro translata, dictum Asin. v. 2. *Taubm.*

41 *Obloquere*] Ambiguum. Phædromus accipit ut indicativum, pro 'obloqueris:' servus ut imperativum, quasi obloqui jubeatur. *Lamb.*

45 *Minus formidabo ne excidat*] Libri habent *excedat* pro *excidat.* Sic apud Salustium 'accedere ad genua,' pro accidere. Quod sequitur, *odiosus es*, non mutandum putem in *otiosus est.* Loquutio hæc familiaris comicis, cum quis præter rem responderet, aut in re seria jocaretur, dicebant, 'Odiosus es,' 'Odio enecas,' 'Dignus es cum hac tua superstitione odio.' *Salmas.*

47 *Facere nolo mutuum*] Quod mirandum videretur, cum certum esset mutuo amore sese invicem deperire; sed captavit jocum comicis familiarem, et dixit, cum ab illa insane amaretur, se tamen nolle facere cum

Digitized by Google

ea mutuum. Alter mirabundus quærit: quid ita? quia, inquit, proprium facio, amo pariter simul. Allusit ad differentiam, quæ est inter mutuum et proprium. Quæ propria habemus ea servamus, ne a nobis auferantur: quæ vero mutua accepimus, a nobis aliquando recedunt, cum repetit a nobis is qui dedit. Ut ostenderet igitur amoris sui magnitudinem, qui sibi extorqueri et eripi nunquam posset, proprium in amore cum ea quæ illum amabat se facere respondet non mutuum, cum sese ambo ita efflictim amarent, ut amor ille utrinsque esset proprius, id est, nunquam auferendus, ut ea quæ mutuo dantur et accipiuntur. *Salmas.*

50 *Fert jugum*] Est, quod inferius dicit, 'cubatne cum viris?' Ita 'jugum Veneris' dicit matrimonium Oppian. Servius et Isidor. memorant, jugum dicis caussa imponi consuevisse sponsis, ut societatis individuæ admonerentur hoc symbolo. Et 'Junoni jugæ' nomen inde esse, monet Rittershusius.

51 *Pudica est*] 'Pudica matrona,' quæ marito contenta est; at hic *pudica*, quæ omnino virum ignorat. Et 'signatam virginem' in eum sensum dixit Lucillius illæsam, inviolatam. Terentius 'integram a viro.' *J. Scalig.*

53 *Flamma fumo*] Significat, osculis concubitum esse proximum. *Lambin.*

56 *Pandit saltum saviis*] Vulgo, *pangit saltem suavium*. Sed illud probavit ex Langianis Palmerius: nec aliter optimus Camerarii codex. Casina v. 2. 'Ubi illum saltum video obseptum.' *Gruterus.*

59 *Imo ut illam censes*] Nugas maximas agit ille cum suo, *Tu illam censes, ut quæque, &c. ad me?* Idque eo infelicius, quia quæ hic dicenda fuerunt, jam occuparunt interpretes illustrato genere loquendi admodum comico, quod ille non intellexit. Bacchid. II. 2. 'Imo ut eam credis? misera amans desiderat.' Trinummo III. 3. 'Diei tempus non vides? quid illum putas Natura illa atque ingenio? jamdudum ebrius est.' Terentius Andria v. 2, 'Quid illum censes? cum illa litigat.' Adelph. IV. 5. 'Quid aiunt? MI. Quid illas censes? Nihil.' Formula qua interrumpebant narrationem rei præsertim inopinatæ: qualis apud Ciceronem, 'Quid quæris?' *Gronov.*

60 *Suavium oppegit*] Ori meo contra affixit. *Lamb.*

62 *Æsculapii fano*] Qui a Diis aliquid petere cogitabant, cubabant in eorum, quorum ope indigebant, fanis, tanquam responsa ab iis vel vigilantes vel in somnis accepturi: ut notat Servius ad illud Virgil. Æn. VII. 'cæsarum ovium sub nocte silenti Pellibus incubuit stratis, somnosque petivit.' Sic igitur ægroti in templo Æsculapii incubabant, ad remedia per somnium accipienda. *Lambin.*

66 *Id ab*] Vel id, æquum et bonum. *Lamb.*

70 *Dextrovorsum*] Nam in salutandis et precandis Diis, dextrovorsum se vertere solebant. Hinc festive in verbo 'vertere' ex ambiguo hic ludit Palinurus. Turn. I. 17. et XXII. 23.

71 *Horunc*] Lenonis, lenæ, et puellæ. *Lamb.*

72 *Veneri vovi jam jentaculum*] Notum est e Latinis auctoribus, pueros fere solos jentaculo usos: perinde ut hodie ubique fere gentium hoc usurpatum est, ut pueri summo mane semper aliquid cibi capiant. Ea propter Plautus facit Phædromum adolescentulum Veneri jentaculum vovere. *Mercurial.*

73 *An te pones Veneri*] Palinurus excitatus novitate dicti. Quid, inquit, an temet Veneri dabis in jentaculum? et applicant joculariter statim: PH. *Me, te atque omnes.* Taubm.

Digitized by Google

75 *Sinum*] Vasis genus sinuosum. *Nonius.*

78 *Quasi tu lagenam*] Alludit ad id, quod Latini scriptores solebant corpus humanum appellare 'utrem' et 'follem.' Arnob. l. II. Lucill. 'corticem.' Varro. 'Amphora' Vopisc. Bonoso: 'Laqueo vitam finivit; tum quidem jocus extitit, amphoram pendere, non hominem.' *Gruter.*

79 *Chium*] Jocatur ex eo, quod cum vino Græco fere aqua maris admixta esset, Chio tamen non addebatur, sed meracum erat. Horat. Sat. II. 8. 'Alcon Chium maris expers.' *Turneb.*

83 *Istunc qui fert*] Injuriam facit Lambino, qui scribit eum τὸ *istunc* retulisse ad *sinum:* sed et sibi illudit, quum legit *istuc.* Recte Lambinus: '*Istunc*, nempe puerum, qui fert sinum vini plenum, adflictum ad terram velim, ut ejus casu omne vinum effunderetur, ac periret potius quam ad eum perferretur.' *Gron. Afflictum*] Ad terram datum. V. N. Aulular. IV. 3.

86 *Istic fluvius*] Cum mari eum, cum fluvio vinum comparat. Vide Lucan. v. 355. *Lamb.*

89 *Volentes propitiæ*] Hoc dictum ex religione prisca, et communi sacrificantium formula petitum. Exemplo fuerint concepta illa et solemnia precationum verba apud Catonem: 'Mars pater, te precor quæsoque, uti sies volens propitius mihi, domo, familiæque nostræ.' *Douza.*

90 *Voltisne olivas*] Urbane herum ridet. Quod 'olivas' et 'capparim' dicit, vult significare hæc condimenta in crapulis et ebrietatibus convenientissima. De 'cappari' plenius Dioscor. II. 204. *Long.*

SCENA II. 1 *Flos veteris vini*] Ἄνθος ἁμπέλου οἶνος, ut et apud Lucret. 'Bacchi flos,' odor est et fragrantia vini. 'Flos vini' alias etiam dicitur, cum vinum in summo tenuem quandam habet spumam. *Camer.*

2 *Amas*] Antique; ut 'colos,' 'vapos,' 'nidos,' &c. Hac una de causa censeo, Plautum dixisse 'ames,' 'odos,' 'lepos;' ut exprimeret sermonem anus blæsulæ. *Acidal.*

4 *Liberi lepos*] Bacchi suavitas. *Taubm. Veteris vetusti*] Quæ ejusdem significationis conjunguntur, licet significatione non augeant, augent conjunctione. Ita hic significatur vinum veterrimum. Sed et ea, quæ desinunt in ustus, ut, 'onustus,' 'robustus,' et alia, vim habent augendi. *Boxhorn.*

5 *Nautea*] Vid. not. Asin. v. 2. 45.

7 *Crocinum*] Croci unguentum; ita dictum, ut ab 'amaraco,' 'amaracinum.' J. Gul. *Bdellium*] Βδέλλιον diminutivæ formæ est: nam principale est βδέλλα. Ita vocat auctor Peripli aliquot locis. Marcello Empirico, bedella: 'Crocon atque bedellam.' Apud Plautum in antiquis libris *bedellium* scribitur pro *bdellium*, quod aliud non potest significare præter aromaticum gummi. *Salmas.*

8 *Pervelim sepultam*] Veteres iis, quæ viventes gratissima habuerant, spargi aut perfundi sepulchra sua optabant. Haud aliud votum est aut mandatum Sergii Polensis parasiti, in veteri inscriptione, quæ legitur Polæ in Istria: 'Si urbani perhiberi vultis, arenti meo cineri cantharo piaculum vinarium festinate.' *Boxhorn.*

11 *Nihil ago tecum*] Sc. O odor, nihil te moror; nisi et vinum bibam. *Lamb. Ipsus*] Flos Liberi. *Idem.*

12 *Invergere*] Id est, infundere. Virgil. Æn. VI. 244. 'Frontique invergit vina sacerdos;' id est, deorsum fundit: de quo Servius. Diomedes 'sensim illabi et influere,' exponit. *Taubm.*

13 *Ductim*] E sino. Adverb. hoc Prisc. interpretatus est ἀνευστί, quod significat in bibendo aviditatem et copiam. *Camer.*

15 *Quadrantal*] Vas pedis quadrati,

Digitized by Google

octo et quadraginta capit sextarios: amphora Græcis, Festus.

18 *Sagax nasum*] 'Nasum' genere neutro observat etiam Nonius. Ita Menæchm. I. 2. 'Spurcatur nasum odore.' *Taubm.*

20 *Imperator quis est*] Sic Camerarianus codex et Pal. 4. Reliqui, *quis es*, ut et olim impressi: bene, nisi obstaret infra vs. 24. *Grut.*

21 *Vini pollens*] Vini copia instructus, scil. Bacchus ipse. *Taubm.*

22 *Siccæ*] Vide Mil. III. 1.

28 *Oculissume*] Muretus ad versum Catulli, 'Ambobus mihi quæ carior est oculis,' notat: Oculorum sensus nobis omnium est carissimus, ut præclare disputat Aristoteles de Sapientia lib. I. Ideo oculorum in exprimenda vi amoris crebra fit mentio. Plautus quidem 'oculitus amare,' pro eo, quod est, singulariter amare: et 'oculissimum hominem,' pro carissimo dixit.

29 *Cloacam*] Ventrem. *Taubm.*

31 *Venus, de*] Exprimit anus ritum libandi. De poculo enim pleno, quod erat potaturæ, paulum Veneri libat, id est, in honorem Veneris leviter defundit. Sic enim libare solebant, quod vel in aram faciebant, vel in mensam, quæ aræ loco erat; vel in focum, qui sacer habebatur; vel in mare, in honorem Deorum marinorum; vel in quemcunque locum pro re nata. Virg. Æn. v. 'extaque salsos Porriciam in fluctus, et vina liquentia fundam.' *Turneb.*

32 *Amantes, propinantes*] Insulsa mihi semper visa est lectio vulgata. Lego ergo, *amantes propinant et Vinum potantes dant omnes.* Boxhorn.

41 *Bibit arcus*] Credidit vetustas, Iridem demissis in terram cornibus aquam e fontibus haurire: hinc illud Virgilii Georg. I. 380. 'et bibit ingens Arcus.' Propert. lib. III. 'Purpureus pluvias cur bibit arcus aquas.' *Turneb.*

49 *Tibi næ ego*] Formula ex antiquo dedicationum ritu desumpta: ita infra III. 1. 69. 'Ibi nunc statuam vult dare,' necnon Rud. IV. 2. *Douza.*

51 *Monimentum*] Formula ex antiquo dedicationum ritu desumta. Sensus est: Vineam tibi pro statua statuam, quam ingurgites. *Meurs.*

57 *Occentem*] Vide notas Mercat. II. 3. 73.

60 *Pessuli, heus pessuli*] Is. Casaubon. ad illud Persii Sat. v. 'dum Chrysidis udas Ebrius ante fores extincta cum face canto:' Græci hoc vocant (Plutarchus Ἐρωτικῷ) ᾄδειν τὸ παραπλανεῖσθαι. Qui ibant comessatum, funalia ac faces gestabant; sed quas extinguebant, eum ad fores erat ventum. Exemplum canticorum ejusmodi, quæ ante fores cantabant, habes hic venustissimum.

63 *Lydi barbari*] 'Ludius' et 'Ludio' dixerunt alii, ut 'Surus' et 'Suria.' 'Ludius' saltator proprie Latinis, non a 'ludendo,' ut placet doctis viris, sed a 'Lydis,' qui inter nationes saltationi bacchationique deditas. *Salmas.* Vid. Pœnulo, v. 3. Turneb. XIX. 10.

66 *Dormiunt*] Vid. Mostell. III. 2.

Scena III. 3 *Medicinam facit*] Scil. cardinibus. Supra I. 1. 'Vino has conspersi fores:' item 'bibite, festivæ fores:' in quibus morem Græcorum tangit, apud quos amatores illa perfusione uti solent. Hæc vero suffusio longe alia est. Et fallendis maritis ad januæ cardines aquam mulierculæ affundebant, ut streperent. *Lips.* Hujus rei hanc ego causam esse arbitror, quod medici ægrotos vino prohibent, aqua decocta uti jubentes, recte quidem: sed ægroti intemperantes haud sane libenter id ferunt. Itaque vulgo audias: 'Ipsi sibi vinum sumunt, nobis quasi canibus aquam relinquunt.' Quin et multi olim ex medicis vino paulo largiore utebantur, quod ex Athenæo, et Philemonis reliquiis discas.

Digitized by Google

Eo igitur respexit poëta. *Tun. Faber.*

5 *Convadatus*] Qui quasi vadibus a me acceptis me in jus vocas. Active etiam 'vadato' dixit Hor. Sat. I. 9. Noster, 'vadatum amore,' passive, Bacchid. II. 2. *Lamb.*

6 *Libello*] Quia etiam edicto publice adfixo latitantes citabantur. *Rævard.*

7 *Sisto me*] Verbum juris in obeundo vadimonio. *Taubm.*

11 *Sum Deus*] Propert. II. 12. 'Si dabit hæc multas, fiam immortalis in illis. Nocte una quivis vel Deus esse potest.'

13 *Male valere*] Lambinus ex tribus, *Male valere te quidem mihi ægre est.* Miror quos libros citet: cum omnes Mss. editique habeant, *quod.* Grut. Quæsiverat Phædromus, *Quod vidisti?* Respondet Palinurus, *Male valere te;* nempe animo. Subintelligitur 'vidi.' *Boxh.* Lege, *Male valere te quam mihi ægre est.* Tan. Faber.

16 *Cupiam vivere*] Gratissima sibi ita exprimebant veteres, ut dicerent, se propter illa dintius vivere velle, sicut ingratissima, propter quæ mori. Inde, *Vita*, amantibus dicuntur amatæ. *Boxhorn.*

17 PL. *Prohibet*] Omnibus suis interpretationibus hic supersedere potuisset Lambinus, si retinuisset interrogationem, quæ est in vett. libris: PL. *Prohibet? nec prohibere quit. Nec prohibebit.* Quia enim Phædromus dixerat, lenonem prohibere conventus istos, negat Planesium eum prohibere. Est autem ambiguitas in verbo 'prohibere:' quod cum effectu accipit Planesium. *Pistoris.*

20 *Amare sane*] Ita ut homines sani solent.

25 *Pervigilare*] Allusum ad pervigilia Cereris, Veneris, et sacra nocturna. Martial. IX. 70. 'Nam vigilare leve est, pervigilare grave est.' *Douza.*

26 *Nam hoc quidem edepol*] Recte Lambinus, δεικτικῶς cœlum: et inepta est interpretatio: Hoc tuum pervigilare Veneri orto die omnibus patebit. Amphit. I. 3. 'Eamus, Amphitruo: luciscit hoc jam.' Terentius Heaut. III. 1. 'Luciscit hoc jam.' Vetus poëta: 'Aspice hoc sublime candens, quem invocant omnes Jovem.' *Gronov.*

27 *Dormio*] Scil. tibi, non meæ Planesio. *Douza.*

29 *Inscitia est*] Id est, stultitia, Festus. Vid. Mostell. I. 3.

30 *Ilicet*] Actum est. Vid. Epid. V. 2.

32 *Ut misere moliuntur*] De hac amantium rabie Lucret. lib. IV. 'et enim potiundi tempore in ipso Fluctuat incertis erroribus ardor amantum, Nec constat, quid primum oculis manibusque fruatur,' &c.

34 *Propudium*] Non dubium, quæ Græcis καθάρματα, ea Latinis *propudia* dicta. Inde homines sceleratos, ut Græci καθάρματα, Romani eosdem *propudia* vocarunt. *Scalig.*

35 *Cum noctuinis*] Glaucos oculos Romani non perinde amabant: nigros autem magni faciebant. Itaque ad ludibrium, cujus erant oculi glauci, ea 'noctuinos oculos' habere hic dicitur; de avis inauspicatæ, cujus tales oculi sunt, nomine petita illusione. Eos oculos 'virides' vulgo dicimus. Ac æque amaro joco per comicam lasciviam 'herbeos' poëta vocavit scena seq. eosdem et 'felineos' appellabant. *Turneb.*

36 *Persolla: nugæ*] 'Persollæ nugæ,' rectum est, pro *persolæ.* Persolæ autem nugæ sunt nudæ nugæ. Ut alio loco, 'hanc amas meras nugas.' *Persolus* autem pro admodum solus, ὁ μονότατος. Sic 'peradolescens,' 'pervirgo,' apud auctores. *Salmas.*

37 *Quod quidem*] Puto hæc dici a Phædromo hoc sensu: Ergone feram, ut servus plagipatida hic mihi argutias serat? Hæcque ita sunt enun-

Digitized by Google

cianda, ut statim manum allevet, et pugnos impingat. *Gruter.*

38 *Polluctus*] 'Polluctum virgis' dicit accumulatum verberibus: ut ara Herculis, cum referta esset iis, quæ imponi de ritu religionis priscæ solebant, tum 'polluctum' illud dicebatur, quasi 'projectum,' ut Varro interpretatur. *Camerar.*

40 *Noctuvigila*] 'Noctilucam' Horatius Od. IV. 6. eandem cum luna facit. Lævinus vero, vetustissimus auctor, videtur eam Venerem nominare: 'Venerem igitur almam adorans, sive fœmina, sive mas est, ita ut alma noctiluca est.' Quare ab eadem ratione dicitur *noctuvigila* a Planto, hoc est, *νυκτιλαμπής*. *J. Gulielm.*

42 *Probrumque*] Vide not. Mercat. I. 1.

45 *Auro contra*] Id est, date mihi pari et æquo auri pondere repensum, ego tantundem auri dederim. *Turneb.*

46 *Cedo mihi contra aurichalco*] Non ex hoc loco colligi potest, aurichalcum antiquis auro carius fuisse. Si enim prius de auro præcedit, non sequitur, ut quod reponit servus de aurichalco, carius esse debeat. Sed comico joco lusit. De auro dixerat herus ejus, reposuit ille de aurichalco, in quo etiam aurum est saltem de nomine. Fuit certe eo tempore æris genus præstantissimi. Horatius, 'Tibia non ut nunc orichalco vincta.' Nam aurichalcum idem cum orichalco. Sic enim scribebant, ut 'plostrum' et 'plaustrum,' 'Plotus' et 'Plautus,' et similia. Multi crediderunt aurichalcum esse æs et aurum mixtum, propter illam auri in aurichalco denominationem: sed falsi sunt. Inde optimæ Glossæ, *aurochalca* interpretantur *κραμάτινα*, id est, ex auro et ære temperata. Verum nomen est hujus vocis, *orichalcum* ex Græco *ὀρείχαλκον*, quasi æs montanum, sive ex lapide æroso excoctum, quod fuit genus æris præstantissimum. At pro *orichalcum* veteres Romani scripsere *aurichalcum*, cum tamen nihil auri admixtum haberet. *Salmas.*

48 *Ædituum aperire fanum*] Imperfectam locutionem censet Camerarius, ut in illo, 'Item alios Deos facturum scilicet.' Sed hic nihil imperfectum: vis enim est in particula *τῷ* 'scilicet.' Nec tamen *ædituumque* placet, sed, *nam sonitu et crepitu claustrorum inaudio Ædituum aperire fanum.* Gronov.

53 *Te liberalem*] Id est, quæ in me tam liberalis es. Vel, quæ tam liberali facie et ingenio es. *Lamb.*

54 *Tene etiam, priusquam*] Frustra laborat Lambinus: nec *tene* est absens hujus osculi memoriam conserva, sed simpliciter, cape, habe, ut centum aliis in rebus. *Gronov.* Adde Tan. Fabrum Epist. Crit. II. 28.

56 *Istoc verbo vindictam*] Non magis, ut prætor, quam quilibet assertor et vindex. Sed nec audiendus Pistorius, qui *istoc verbo* interpretatur, cum dicto, et statim. *Istoc verbo*, est propter id quod dixisti, ut quando velis, videre me possis, redde me liberam. Ut id, quod dicis, non sit subjectum alterius ditioni. Verbum pro re, quæ verbo significatur: fere enim eodem sensu, ob eam rem. Mostel. III. 1. 'Molestus si sum, reddite argentum, abiero. Responsiones omnes hoc verbo eripite.' Id est, re, quæ hoc verbo significatur. Hac Fabula II. 2. 'Semper tu huic verbo vitato abs tuo viro, i foras mulier.' Ambrosius Ep. III. 'Rara itaque confessio de peccatis, rara pœnitentia, rara in hominibus ejus verbi adsertio.' *Gronov. Vindictam*] Tanquam prætor, id est, viam reperi, qua me liberes. 'Vindicta,' virga prætoria, qua servi contacti, manumittebantur. *Lamb.*

57 *Pervincas*] Quemvis alium emptorem pretio ut pervincas facito: ne opus sit rogitare, quando me visurus es. *Lamb.*

Digitized by Google

ACTUS II.

SCENA I. 6 *Geminos in, &c.*] Quia utrimque et a dextra et a læva cingit me lien venterque, eo tumidiore et majore facto mihi distenditur, proinde ac si geminos in utero filios geram. *Lamb.*

12 *Tormento ferreo*] Id est, catena ferrea. 'Tormentum' idem quod funus tortus, nam cum fit funis, 'torqueri' dicitur. Propert. 'Dignior obliquo funo qui torqueat Ocno.' Priap. 'Tormento citharaque temiorem;' id est, quam funis aut fides citharæ. Unde machinis, quæ tentis et contortis funibus moventur, emissa aut excussa, 'tormentis missa,' aut 'excussa' dicuntur Liv. l. XLIV. *Gronov.*

16 *Collativo ventre*] Id est, magno et turgido: quia in eum omnia edulia conferantur, Festus. Ego puto lenonis ventrem 'collativum' eo esse dictum, quod propter vitium corporis et viscerum, omne alimentum, quod deberet in omne corpus distribui, in eum conferatur: et hoc pacto visceribus omnibus vitiatis, venter intumescat. *Lamb. Oculis herbeis*] Vide supra I. 3. et Capteiv. III. 4.

20 *Vivo*] Quasi dicat: vivo tantum, non item valeo. *Lamb.*

23 *Hiræ*] Festus: 'Hira, quæ diminutive dicitur hilla, quam Græci dicunt νῆστιν, intestinum est, quod jejunum vocant.' Glossæ: *Hira, ἐγκόλιον νῆστιν.* Arnobius lib. VII. 'Non similiter fendicas, quæ et ipsæ sunt hiræ.' Pro aliis tamen etiam intestinis sumi, docet Nonius: unde *hillæ* apud Horat. Sat. II. 4. Glossar. *Illum*, (sine aspirat.) *νάρθηκος τὸ ἐντόν* et hoc hic probat Scal. ad Festum.

26 *Dum intestina exputescunt*] Vult perdurandum lenoni, donec ei intestina tabescant: utique cum sit ea anni tempestas, qua salsura solito carius væneat: eo facto, futurum, ut intestina sola æque care distrahantur, si non carius, quam ipsemet homo totus, hoc est, vix tantum feres pretii a te toto, quantum ex solis intestinis. *Taubm.*

27 *Nunc dum salsura*] Haud quaquam accipio cum Grutero, cum ea sit anni tempestas, qua salsura solito carius veneat: nec cum Lambino, ex tuis intestinis sale conditis et maceratis sat bona salsamenta confici possunt: aut cum Turnebo censeo ad garum ex intestinis piscium putridis pretiosum liquamen respici. Nunc dum, inquit, salsura vel muries intestinorum tuorum, quæ conservat intestina tua, sat bona est, integra est, facit officium, ut nondum omnia tua intestina computruerint. Et de vita, deque eo, quod sani restat in intestinis, loquitur, ut de muria: de ipsis, ut de muriaticis loquebantur. Quemadmodum suibus animam pro sale datam dicebat Chrysippus. *Gronov.*

28 *Intestinis vilius*] Ne hoc quidem accipio cum Grutero, eo pacto futurum ut intestina sola æque caro distrahantur, si non carius, quam totus homo. Nam *intestinis vilius* est omnino, ob intestina putrida et delinita vilius. Sic in illo, 'Iste vilius.' Sosipater Charisius lib. II. 'Rex qui vocarat ad cœnam, si sibi ea res exhibenda indiceretur, quam exhibere non posset, respondit, ut Tranquillus refert: Hoc vilius hodie mihi erit cœna.' Id est, ob hanc rem non præbitam vel appositam vilius, frugalius, *ἐυτελέστερον* apparata erit hodie cœna. Sic Terentius Adelph. V. 9. 'Tu tuum officium facies, atque huic aliquid paullulum præ manu Dederis, unde utatur: reddet tibi cito. MI. Istoc vilius.' Hoc est, ob id, quod dicis, non commissum illi vilius mihi constabit. Satis magno hic mihi constat: id quod vis si adderem, pluris constaret; nam haud dubie, quæ darem, perderem. Quod ad hoc igitur attinet, vilius et minus erit, quod in illum impendi, quoque

Digitized by Google

per illum careo. Jam Parrhasius et Palmerius hæc duo loca compararunt; sed alter explicat neutrum, alter explicat utrumque male: nec profuit Guideto vidisse illos. Hanc formulam licet addas illis, quibus ad Captivos, ne palam negarent σφημεῖν veteres solitos notavimus. Est igitur *intestinis vitius*, quod ad illam partem, quæ detrahetur; quanto intestina constarent, vilius: eoque facilius ematorem inveneris. *Gronov.*

29 *Dierectus*] Vide notas Capteiv. III. 4. 103. Trinum. II. 4. *Ambula*] Celsus IV. 9. scribit, vitium lienis quiete augeri, exercitatione et labore minui. *Taubm.*

33 *Hic homo*] Δεικτικῶς se ipsum significat. *Sciat divinitus*] 'Divinus,' substantive, ut grammatici loquuntur, μάντις est, sive vates. Horat. Od. III. 27. 'Imbrium divina avis imminentum.' Martialis III. 71. 'Non sum divinus: sed scio quid facias.' *Taubm. Divinitus*, repete ἀπὸ κοινοῦ, conjecturam facere. *Lamb.* Vel subintelligitur 'fari,' estque conceptum, ut apud Juvenal. 'Nescire Latine,' ubi subintellige 'loqui.' *Gronov.*

SCENA II. 6 *Suppono*] Id est, vicarium do. *Douza.*

7 *Operam ut det*] Reticetur nihil aliud quam 'vereor.' Nam 'vereor ut det,' est, vereor, ne non det, ut recte interpretantur. Illud alterum, 'dummodo mihi operam det,' sensu quidem convenit, sed non possunt inde suppleri verba defecta. *Gronov.*

8 *Facit hic quod pauci*] Jocus est ex eo, quod ex inepta re salubre monitum et gravis querela de corruptis juventutis moribus colligitur. Fassus erat Palinurus se quicquid sciret τῆς ὀψοποιητικῆς debere coquo: sic agnoverat eum magistrum: eoque jubente abierat depromptum quæ opus essent: ita fuerat ei dicto obediens. Hinc Cappadox, quum jam intra aulæum esset Palinurus: *Facit hic*, nempe Palinurus. Pessime igitur hæc verba dant Palinuro, quasi is eo quod coquus morigerus esset in omnibus magistro, probet daturum haud dubie operam Cappadoci. Quid? an et Cappadox ejus magister? *Gronov.*

9 *Non novi*] Videtur hoc respondere cocus: Etsi te non novi, tamen dabo operam, et auscultabo tibi. Et sic accipit Cappadox. Verum ille ambiguitatem sermonis de industria captans significat, somniorum monita suam intelligentiam fugere, neque se conjectorem esse. *J. Gulielm.* At malim *tametsi non vovi, dabo*; nam 'vovere,' idem quod 'promittere,' seu 'addicere,' significat. *Douza.*

16 *Incubare*] Vide notas supra I. 1. 62. *Jovi*] In Jovis templo. *Taubman.*

17 *Tibi qui auxilium tulit*] Quia optimus Cam. codex, *Qui tibi auxilium in jurejurando fuit*, sperno omnes alios, in quibus est *auxilio*, quod perinde fecerunt librarii, ut auctores vulgatæ *tulit*, quod genus loquendi non caperent. At quoties 'auxilia' dicuntur pro auxiliariis? quoties 'præsidium' appellatur, qui est præsidio? dicit ergo qui tibi auxilium sive auxiliarius fuit ad augendam rem et alios fraudandos in jurejurando indulgendo tibi: quum vel jurasti tuum esse, quod non erat tuum, aut te facturum daturumque, quod non feciti vel creditum abjurasti. *Gronov.*

19 *In Capitolio*] Claud. Verderius miratur, quod Plautus parasitum hæc ita loqui faciat, qui tamen sit Epidauri: tanquam si auspiam esset Capitolium nisi Romæ: imo sic vocabant qualiacunque templa grandia primoribus dicata Deis, etiam extra Italiam, ut pluribus ostendit Gruterus.

20 *Pacem*] Id est, veniam. Amph. v. 2.

Digitized by Google

Scena III. 6 *Strategus*] Id est, imperator exercitus. *Agoranomus*] Vid. Capteiv. IV. 2. *Lamb.*

7 *Demarchus*] Tribunus plebis. Vide Turn. XIV. 11.

8 *Capite sistat*] Id est, quin in caput præceps a me detur, atque ita sistatur humi prostratus in via, quam ita arctam reddebat, ut 'semitam faceret:' nam locum ruina aperiam, et laxabo, et de semita viam faciam. *Turneb.* Dicit igitur parasitus, eos qui ipsi obstiterint, in viam e semita se projecturum, id est, se deturbaturum eos ex loco, quem ipse elegerat, ad cursuram apto in viam, ubi minus commodum sit ire. *Pistor.*

9 *Capite operto*] Mos Romanis in capite aperiendo et operiendo hic fuit. Laciniam nempe togæ in caput sæpe rejecere contra æstum, aut ventum: eamque detraxere, quando opus: interdum et palliolum; sed ab ægris id factum aut delicatis. *Lipsius.* Vide Epid. I. 1. et II. 2.

10 *Suffarcinati cum libris*] Id est, qui libros sub axilla ferentes et sub pallio, quo onere et sarcina ob tumentem molem quasi sufferti videbantur, aut quod idem est suffarcinati. Nam antiquum est 'farcinare' pro farcire. Sic apud Terentium in Andria, IV. 5. 'Verum vidi Cantharam suffarcinatam.' Ob puerum scilicet quem sub veste attulerat, qui supponeretur Glycerio. Ita enim videri voluit Servius. Non autem, ut explicat Donatus. *Salmas.*

11 *Constant*] Id est, simul stant. *Drapetæ*] Quærunt cur Græcos 'fugitivos' appellet? an quia tanquam servi, ab iis, quibus mercenarias operas dabant, aufugerint? an sectæ desertores? an denique quia ultro citroque discurrerent? At respondet toto Dialogo Lucianus quosdam appellari sic potuisse vere et bona fide, quia drapetæ vel fugitivi sub pallio philosophico interdum latebant, et dominorum inquisitionem frustrabant. *Gronov.*

13 *Thermopolio*] J. Lipsius argumentis vincit, non in usu solum antiquitus 'calidam,' sed, quod miremur, in delitiis fuisse. Inde et apud Plautum fieri mentionem thermopolii, cum hilarior invitatio describatur, aut solutior luxus: ut hic de ebriosis. Vide Trinum. IV. 3.

14 *Calidum bibunt*] 'Callda' olim bibebantur et solitaria, et infusa vino: atque hæc gulonibus expetita maxime, et laudata: quam mixtionem, præter ceteros, probat clarissime Plautus, qui vinum ita mixtum intelligens, 'calidi' nomine uti, non 'calidæ' hic voluit. *Lipsius.* Vid. Asinar. II. 4. 89. Trin. IV. 3.

16 *Crepitum*] Meurs. Exerc. Crit. II. 5. 2. inter cetera docet, crepitum ventris interdum etiam metu emitti, quemadmodum hic Curculio minetur philosophis, ita se eos pugnis excepturum, ut præ anxietate et metu emissuri sint polentarium. *Polentarium*] Ex polenta comesta natum; vel qui polentam oleat. Polentam Græci ἄλφιτα vocant. Vide Plin. XVIII. 7. *Lamb.*

17 *Datatim*] 'Datatim ludere,' erat pila ludere: propterea quod dabatur: unde quidam 'datores' dicebantur in lusu pilæ, qui pilam dabant; alii autem 'factores,' qui faciebant, id est, qui feriebant et ludebant, quique in factiones erant divisi, id est, ut dicimus, 'in partes.' Genera autem ludendi fuisse videntur 'datatim,' 'raptim,' 'expulsim.' Novius apud Nonium: 'In molis ludunt raptim pila, datatim morso.' Varro apud Non. 'Videbis Romæ in foro ante lanienas pueros pila expulsim ludere.' *Turneb.*

18 *Et datores et factores*] Non Turnebum solum video serio ponere, 'factores' dictos, qui faciebant, quod fit, qui feriebant et ludebant, quique in factiones erant divisi: non Hadr. Junium, 'factorem,' qui alteri parti

Digitized by Google

sive factioni dat operam obstrnendo, pellendo, et excursus metam signando: sed etiam Scaligerum ad Manilium, 'factiones' proprie in lusu pilæ dictos et 'factores.' Auctor illi hic Plantus et Pollux, ex quo adducit: ἐφ' ἣν καταπεσόντες τὴν σφαῖραν, ἑτέρας δύο γραμμὰς κατόπιν ἑκατέρας τῆς πράξεως καταγράψαντες. At locus est IX. 7. ubi invenies τῆς πράξεως. Nunquam vero concoquere potui 'facere pilam' pro ferire: a factionibus autem ludentium, si quæ dictæ sunt, collusores dictos 'factores,' et 'factores' esse alicujus factionis homines tum credam, quum videbo a factionibus in circo, quæ sine controversia fuerunt, aurigas vocatos esse 'factores.' Quin sermo parasiti mere nugax est: nam quia 'datores' appellavit, solent autem jurisconsulti conjungere hæc duo, 'dare facere,' tum in re venerea utrumque connectitur; quasi de alterutro horum loqueretur, quum appellandos haberet 'datores' hos datatim ludentes, quasi plenius dicit 'et datores et factores:' non quod hæc vox ea in re proprie quid significet, sed risus gratia. Nec contemnendus adeo Lambinus, qui alludi ad torpem verborum significationem suspicatus est. Neque enim ut hoc valeat, oportet libidini locum in via publica fuisse. Captatur vocabulum, perinde quasi dixissent, 'et qui dant et qui faciunt.' Si datores refers ad priora, videtur loqui de usu pilæ: si ad posterius, de re turpi, vel quos oportet dare facere. Quo joci genere constat omnis Plautus. *Gronov. Et factores*] 'Factores' proprie in ludo pilæ dicebantur et 'factiones' Græcis αἱρέσεις. Vide Scalig. ad Manil. I. et V. Et Nomencl. Junii. *Solum*] Pro solea calceamentorum. Vide Trinum. IV. 3. *Lamb.*

19 *Vitent infortunio*] Sic Trucul. II. 2. 'vitare malo' eleganter. *Taubm.* Sic 'vitare verbo,' pro operam dare, ne hoc verbum audias, Casin. II. 2. 35. 'Vitent ancipiti infortunio,' Pœn. prol. 25. Dictum perinde, ut 'malo cavere' sæpe apud nostrum. *Gron.*

20 *Si imperare posset*] Id est, imperando assequi possit, ut quod monstrat, fiat. Lambini Glossa explosa, lego, *Recte hic monstrat, se imperare posse*, hoc est, satis verbis ostendit, qualis factis et quam impotens demum futurus sit, siquidem imperator evadat scilicet. *Douza.*

22 *Genium*] V. N. Bacchid. et Capteiv. IV. 2.

29 *Meæ*] Diversa sperant Phædromus et Curculio: ille pecuniam ex Caria; hic parasitus mensam instructam. Illius pecuniariæ; hujus cibariæ spes sunt. *Boxhorn.*

33 *Et aqualem cum aqua*] Ut quasi exanimato aquam offundat. Vid. Milit. IV. 8. *Frustulenta*] Id est, frustis carnium effera. *Taubm.*

35 *Ventum ut*] Ambigue dictum est; vel, facite ventum sive 'ventulum;' vel facite ut gaudeam ventum, id est, me venisse: itaque mox subjicit, 'ut ventum gaudeam.' *Turneb.* Dicit paullo post Curculio se nolle sibi 'fieri ventulum.' 'Ventulum' dixit potius quam 'ventum,' ut sic, sublata ambiguitate, intelligeretur planius quid vellet. *Boxhorn.*

39 *Os amarum habeo*] Medicæ artis placita, velut aliud agens, lepidissimus poëta insernit. *Cæl. Rhodig.* XIII. 24. *Dentes plenos*] 'Pleni dentes' non sunt mutandi in *blennos*. Nam βλέννος Græcum non convenit. 'Plenos dentes' vocavit Plautus, obtusos, hebetes, situ jam, præ fame et edendi longa inertia, crassiores factos. Ut illa quæ non exercentur, rubigine et situ obducuntur, et sic pleniora evadunt; acutiora autem, et subtiliora, quæ sunt in continuo exercitio, ut ferri acies. Parasitus igitur, qui diu dentes non exercuerat, sibi illos plenos esse et crassos, obtusosque, situque occupatos queritur. Sic 'plenum filum' pro crasso dix-

Digitized by Google

erunt, et subtili opposuerunt, 'pleno velamina filo.' *Salmas. Lippiunt*] Jocosa et audaci translatione, famelici 'fauces' dixit 'lippire:' ex eo, credo, quod, cum in fame os amarescat, salivaque concretior reddatur, et hæreseat faucibus, dentibus, palato; et arenosa etiam quædam ore patente fila lentore suo deducat; lippitudinem oculorum imitari videtur. *Turneb.*

40 *Laxis lactibus*] Perperam scribitur 'lassis lactibus:' vel potius accipitur perperam, non scribitur: nam 'lactibus lassis' declarant, defatigatis; at debebant, inanibus, nam 'lassis' et 'laxis' promiscua veterum scriptura est: ut iisdem 'adassint' et 'adaxint.' Ut autem distenduntur saturitate, ita vacuitate laxantur intestina, non lassantur. *J. Gulielm.*

41 *Nolo, hercle, aliquid*] Per *aliquid* ergo incertum quid, vagum, quod abest, et digito in præsens monstrari non potest, et quod quid, aut quale, aut ubi sit nescias, significatur. Phædromus dixerat, *Jam edes aliquid;* idem est, ac si dixisset, 'edes nescio quod.' Certum ergo quid mavult Curculio. *Boxhorn.*

43 *Illis conventis*] Conventionem, quam sermoni tribuere solemus, ad dentes suos dentientes per ridiculum accommodat, satis pol parasitice. Et alludit ad id, quod supra dixerat, 'PH. Qui te conventum cupit.' *Douza.*

44 *Suis glandium*] Vide Men. I. 2.

49 *Invenire possim*] Quod Lambin. de argento dictum videri cupit, ego de ipso Phædromo interpretor. At Parasitus in diversum sensum objectionem illam retorquens, quasi Phædromus dixisset, Amisisti me; (ambiguitas enim in verbo *perdidisti*) possim, inquit, invenire te, si mihi operam addere volueris: non aliorsum, quam ad perditarum rerum, quibus recipiendis satagere solemus, fortuitam recuperationem respiciens. Quo etiam referenda, quæ sequuntur: 'PH. Perdis me tuis dictis. CU. Imo servo et servatum volo.' *Douza.*

52 *Scires velle gratiam tuam*] Frustra hic sudant interpretes. 'Velle gratiam alicujus' est cupere aliquem demereri, vel certe non offensum velle. Contra 'negligere gratiam alicujus,' est nolle in honorem alicujus facere. Cicero pro Plancio, 'Neque enim ad negligendam gratiam meam debet valere, quod dixit idem.' Nec vero valent hæc verba: ea usus est præfatione, ex qua intelligeres eum amicum. Sed est lusus comici. Apparebat, inquit, eum te amicum velle. Hoc quum audit Phædromus et spectatores, exspectant, ut subsequatur, argentum numerasse. Contrarium autem evenit, et hoc apponitur gratiæ, quia genus est simplicis amoris non lactare: non agere, ut illi de quibus queritur Charinus in Andria IV. 1. 'In denegando modo queis pudor paululum adest: nam ubi tempus promissa jam perfici, tum coacti necessario se aperiunt.' Ex ipso facto, non aliqua præfatione hoc colligit. *Gronov.*

60 *Prehendit dextram*] Comitatis et benevolentiæ indicium maxime apud Græcos. *Lambin. Cariam*] Pro in Cariam.

66 *Apud trapezitam situm est*] Solebant veteres nummos suos non eos solum, quos aliis debebant, sed et quos nulli debebant apud trapezitas collocare. *Lamb.*

71 *Religio fuit*] Verba sunt, parasiti significantis *se* (ut vulgi verbis utar) *conscientiam fecisse*, si homo ipse parasitus ad cœnam vocatus non iret. *Budæus.* Vide Mere. v. 2. Sticho, II. 1.

73 *Me morari*] Dicit Parasitus, facile se consensisse, ut illico cœna committeretur, etiamsi adhuc nimis

Digitized by Google

tempori esset. Non enim parasiticæ disciplinæ professorem decere, ut diem moretur, seu, ut patiatur sibi moram afferri a die, quo minus luce cœnet. Ne decere etiam, ut nimis tarde cœnando nocti noceatur, atque ita somno decedat. *Lamb. Nocti nocerier*] 'Nocti nocet,' qui non recipit se domum ante noctem, ut cœnet. *Id.*

76 *In aleam*] Douza docet 'aleæ' nomine, universa istiusmodi ludorum genera indifferenter comprehensa antiquitus. *Pono pallium*] Ut ego, a milite provocatus, ludere possim (fortasse quia nummos non habebat) *pono*, id est, depono pallium, tanquam pignus. Cui miles 'opposuit annulum.' *Lamb.* Vide Bacchid. IV. 4. Capteiv. I. 1. Asin. IV. 1.

79 *Nutricem Herculem*] Legendus est locus ad hunc modum, et interpungendus: *Tace parumper: jacit voltorios quatuor. Tales arripio, invoco ἄλμαν meam nutricem. Hercule Jacto bolis Chium.* Dicit parasitus se invocasse ἄλμαν nutricem suam: quibus verbis facete ludit et jocatur, quasi nutricem, quæ sibi sit, non designet, sed epitheto, quod perpetuum est, 'halmæ' ornet: cum tamen intelligat ἄλμην, id est, *lepores, jocos*, atque *sales*, venustatemque suam: iis quippe artibus victum sibi quærebant parasiti, merebanturque sales isti 'nutricis' nomen. Addit, *Hercule;* quod est affirmantis de successu aleæ, cum tam prosperum habuisse vix quisquam crederet; affirmantis, inquam, cum juriajurandi religione de eo. Quatuor autem jactus sive boli fuerunt: hinc ista intelligenda, *jacit voltorios quatuor.* Miles misit, singulis illis talorum jactibus et bolis quatuor, 'voltorium' sive 'canem:' at vero parasitus inquit de se, *jacto bolis Chium.* Singulis scilicet bolis talorum, quos jactavit, *Chium*, id est, senionem misit, et vicit. *Petitus.* Lege, *almam meam nutricem Ferculam.* Ut alibi, 'Sanctam Saturitatem,' 'Lubentiam,' 'Commoditatem,' 'Suavem Suaviationem' Deas facit. *Tan. Faber.* Vera omnino est Lipsii sententia de decimis Herculaneis locum hunc interpretantis. Præterea ipse Hercules inter πολυφάγους nominatissimus. Cum libri scripti non varient, ad alias conjecturas decurri non potest. Nec vero aliter licet exponere quod vulgatum est. *Salmas.*

81 *Caput deponit*] Vide Aulular. III. 6.

88 *Panem*] Haud dubie legendum est *panem.* Nec ordo verborum nominativum exigere videbitur, si ista, *Hæc sunt ventri stabilimenta*, parenthesios notæ includantur; aut *hæc sunt*, accipias pro 'quæ sunt.' *Boxhorn.*

ACTUS III.

1 *Beatus*] Id est, dives. Vide Pœnul. I. 2. *Subduxi rat.*] Capteiv. I. 2.

5 *Cum belle recogito*] In Langianis fuit, *cum velle recogito*, quod J. Gulielm. vitiosa illa scribendi ratione habet pro *belle.* Bellum esse videtur avaro trapezitæ, non reddere, quod debeat, nisi in jure coactum. *Taubman.*

6 *Ad prætorem sufferam*] Barbarum est, 'sufferre ad prætorem,' pro, deferre: apage igitur *sufferam.* Recte Lambinus duci, rapi, trahi, ut scilicet ibi Jupiter auxilium mihi sit, dum vel abjuro, vel bonam copiam ejuro. Ut et infra v. 8. 'Pessime metui, ne bodie mihi apud prætorem solveret.' *Gronov.*

10 *Qui homo mature*] Hunc locum Charisius lib. II. ita explicat: Qui homo tarde, id est, vix et ægre quæsiit pecuniam, nisi ei cito peperceris, cito esurit. *Lambin.*

12 *Usurarius*] 'Puer usurarius' est catamitus. Vide Amphitr. Argum. Turneb. III. 12.

14 *Nil tu me saturum*] Verba sunt Curculionis ad Phædromum, et qui-

Digitized by Google

dem ab eo discedentis, ac moniti, ut bene rem gereret. Dicit autem, saturum officii non esse monendum; parasiti enim, per acceptum saturitatis beneficium, quod æstimant maximum, iis, a quibus laute excepti sunt, omnino et inprimis, nec monitos, ad res bene gerendas obstrictos se putant. *Boxhorn.*

19 *Operto capite*] V. N. Amphitr. v. 1. 42.

24 *Catapulta hoc*] *Hoc δεικτικῶς* dicitur: nempe, malum, aut vulnus, quo unoculus factus sum, catapulta ictum, inflictum mihi est. *Boxhorn.* Capt. IV. 2.

25 *Sicyonem*] 'Sicyon,' urbs vetustissima in Peloponneso, non procul a Corintho.

27 *Superstitiosus*] Id est, divinus, seu vates, et ariolus: *ἔνθεος καὶ θέσφατος. Scaliger.* V. N. Amphit. I. 1. 67.

28 *Catapultæ*] Ergo 'catapulta' non solum tormentum, sed etiam telum est, ut infra v. 3. *Turneb.* XV. 1.

29 *Hoc intus mihi*] Gruterus *incussum.* Acidalius *ictus.* Pareus *ulcus.* Salmasius *inustum.* Qui nescit, cur interpretes hæserint, et *intus mihi* nil aliud esse pronunciat, quam in me, in ore meo, vellem hujus generis loquendi aliquod exemplum afferre dignatus esset. Liceat igitur et nobis conjicere, *Adolescens, ob rempublicam hoc virtutis mihi Quod insigne habeo.* Gronov.

32 *Non inforabis*] Jocus ex ambiguo, alludens ad 'forum' et 'comitium.' Etiam Scaliger in Priap. monuit, *perforare, περαίνειν*, flagitiosum verbum esse.

35 *Inibis a me*] Gratiam ab aliquo inire, est dato beneficio alicujus gratiam et amicitiam mereri. *Donat.* ad Eunuch. III. 5.

37 *Cujatis*] Vide Menæch. II. 2.

40 *Dum scribo*] Dum ei per syngraphum, ob acceptam pecuniam caveo. *Taubm. Totas ceras*] De 'ceratis tabellis' vid. N. Asin. IV. 1. et alibi. Item Joh. Mercerum Opin. I. 12. ubi etiam docet, quid 'prima,' quid 'ultima' cera sit.

46 *Summano*] 'Summanus' Deus est manium summus, (unde et dictus) id est, Pluto, qui omnes avarissime rapit in suum thesaurum: inde 'summanare,' pro avide rapere et furari, Summani more, finxit lepidus poëta. *Turneb.* II. 7. Putat Meursius, 'summanare' dixisse Plautum propter euphoniam, pro 'submanare,' id est, *ὑποχείριον ποιεῖν*, et ludere voluisse in alliteratione.

53 *Signum nosce*] V. N. Amph. I. 1. 265. Bacchid. IV. 6.

54 *Machæra dissicit*] Lego, *Clypeatus elephantum ubi machæra dirigit.* 'Dirigere' proprie est *διχοτομεῖν*, in duas partes rectas et æquales scindere. Titinnius apud Nonium, 'pernam totam dirigit.' Male apud Nonium 'diligo' pro 'dirigo.' Festi Abbreviator, '*dirigere* apud Plautum invenitur pro discindere.' Sic ibi scribendum. Nam vetus liber qui penes me est, habet *discidere*: editur, *discedere.* Salmasius. 'Dissicere,' pro dissecare, probum et antiquum verbum est, sed quod passim in libris corruptum mutatum in 'disjicere,' quod est dissipare, cum illud sit secando dividere. Virgil. Æn. XII. 306. 'Ille securi Adversi frontem mediam mentumque reducta Dissicit.' Lactant. II. 8. 'Cape igitur hanc cotem, eamque novacula dissice.' *Gronov.*

61 *Hamum vorat*] Tabellis, quas legit, capietur, ut hamo pisces. *Lamb.*

62 *Tecum oro*] Amat Plautus sic loqui, pro vulgari, 'oro te.' Asin. III. 3. 72. Rud. III. 4. 68. Pers. I. 3. 37. Casin. II. 5. 16. et III. 4. 5. *Gronov.*

74 *Perediam*] 'Perediam et *Bibesiam* Plautus cum dixerit, intelligi voluit cupiditatem edendi et bibendi,'

Digitized by Google

Festus. Venuste, ut nihil supra, *Perediam et Perbibesiam*, ut provinciarum nomina commentus est: ita ut prius ' Perediæ ' nomen referat, et esca tamen comitem continuo potionem, quæ ' Perbibesiæ ' nomine exprimatur, attrahat. ' Classis ' vero ' Unimammia ' figura comica et fictione exercitum Amazonum significat, cum et ' classis ' exercitum declaret: et constet, ferramento candente alterutram sibi adussisse mammam Amazones, ut una tantum eis reliqua esset. Sed tantum exercitum pro terra Amazonum audiri vult, et regionum terminatione formavit. Quin et ' Centauromachia ' jocularitер hic Thessaliam significat, cujus olim partem tenuisse Centauros e poëtis notissimum est. Et, ' Libyamque oram omnem Conterebromiam,' cum dicit, jocatur novato verbo, significans omnem illam terram, quam Liber Pater exercitu lustravit, quamque obeundo contritus et fatigatus est. *Turneb.* Arbitror designari hic Libyam illam, quæ vini est ferax, eamque vocari ideo ' Conterebromiam,' quod Bromium, hoc est, uvas sive vinum conterat. Vindemiam celebrantibus satis dixi. *Grut.*

82 *Credo, hercle, te esse ab illo*] Nugas blatit, qui negat hic Lambinum aut alios interpretes quicquam vidisse: ' esse ' enim hic significare edere, et ' esse ab illo,' parasitum illius esse. Tam hercle, quam quod Pœnul. II. 2. ' Esne tu, an non es ab illo milite Macedonico?' et Milite II. 2. ' Quemque a milite hoc videritis.' *Gronov. Blatis*] An *blattis* leg. vide Epid. III. 1.

88 *Juratus sum*] Scil. me virginem Phædromo traditurum. *Lamb.*

90 *Mihi mora*] In hac Comœdia, et hoc præsertim actu tertio, existimat Gulielm. Canterus Nov. Lect. IV. 10. aliquot scenas desiderari.

ACTUS IV.

SCENA I. *Choragus*] ' Choragos ' vocant hodie eos, qui pecunia sua chorum conducunt et instruunt; ac primitus χοραγὸς dicebatur is, qui erat vere ἡγεμὼν τοῦ χοροῦ· cujus erat officium, videre ne imperitia chori aut lascivia vetus musica corrumperetur, sed pura atque sincera servaretur. *Casaub.* ' Chorus ' est pars inter actum et actum; vel potius post actum, introducta cum concentu, &c. Fuit autem per initia chorus monoprosopus in fabulis. Unus enim quispiam prodibat, civium vitia recensens; idque sine cantu. Talis est apud Plautum ' Choragus ' in Curculione; deinde alter additus, ut interrogationibus et responsionibus explerent animos varietate. Summa enim laus in poëtica, novitas. *Scalig.*

2 *Halophantam*] Recte se habet *Halophanta*. Non reperitur tamen hoc nomen apud Græcos, sed fictum est a comico, ut olim bene Scaliger censuit ab habitu marino. 'Αλοφάντης, ut συκοφάντης. Nam et φαντάζεσθαι Græci pro *decipi* et συκοφαντεῖσθαι dixere. Hesychius, φαντάζομαι, συκοφαντοῦμαι. Et ita apud Aristophanem legitur. Sed et φαίνειν absolute pro συκοφαντεῖν posuerunt. Ut idem Aristophanes: Τὴ μαθὼν φαίνεις ἄνευ θρυαλλίδος. Item τὶς ὁ φαίνων ἐστίν. Sic ἁλοφάντης, maritimus est sycophanta cum habitu thalassico. Alioquin et ἁλοφάντης etiam diceretur omnia mentiens et fallens, non ut inepte eam explicat breviator Festi. *Salmas.*

6 *Quo in*] Pro *in quo*; dignumque animadversione similium morum homines aliis in locis urbis reperiri solitos, non Romæ modo, sed et Athenis. *Casaub.*

7 *Sumat operam*] Scilic. quis vestrum. *Boxhorn.*

9 *Comitium*] Id est, ad puteal Libonis: quod ara fuisse videtur in co-

Digitized by Google

mitio, in gradibus ipsis ad lævam curiæ sita, in quam jurari solebat. Non sine caussa perjuros dicit in comitio esse; nam in comitio, ubi jus dicebatur, erant litigiosi. Et 'comitiales homines,' qui religionem juriejurandi parum colere noverant. *Turneb.*

10 *Apud Cloacinæ sacrum*] Aurelius Victor in foro Romano ponit ædem Veneris Cloacinæ. Circa eam versatus (non enim habitasse) indicat Plautus. *Gronov.*

11 *Sub Basilica*] V. N. Capt. IV. 2.

12 *Quique stipulari solent*] Et hoc fuisse genus male suadentium credibile est. Suetonius Vitellio: 'Tum fœneratorum et stipulatorum publicanorumque, qui unquam se aut Romæ debitum, aut in via porterium flagitassent, vix ulli pepercit.' Rud. v. 3. 'Cedo quicum habeam judicem, ni dolo malo instipulatus sis.' Sic autem Ms. non 'adstipulari,' ut Passeratius voluit. *Gronov.*

15 *Canalem*] 'Caniculæ forenses, homines pauperes dicti: quod circa canalem fori consisterent.' *Festus.* Ad quod Scaliger, 'Canalicolas forenses' vocat, ut etiam Græci ἀγραύλους, id est, χυδαίους.'

16 *Supra lacum*] 'Lucrinum' de quo suspicati nonnulli, facile hinc dimittimus, qui tam longe ab urbe Roma aberat. Sane Aurelius Victor 'vicum Jugarium,' ad cujus caput erat Servilius, itemque 'lacum Juturnæ' ponit in regione octava, quæ forum Romanum vocabatur. Sed in eadem ponit etiam multo nobiliorem 'lacum Curtium.' Neque intelligo, quid sibi velint viri docti, qui Plauti tempore lacum Curtium nullum fuisse aiunt: etsi jamdudum hoc alius ex alio describat. Qui primus dixit, videtur significasse stagnum vel aquam ibi nullam ætate Plauti fuisse. Quare autem necesse est, quum dicitur *supra lacum*, intelligi lacum stagnantem? Locus nempe ipse, ubi lacus fuerat, sive tempore Romuli sive paullo post consules de plebe, et diu ante Plauti ætatem et postea Livii Tacitique ætate 'Lacus Curtius' dicebatur. Et eum intelligere malo. *Gronov.*

17 *De nihilo*] Vide Mostell. III. 2.

19 *Sub Veteribus*] De privatis fœneratoribus hoc est intelligendum. Hæ 'Veteres' in foro tabernæ consistebant. Sequitur de publicis, 'Pene ædem Castoris,' &c. Quod de argentariis, sive trapezitis, accipi debet, quos ubique eo nomine vellicat Plautus, quasi male iis credatur, utpote qui sæpe foro cederent. Hi in ea parte fori, ubi templum fuit Castoris, tabernas suas habuerant, ut privati in foro quoque eodem consistere solebant, sed in eo loco qui dicebatur, *sub Veteribus.* Salmas.

21 *Venditant*] In Tusco vico homines liberi consistere soliti, qui se venales postularent: illudque Horat. Sat. II. 3. 'Tusci turba impia vici,' contra interpretes huc traho: cum fœneratores non in Tusco vico, sed *sub Veteribus* assidui fuerint. *Rævard.*

22 *Velabro*] V. N. Capt. III. 1. 29. *Vel pistorem vel lanium*] Quare omnes hoc et sequenti versu, utique sequenti, comprehensos accipiam pro iis, qui sese ad rem divinam privatam conductos cuperent, intereaque ibidem starent otiosi, et pistorem pro nescio quo fictore, qui pararit fictas hostias humilioribus, quod ex Gutherio huc allevere, nihil rationis video. Et est hoc, qualia illius multa. Tu vero *pistorem* et *lanium* accipe simpliciter, qui vulgo his verbis significantur. *Gronov.*

23 *Vel qui aliis ut versentur*] Hæc Lipsii conjectura est. Mss. *vel qui alii subver.*; hoc est, vel qui ipsi vertant ac mutent merces munusculariis negotiatores, vel præbeant institoribus merces, quibus exerceant negotiationem sub aliis, quas mutent domi-

Digitized by Google

norum vice. Fluxit enim 'subversari,' ut 'suppromum,' 'subballionem,' ille apud Quinctilianum 'subcœnant,' Ovidius 'subnuba lecti.' Vide de Pec. Vetere IV. 14. *Gronov.*

24 *Ditis damnosos maritos*] Scribendum, *dites, damnosos maritos.* Ita legendum hic et supra. Et potest fieri ut in his duobus locis, 'dites' et 'damnosi mariti' versari soliti fuerint, ideo eundem versum de illis repetiit. 'Damnosos maritos' appellant non profusos, qui scrotantur et potant, sed quos uxores sumptuose et prodige damno feriebant, qui propter uxores multum impendebant: nam *damnosus* est *δαπανηρός*. Aliud est homo damnosus, aliud maritus damnosus. Simpliciter 'damnosus' est qui pro se sumptum facit. At damnosus maritus, is dicitur, qui propterea quod est maritus prodigus, in uxorem nempe quæ sumptibus virum exhaurit. *Salmas. Leucadiam Oppiam*] *Leucadiam Oppiam* cum dicit, opinor, domum intelligit Liberta Oppiorum, quæ 'Leucadia' vocabatur, in foroque habitabat: ad quam damnosi et nequam mariti plerumque divertebant. Certe in illa urbis regione erat Oppiorum domus: cum sæpe matice 'Oppios de Velia' nominet Cic. ad Attic. VII. 13. Sed in antiquis voluminibus, *operiam* (ut sit, expectabo) scribitur: ut non dubitem pronunciare, *Leucadiam* fuisse Leucadiorum in foro stationem; ut 'Græcostasin,' quæ a Græcis nomen habebat. *Turneb.*

SCENA II. 4 *Memento prom.*] Non assentior iis, qui admonitionem istam de evictione promissa, non Lyconi, sed Curculioni tribuunt, ea ratione, quasi nihil ad Lyconem pertineret. Sed hoc potius est. Stipulatio illa a milite facta fuerat præsente Lycone, ut apparet infra v. 3. Et quia Lyco pecuniam nomine militis numerare debebat, ideo stipulatus fuerat miles, si virgo manu adsereretur, lenonem esse sibi aut Lyconi tanquam militis negotiorum gestori, pecuniam reddere debere. Fuit itaque Lyco tanquam 'adjectus' solutioni, ut jurisconsulti loquuntur. Ideo recte et caute loquitur Lyco. Non dicit 'sibi' promissum, sed in genere 'promissum' (scil. militi stipulanti,) pecuniam 'mihi' (tanquam adjecto) 'redditum iri.' Et ideo sit, 'sibi redditum iri,' quia numeraverat: quod de Curcul. dici non potest. Hic planius sensus est: et ita recte sequitur id, quod Curculio subjungit, 'Et meminisse hæc ego volam te.' Quibus verbis Curculio id, quod quidem antea ignoravit, callide tamen arripit, quasi pro milite sollicitus, cum suum ipse potius negotium gerat. *Pister.*

5 *Liberali causa manu assereret*] 'Liberali causa aliquem manu asserere,' significat, in judicio hominem liberum, qui in servitute est, defendere, vindicare ex servitute in libertatem, seu manu alicui, qui in servitute est, injecta apud prætorem hæc verba pronuntiare: 'Hunc ego ex jure Quiritum liberum esse aio.' Nam his fere verbis utebantur, qui liberali judicio natalibus aliquem restituebant. Anceps autem est 'adserere,' ideoque adjicitur, 'liberali causa.' Infra v. 2. 68. et v. 3. 31. Terent. Adelph. II. 1. Ad quem locum vide Donatum. Pœn. IV. 2. 84. et v. 2. 4. et 142. *Gronov.*

8 *Mancupio tibi dabo*] Qui alteri quicquam mancupio tradit, ita dat quasi suum: ut accipientis illico faciat, dominiumque transferat pure atque in perpetuum, hoc est, sine diei atque conditionis adjectione: cum sit 'mancipatio' actus legitimus: atque adeo cum auctor sit, de evictione teneatur auctoritatis nomine, qui rem accipientis non fecerit. *Faber,* Semestr. II. 23. *Mancipio dabo, accipiam*] 'Mancipio dare et accipere rem emtam,' est ita tradere et auferre adhibita libra et ære, et quinque

Digitized by Google

testibus civibus Romanis præsentibus ut evictionis periculum præstetur a venditore. *Gronov.*

10 *Abjurant*] 'Abjurare,' est rem alienam perjurio negare, ait Servius ad illud Æneid. VIII. 'abjuratæque rapinæ.' Quanquam hujus explicatio huic potius loco convenit, quam Virgiliano.

12 *Auctor*] 'Auctor' is est, qui rem suo periculo vendit: unde 'auctoritas' pro evictione apud Venuleium et Paullum jurisconsultos. *Bos.*

20 *Vos*] Trapezitas, Trinum. II. 4. *Iibus*, pro iis, Milit. I. 1. *Pono et paro*] Utraque phrasis est Virgiliana Æn. II. pro eodem loco et ordine habeo et censeo. Sen. Ep. 108. 'Una ponere morbos et senectutem' dixit. Idem Ep. 124. 'Te cum Deo pono.' Val. Max. III. ult. ext. 5. 'Amicos inimicosque juxta ponere.' *Gronov.*

24 *Rogatas*] Id est confirmatas rogationibus.

25 *Quasi aquam*] Ut enim aquam ferventem, quamdiu fervet, nemo tangere audet; ubi refrixit, nemo tangere dubitat: ita leges, primum latæ, valent et metuuntur; cum tempore obsolescunt, et negliguntur. *Lamb.*

26 *Au! male medit.*] Ausim ego adseverare, non *meditate* sed *meditato*, dandi casu legendum, ut subaudiatur 'mihi:' utque hoc significet Cappadox: Curculionem *male*, id est, non recte dicacem et contumeliosum esse in se, qui parum paratus instructusque (hoc enim *male meditato* est) ad decertandum cum eo maledictis venerit. Omnis proinde argutia in ambigua significatione τοῦ *male* posita fuerit. 'Meditatum' porro haud aliter sane a Plaut. usurpari, notum est. *Douza.*

29 *Mancipem*] Id est, prædem seu fidejussorem.

32 *Eduxi*] 'Educare' ad corpus; 'educere,' ad ingenium pertinet. *Lamb.*

39 *Decem minas*] Minas triginta dederat Lyco lenoni pro virgine, restabant decem pro auro et veste. *Lambinus.*

SCENA III. 4 *Deposivi*] Pro 'deposui:' utitur et Catullus.

7 *Facias ferocem*] Vide Mostell. IV. 1. *Ferocem*, superbum, magni animi. Vide Mostell. IV. 2. *Supplicare*, me tibi. Vid. Epid. V. 2.

13 *Tabulas*] Si vera est scriptura, de quo dubito, pronunciandum κατὰ συγκοπὴν, *tablas*. De qua scriptura, etsi alias etiam facio conjecturas, hæc tamen est præcipua: *tabellas* aliquem adscripsisse explentem sensum; Plautum autem fecisse κατ' ἔλλειψιν, *quas tu mihi?* nimirum *tabellas*. Camer.

14 *Quos tu mihi*] Lyco usus erat numero singulari: miles autem eadem nomina posuit in plurali. Notat hoc Donatus ad id Terent. Adelph. 'turbas, lampadas, tibicinas,' his verbis: 'Bene totum pluraliter; ut qui reprehendit.' Sic Plautus multa, *Quas tu mihi, &c.* Lambin. *Somniss*] Id est, nugaris et blateras. *Turneb.* Vid. Menæchm. II. 3.

16 *Latronum*] Id est, militum. Vid. Milit. I. 1. *Douza.*

24 *Umbraticus*] Homo in umbra educatus, et ignavus; non sub dio, et strenuus. Truculent. dicitur 'umbraticola.' Vid. ibid. II. 7.

SCENA IV. 1 *Quoi homini*] Poterit versus hic usurpari, cum suspicamur ne princeps bona fide se nobis amicum præstat, vultu inquam et voce; sed corde aliud volutat. *Gruter.*

4 *Jusseram*] Malim *jusserim*; tum, quia non jusserat sane; tum, quia pulchre id exprimat fastidiosum aut iratum salutatorem. *Acidal.*

6 *Delinges salem*] Nedum ut 'cœna adventitia' tibi detur. Jam 'salem lingere' dicuntur, qui perquam tenuiter victitant. Nam apud veteres in tenuiorum cœnis, salem loco

Digitized by Google

cibi fuisse notum est. Sali, acetum noster addit in Rud. IV. 2. *Lambin.* Moris fuit veteribus salem in mensa hospitibus apponere, eo concordiam inter se mutuo optantes; ut ex aqua et terra ille constat. *Meurs.*

7 *Vocata res est*] Sic Sticho, III. 3. 'vocata est opera.' Est formula excusandi se apud invitantem, quod jam alii promiseris. *Gronov.*

9 *Ne facias testes*] Qui simpliciter monet accipiendum, ne in testibus contra me adducendis aut subornandis multum ac incassum labores: lusit operam. Si quis in re dubia aut unde lis oriri posset, audiebat adversarium imprudenter dicentem, quo convinceretur aut teneretur, præsentes aut subito prætereuntes appellabat, meminissent hoc ab isto dictum, inque eam rem, ubi opus foret, testimonium perhiberent. Repentinum hoc erat, et nullus locus subornandis. Terent. Adelph. II. 1. 'Ubi me dixero dare tanti, testes faciet illico vendidisse me.' Noli sperare verbis abs te circumventum iri, ut si quid ambiguum dixero, tu arreptum id appellatis testibus mandes. *Gronov.*

17 *Pugnæ prœliares*] 'Prœliares pugnas' dixit ad distinctionem velitationum, quæ verbis fiunt. Nam et pugnare verbis dicebant, ut et Græci μάχεσθαι, unde et λογομαχίαι. *Salmas.* *Obtritæ*] Vide Stich. III. 1.

20 *Frustulatim*] Vide Bacch. IV. 8. Lamb. autem, *ut hinc formicæ.* Scriver.

21 *Volsellæ*] 'Volsella,' sive 'vulsella' instrumentum, quo pilos radicitus e corpore exstirpant, τριχολάβιον.

22 *Axicia*] Forfex, quo secantur capilli: quasi 'exicia,' ab 'exicando:' nam 'exicare,' pro 'exsecare' dicebant. *Turneb.* Veneta et Colon. leg. *exicia.* Lamb. legit *excutia*, et interpretatur parvas scopas quibus excutitur pulvis e vestibus. *Linteumque extersum*] Captivis II. 2. nominatur 'involucre.' Lambin. mavult interpretari mantile, χειρόμακτρον. J. Palm. leg. *linteumque extersui*, id est, linteum ad extergendum comparatum: quam emendationem Douza ait verissimam. Ita Sallust. 'Et alia, aquæ portandæ, conquiri jubet.'

29 *Centuriatus est*] Centuriatus miles dicitur, in centuria adscriptus. At facete et suo sale comicus dicit eum centuriatum esse in expuncto manipulo, id est, adscriptum esse manipulo exauctorato, et a militia dimisso. *Salmas.* *Expuncto in manipulo*] Quemadmodum 'lecti milites' in tabulas et codices (vocant 'pittacia,' 'breves,' 'laterculum,' 'matriculam') referebantur et scribebantur, ita delebantur 'non milites' et 'rejecti:' quo respexit Plautus. Et explicavit Scholiastes vetus in hoc Persii, 'Proximus expungam:' 'Tractum a militibus, qui expuncti dicuntur, dum foras a militia emittuntur.' Solebant et mortuos ibi notare, et 'Theta' suum affigere. *Lipsius.*

30 *In tritico*] Alludit ad 'curculionem,' quæ vermis est, frumenta exinaniens, ut Varro ait, Græcis σίς. Virg. Georg. I. 'populatque ingentem farris acervum Curculio.' *Lambin.*

31 *Reperias*] Alii *reperies.* Vid. Aulul. III. 5.

ACTUS V.

Scena I. 1 *Antiquom poëtam*] Totius hujus loci hæc sententia est: *Omnis mulier mala est,* Πᾶσα γυνὴ χολὸς ἐστι, ut est in veteri Epigrammate. Duas igitur mulieres pejores una esse, rectissime olim dictum est. Malum quippe malo addito augetur. At ego in una Phædromi amica, quidquid malorum singulæ mulieres divisum tenent, conjunctum inveni. *Boxhorn.*

8 *Caniculam*] Planesium, quæ mor-

Digitized by Google

det ad instar caniculæ. *Lambin.*

SCENA II. 2 *Nulla est*] Jocus ex ambiguo, in voce *res*, quam illa negotium magni momenti interpretatur, hic fortunas et rem familiarem. *Lambin.*

6 *Vivo facilius*] Nihil verius. 'Nugarum' enim tractatio propria parasitorum provincia. Merito ergo propter eas ipsas *facilius*, id est, lautius atque ex sententia se victitare gloriatur Curculio. Vid. Epid. II. 2. *Douza.*

11 *Elusi*] 'Eludere,' inquit Donatus, gladiatorium est, cum vicerunt, et ludo finem imposuere. Horat. I. Sat. ult. 'Daveque Chremeta Eludente senem.' Propert. II. 2. 'Sic a Dulichio juvene est elusa Calypso.' *Passerat.*

13 *Tribus bolis*] Id est, talorum jactibus. Vide Rudent. II. 3. *Vel*] Vide Mil. I. 1. *In chlamydem*] Scil. paratus sum ludere. *Taubm.*

14 *Cum boletis*] Jocus stomachantis militis ex annominatione. Est autem, 'boletus,' species fungi, solus innocuus, βωλίτης. 'Bulbus,' radix rotunda tunicata. *Lamb.*

15 *Tricas*] Notandum, ἀπὸ τοῦ 'tricis,' haud 'triconibus argentariis' modo, verum etiam 'tricosis,' nomen inditum, idem significantibus. Lucillius: 'Hic tricosu', bovinatorque ore improbu' duro,' &c. *Douza.*

21 *Quadruplicem*] Actione furti manifesti, qua persequimur quadrupli pœnam. *Lamb.*

23 *Licet te antestari*] Licetne mihi aliquem eorum, qui hic adsunt monere, ut mihi testificetur, me militem in jus vocasse? Vide Persa IV. 9. *Lambin.* *Non licet*] Quia nemo liber adsit, qui testis esse possit. *Lamb.*

24 *Intestatus*] V. N. Sc. sequentis vs. 17. et Milit. act. V.

25 *At ego, quem*] Non licuit veterum more, in jus vocatum invitum quoquo modo in jus ducere. Nec eam vis inferendæ rixæque concitandæ, quoties in jus vocatio a privatis fieret, occasionem veteres aut probasse aut admisisse. *J. Robertus.*

28 *Accede huc tu*] Scil. tu miles, et auriculam mihi prehende, si audes. *Lamb.*

31 *Quem elusit*] Quem tibi dormienti et eluso ademit. *Taubm.*

34 *Fastidit*] Vid. Sticho v. 4. et extrema Truc. *Mitte istunc*] Scil. Curculionem, quem retinebat Phædromus, ne a milite vapularet. *Lambin.*

36 *Surge*] Incumbebat enim in genua militis Planesium. *Lamb.*

41 *Servavi*] Id est, observavi, colui. *Lamb.*

47 *Ventus turbo*] Apuleius: 'Turbo dicitur, qui repentinis flatibus prosilit, et omnia turbat:' a Lucret. 'ventus versabundus' dicitur. *Spectacula*] Aulæa et cetera instrumenta scenica. Theod. Marcilius censet 'spectaculum' hic dici cum Servio Æn. V. 'theatrum,' sive 'visorium,' ut Cassiodorus vocat. Ludi autem scenici in theatro edebantur; in amphitheatro gladiatorii ac venatorii: illudque Veneri sacrum, hoc Marti.

49 *Nec vivam*] Id est, semianimem. Vide Muret. Var. XVII. 13.

51 *Meministin'*] Mirum ni meminerit turbam fieri, quæ etiam multis verbis eam, ut facta est, explicarit: itaque oraculum putato, non conjecturam, *Memini istanc turbam fieri*, non de sua memoria loqui militem, non Planesii, manifestum est. *J. Gulielm.*

53 *Una anulum*] Alium ab eo, quem parasitus militi surripuerat. *Douza.* Atque ita hic locus tuendus est, qui alioquin a J. Cæs. Scal. in Hypercritico c. 3. vapulat.

58 *Deos*] *Vertere* hoc loco est ἀφοριστικῶς sic Terent. Adelph. 'Mæ. Puer natus est. Mi. Di bene vortant.' Ubi notat Donatus, in omnibus quæ cupite venerint, 'Dii bene vortant,' dici solere; quia sæpe be-

Digitized by Google

mines ea optaverunt, quæ aliis aliter atque expectaverunt, contigissent, quam potestatem rerum vertentium sæmet in utramque partem, Vertumno Deo superesse, veteres existimaverunt.

60 *Cœnam des sororiam*] 'Cœna sororia,' est quæ datur sorori nuper agnitæ: ut 'adventoria' quæ datur amico advenienti, notoque. *Salmas.* Epid. I. 1.

63 *Tu istanc*] Recte hic rogatur miles, ut sororem suam viro despondeat; nam patre mortuo, frater sororis pupillæ legitimus tutor est. *Douza.*

65 *Verum hercle*] Hunc versum Curc. parasito de; qui per ridiculam asseverat, se serio plane dotem illam constituere; et velle, ut miles ea conditione sororem despondeat. Neque enim hic consentire potest Phædr. qui infra demum deliberet, et e sorore exquirat, utrum velit, &c. *Pistor.*

68 *Hanc liberali*] Scil. 'causa.' Vide N. supra I. 3. et Pœn. IV. 2.

75 *Et ego hoc idem*] Lego, PH. *Et ego huic cibum una spondeo;* ut respexerit ad superiorem cibi perpetui flagitationem Curculionis. *Acidal.*

76 *Thesaurum meum*] Lambinus *thesaurum meum* interpretatur, vel apud quem deposui XXX. minas; vel, unde tanquam ex thesauro depromam nummorum quantum volam. Porro, versiculus hic palam corruptus est. Suspicor levi mutatione legendum, *Sed eccum lenonem; incidi in thesaurum meum.* Boxh.

SCENA III. 3 *Non male creditur*] Creduntur proprie nummi qui reduntur; quemadmodum contra proprie debentur, quæ deinde solvuntur. Inde argutia Martialis II. 3. 'Sexte, nihil debes; nil debes, Sexte, fatemur. Debet enim, si quis solvere, Sexte, potest.' *Tornorup.* Hoc significat leno: Credere pecuniam argentariis, non est male credere, ut nonnulli dicunt. Nam qui male credit alicui pecuniam, spem tamen habet aliquam recuperandi, nec prorsus perdit; at qui argentariis credit, prorsus perdit: ergo nugantur, qui aiunt argentariis male credi. *Lamb.*

4 *Omnis mensas*] Scil. aliorum argentariorum, ex quibus has decem minas corrogavit. *Lamb.*

5 *Postquam nihil fit*] Sic Cicero Fam. VII. 18. 'An hoc significas, nihil fieri, frigere te?' *Gronov.*

6 *Apud prætorem*] Per cessionem bonorum. *Lambin.* 'Ad prætorem solvere' significat ita solvere, ut nihilo ditior sit creditor, sive id fiat per cessionem bonorum, et bonam copiam ejerando, sive per perjurium, diffitendo aut inficiando debitum, quod dicebant 'abjurare debitum.' *Gronov.*

7 *Amici compulerunt*] Leg. *contulerunt.* Mos fuit pulcherrimus et vere pius apud Græcos, sublevandi amicos pauperes. Erant enim sodalitates, quæ habebant communem arcam, in quam quot mensibus certum quid a singulis penderetur, ut esset unde juvari possent, qui ex illa sodalitate fortunam adversam aliquo modo essent experti. Tales itaque accipiebant ab istis amicis et sodalibus pecuniæ aliquam summam, ea lege, ut si Deus aliquando meliora daret, quantum esset erogatum, tantundem ipsi restituerent. Et hanc stipem collatitiam vocabant ἔρανον, et factum ipsum ἐρανίζειν. Nec raro accidebat, ut importuni exactores debitorem adorirentur, cum ille ab amicis 'eranum,' id est, pecuniam erani nomine collectam, auferret. *Casaub.* Non male, nisi obstarent sequentia, *reddit argentum domo.* Nam *domo reddit*, qui promit de arca propria, quod antea ibi repositum habebat: ut ita collaticia pecunia amici eum non juverint. *Gruterus.* Imo id ipsum, quod contulerunt amici, *reddit domo;* non enim a mensa, neque apud prætorem: quibus hic opponitur τὸ *domo;*

Digitized by Google

non collationi aut ἐράνῳ. Fallitur Grotenus, et Casanboni conjectura nihil verius. Cicero de Off. lib. II. 'Liberales autem, qui suis facultatibus aut captos a prædonibus redimunt aut æs alienum suscipiunt amicorum.' Cornelius Nepos Epaminonda, ubi inter alia: 'eamque summam cum faceret, priusquam acciperet pecuniam, adducebat eum, qui quærebat, ad eos, qui conferebant, eique ut ipsi numerarent, faciebat.' *Gronov.*

10 *Vomere*] Tralatio est a ventriculo, qui cibi impatiens eum revomit. Dignus homine militari sermo. *Taubm.*

11 *Aut tecum? aut*] Additurus erat 'mihi:' sed miles interrumpit. *Douza.* Acidal. ita distinguit: *aut tecum?* Mi. *aut? quia ex te hodie fac.* auctoritate, ut ait, vett. editt. *Hodie* comice additur, et abundat in ornatum; ut statim, 'delicatum te hodie faciam.' *Pilum catapultarium*] Id est, jaculum, quod e catapulta mittitur. *Taubm.*

12 *Nervo*] Sic Vitruv. X. 15. 'Per quæ tenduntur nervi torti, qui brachia continere catapultarum debent.'

13 *Delicatum*] Quis non videt multo ita elegantius hæc Phædromum dicere, quasi succinentem militi? Hic quidem e re militari de catapulta exemplum ducens; Phædromus autem, ut delicatus et amatorius adolescens, de delitiis. Certe lenonem ab utroque irritatum, ostendit responsum ejus: 'At ego vos ambo,' &c. *Pistor. Catello*] Ambiguum. Festus: 'Catulus genus quoddam vinculi, qui interdum *canis* appellatur.'

14 *Ferreo*] Jocus παρὰ προσδοκίαν. Homines delicati habent catulos, quales sunt *Melitæi*, quos secum cubare faciunt: non autem ferreos. *Torrent. In robusto carcere*] Id est, in robore. Nam in arcas e robore factas servi includebantur pœnæ caussa. Vide Pœnul. v. 3. 34.

17 *Atque intestatum*] Etsi doctissimis *intestatum* probari video; ego tamen magis laudaverim, quod est in Sarracenica, *inattestatum*; præsertim cum huc unice faciant illa Sc. præcedenti, 'intestatus vivito.' Si 'inantestatus' hic retinemus, sciendum triplici venire significatu: et pro eo cujus auris testimonii ergo apprehenditur: item eo qui in jus vocat, et qui vocatur. Pro primo facit illud Horat. Sat. I. 9. 'casu venit obvius illi Adversarius: et, Licet antestari? ego vero Oppono auriculam: rapit in jus,' &c. Pro secundo Prisc. lib. VIII. qui ex Livio disertim affirmat, 'impuberem libripendem esse non posse, neque antestari:' ubi 'antestari' passive accipitur, et signat, ut idem ait, προδιαμαρτυρήσῃ. Tertio modo usurpat hic Plautus, et Pœn. v. 4. 'Antestare me, atque duce,' &c. Istic siquidem Anterastilis jubet aurem sibi velli, et deinde duci in jus. *Nannius.*

25 *Tibi permittimus*] Te judicem sumimus. *Taubm.*

31 *Liberali*] Scil. 'caussa:' ne ad *manu* referas. Vide notas scenæ præcedentis. *Idem.*

40 *In nervo*] Hæc eo referenda sunt, quod qui pecuniam alteri debebant, et se debere confessi erant, aut judicati fuerant, nisi intra triginta dies solvissent, neque quisquam pro iis, a creditore duci et vinciri poterant: quod ex A. Gellio XX. 1. intelligere licet, et Liv. lib. VI.

44 *Ad prætorem*] Quoties bonis cedendum fuisset lenoni, si omnibus, quibus debebat, ita satis fecisset? Potius est, ut ad perjurium hæc referantur: ut dicat leno, se omnes creditores suos ad prætorem vocare solere, atque ibi jurejurando affirmare, se nihil ipsis debere. Quo pertinet, quod supra ei objicit cocus: 'Namque incubare te satius fuerat Jovi, Qui tibi auxilio in jurejurando fuit.' Et infames fuisse per-

Digitized by Google

juriis lenones notissimum est. Eodem referendum videtur, quod supra hac Sc. legitur: 'Pessime metui, ne mihi hodie apud prætorem solveret:' quamvis et hoc ad bonorum cessionem pertinere videatur Lambino. *Bosius.*

46 *Ne tu me nescias*] Doctissimus Batavus hic quædam mutabat. Verum non putem debere quicquam heic mutari; nisi amemus reddere lenonis sermonem beta languidiorem: præsertim cum ei etiam mox alludat miles: 'Novi ego hos pugnos meos,' scilicet, non te, o Cappadox. *Gruter.*

49 *Licet*] Illud *licet*, verbum est accipientis pecuniam præsentem, quam paullo ante a Lycone extortam secum portabat leno. *Acidal.*

CASINA.

ARGUM. 1 *Conservam*] Casinam. *Conservi duo*] Chalinus et Olympio.

2 *Senex*] Stalino. *Filius*] Euthynicus, *κωφὸν πρόσωπον.*

5 *Mulcat*] Vide notas Trinum. IV. 2. Ms. Cam. et quinque Pall. et Lang. *mulgat:* bene; nam *mulgat* est *mulcat.* 'Mulcare' est verberibus efficere; 'multare' autem pecuniarum pœnam exigere. *Gronov.*

6 *Adolescens*] Euthynicus.

PROLOGUS. 1 *Salvere*] 'Prologus Casinæ, non Plauti, sed Plauto digna. Quem Apulum aliquem Comœdum Plautinæ Fabulæ præfixisse,' existimat Alciatus.

2 *Facitis maxumi*] Sic Gruterus ex Mss. cum Camerarius transposuisset versus gratia, *maximi facitis:* conjicit vero, *utque vos Fides.* Lege, *Fidem qui facitis maxumi, ut et vos fides.* Gronov.

14 *In senioribus*] Notum est Servium Tullium populum Rom. discrevisse in varias classes, centurias juniorum et seniorum, ratione habita ætatis. *In senioribus* ergo hic nihil est aliud, quam in centuriis seniorum. *Boxhorn.*

18 *Flos*] Vide notas Curcul. I. 2. 1.

19 *Communem locum*] Orcum, vel terram. Lucretius, 'Omnipotens, eadem rerum commune sepulchrum.' Comicus hic *εὐφημεῖ·* nam et 'abire,' et 'communis locus,' *κατ' εὐφημισμόν.* 'Communis locus' est ille, 'unde negant redire quenquam.' Sic *εὐφημοῦντες sepulchretum* dicebant *πολυάνδριον*: et *πλείονας, mortuos:* quin et *μακαρίτας* dicebantur: sic et 'felices' Latinis. *Herald.* Artemidorus Oneir. I. 80. *Κοῖνος ὁ τόπος οὗτος καλεῖται, ὁ τοὺς νεκροὺς δεχόμενος. Gronov.*

20 *Sed absentes*] Id est, defuncti. Bosius hunc locum ita explicat: *Sed absentes tamen sunt pro præsentibus,* id est, proinde ac si præsentes essent; ut sit *ἀναστροφή.*

22 *Gregem*] Comicum. *Lamb.*

23 *Ejicite ex animo*] Omnes Mss. aiunt habere *ducite:* quod vere Plautinum esse et idem significare quod abducite: *τὸ ejicite* ex superscripta interpretatione natum. Videant sodes Gruteri notas: ibi invenient unum omnium optimum codicem Camerarianum, a quo sine gravi causa non est fas recedere, exhibere *eicite:* ut fere semper in scriptis 'abicio,' 'adicio,' 'subicio.' Maneat igitur *ejicite.* Cicero pro Sex. Roscio: 'Ut naturam ipsam vinceret: ut amorem illum penitus insitum ejiceret ex animo.' *Gronov.*

Digitized by Google

24 *Flagitatorem*] Creditorem importunum. Vide notas Mostell. III. 2.

25 *Ludus datus est*] 'Dare ludum,' est metaphora a ludimagistris, qui Floralibus et aliis ejusmodi diebus, pueros feriari sinunt. Tunc dicuntur 'dare ludum pueris,' hoc est, ludi vel ludendi potestatem illis facere. Unde metaphora in alias res deducta; ut, 'dare ludum alicui,' sit indulgere illi, neque ab eo quotidianum pensum aut laborem exigere: quod hoc loco indulgetur argentariis. *Scalig.*

26 *Alcedonia*] Hæ aves nidos faciunt in mari, media hyeme, quibus diebus tanta est tranquillitas, ut penitus nihil in mari possit moveri: inde etiam 'dies Halcyonii' vocantur. *Servius.* Plin. II. 47. 'Ante brumam septem diebus totidemque postea sternitur mare alcyonum fœturæ: et unde nomen ii dies traxere. Reliquum tempus hiemat.' De numero dissentiunt auctores: nam Suidas Aristotelem et alios undecim posuisse ait. *Gronov.*

27 *Ratione utuntur*] Non irritum omnino fuit hic ingenium Bosii meo judicio: sed quod alii simplicius volunt, id non est ei adversum. Nam eo jocatur Plautus, quod utrovis modo verba possent accipi. *Ratione utuntur* et significat agunt ex tabulis atque objiciunt grandi cum codice nomen: et agunt commode scienterque: ut cum Columella VI. 2. 'Non sævitia, sed ratione emendentur.' Sic *ludis poscunt* est et, quia ludi sunt, neminem flagitant debitum, et, neminem flagitant ludendo, sed serio. Denique *secundum ludos* est et, ludis peractis, et, postquam aliquem ludificati sunt accipiendo, quod non curant reddere. *Gron.* *Ludis poscunt*] Spectaculorum enim tempore neque libellos dare, neque in jus vocare hominem fas erat. *Douza.*

29 *Vacivæ*] Retineo cum Lambin. *vacivas*: Et jocus comicus est in 'vacivis auribus;' nam locutio est familiaris, 'si vacat, audi.' At comicus dixit, *si vacivæ sunt aures*, joco capto a vacuis ædibus. *Scalig.*

30 *Dare vobis*] Id est, dicere. Virgilius Ecl. I. 'Sed tamen iste Deus qui sit, da Tityre nobis.' *Boxhorn.*

31 *Clerumenæ*] Κληρούμενοι, id est, sortientes.

34 *Cum latranti nomine*] 'Latrans nomen,' est Casina ipsa, nomen nempe mulieris. Proprium quippe mulierum semper gannire et latrare. Et nullum frequentius fuit convitium, quo apud Græcos verberarentur mulieres, quam canis. Apud Aristophanem sæpe occurrit, ὦ κύον, de muliere oblatrante, et μεθύση κύων, de ebria. Vespis: Θρασεῖα καὶ μεθύση τις ὑλάκτει κύων. Κἄπειτ' ἐκεῖνος εἶπεν· ὦ κύον, κύον. Scholiastes: τὴν ἀρτοπώλιδα κύνα εἶπεν, ὑλακτούσης σου φησὶν οὐ φροντίζω, ὦν κύον. Græcus auctor, unde hanc comœdiam accepit Plautus, nomen ei fecerat, κληρούμενοι, id est, *sortientes*. Planto placuit titulum ex nomine ancillæ ei facere, de qua servi contendebant. Ea est 'Casina' latranti nomine, quod, ut dixi, mulierum est proprium. Casina autem est κασίνη Græcum nomen a primitivo κάσις factum. At 'canissa' Petiti falsum et ineptum. *Salmas.*

41 *Exponi*] Extra ædes poni, ad incertum mortis, et vitæ casum: quod faciebant, qui pueros natos alere, seu tollere nolebant. Terent. Hecyr. 'Continuo exponetur:' ad quod Donatus: 'ad mortem scilicet.' *Lamb.*

48 *At eam puellam hic senex*] Hæc scriptorum et editionum priscarum lectio est servata etiam Camerario, a qua licenter recessit Aldus faciendo *amare puellam eam hic senex Efflictim occipit, ut item hujus contra filius.* Cui tamen hæserunt Douza et Gruterus, quod parum commode proce-

Digitized by Google

deret oratio. At huic remedium aliunde quærendum. *Posteaquam*, quod vulgo habetur, est a Camerario adjuvante versum: nam et optimus ejus codex et alii scripti editique, *Postquam*. Hoc dividendum et scribendum: *Post quæ adolevit ad eam ætatem, ut viris Placere posset. At eam*. Sic nihil est in oratione confragosi. *Gronov.*

50 *Legiones parat*] Allegoria a re militari. Ita 'pugna' idem est, quod dissensio, 'pugnare,' idem quod, dissentire. *Legiones*, hic copiæ sunt rationum et argumentorum, blanditiarum insidiarumque. *Boxhorn.*

52 *Allegavit*] Privatim misit. *Lambinus.*

54 *Excubias foris*] Significat pervigilia Veneris et amantium, apud villicum, clam uxorem, patri parata futura. *Boxhorn.* Vide not. Curcul. I. 3.

57 *Intra præsepis suas*] Id est, in sua potestate. *Longol.*

63 *Sciens ejus*] Id est, ejus rei conscia ac gnara.

66 *Interrupit*] Intercinsit ei reditum. Allegoria a re militari. Cæsar, 'pontem rescindere,' dixit; Livius, 'intercidere.' *Lamb.* Ego existimem, hic nihil esse allegoricum; sed risus tantum causa dici. *Pistor.*

68 *Serviles nuptiæ*] Neque enim justæ serviles sunt nuptiæ ex jure civili: neque servorum mulieres dicuntur 'uxores,' sed 'conjunctæ,' Varro.

75 *Id ni fit mecum*] Id utrum fiat necne si quis sponsione mecum certare vult, deponat apud judicem vel arbitrum pignus, ut ego quoque deponam, ea conditione, ut uter victus fuerit, non recipiat pignus, nisi urna mulsi data. Genus loquendi, quod non intelligitur, nisi positis exemplis. Bacch. IV. 9. 'Edepol qui me esse dicat cruciatu malo dignum, næ ego cum illo pignus haud ausim dare.' Epid. v. 2. 'Aio, vel da pignus, ni ea sit filia. PE. Quam negat novisse mater? EP. ni ergo matris filia est, In meum nummum, in tuum talentum pignus da:' id est, depone pignus et certa mecum sponsione, qua ego pauper victus nummum perdiderim, tu locuples talentum. Pœn. v. 4. 'Dá pignus ni nunc perjures, in suavium, uter utri det.' Gell. VII. 11. 'Ni hoc ita est, qui spondet millenum?' Plauti verbis sit, 'qui dat mecum pignus in mille nummum?' Aristophan. in Nubibus: Περίδου νῦν ἐμοὶ, εἰ μὴ τετράμετρόν ἐστι τὸ ἡμικτέον. Ubi Schol. Περίδου νῦν ἐμοὶ, ἀντὶ τοῦ, στυθήκας πολήσον. *Gronov.*

76 *Pœnus*] Ideo aut Pœnum, aut Græcum, aut Apulum judices desiderat, quod supra dixerat, Carthagini, in Græcia, et Apulia serviles nuptias tam splendide celebrari. Vult igitur judices adhiberi locorum peritos. Quanquam hoc de nuptiis servilibus in hisce locis curatis, comica quadam licentia potius confictum, quam ut pro historiæ testimonio possit allegari. *Pistor.*

78 *Nihil agitis*] Pignore dato mecum non certatis. *Lamb.*

81 *Ea invenietur*] Prostibula per ludos publicos in Scenam introduci solebant, et exponi omnium non libidini solum, sed licentiæ. Scilicet ut quæ perditi homines in mimis et cetera obscœnitate fabularum, paulo ante natantibus oculis viderant, ea post ludos in reliquo corpore peccarent. Is mos Romæ vetus. Statius, 'Hinc intrant faciles emi puellæ.' Et apparet vel ex Tertulliano, hanc productionem scortorum non sine solemni pompa fuisse, et cum prædicatione publica præconis. Ad hunc ritum accommodandi hi versus Prologi.

86 *Non manebit auspices*] Cicero de Divinat. lib. I. 'Nihil fere quondam majoris rei, nisi auspicato, ne privatim quidem gerebatur: quod et nunc nuptiarum auspices declarant, qui re omissa, nomen tamen tenent.' Sed cum auspices adeundi mos desiisset,

Digitized by Google

'proxenetæ' vel 'conciliatores' eorum vice fuerunt; qui et 'pronubi' dicti, felici omine omnia inchoantes. Glossarium: *Auspices, pronubi, παράνυμφοι.* Et hi, quod conventum erat, ut rite fieret, tabulisque mandaretur, curabant. *Hotoman.*

ACTUS I.

7 *Sutelis*] Vide notas Amphitruon. I. 1. 211. Capt. III. 5.

10 *Quid in urbe reptas*] Lego, et ex parte cum Lambino emendo, *Quid in urbe restas villice haud magni preti.* Primum fastidium est in eo quod sit villicus, ac eum propterea non deceat in urbe restare, hoc est, remanere et cunctari: postremum quod non sit magni pretii. *Dissal.*

12 *Legatum*] Mandatum est.

15 *Dierectus*] Vide notas Capteiv. III. 4. 193. et Trin. II. 4.

18 *Ego, huc quod veni*] Quod hic tentant, *hoc* subjiciendo, sine vitio est. Nam *huc quod veni in urbem* est ob quod huc in urbem veni. At quod sequitur, intentatum relinquunt, quum tamen Camer. codex et omnes scripti Pall. *nisi impetravero.* Scribendum autem, ut et Pareus voluit in scriptis notis, *si impetravero.* Ea enim particula utuntur interdum ea vi, qua alioquin 'ubi' vel 'simulatque.' Catullus, 'Nam si luxerit, ad librariorum Curram scrinia.' *Gronov.*

24 *Potior fias*] Id est, præferaris mihi, potiore apud eam habearis loco, quam ego. Nihil ergo hic mutandum. *Boxhorn.*

30 *Lucebis novæ nuptæ facem*] Δαδουχήσεις. Curcul. I. 1. 'luces cereum.' Quinque facibus utebantur in nuptiis: quod is numerus quasi symbolum quoddam sit nuptiarum, ut qui ex primo impari, et primo pari, tanquam ex mare et fœmina constet. Plura vide apud Plutarch. in Problematis. Eas qui præferebant, δαδοῦχοι a Græcis, a Latinis fortasse olim 'pueri lauti' dicebantur: de quibus vide notas ad Plauti Curcul. I. 1. 9. Quia et suspicor id olim ominosum habitum fuisse, creditumque, qui novæ nuptæ luxissent facem, eos postea nihili fore. *Muret.*

32 *Id locorum*] Id temporis. *Lambin.*

33 *Una semita*] Meursius scribit, *et una femina, ἀρχαϊκῶς*, pro hemina, salvo metro. Vide ipsum et notas Curcul. II. 3. 8. *Taubm.*

36 *Curvom aqua faciam*] Ms. noster disertim habet *circum.* Quod elegantissimum et Plauti mihi esse videtur. 'Circus' Latinis dicitur, quidquid rotundum est. Unde diminutivum 'circulus.' Nihil autem circo incurvatius est. *Boxhorn.*

37 *Postilena*] Lorum crassum, sive lignum incurvum, sub jumentorum cauda, ad sustinendum βάσαγμα, cui onus imponitur. *Lamb.*

38 *Nisi tu*] Non possum probare Turnebi lectionem et explicationem, *nisi ut mures de acervo edere.* 'Acervum edere,' pro de acervo edere, vix probum. Legendum putem, *nisi tu acus boum ederis:* nisi ederis acus, ut boves solent, aut nisi terram, ut lumbrici. Fortasse an et *acer boum* scripserat. Ut *acer* pro 'acus' dixerint veteres; unde in secundo casu 'aceris.' Acus est palea. Palea autem pro pabulo bubus, ut est apud Varronem de R. R. XI. 5. *Salmas.*

39 *Quod te postules*] Istud *quidquam* non est mutandum in *quidvis.* Et deteriores sunt libri qui sic habent. Sine distinctione scribendum: *Quod te postules, gustare quicquam, nunquam edepol jejunium Jejunum est æque, &c.* Ratio loquendi postulabat, ut diceret, *Quod te postules gustare quidquam, non est,* pro eo dixit, quod te postules gustare quidquam, non jejunium æque est jejunum, ut ego te reddam. *Salmas.* Sic Mil. II. 2. 'Quod ille gallinam.' Sententia est: Non est, quod ille dicat: ne accipiatis hanc excusationem. Cicero Verr. lib. II.

Digitized by Google

'Quod civis cum cive agat.' *Turneb.*

43 *Condigne te cubes*] Apage, *cum tignis recubes.* Nondum expressit, quo modo velit eum cubare. Et vocabulum est Plauto frequens. Aululur. III. 4. 'Condigne etiam meus me intus gallus.' Et sæpe alibi. *Gronov.*

44 *In fenestram*] Non de cubiculari aliqua fenestra accipiendum, inquam iste compingendus; sed de ergastulari. *Lips.*

47 *Mellilla*] Est ὑποκοριστικὸν verbi 'mellina,' quod alibi utitur. *Meurs.*

49 *Festus dies*] Vide not. Epid. III. 4.

50 *Pullus*] 'Puerum quem quis amabat, pullum ejus vocabant.' Festus. Vide not. Capt. v. 3. *Mi lepus*] Salacissima ac venustissima animalia commemorat, columbam, passerem, leporem. *Palmer.*

52 *In medio*] In illa fenestra. *Lambinus.*

ACTUS II.

Scena I. 1 *Obsignate cellas*] Signatorium anulum intellegit, sive, ut alii appellant, sigillaricium, qui habeat χαρακτῆρα. De quo Vopiscus in Aureliano: 'Uxori et filiæ anulum sigillaricium quasi privatus instituit.' Moris autem Romanis, ut domi suppellex penusque omnis eo signaretur; ne quid negligentia aut furto periret. *Lipsius.*

12 *Acheruntis pabulum*] Quo Acheruns pascitur: senem, qui Acheruntι debetur. 'Orci victimam,' ut loquitur Horatius, Od. II. 3. *Lamb.* Τὸ *Acheruntis pabulum* et quæ sequuntur, refert Acidalius cum Lambino ad *ulciscar*, et *angam*, verba supra posita. Sed nihil opus est quod domi habeas, id aliunde emendicari. Latinum et Plautinum est, Faciam Acheruntis pabulum et flagitii persequentem, uti vitam colat. *Dissald.*

13 *Flagitii persequentem*] *Persequentem* non concoquo, et divino leg. *flagitii Præsepe;* cum enim *pabulum* et *stabulum* nominarit, quidni etiam *præsepe*, quod istis affine? Et, *præsepe flagitii*, eadem ratione dixeris, qua 'stabulum flagitii' in Trucul. *Acid.*

14 *Ad vicinas*] Lego, *ad vicinam;* ut supra vs. 2. hujus scenæ, et versu huic proximo, 'ea ipsa eccam egreditur foras.' 'Ea ipsa,' nempe vicina, non vicinæ. *Dissald.*

16 *Per tempus*] Opportune. Ita Latine dicitur, 'per tempus licere aliquid, aut non licere.' Per aliquem fieri credimus, quo favente aliquid fit. Ergo per tempus non fit, quod fit tempore ac occasione non favente. *Boxhorn.*

Scena II. 1 *Sequimini comites*] Comitatus posteriori ævo frequens e spadonibus. Virgines enim et matronæ, sive alioqui materfamilias aliqua ordinis honestioris, nunquam sine asseclarum pedissequio in publicum prodibant: Cistell. 'astat ea in via sola: Prostibulum sane est.' V. N. Amphit. III. 2. 48.

4 *Calvitur*] Frustratur, decipit. Auctor Vocab. Latin. Græci. *Calvitur*, id est, ἐξαπατᾷ. Significat autem Cleostrata, se, cum sola est domi, somno urgeri atque opprimi, sibique somnolentæ opera muliebria e manibus excidere. *Lamb.*

11 *Dividuæ*] Hanc scripturam omnium Mss. Pall. et Camer. mutavit Lamb. in *dividiæ:* nec male, si cum Nonio tristitiam et mœrorem interpreteris, quod veteres dixisse ex hoc Propertii vult, 'Dividias mentis conficit omnis amor.' Male, si cum Festo discordiam interpretandum censeas. Glossæ, *dividia*, ἐπάχθεια, διχόνοια. *Grut.*

13 *Nec quacum plura*] Scripti omnes *quum*, unde Colvius et Gruterus *qua in.* Alii, *Nec quam*, nempe aliam, non vicinam: deinde *Complura sunt mihi, quæ ego velim*, sc. apud te dissererе. In quo non est mica salis. Nam quod id confirmari putant sequentibus, *istuc expeto scire*, fallun-

Digitized by Google

tur: eo enim continuantur superiora, *sed quid est, quod tuo animo ægre est?* Non potest Plautus aliter scripsisse, quam voluit Camerarius, et jam exposuit Acidalius. Ita enim loquebantur: 'Multa mihi cum illo sunt:' 'Omnia mihi cum illo sunt:' intelligentes 'vincula et jura amicitiæ ac benevolentiæ.' Cicero Fam. XIII. 1. 'Cum Patrone Epicureo mihi omnia sunt, nisi quod in philosophia vehementer ab eo dissentio.' XIV. 10. 'Si mihi tecum minus esset, quam est cum tuis omnibus, allegarem ad te illos, a quibus intelligis me præcipue diligi.' Cornelius Nepos in Alcibiade: 'Quæ regi cum Lacedæmoniis essent, irrita futura, nisi Alcibiadem vivum aut mortuum tradidisset.' Plinius VII. 11. 'Sunt mihi et cum marito ejus vetera jura: fuerant et cum filio maxima.' Sic contra, 'Nihil esse alicui cum aliquo.' Cicero ad Att. XIV. 17. 'Bruto certe meo nullo loco deero, idque etiamsi mihi cum illo nihil fuisset, fecerim, propter ejus singularem incredibilemque virtutem.' Nec habeo, inquit, quicum plura sint mihi, quæ ego velim mihi esse cum quoquam necessitudinis jura. *Gronov.*

16 *Jus meum obtinendi optio est*] 'Optio' proprie est arbitrium et potestas optandi vel eligendi aliquid e duobus vel pluribus. Inde conjungit Cicero in Vatinium: 'An erit hæc optio et potestas tua, ut cum velis,' &c. Hinc transfertur ad omnem aliam copiam vel facultatem. 'Jus' autem 'suum' vocat Cleostrata, non quod per legitimum matrimonium sibi quæsierat, quasi quo ad individuam vitæ societatem, ac ad se solam amandam maritum haberet obligatum, ut interpretantur: sed quod quæsierit in receptitia quasi et ipsius sumtu educata ancilla, quam non permittebat ei maritus, cujus vellet, in contubernium dare; ut ipsa exponit versu 22. *Gronov.*

21 *Jus suum ad mulieres*] Juxta perperam hic docent jus maritorum, quam modo jus matronæ. Volunt mulieres tam ingenio esse nequam, ut per vagos earum et illicitos amores jus suum non obtineant mariti, quo per matrimonium solis sibi eas habent obstrictas. Qui sermo matronarum persona indignissimus est. Jus suum nihil aliud est quam imperium domesticum, quod contumacia fœminarum turbat atque impedit. Evenit autem sæpe, ut castissimæ quæque sint contumacissimæ et morosissimæ, ut Plautus alibi loquitur, oblatratrices. *Gronov.*

25 *Nos sumus*] Ἕλλειψις vel ἀποσιώπησις, pro, 'nos sumus solæ;' quam vocem additura erat Murrhina, nisi fuisset interpellata. Atque hoc vice proverbii utimur, cum ea dicimus, quorum conscium esse volumus neminem. *Taubm.*

27 *Et quæ habet partum, ei*] Illustrandæ sententiæ facit hoc Pomp. jurisconsultus lib. v. ad Q. Mucium: 'Q. Mutius ait, cum in controversiam venit, unde ad mulierem quid pervenerit: et verius et honestius est, quod non demonstratur, unde habeas, existimari a viro, aut qui in potestate ejus esset, ad eam pervenisse. Evitandi autem turpis quæstus gratia circa uxorem videtur hoc Q. Mutius probasse.' Sc. Gentil. In libris est, *et quæ habet, partum ei haud commodi est.* In vetustis codicibus perperam scriptum fuit *commodi*, pro *commode.* Ut alio loco 'primi cata,' pro 'prime cata.' Scribendum igitur, *et quæ habet, partum ei haud commode est.* Figura est πρὸς τὸ σημαινόμενον. Sic enim locutus est quasi præcessisset, 'et quod habet:' et quæ habet, haud commode id ei partum est. *Salmas.*

33 *Deliquum est*] 'Deliquum' nihil est aliud, quam quod nos 'deest' dicimus: a 'delinquendo' sic appellatum, quod 'delinquat,' id est, deficiat, ut veteres loquebantur. Tu-

Digitized by Google

bero, 'Num delinquit, aut superest aliquid tibi?' Ut enim 'reliquum' a 'relinquo,' sive adeo 'relinquor,' sic 'deliquum' a 'delinquo' formatum esse veri simile fit mihi. Ita 'deliquum' et 'reliquum' opposita invenientur; ut, 'Nihil reliquum est mihi,' id est, nihil altra residuum factum est mihi: contra, 'Nihil deliquum est mihi,' id est nullius rei indigus sum. *Douza.*

36 *I foras mulier*] Jubet Murrhina, ita se gerat Cleostrata, ne habeat necesse audire divortii formulam, quæ erat, 'I foras mulier.' *Gruter.*

37 *Vir eccum it*] Non dubium est, quin hæc ab notatis personis laborent. Nam re vera Murrhina discedit e scena, remanet Cleostrata. Sic rescribendum: 'Cl. vir eccum it, Intro abi, appropera, age amabo. Mu. impetras, Abeo. Cl. mox magis, cum otium mihi et tibi erit, Igitur tecum loquar, nunc vale. Mu. valeas.' *Dissald.*

40 *Igitur*] Vide not. Mostell. I. 2.

Scena III. 8 *Domi facio*] Vide notas Cistell. II. 1.

9 *Qui postquam amo*] Scribo, *Qui quom amo Casinam, magis initio munditiis mundis antideo.* Scripti enim *quam*, non *postquam*. *Quum* autem est quod vel quia. Sic infra, 'Sanus quam ted amo,' iidem scripti pro *quom*. *Magis initio*, id est, magis quam primum, quam olim, quam solitus. Sic Cicero, 'initio proditor, deinde perfuga.' Dicimus autem, 'anteeo mundis' et 'anteeo mundos.' Itaque *munditiis antideo mundis* est munditiis supero quantumvis mundos. Sic et versu primo hujus scenæ 'nitoribus nitidis antevenire,' non accipio quasi nitores diceret nitidos: sed quasi esset, 'nitoribus nitidos.' *Gronov.* *Magis initio*] Probo conjecturam Gulielmii: *Qui postquam amo Casinam, magis niteo, munditiis munditiam antideo.* Scriptum fuit *nitio*, pro *niteo;* unde indocti librarii fecerunt *initio*. 'Nitor' cum 'munditiis' optime convenit. Et 'nitor' sic accipitur apud Terentium: 'qui vestitus, qui nitor.' *Salmas.*

10 *Myropolas*] Vide Notas Epid. II. 2.

11 *Ut videor*] Scil. mihi: *ὡς φαίνομαι. Lamb.*

13 *Quid agis*] Hæc dum loquitur, uxorem leni manu demulcet, et ut Amphitr. loquitur, 'palpo percutit.' *Lamb.*

16 *Sanus quando*] Quoniam. Restituo adjuvantibus Mss. Lang. et V. cod. *Sanus, quom te amo. Quando* interpretamentum erat *τοῦ quom.*

17 *Vera dicas velim*] Ut scilicet te enecem: cupit enim videre uxorem mortuam, quæ illi amores turbatum it. *Dissald.*

22 *Cana culex*] Hæc quin de amasio sene dicantur; sic mihi persuadeo, *Culicem* hic figurate amatorem esse, quod, cum sua promuscide cutem formosarum pertundant, et tanquam siphone sanguinem eliciant, amore quodam earum capti esse videantur. *Turneb.*

26 *Ubi in lustra jacuisti*] Præpositioni 'in,' sive motum denotet, sive etiam sine ulla motus significatione, veteres casum accusandi vel auferendi indifferenter tribuunt. *Popma.*

29 *Unde is*] Id est, venis. *Lamb.*

30 *Id est mecastor*] Rogarat eum, ubi perpotasset; tum acrius in habitum intuens, *Id est mecastor*, ait; ut scilicet perpotarit: nam vel hoc palliolum vide, ut rugas contraxit a desidiabulo illo sedentario. *Id est*, vel, *Hoc est*, eorum quæ dicta sunt, adseverationem habet. Inferius hac Fab. 'Hoc erat Ecastor, quod m.' &c. J. *Gul.*

32 *Jam satis uxor est*] Gruterus, *jam satis uxor es!* hoc sensu: Jam satis equidem implevisti morem et munus uxorium. *Nimium tinnis*] Nimis acute clamas: tralatio ab ære. Vide Prologum in Pœnulo.

Digitized by Google

44 *Scutigerulo*] Per contemptum; pro cacula militari: qualis Stasimus, Trin. *Douza.*

48 *Subolet*] Subolet uxori hoc quod ago, id est, amatio mea.

53 *Impetrassere*] Impetraturum esse.

56 *Nunc*] Sc. non audiente illa. *Lamb.*

Scena IV. 1 *Qui illum*] *Qui*, pro 'ut,' vel 'utinam:' vide Donat. Phorm. Terent. 'Qui illum Dii omnes perduint!' Sic Plaut. Trin. 'Qui istum Dii perdant!'

3 *Porrectiore fronte*] Vide notas Epid. v. 1. Terent. 'Da te hodie mihi: exporge frontem.' Horat. Epist. I. 18. 'Deme supercilio nubem.' *Taubm.*

14 *Nunc vivo tuo*] Mortuo enim servo, damnum ad herum recidit. *Lamb.*

17 *Sitellam*] Cicero 'hydriam' Græca voce appellat. Huic vasi, in quod conjiciendæ erant sortes, infundebatur aqua, donec impleretur; nam in vas inane non conjicieb ntur sortes, quæ erant ligneæ, non terreæ, ne liquescerent in aqua. Deinde in sortibus inscripta erant sortientium nomina, vel aliquid quod esset loco nominis; ut hic erant inscriptæ numerorum notæ; ea autem sors, quæ unum scriptum habebat, erat Olympionis, quæ duo, Chalini. Postremo, cujus sors primo exibat vel educebatur, is vincebat. *Lamb.*

18 *Tragulam decidero*] Allegoria a re militari significat, se machinas uxoris aliqua ratione dejecturum. Festus: 'Tragula, genus teli, dicta quod scuto infixa trahatur.' Epid. v. 2. Jam, 'decidere telum,' dicebant Latini, ut Hom. ἐκτάμνειν βέλος, quod est, vulnere latius inciso telum evellere. *Lips. Tragulam*] 'Tragulam decidere,' est periculum imminens avertere. Tragulam volunt eruditi genus esse teli hamatum, quod immissum corpori non tam extrahi posset e vulnere, quam excindendum esset e vulnere latius aperto, ut cum minore noxa reciperetur. Quod qui mittebant dicebantur 'tragularii' Veget. de Re Milit. II. 15. Varro deducit vocabulum a trajiciendo, lib. IV. de L. L. 'Jaculum, quod ut jaciatur fit; tragula a trajiciendo.' Apud Nostrum Epid. v. 2. 25. 'Tragulam in te injicere adornat,' pro, fraudem molitur adversus te. Sunt etiam 'piscantium tragulæ' apud Plin. XVI. 8. Isid. in Glossis, 'Tragula, everriculum.' Est autem 'everriculum' genus retis, a verrendo, vel quod trahatur, vel si quid piscium fuerit nactus, everrat, ut ait Nonius. *Gronov.*

27 *In sortitu'st mihi*] Ms. Cam. habet, *etiam specula insortita sunt mihi;* et ita omnes Mss. Lang. et Palat. vett. nisi quod *spicula* legant. Hinc Gruterus fecit, *étiam specula in sortita'st mihi:* nam *st* sæpe degeneravit in *sunt;* plane, ut ex conjectura etiam Acidalius. *Sortitus*, ipse sortiendi actus. *Specula* dicitur a 'spes,' ut 'recula,' a 'res.' Cic. pro Domo: 'Quid si etiam pluribus de rebus uno sortitu retulisti?' *Gronov.*

28 *Si sors autem decollassit*] In membranis Pall. et Cam. τὸ *L* non geminatur. Et recte. *Decolassit* enim est quod intra delicuerit, effluxerit, ad nihilum redigetur. Vid. ad Capteiv. II. 1. 37. *Gronov.*

Scena V. 2 *Pro pane rubido*] Festus, 'Rubidus panis vocatur parum coctus, cum rubro colore.' Directe contra Isidori sententiam, qui de eodem libro XX. 'Rubidus panis, recoctus et rubefactus.' Itaque verisimiliter Gruterus emendabat apud Festum: *Rub. pan. vocatur iterum coctus.* Goldastus 'rubidum panem' ait vocari ab ævi medii scriptoribus, 'purpureum:' quod ab igne rubeat, utpote bis coctus. Sed egregie fallitur, cum ubique pro corrupta ea voce 'purpureum,' haud dubie, 'furfureum' sit reponendum. *Boxhorn.*

Digitized by Google

Vid. notas Sticho II. 1.

7 *Amborum ingratiis*] Hinc apparet, inquit Lamb. et Sciopp. Verisim. I. 20. *ingratiis* nomen esse, non adverbium: sic Merc. II. 4. 'tuis ingratiis,' quod tamen Latine dici negat Giphan. Ind. Lucret. Vid. notas Epid. III. 4. *Taubm.*

8 *Una libella*] V. N. Aulul. v. 1. 27.

12 *Cum cane*] 'Canem' dicit uxorem, quæ adsidue latrat ut canis. *Lamb.* Vide Menæchm. III. 1. Milit. III. 1. et Rudent. III. 1.

16 *Mecum*] Id est, me.

17 *Ita turget mihi*] Ἐπεξήγησις præcedentium. Et bene explicavit P. Victorius: omnia siquidem in ira turgida magis. Ab hac similitudine Arbiter dixit 'odia detumescunt.' *Grut.*

19 *Siquidem mihi frugi bonæ es*] Si tu virilis maritus es, illa media diruptа est: alludens ad eugium sive hymenem naturæ muliebris. *Budæus.*

23 *Unus tibi*] Alludit ad Deas majorum et minorum gentium. Vide notas Epid. v. 2.

29 *Quis mihi subveniet*] Hellenismus est in hoc versu, ὅλον καὶ μέρος. Homer. Iliad. A. Ἀλλ' οὐκ Ἀτρεΐδῃ Ἀγαμέμνονι ἥνδανε θυμῷ. *Heraldus.*

35 *Ita rem natam esse int.*] Eam naturam rei esse video. *Lamb.*

36 *Versis gladiis*] Diremta prælusione, abjectisque lusoriis armis, transibant ad vera. Atque hoc est, quod 'dimicare ad certum,' Tertullianus alibi vocat. Appellabant id etiam, 'pugnare versis armis.' Caper litterator: 'Inversis armis pugnasse gladiatores non est dicendum, sed versis,' id est, transmutatis. Sic, non inversis pannis agitasse aurigas, (cum pannos sumebant alterius coloris; puta pro russato Venetum) sed versis. Plauti versum e Casina illustrabit hæc nota: 'Ita rem nat.' &c.] Nec enim aliud in ea armorum versione esse, facile persuadeor Ovidii versu de Arte lib. I. 'Ponite jam gladios hebetes, pugnetur acutis.' Alias suspicari possumus, si quis a genere ad genus alterum transeat, puta a secutore ad retiarium, dici eum 'pugnare versis armis.' At placet prius, etsi in Plauti versu salivam etiamnum mihi movet mea olim divinatio, 'veris gladiis.' *Lips.*

38 *Deos sperabimus*] 'Deos sperare,' est Diis confidere.

39 *Titivillitio*] Festus: 'Titivillitio nullius significationis est, ut apud Græcos βλίτυρι et σκυδαλφός.' Fulgentius: 'Titivillitium dici voluerunt fila putrida, quæ de telis cadunt. Plautus Casina, 'Non ego istuc verbum emsitem Titivillitio:' re admodum vilissima. Nam et M. Cornutus in Satyra ait, 'Titivilles Flacce do tibi.'' De hac voce variæ sunt eruditorum conjecturæ. Alii *textivillitium*, quasi a textus vilitate: alii *totivillitium* volunt, quasi totum vile. 'Villus' est floccus lanæ vel pilorum in animantibus. A villo 'villitium,' ut a lana, 'lanitium;' capillus, 'capillitium.' Haud dubie intelligendum est 'villitium Titi,' et putandum fuisse quendam sive agricolam sive pastorem (ut quondam maxima pars Romanorum) Titum nomine, cujus, quod de scabris et male curatis ovibus, vel capris, pessimæ notæ villum colligeret, villitium primo in vicinia, post sermone vulgi pro vilissimo in eo genere, denique pro quavis re vili et nullius pretii proverbio jactatum sit. Neque vox una est, sed duæ, nempe 'Titi villitium,' aut si mavis unam esse, non aliunde duplicata est, quam a nomine 'Titi' et 'villitio' ejusdem. In loco Cornuti scribendum: 'Titi villos, Flacce, do tibi,' hoc est, rem vel opusculum minimi pretii. Quin et quod ex Plauti Nervolaria adducunt Varro, Festus, Gellius, Nonius, vereor ne in corruptos inciderint libros, et scripserit ille, 'scapres, scrupeæ, titivillæ, sordidæ.' Sic etiam 'floccus' (nihil autem aliud 'floccus' quam 'villus')

Digitized by Google

pro re nihili: unde 'flocci facere,' 'flocci non facere,' 'flocci æstimare,' 'flocci pendere.' *Gronov.*

SCENA VI. 2 *Ardentem*] Jam mortuam in rogo. Optare mortem uxorum, occurrit centies in comœdiis. *Gruterus. Portam Metiam*] Ubi pauperiorum cadavera comburebantur. 'Metia porta' ea est, quæ nomen a Metio Asthemio habet, qui pro peste sedata, Diis, omnia quæ novo vere nascebantur, et homines, et pecora etiam obtulit. Sunt qui a Metio illo fœdifrago dictam portam velint, et quoniam ibi torquerentur homines, Romano populo invisam fuisse contendunt. *Longol.* Vid. Pseudol. I. 3. et Mil. II. 4. 6.

3 *Haud credo*] Donatus: 'Credere, dubitantis est: certum esse, fidentis.' Plus est, 'scire,' quam 'credere:' nam certior 'scientia' est, quam 'fides,' ut docet Aristot. *Lamb.* 'Credimus' aliis, (unde et 'creditores' jurisconsultis dicuntur) 'scimus' autem ipsi: quod exploratæ magis veritatis est. *Boxhorn.*

4 *Hariolum*] Vide notas Mil. III. 1.

8 *Stimulus ego*] Mea præsentia te urit.

9 *Assudassit*] Non improbarem legi *assultassit.* Nihil frequentius Græcis, quam πηδάσα κραδία, nunquam vero ἱδρόσα legitur. *Salmas.* Forte, *Eu ut corculum adsultascit;* nam liber optimus, *adsudascis.* Gronov.

12 *Censui abs te posse hoc me impetrare*] Silent de suis septem codicibus strenue. Nostri tamen omnes, *mecum impetrare.* Vide an scripserit, *Atque ego censui me posse hoc tecum impetrare.* Cui explicando videtur aliquis apposuisse *abs te.* Nam id dixit *tecum impetrare,* ut 'tecum oro.' Gudianus, *abs te hoc posse negotium impetrare.* Gronov.

16 *Pol tu quidem*] Non solum perperam fabularis, sed etiam perperam facis. *Gruter.*

18 *Per pol*] Servius Æn. I. *Pol,* per se, plenum est jurantis adverbium, cui præpositio separatim nunquam cohæret. Ter. Hec. I. 1. 'Perpol quam paucos reperias,' id est, perquam paucos. Sic et hic persæpe.

20 *Mulsa*] Vide notas Pœnul. I. 2.

22 *Jam mittam*] Hoc verbum *mittam* abest libris. Et vero abesse debet. Non enim de mittendis sortibus hic agitur. Nec etiam mittebantur in sitellam, priusquam æquatæ essent. Sortes allatæ fuerunt cum situla, ut ex initio scenæ liquet. Dandæ erant utrique sortientium. Nam singuli suam in situlam conjiciebant, ut ex sequentibus constat: 'Enge, cave. Conjicite sortis nunc jam ambo huc.' Sensus igitur hujus loci postulat, ut Stalinus sortes utrique daret. Scribendam itaque puto, *Tum igitur ego do sortis utrique jam.* Vel etiam subintelligi potest illud *do,* et legi, *Tum igitur ego sortis utrique jam.* Acceptas sortes cum pararent conjicere, uxori datæ sunt ut eas æquaret, id est, ut pares magnitudine faceret, 'Eccere uxor æqua.' Non enim de situla id accipiendum est, sed de sortibus. Quod sequentia declarant, 'credo hercle hodie devotabit sortes, si attigerit.' Hereditates primæ olim et quæcunque inter plures dividenda erant, sortitione distribui solebant, et ea sortiendi quidem ratione cujus hic mentio. Unde κλῆρον Græci vocabant hereditatem, quia sortito eam heredes partiebantur, id est, κληρόσει. Cum de primatu in re aliqua consequendo contenderetur inter plures sortito deferebatur. Præmia, et alia quæcunque sorti committebantur. In vas aliquod conjiciebantur sortes, cum aqua aut sine aqua. Si sine aqua esset, sortes ex terra molli et pingui ut plurimum fiebant; si cum aqua, ex materia aliqua duriore, et quæ non facile liquesceret, ut calculus, aut lapillus, aut annulus, aut aliud tale quid. Grammatici κλῆρον, id est, *sortem,* interpretantur, σημεῖον

Digitized by Google

ὅ τις ἐμβάλλει τῷ ἀγγείῳ τοῦ λαχμοῦ, ψῆφις τυχὸν, ἢ δακτύλιος, ἢ βῶλος ἀρούρας κατὰ Σοφοκλῆν. Si vas in quo sortes conjiciebantur aquam haberet, ex aliqua materia ponderosiore sors esse debebat, quæ fundum peteret nec supernataret. Si in vas sine aqua mitterentur interdum festucis exæquatis sortitio peragebatur. Unde κάρφια βαλεῖν Græci dixerunt de hujusmodi sortitione. Et Plautus hic meminit populneæ et abiegnæ sortis. Sed his sortibus locus non erat cum per sitellam aqua plenam sortiebantur. Nam ideo aqua vasa quibus sortiebantur implebant, ne in fundo conspicuæ sortes apparerent. Apud Homerum sortitio fit militaris, in galeam conjectis sortibus, sine aqua ut videtur. Κλήρους ἐν κυνέῃ χαλκείῃ πάλλον ἀλόντες. Movebant sortes in vase, ut turbarentur, ne fraus fieret in extrahendis. Inde πάλος pro sorte. Hodie chartulis complicatis et nomine ejus notatis cujus sors est, utimur in pileum conjectis, et per puerum in singulos sortientes distributis. Hoc genere sortitionis quo sortes in vas conjiciuntur, milites partiti sunt vestimenta Christi, quod dicitur apud Johannem βαλεῖν κλῆρον. Quod nec de mutatione intelligendum, ut fecit Nonnius, nec de πλειστοβολίνδῃ, quæ jactu fit tesserarum. 'Sortem mittere' Latini dicunt de sortitione, quod Græce est κλῆρον βαλεῖν. Ita milites agros sibi assignatos sortiebantur. Sortientium nomina in pittaciis scribebantur, quæ in vas aliquod conjiciebantur, et inde tollebantur, et singulis sortientium distribuebantur, ut ex Hygino constat de limitibus constituendis. Buxeæ erant illæ sortes, sive pittacia pro sortibus in sitellam conjectis, quia buxum non supernatat, sed fundum petit. 'Sorticulæ buxeæ' fit mentio in veteri tabula ænea, et sitellæ jam aqua in quam erat demittenda, aperta et brachio aperto. Et certum est sortes, de quibus hic agitur, apud Plautum buxeas fuisse. Quod ex his ejus verbis apparet: 'Sed manendum, num ista aut populna sors, aut abiegna est tua. CH. Quid tu id curas? OL. Quia enim metuo, in aqua ne summa natet.' Ergo buxeæ debuerunt esse ne supernatarent. Et tales omnino fuerunt, quibus illi servi Casinam sortiti sunt. *Salmas.*

26 *Unum*] Nota, quæ μονάδα significat. *Camer.* *Mihi est*] Scil. data sors. *Lamb.*

27 *Hanc sis*] Scilicet alteram, si vis.

28 *Sortis*] Pro 'sors.' *Priscian.* lib. VII.

32 *Populna*] Id est, ex populo arbore.

33 *Summa*] Fiebant enim sortes ex ligno durissimo, puta quercu, aut robore; ut in aqua subsiderent. *Lambin.*

35 *Uxor, æqua*] Lambinus hic omnis devius. Sed quid venit in mentem Grutero, ut faceret, *ecce, re, Uxor, æqua*, cui etiam explicationem alleverunt, Ecce, uxor, ut æqua lege et jure tecum agam. Quasi hoc ab 'æquus' sit, non a verbo 'æquare.' Cum præsertim haberent in promtu locum ex Orat. Ciceronis pro Cornelio: 'Dum sitella defertur, dum æquantur sortes, dum sortitio fit.' Idem de Divin. lib. 1. 'Cujus generis oracula etiam habenda sunt, non ea, quæ æquatis sortibus ducuntur.' *Gronov.*

36 *Devotabit*] *Devotabit*, est sortes diris precationibus obligabit, seu devotas et execratas reddet. Usus hoc verbo et Cic. Paradox. 1. et Accius Decio: 'Patrio exemplo me dicabo, atque animam devotabo hostibus.' Auctor libri De Herbis, cui Apuleius vulgo habitus, cap. 7. 'Siquis devotatus defixusque fuerit in suis nuptiis, sic eum resolvas.' Hic quid 'devotatum' sit, aliqua intelligis ex adjuncto 'defixum.' Scaliger ad illud

Digitized by Google

in Ceiri, 'Regis Iolciacis animum defigere votis,' notat: Dictum, ut 'defigere diris.' In vet. Glossario: *Defictiones*, *νεκυομαντεῖαι*, *καταδέσμους* ut intelligere possis *καταδέσμους* esse poëtæ, 'Veneris, dic, vincula necto.' *Gruter.*

37 *Canem*] 'Canem ferre,' hic est vinctum esse: sic 'catulum' vel 'catellum ferreum' alibi dixit per diminutionem, eodem modo Græci *σκύλακα* vocant. *Turneb.* 'Canis' idem hic omnino quod vinculum: nam qui furcam ferebant, hoc est, qui collo insertam furcam gestabant, vinculis etiam manus revinctas post tergum habebant. 'Canis' igitur hoc loco est vinculum. Festus: 'Catulus, genus quoddam vinculi, qui interdum canis appellatur.' *Salmas.*

42 *Suspices*] Vetustiss. Edd. *suspicere*, et ita etiam in Ms. Cam. sed a manu secunda. Vulgo *suspiceo*. Vide notas Menæchm. v. 9. 22. *Taub.*

43 *Tute sorti*] Pro 'sortire.' Vide infra et vs. 61. *Lucrum facit*] Quia nihili es, neque sumptum, quem herus facit in te alendo, exsarcis. *Lambin.*

46 *Herculeis*] Situlam aqua plenam habebant. Græci *ὑδρίαν* appellant. Latini *urnam* etiam istis sortitionibus adhibebant cum aqua. Sortes erant tesseræ, vel orbiculi ex terra pingui, quos notabant litteris singulis nomen ejus indicantibus cujus sors erat. In urnam sive situlam mittebantur; cujus sors prima exisset ab aliquo extracta, is vincebat et id obtinebat, quod sorti fuerat commissum. Sortes eas Græci vocant *κλήρους*, *πάλους*, et *ψήφους*. Quibuscumque rebus ad eam rem utebantur, calculis, aut lapillis, aut tesseris ex luto formatis. Historia Cresphontis, qui sortito Messeniam sic abstulit, narratur a Pausania in Messenaicis, sed aliter eam tradit Apollodorus Biblioth. lib. II. Cum hic vellet omnimodo habere Messenem, fraudem in sortiendo et artem adhibuit, qua ipsi contingeret. Prima sors quæ e situla exiret, dabat Argos, secunda Lacedæmonem, tertia Messenen. Tres erant qui sortiebantur, et qui sortes in situlam conjicere debebant, ut scirent quis ex tribus quam ex illis tribus urbibus sortiretur: Temenus, duo Aristodemi liberi, Procles et Eurysthenes pro uno, et Cresphontes. Tertius qui Messenen cupiebat obtinere. Prioribus duobus, hoc est, Temeno et Aristodemi natis pro sortibus in situlam lapillos conjicientibus, Cresphontes ex terræ mollis gleba factam sortem ingessit. Ea dissoluta est et liquefacta aqua. Sic duæ sortes primæ exierunt, quæ Argos et Lacedæmonem Temeno et Aristodemi filiis dederunt. Non opus fuit educi tertiam, quia cum duæ priores exiissent, tertia sorte in fundo subsidente, Messene omnino, quæ tertiæ sorti fuerat destinata, Cresphonti cessit. At subdole is caverat ne prima posset extrahi, aut secunda, quia curavit, ut ne quidem posset comparere, cum in aqua delicuisset. Hic tamen dolus primo latuit. Nam duabus prioribus sortibus extractis, quibus Argos et Lacedæmon priores sortes habentibus contingerent, necessario sequebatur, ut tertia, quamvis non esset educta, Messenen ei daret, cujus sors ultimo loco e situla exiisset. Sortibus autem conjectis in urnam, vel situlam, eam movebant, ut sortes turbarentur, et casus in educendis sortibus dominaretur. Unde illud poëtæ, 'Omne movet urna nomen.' Eam sortitionem Cresphontis et Aristodemi filiorum aliter narrat Pausanias. Dicit loco jam citato, cujus prima sors exiisset, eum Messenam obtenturum, convenisse. Scribit Temenum, qui factum vellet Cresphonti, pro sorte filiorum Aristodemi, orbiculum vel tesseram, *κλῆρον* appellat, ex luto sole indurato in urnam

Digitized by Google

conjecisse. At Cresphontis sors erat ex terra igne cocta. Dissoluta in aqua sorte Aristodemi filiorum, prima sors exiit Cresphontis, quod necesse fuit, cum sola esset, altera utpote liquefacta ac deperdita. Cum prima autem Cresphontis educta esset, quæ Messenam illi assignabat, non opus fuit alteram extrahere, quæ nihil dabat. Ideo sic fraus tunc latuit. Eadem est sortiendi ratio, qua hic apud Plautum duo servi ancillam Casinam sortiuntur. 'Æquabantur sortes,' id est, pares magnitudine fiebant, quia quæ major fuisset, ea primo loco facilius exire potuisset. Inde mentio æquandarum sortium in hac scena. *Salmas. Sicut Herculeis prædicant*] Mss. Cam. *Herculei*. Sed scribendum est, *Herculeo prædicant Quondam prognatis;* ut apud Ciceronem: 'Thyestes Tantalo prognatus, Pelope natus;' et 'Eurudica prognata;' et 'Venere prognatus.' Est autem 'Herculeo' ab 'Herculeus,' Ἡρακλεῖος. *Gronov.*

47 *Delicuerit*] Id est, liquefacta fuerit.

49 *Literatus*] Literis in vultu notatum interpretor; etsi contra nitente Lambino: veræ literæ fronti inscribi solitæ, imo vultui sæpe toti. Literæ, dico, aut plura verba, quæ crimen continerent canssamque notæ, puta, 'Cave a fure;' 'a fugitivo.' Sæpe etiam plurium verborum fuit illa inscriptio, imo verauum. Ratio autem inscribendi ita habuit, ut primitus literæ inurerentur candenti ferro: deinde atramentum infunderetur, quo eminerent magis literæ, et præberent se lectui. *Lips.* Elect. II. 15. Pseud. I. 15. Cælius Antiq. Lect. VII. 31.

51 CH. *Non.* OL. *imo hercle.* CH. *imo, &c.*] Ut certamen sit nervosius, ita variat. *Acid.* Atque ab hac mutua obscevatione pendere ait intellectum ejus dicti, quod inferius male interpretantur de pulsatione: 'OL. Cur omen mihi vitup.'

52 *Præcide*] Turn. leg. *percide*, id est, batue, tunde. *Objexis*] Usurpavit *objicere* pro *adjicere;* nam 'ob' pro 'ad' veteres dixisse ex Festo notum. Ergo, *ne objexis manum*, est ne attigeris. Sic postea eadem Cleostrata, cum ille nihilominus verberibus impeteret, objurgans interrogat, 'Quid tibi hunc tactio est?' *Meursius.*

57 *Imperium exhibet*] Exercet, palam agitat. *Lamb.* Vid. notas Bacch. III. 3.

58 *Omen mihi vituperat*] Mihi religiose omen captanti vitium facit, inauspicatum aliquid objicit. Sic magistratus 'vitio creatos,' aliquid 'vitio factum' passim: apud Livium, apud Ciceronem, Claudium et Junium 'vitio navigasse' legimus. Sed quomodo hic fit vitium? Non pulsando conservum, ut voluit Turnebus: sed unica voce 'Non' versu 51. quod intellexit Acidalius. Vide quæ supra diximus ad Captiv. II. 2. 104. *Gronov.*

61 *Præbe tu*] Scil. animum, esto præsenti animo, Olympio. *Lamb.* Vel *præbe tu*, scil. sitellam.

62 *Cor lienosum*] Sciunt medici lienosis familiarem esse παλμὸν τῆς καρδίας, ob vapores melancholicos a liene in cor delatos, quos cum conatur excutere, palpitationem facit. Ergo lienis morbo etiam cor tentatur, sed κατὰ συμπάθειαν, per multiplices et insignes arterias, quas a corde lien accipit. Nec ullius rei est, quod Turnebus citat ex Merc. I. 2. ubi ait leno, 'lienem seditionem facere, et præcordia occupavisse.' Nam qui lien seditionem non faciat, qui cor etiam, nobilissimum viscus, in consensum trahit, et facit sui vitii particeps? Certe lien ubi intumescit, 'præcordia' dicitur 'occupare,' hoc est, hypochondria. Extenditur enim ab hypochondrio sinistro in dextrum, cinguli modo. Propterea ait leno

Digitized by Google

Curc. II. 1. 'Nam jam quasi zona, liene cinctus ambulo.' Ait ergo Olympio, sibi cor ita salire, præ timore et anxietate, quasi si lienosus sit, et laboret *παλμῷ τῆς καρδίας*. *Dissald.*

63 *De labore*] Id est, præ dolore. *Lamb.*

SCENA VII. 4 *Quid opus est*] Nescio cur hic hæserint interpretes et correctores. In Camerarii editione recte hæc distincta sunt et aperta: *Quid opus est? qui sic mortuus equidem tamen Sorti victus sum.* Quid opus est, ut me suspendam, et malum malo addam? Suspendio enim id quod jam factum est, infectum fieri nequit. *Sorti*, (id est, *sorte*; sic enim veteres) *jam victus sum.* Laqueo id malum non licet dispellere. *Boxhorn.*

10 *Ut sussultabat*] Ita et Capteiv. III. 4. 104. a subsiliendo. Curcul. I. 2.

12 *Atque a me prodeunt*] Lege, *fores. Mihi benevolentes atque amici prodeant.* *εἰρωνικῶς*. Nam quid illud *a me prodeant?* an, a domo mea? quam servus nullam usquam habuit. Jam si herilem intelligeret, Latine dixisset, *a nobis.* Porro, 'Ab antiquis ameci et ameceæ per E litteram efferebantur,' ait Festus. *Gulielm.* Nulla hic opus mutatione est. *A me* et *ad me*, opponuntur. 'Ad me prodire' dicitur, qui frontem; 'a me,' qui terga dat. A Chalino prodibant ex ædibus, Olympio villicus, et Stalino senex. Ideo fores benevolentes sibi vocat, quia ita prodeuntibus a tergo, quasi ex insidiis, instare poterat, et facile audire, quid rerum aut scelerum molirentur. Ista vera hujus loci est sententia. *Boxhorn.*

SCENA VIII. 2 *Cum furca*] Furca aptati gestabantur carbones: et furciferi servi sub furca plectebantur; et in exemplum traducebantur. Festus: 'Ærumnulas Plautus refert furcillas, quibus religatas sarcinas viatores gerebant.' *Turneb.*

7 *Recessim*] Vide notas Amphitr. v. 1. 60. et Ps. IV. 1. *Nepam*, id est, cancrum.

10 *At candidatus*] Sponsi enim candidati. Infra, 'Villicus hic autem cum corona, candide vestitus.' Ad morem libertorum in mutanda veste refert. Loquitur enim de Olympione, qui jam libertus. At liberti novi in toga apparebant, id est, communi civium veste; quæ erat alba. *Lipsius. Cedit*] Pro incedit.

11 *Stimulorum loculi*] Ita stimulis fodi solitus, ut totum corpus ejus stimulorum loculi esse videantur. *Lambin.*

24 *Hic conturbabunt*] Vide si voles Lambinum, et P. Manutium ad Cic. Att. II. 1. *Taubm.* Ineptissime Dissaldæus, *is constuprabit pedes.*

27 *Idem me pridem*] Hic aliquid scabrum agnoscunt viri docti, vel dum laborant in explicando. Sed omnia erunt planiora, si legas, *Item*, id est, similiter, eadem lege atque pacto, nempe si ei morigeratus essem sub janua, me voluit atriensem facere. *Gronov.*

28 *Facere atriensem*] Id est, voluit me atriensem facere, si sibi morigeratus essem. Ut Olympionem servum fecerat villicum, quod ipsi se morigerum præbuisset, stuprum inferenti. Merces autem stupro maxima, quæ serve rustico dari posset a domino, si villicum eum faceret; urbano autem, si atriensem. Non aliter ille locus potest intelligi. *Salmasius.*

32 *Attate*] Interjectio est, vel se ipsum, ut hic; vel alterum, ut infra non longe, increpantis. *Lamb.*

34 *Habeo viros. St.*] Videtur proverbii habuisse speciem, dicique solitum in manifesto deprehensos. Indicio est Menippæa Varronis hoc titulo, *ἔχω σὲ, κ. τ. λ.* Adelph. II. 2. 'labascit: virum hoc habeo.' *Palmer.*

35 *Gestio*] 'Gestit qui subita feli-

Digitized by Google

citate exhilaratus, nimio corporis motu præter consuetudinem exsultat,' Festus.

36 *Deduci*] Idem quod nubere. Sic enim dicebatur κατ' ἐξοχὴν puella, aut mulier, quæ nubebat, et ad maritum, pueris patrimis et matrimis, id est, qui patrem et matrem haberent superstites, quinque faces præferentibus, ducebatur. Mil. III. 1. 91. Terent. Hecyr. I. 2. 'Ut ad pauca redeam, uxorem deducit domum.' Propert. IV. 3. 'Quæ mihi deductæ fax omen prætulit.' Tibull. III. 4. 'Ut juveni primum virgo deducta marito.' Tacit. Annal. XIV. 63. 'Hnic primus nuptiarum dies loco funeris fuit, deductæ in domum, in qua nihil nisi luctuosum haberet.' *Gronov.*

40 *Uno in saltu*] 'Saltum' vocat, quod Horat. Od. III. 12. 'fruticetum.' Græc. σταθμὸν, *cubile et lustrum ferarum.* Scaliger.

50 *Cum Casina faciam nuptias*] 'Facere nuptias,' hic non conventionem tantum in conjugium, sed in ipsum cœtum significat. *Arnob.*

57 *Sepiolas*] Perite senex cibos nominat, conducentes eis qui Veneris sacra bene obire cupiunt: nam ut Oribasius, Ægineta, aliique medicor. docent, mollis carnis pisces ac testacea omnia, inter ἀφροδισιαστικὰ maximas vices habent. Antiquis enim persuasum, marina omnia salaciora esse, ob Venerem mari ortam; unde etiam astrologi libidini fore deditos præsagiunt, quibus in horoscopo pisces. *Nannius.* V. N. Rudent. III. 2. *Lepadas*] Λεπὰς concha marina petris ita firmiter adhærens, ut inde vix divelli possit. Hinc εἰκόνα Aristoph. sumsit Pluto, ubi anum adolescenti tanquam λεπάδα petræ adhærere ait. *Rittersh. Lolligiunculus*] Senex rusticus qui pulcrius nihil frugibus censeret, *lolligiunculas hordeias*, pro pulchris, inepte dixit et putide; quo in vocabulo mox a servulo reprehenditur: *Imo*, inquit, *triticeias.* Accedit, quod ipsa verborum forma idiotismum rusticum sapit: *triticeas* enim formandum erat, *non triticeias*; et *hordearias* non *hordeias.* Turneb. Ut *lolligiunculas*, ita et *hordeias* piscis nomen esse puto. *Lamb.*

59 *Sculponeas*] 'Sculponeæ,' rudia et rustica calceorum servilium genera: quorum Cato meminit: At 'sculponeas,' inquit Fulgentius, 'dici volunt cæsatos plumbo ligatos.' Atque utrumque recte. Est enim ἀμφιβολογία in voce *sculponeas*, duas pariter res denotante, et calceamenta et cæstus. Porro 'calceo cædi,' non solum turpe, sed et molestum erat, quod ii et spurci, et clavis ferreis confixi essent. *Dous.* 'Sculponeis os batuere alicui,' idem quod apud Terent. 'Sandalio caput commitigare.' Erat autem id genus castigationis frequens mulieribus, præcipue quæ non modo puerorum solebant, quod ait Juvenalis, 'solea pulsare nates,' sed etiam eousque abutebantur stulta patientia amatorum juvenum, ut ob levissimas offensas nihilo mitius eos tractarent. *Gronov.*

60 *Batuatur*] Lexic. Latinogr. *Batuit*, id est, κατατέτρηκε, *concidit, contundit.* Vid. Victorium Var. II. 8.

61 *Lingulacas*] Iterum jocus ex ambiguo. Festus: 'Lingulaca, genus piscis: vel mulier argutatrix.' Nonius: 'Lingulacæ, loculeleiæ; a procacitate linguæ.' 'Lingulacæ' apud Plin. pisces, quos linguâ Belgica *tongas* appellant, a 'linguæ' scilicet forma: vel potius, a 'lingula' gladioli genere.

64 *Quid emam*] Sic Ms. codex Camerarii interjicit, sed manu secunda inter versus, *potero q. c.* Pal. 6. *Cons. quid emam oportet.* Forte, *consulere, quid emam, æquum est.* ST. *Æquum oras.* Gruterus.

68 *Tribus non cond.*] Vide notas Asin. v. 2.

73 *Nostra omnis lis*] Id est, vici-

Digitized by Google

mus. *Longol.*

74 *Nostro omine*] Id est, auspicato feliciterque. Omen est nostrum et auspicium, non adversariorum. *Turneb.* VII. 12.

75 *Ut id, quod*] Allegoria, ubi quis rem omnem novat et perturbat. *Erasmus.*

77 *Qui quid paratum est*] Sic editos omnes usque ad consulatum Parei, qui e Mss. oggesserit, *Quo id quod paratum est:* at sic nihil hic facere sequens *ut*, notat Gruterus. Et ille pavefactus redit ad vulgatum. Quid est igitur quod non modo isti, sed et omnes nostri, *Quo id quod.* Dicam. Scripsit Plautus, *Quoi quod paratum est, ut paratum ne siet. Sitque ei paratum, quoi paratum non erat.* Ego, inquit, hoc aliter condiam, ut quod paratum est, ne sit paratum, cui erat paratum, nempe seni et Olympioni; et sit ei paratum, cui non erat paratum, nempe mihi et herili filio. *Gronov.*

ACTUS III.

SCENA I. 2 *Nunc specimen specitur*] Δεῖγμα δείκνυται, nunc spectaberis, quali sis in me animo. *Turneb.* XVI. 3.

3 *Cur amem! exime*] Ita Scaliger adpinxerat Plauto suo. Ms. Cam. *Curam exime.* Legendum putabat Gul. *Curam eximere, castigare, id ponito.* Quod curam hanc et amorem verbis eximere mihi; quod me castigare fortassis cogitas; supersede opera tua: etiam illa quæ dici solent senibus lascivis: 'cano capite!' 'ætate aliena!' 'cui uxor sit!' omitte; nam frustra omnia dicentur.

9 *Sed facito dum memineris*] Sed facito, interim memineris versus, quos Colax Nævianus cantat. Cantabat autem hoc Colax ille Nævii, (scripsit enim Nævius fabulam hoc nomine) 'Uti quique cum suo cibo,' &c. *Lamb.*

10 *Quasi eant Sutrium*] 'Sutrium quasi eant, utique in proverbium abiit hac de caussa: Gallico tumultu a Camillo quondam edictum est, legiones Sutrii ut præsto essent cum cibo suo. Quod usurpari cœptum est in iis, qui suis rebus opibusque officii id præstarent quibus deberent,' Festus. Solebant autem sæpe imperatores Romani, quum in promtam expeditionem, aut in loca, quæ non abundarent commeatu, ducerent exercitum, indicere ut unusquisque cum tot, verbi caussa, decem vel plurium dierum cibariis coctis adessent. Inde hoc proverbium, quod apud Varronem, 'pransus paratus,' id est, omnibus modis expeditus ad iter faciendum, aut rem. Poscit autem senex, ut ad nuptias veniant, cum suo cibo, ex more tenuiorum Athenis, qui solebant uti in nuptiis opera hominum suo sumtu vescentium, de quo Theophrastus in Charactere Illiberalitatis: et ad ministrandum in nuptiis *οἰκετίους* mercede conducere. Et has nuptias vocant *γάμους οἰκετίους.* Vide ibi Casaub. *Gronov.*

11 *Nunc enim te demum*] Jocus in allusione nominis 'scitum;' ex altero ejusdem loco interpretandus, Pseud. II. 4. ubi scite 'plebiscitum' appellat, quod hic 'scitum.' *Douza.*

13 *Vocent*] Cum veniam, pateant; ne habeam necesse pulsare. *Lamb.*

14 *Delicias facis*] V. N. Mostel. IV. 2. 32.

16 *Inquisitioni sis*] Vide Pseud. II. 2. Cistell. II. 3.

SCENA II. 5 *Vetulis vervecibus*] Sic Mercat. in senem exoletum: 'Itane vero vervex intro eas?' Et Persa II. 2.

6 *Senati columen*] Vide notas Epid. III. 2.

8 *Non ecastor*] Parva mutatione rescribendum censeo, *Non ecastor vilis, emptus est modio qui venit salis.* Eum versu superiore per ironiam 'columen senati' et 'præsidium populi'

Digitized by Google

vocaverat; in hoc vero, non magni pretii aperte esse testetur, cum modio salis emptum, non vili emptum fore dicat. Comicus alludit ad mancipia ἁλόντα, id est, *sale empta*, quæ pro vilibus traducuntur. Nam ἁλόντος δοῦλος est ὤνιος, ὀλίγου ἄξιος, ut Græci interpretantur. Dicit ergo, si modio salis emptus esset hic Alcesimus, nimis magno pretio emptum fore. Vilis igitur et minimi pretii hominem esse, vult significare. *Salmas. Non ecastor vilis emptu'st*] Ex titulo vel descriptione hominis fecere sententiam. Fuerat enim, *Non ecastor vili emptus, modo qui venit satis. Non ecastor vili emptus* perinde habet ironiam atque illa superiora, 'senati columen, præsidium populi.' Sed hic ironiam patefacit ratione addita, quæ contrarium evincit. Quasi diceret: Homo quantivis pretii: quippe ni? qui sit ἁλόντος et totus quantus modio salis veneat. *Gronov.*

18 *Atque istam jube*] Scil. valere meis verbis.

21 *Polliceor foras*] Vide notas Stichо IV. 1.

22 *Quasi catillæ: tum flagitium*] Vulg. editt. *Quasi catillatum*, id est, quasi ad catillandum, seu ligurriendi gratia operam suam potissimum elocantis, &c. Fulgentius: '*Catillare*, est per alienas domos ligurire: tractum a catulis, quod per omnes domos circumeant.' *Douza.* Nihil mutandum est, et satis bene explicant interpretes. 'Catillare' est abligurire, ut gulosi solent. Unde et 'catillatores' dicebantur, qui provincias amicas expoliabant lautis et magnificis epulis quibus a provincialibus accipiebantur. Hinc 'catillamenta' Lucanica apud Arnobium l. II. pro quo vulgo *castellamenta* legitur. Item apud eundem lib. VII. 'Arvina in exignas miculas catillaminum insecta de more;' pro quo vulgo legitur, *at illa minutim insecta de more.* Salmasius. In etymo τοῦ 'catillare' fallitur Fulgentius: potius est a 'catillus,' diminutivo τοῦ 'catinus:' et proprie significat catillos aut patinas extergere, quod est gulonum in cibis delicatis. 'Catillones' dicimus lingua vernacula *pannelecker.* Gronov.

27 *Pulvinarium*] Recte se habet *navis*, nec reponendum videtur *avis.* Sed verius hic in quibusdam editionibus perperam Cleostratæ tribuitur, cum Alcesimo sit adscribendus. Venerat ad Stalini uxorem, ut uxoris suæ operam ei promitteret in adornandis nuptiis, diceretque paratam esse ei rei adjutricem, si arcesseretur a Cleostrata. Hæc vero cui suboluerat senum conspiratio, ut liberum locum habere possent apud Alcesimum exturbata inde uxore, negavit se opera uti velle uxoris Alcesimi. Quo audito Alcesimus domum redit, ut uxori nunciet operam ejus a vicina sua Stalini uxore non desiderari. Et quia parata erat ad exeundum, ideo dicit Alcesimus: *Ibo intro, ut subducam navim rursum in pulvinarium;* ut navem, quæ jam vela erat datura, et portu parabat solvere, rursum in *pulvinarium subducam*, id est, in locum suum. 'Pulvinaria,' ut in Glossis Isidori exponitur, 'sunt areæ hortorum:' sed hic apud Plautum loca sunt in portu in quibus naves requiescunt, quæ ἐσχάρια, ni fallor, Græci vocant. Sed ἐσχάριον magis esse videtur basis in qua navis statuitur, dum ædificatur. *Pulvinaria* autem sunt νεόσταθμα, νεωρεία, vel νεόσοικοι, ut Græci vocant, in quo subducitur navis. Et 'subducere navim in pulvinarium,' idem est omnino quod Græcis dicitur, ναῦν στήσασθαι ἐπὶ τοῦ νεωστάθμου, ἐν τοῖς νεωρείοις, ἐν τοῖς νεωσοίκοις. 'Quassatas ventis liceat subducere naves,' apud poëtam. *Salmas. In pulvinarium*] Isidorus XIX. 2. 'Pulvini sunt machinæ, quibus naves deducuntur et subducuntur in portum.' Hæc sic accipimus ab Isidoro,

Digitized by Google

ut aliquid in eo agnoscamus sinceræ antiquitatis, aliquid infuscatum. Fustes erant teretes, qui subjicerentur navibus, quum attrahebantur ad pelagus, vel subducebantur in litus: erant robora, in quibus substratis subductæ naves, a terrena labe suspensæ, quiescebant. Illæ 'phalangæ,' hi 'pulvini' dicebantur. Sed Isidorus hæc duo confudit, et de 'pulvinis' pronunciat quod verum est de 'phalangis:' in pulvinis enim non volvimur, sed quiescimus et jacemus. Et videtur idem sensisse popularis meus Wouwerius ad Minutium Felicem. Vides, quam bene navalia dicantur 'pulvinaria,' quum ibi naves quiescerent *in pulvinis*. Videtur eodem pertinere, quod legitur apud Paullinum Epist. 31. 'Hujus navem in quodam ejus insulæ loco, quem *ad pulvinos* vocant, ne similiter illideretur, anchoris fundare conati sunt.' *Gronov.*

SCENA III. 2 *Ullum ad forum*] Vid. Curcul. IV. 2. 16.

3 *Cui quod amet*] E Lang. lib. *qui quod amet:* auferendi casu *qui*. Stultus amator est, qui eo die, quo ad manum illi amica est, in forum procedit. *J. Gul.* *In mundo*] Vide notas Epid. v. 1.

7 *Ne me nequicquam*] Non est sententia horum verborum, quam faciunt: gaudere Stalinonem lite amici perdita, ne videatur nihil effecisse: atque id effecisse dum adest ob amorem absenti animo; quod oporteat animo præsenti esse advocatum, alias ut exanimatum domum amittendum esse. Scilicet et oportet animo præsenti esse criticum hominem et Plauti interpretem. *Ne nequicquam*, id est, ne impune, ne sine suo magno pretio atque malo. Tenuit me cognatus meus, inquit, et valde molestus odiosusque mihi fuit. Quod si vicisset, moriebar inultus, ut convivæ Nasidieni, nisi damnose bibissent. Nunc gaudeo litem eum perdidisse, ut pro pœna atque malo, quo me affecit invitum morando, et ipse malum habeat. *Gronov.*

10 *Exanimatum*] Utpote, qui corpore quidem adsit, animo vero absit. *Lamb.*

19 *Sufflarit*] Supra II. 5. 'Nunc in fermento tota est: ita turget mihi.' Hoc autem fingit callida mulier; ut lites contrahat inter verveces vetulos, et coëmptionales ac comicos senes. *Taubm.*

27 *Amasium*] Non dicit 'amatorem,' sed *amasium*; quasi formosum puerum. *Lambin.*

SCENA IV. 2 *Ludificatus est larva*] Appositione constructa sunt; ut, 'ille scelus larva,' pro larvato et insano. *Camer.*

10 *Arcessituram*] Dicunt, 'Accersere' est vocare; 'arcessere,' accusare: nugæ. 'Arcessere,' duplicem habet significationem: fitque ab 'arcio,' quod veteres pro 'accio' vel 'adcio' dixerunt: quibus 'Ar' pro 'Ad' in usu. Sallustius Catil. 'Præterea Gabinium arcessit,' id est, vocat. Idem in Jugurth. 'Quos pecuniæ captæ arcessebant,' id est, accusabant. *Gruter.*

15 *Quin bene est*] Graphice exprimitur iratorum serramque inter se invicem ducentium affectus. Quæ sic explicanda: *Quin bene est*, id est, gratulor et volupe est mihi; subaudi, te mea opera (ut prædicas) disperire.

16 *Quin etiam diu morabor*] Id est, in dicti hujus quasi concepti formula perseverabo: nempe ut malum exoptem tibi. *Quid cupio tibi*, ad sequentia pertinere censeo: ut dicat Alcesimus: Quin cupio tibi ægre facere, orationis suæ seriem interposito *quin* identidem repetito, confragosam faciens de industria: puto rem omnem ad eampse particulam illam *Quin*, toties ingestam, referri debere: ut significet senex: Nunquam erit tibi hodie major hujus verbi (*Quin*)

Digitized by Google

dicendi largitas, quam mihi: id est, nunquam me istius particulæ iterationibus vinces: ne frustra sies. *Douza.*

23 *Aliud cura*] Jam mitior, his verbis jubet eum securum esse: se negotium hoc curaturum. *Lamb.*

26 *Avi dicam*] Mss. et vet. edd. *aut dicam.* Unde Rittershusius *autumen.* Sed deerat cui applicaretur τὸ *Qua.* Rectius ergo quod editum est. *Qua avi*, pro, quo omine, qua sorte, quo auspicio: quomodo Horat. 'mala ducis avi domum.' *Schoppius.*

Scena v. 1 *Nulla sum*] Tres primi versus sunt cretici, quibus in re trepida, aut alioqui celeritatem aliquam exprimente, utimur. *Lamb.*

4 *Tanta factis modo mira*] Leg. *factu*: loquendi modo protrito, 'mira factu:' vel certe, 'facta:' ut Amphit. v. 1. Ita 'tanta mira in ædibus sunt facta.' 'Tanta' autem 'mira facta,' utrobique dixit, vel pro tam mira, vel pro tot mira facta; sicut Bacchid. 'Sexcenta tanta reddam.' *Schopp.* Vestigia Mss. secutus legendum putem, *Tanta factis modo mira, verbis modo, intus vidi.* Boxhorn.

5 *Integram*] Novam et a nullo alio susceptam Lambinus interpretatur; et fortasse rectius. Boxhornius modo, quæ etiamnum flagrat, quæ nondum ulla parte fracta est nec de impetu suo quicquam remisit; modo eam ad cujus magnitudinem nihil deest.

8 *Timida*] Timens. Servius ad illud Virgil. Ecl. vi. 'timidisque supervenit Ægle,' notat: '*timidis*, pro *timentibus*; nam alioquin timidus est qui semper timet; timens vero, qui ad tempus formidat, ex caussa.'

15 *Meraclo*] Valet, 'meraculo' id est, aliquantulum meraco. 'Flos' autem 'Libycus' vinum est Mareoticum, litterarum monumentis non incelebre. *Turneb.* Vide N. Rud. III. 5.

16 *Flore Libyco*] Vide notas Curcul. I. 2. *Obtine aures*] Aures mihi ex adversa parte tene: cadam scil. *Lamb.*

19 *Excetra*] Non dubito, quin Plautus scripserit, *excetra tu*, id est, tu vipera; maledicto mehercle convenienti in malas illas merces, mulieres. Ita Livius lib. xxxviii. 'Illius excetræ delinimentis et venenis imbutum, nec parentis, nec vitrici, nec Deorum verecundiam habere.' Ita filii amasiam mater vocat. Ita D. Hieronymus 'Hiberam excetram' obtrectatorem virulentum vocavit. *Lips.*

21 *Numero*] Illud *numero dicis* non censeo mutandum: aiebat ancilla herum sævire, quia minabatur: ille ait, 'numero' eam hoc 'dicere,' hoc est, nimium cito queri de ejus sævitia, quam expertus sit majorem, nisi eloqui incipiat: sed statim redit ad blanditias, et id quidquid est, ut explanet, rogat. *Mercer.*

27 *Ea intus*] Ὑποτύπωσις perculsorum et perterrefactorum elegantissima, in sermone interrupto. *Taubm.*

37 *Dejuravit*] Id est, sancte juravit. *Lamb. Occisurum eum*] Agellius I. 7. docet *occisurum* non esse hic participium, sed verbum indefinitum, Græcis ἀπαρέμφατον, neque numeris, neque generibus præserviens, sed undique liberum et impromiscuum. Sic Cic. Verr. v. 'hanc sibi rem sperant præsidio futurum;' non 'futuram.'

39 *Sciens de via in semitam*] Id est, prudens de via lata et recta degrederis in viam angustam et impeditam, hoc est, sciens et prudens te impedis. Latior igitur 'via;' angustior 'semita.' *Lamb.*

43 *Vitam sinet in crastinum*] Lipsius *sinere*; sed optimus Camerarianus *vitam sin crastinum.* Hinc pepererunt librarii vulgares, *sinet in.* Sed in ipso codice nota erat τὸ S supervacuum esse. Scribe igitur, *Neque viri vitam in crastinum protolli.* Per ἀποσιώπησιν lucrifacit τὸ *passuram.* Quod mihi satis commodum videtur. *Gronov.*

Digitized by Google

47 *Hæc ex proximo*] Notetur sermo comicus, *Hæc ex proximo*, id est, Murrhina vicina : ita fine Fab. 'Casina filia hujus e proximo.' *Lamb.*

52 *Occisissimus sum*] Superlativum hunc finxit Plautus ad exprimendam senis formidinem. *Lamb.*

58 *Illud quidem volebam*] Debuerat dicere, *nolebam ;* sed præ immoderata libidine fortasse sciens peccat, et dicit, *volebam :* mox tamen se ipse reprehendens, *Non*, inquit, *mihi volebam dicere, sed villico.* Tale fere est illud Cicer. pro M. Cælio : 'Nisi intercederent mihi inimicitiæ cum istius mulieris viro ; fratre volui dicere : semper hic erro.' *Lamb.*

63 *Soleas tibi dabo, et anulum*] Non temere hoc ancillæ pollicetur : nam ingenuorum duntaxat erant soleæ et anuli isti : servi ancillæque sculponeas accipiebant, et pro aureis ferreos. De 'sculponeis' clarum ex Catone de Re Rust. cap. 59. ubi, quæ et quoties familiæ vestimenta procuranda sint, tradit : 'Sculponeas bonas alternis annis dare oportet.' De anulis notissimum est : et habere quidem aureos in peculio suo illis licebat, non vero gestare. Inde ait, se in digito daturum. *Meursius.*

66 *Pompam*] *Pompa*, de coquis et instrumento culinario ; item de obsonatu, Bacchid. *Lamb.*

Scena VI. 1 *Senteis sub signis*] Metaphora militaris ; quasi dicat : Vide tu ; ut ministros tuos, qui sunt quasi sentes, quia quicquid tangunt, secum auferunt aut scindunt, sub signis ducas : ne huc atque illuc distracti vagentur. Milites enim sub signis non poterant evagari, furari, latrocinari. *Gruter.*

3 *Duplici damno*] Rapiendo et lacerando.

4 *Patriceque*] Idem quod 'patricie,' id est, patriciorum et nobilium in morem. *Turneb.* Conjicio legendum *patr. amiciri, atque ;* ut significet fortunas suas supra votum fluentes superbiam decere, eoque sibi convenientius videri, ut gloriose ac basilice amictu composito, hero suo advorsus incedat. *Douz.*

6 *Excuratus*] Non ad cutis curationem, uti Lambinus vult, qua prorsus expers erat Olympio, ut patet ex præcedentibus ; verum ad obsonium, cum quo ipsum nimis lepide excuratum incedere, gratulatur sibi nequam senex. *Douza.*

7 *Aha hodie*] Lego, *Vah, odio es!* et pertinere censeo ad impudicas illas attrectationes et immundissimas osculationes. Quo etiam referendus 'fœtor' ille, quo senilem sermonem olere, mox palam hero in os a villico exprobratum : item, πράγματά μοι παρέχεις· item ὦ Ζεῦ, *potin' a me abeas, nisi me vis vomere hodie?* Douz. Sed causam nullam video cur mutari debeat omnium codicum scriptura, *vah hodie:* subintellige autem, lepide scilicet excuratus sum, dum mihi tecum, sene fœtido, res ac sermo est. *Boxhorn.*

9 Πράγματά μοι] Hoc passim in ore hominibus superbis, et reliquos fastidientibus fuit. *Is. Casaub.*

10 *Resistis*] Restas, manes. Capteiv. III. 2.

18 *Ebria sit*] Opipara, copiosa : tralatione ab ebriis ducta, ut quidem Lambinus explicat, nec recte, nec satis Plautine, sententia quidem Douzæ, qui, *ebria sit*, interpretatur, madeat et percocta sit probe.

19 *Barbarico ritu*] Transcribunt ex Lambino, vel Persico vel Romano ; quasi dicat, Satis est mihi eleganter potius ac munde quam sumtuose cœnare. Imo vult et munde et sumtuose cœnare. Quare rejicit, et fastidit *esse barbarico ritu*, hoc est, ut frugi patres familias in Italia solent : nolo me nunc poltiphagum esse barbarum, ut alibi loquitur. *Gronov.*

20 *I sis : ego hic*] Mirum quod senex Olympioni monstret, ubi habitet. Ausim quovis pignore contendere

Digitized by Google

scriptum fuisse, *i, sis: ego haut bito:* aut si versus requirit, *ego huc haud bito nunc quidem: gladium, &c. Huc* autem (siquidem retinendum) ea forma ponitur, qua Bacchid. IV. 8. 'sine me ire Huc intro:' et Menæch. 'neque hodie huc intro tetuli pedem;' et Mil. III. 2. Mercat. III. 2. Jubet senex, ut Olympio introëat: se enim nunc non ire, ob metum gladii. Atque ita convenit, quod mox subjicit Olympio: 'Quin tu i modo domum mecum.' Dixerat igitur senex, jam se non iturum. *Pistor.*

ACTUS IV.

SCENA I. 10 *Laute*] Ad lotionem pertinet. *Douza.*

14 *Fore hujus quod*] *Hujus* regitur a *quod*, hoc modo: *quod hujus*, id est, hoc quod hujus. *Lamb.*

16 *Aulas pervortunt*] Ollas dejiciunt, percellunt. *Lamb.*

20 *Estrices*] Talia sunt, tonstrix, adsestrix, possestrix. *Nonius. Corvitant ubi*] Lego *corbitam cibi*, id est, onerariam cibo refertam; ut Cicero navem auri et palem dixit. *Turneb.* Omnino scribendum, *corvitam cibi Comesse possunt.* Nihili est illud *corvitant.* 'Corvita,' vel 'corbita,' ut jam alii viderunt, navis erat oneraria, sive frumentaria, quam Græci στιγγὸν appellant. Tantas estrices eas esse καθ' ὑπερβολὴν dicit, ut corbitam cibis oneratam possent comedere. *Salm.*

SCENA II. 7 *Luci*] Sic dictum ut 'tempori,' id est, anteqnam 'polo nox incubet atra.'

8 *Habuero*] Quæri potest, quid sit, *habuero convivium?* An præbuero aliis convivium? An, mihi paratum habuero? Illud malim. *Lamb.*

11 *Ipsa misit*] Αὐτὸς et ἐκεῖνος sunt voces servorum, quas honoris caussa propriorum nominum loco usurpabant. Sic apud Latinos, 'ipse.' Pl. Cas. 'eo, quo me ipsa misit.' 'Ipsa,' id est, hera mea. Ter. Hec. 'sed Pamphilum ipsum video stare ante ædes:' ubi Donatus, 'ipsum,' a quo missus sum; vel dominum; ut Græci αὐτόν. Erat et discipulorum vox, cum de præceptore loquerentur, unde illud, Αὐτὸς ἔφα. *Casaub.*

16 *Nullum esurit*] Douza legit *nullus.* Sed *nullum* constanter habent veteres libri; quæ vox corrupta est per scripturæ compendium ex *ne hilum.* Sic enim rescribendum puto. Sententia est: Qui amat, quamlibet esuriat, non tamen esurit. Amans enim videre quod amat, amplecti, osculari, alloqui, pro cibo habet. *Boxhorn.*

18 *Socerus*] Apage illud *socerus;* nam Olympio seni, illi servus profecto, non socer. Nisi animi fallor, scriptum fuit *meus socienus*, ἀρχαϊκῶς. *Socienus* valet socius. Amphitr. I. 1. Aul. IV. 4. Juvat vehementer conjecturam meam Roverii liber, qui *socius* refert, glossema quasi illius. *Lips.*

SCENA III. 2 *Hymenæo*] Nuptiarum Deo.

4 *Atque adeo haud sitio*] Ego ex vestigiis receptæ lectionis scribendum putem, *Esurio, hercule, atque adeo avide sitio.* Boxhorn. Nihil puto mutandum. Qui valde esuriunt, non sitiunt. Dicit ergo Olympio se adeo esurire, ut non sitiat. Sæpe contra evenit, ut saturi sitiant, ut illi qui nimium comederunt, et non biberunt. Hoc certe hic vult Olympio, se tantum esurire, ut ipsi non vacet sitire. Alioquin contrarium rerum naturalium periti, nempe jejunos citius sitire quam esurire. De quo est quæstio in Symposiacis Plutarchi VI. 1. Τίς ἡ αἰτία, δι' ἣν οἱ νηστεύοντες διψῶσι μᾶλλον, ἢ πεινῶσι. *Salmas. Atque adeo haud sitio*] Unde est, ut qui esuriunt non sitiant? contrarium enim testatur Plutarchus. Lege, *atque adeo au sitio.* Perinde est, ac si dicat: atque adeo, quod liceat dicere, sitio. Nam *au* particula interponitur, quum

Digitized by Google

aliquid dicitur, quod dici nolimus. Terentius Phormione v. 1. 27. 'Quid? duasne is uxores habet? So. au, obsecro, unam ille quidem hanc solam.' Ludit autem Olympio sic, tanquam dicturus rem parum convenientem tempori; nam qui amat, quod amat, habet pro cibo. *Gronov.*

5 *Nihili facio tibi amor*] Id est: At ego hercle, o amor, vim tuam non experior. Ratio est, quia jejunus sum; et sine Cerere et Baccho frigent Venus et Cupido. *Lamb.*

8 *Occentem hymenæum*] Omnes scripti, et quidam olim editi, *offendam;* quod frustra conantur explicare: legendum enim cum Salmasio ad Pallium Tertulliani *offundam.* Hoc enim verbo de cantu plurimi utuntur. Ovidius Ep. Medeæ, 'Tibiaque offundit socialia carmina vobis.' Cic. Tusc. 1. 44. 'Non intelligo, quid metuat, qui tam bonos septenarios fundat ad tibiam:' Jib. II. 'Latera, fauces, lingnam, e quibus elici vocem et fundi videmus.' Lucretius lib. IV. 'dulcesque querelas Tibia quas fundit, digitis pulsata canentis.' Seneca Agamemn. 'Sacrifica dulces tibia effundat modos.' Vetus Epigramm. de Tibicine: 'Tibicen diffundit carmina dulcis.' *Gronov.*

11 *Quo dirumpi cupio*] Martialis, 'Me juvat admissa rumpere luce latus.' *Gronov.*

13 *Tenax es*] Lambino, *tendax es,* videtur legendum; ut enim intelligamus equum, qui nimia, et nimis crebra tentigine concitatus frenum mordet, et calcari non paret: a 'tendendo' sic appellatum, ut et 'tentigo.' Cui apte senem hinnibundum comparat villicus. Donza contra *tenax* retinendum censet, eodem significatu. 'Tenere' enim et 'tendere' eodem sensu priscis illis accepta.

Scena IV. 1 *Sensim*] Nova nupta olim non solum non contingebat pedibus limen domus, in quam deducebatur, sed nec ejus qua exibat. Atque illud a multis observatur, hoc non item. Catullus, 'Transfer omine cum bono Limen aureolos pedes.' Ominosum autem putabatur vel ingrediendo vel egrediendo limen tangere. Præcipue autem id in novis nuptis religiosi habebant. Ovid. 'limen transire memento Cautius, atque alte sobria ferre pedem.' *Turneb.*

5 *Ut viro subdola*] Venustas omnis latet in pronuntiatione, qua dubium esse poterat, an dicerent ancillæ, *ut vero subdola sies;* an vero, *ut viro sedula sies.* Vix enim inter pronuntiandum *subdola* et *sedula* discernuntur. Et ita jocos captasse Plautum alibi quoque observare est.

7 *Quæ res*] Quamobrem non taceas. *Lamb.*

12 *Impercito*] Parcito Venerei conflictus imperitæ. Nam hoc primum et ultimum est, quod virginem accipientibus dici solet etiam hodie; clementer ut habeatur integra et imperita. *Gruter.*

13 St. *Jamne abcessit?* Ol. ux*or*] *Abcessit?* scil. illa ancilla, quam postremam ingredi domum viderat. Injicit autem Olympio facete mentionem uxoris, sed ita, ut moneat, non esse quod eam amplius vereatur. *Taubm.*

14 *Sum liber*] Postquam scil. uxor abcessit. *Melliculum*] J. Gulielm. facit *molliculum*, quia Mss. Lang. habent *malliculum.* At ego puto scriptum fuisse *moëliculum*, pro molliculum, διαλύσει veteribus frequenti, ut *eloë*, pro 'illi.' Sunt autem *mollis* et *molliculus* verba lasciviæ plena. *Dissald.*

15 *Verculum*] Diminutivum a 'vere.'

16 *Fructus*] Ususfructus. *Illum*] Casinam.

20 *Institit plantam*] Pedem mihi pede pressit. *Lamb. Jocabo*] Projecabor: jocantis speciem præbebo, cum rem seriam agam tamen. *Lamb.*

21 *Atque hujus est*] Hæc oratio gestu expletur. Intellige autem 'ma-

Digitized by Google

milla,' aut quid tale, quod manu tractat petulans senex. *Boxhorn.* *Atque hujus est*] Suppleverunt interposito τῷ *cutis*. Sed intelligendum, hoc quod teneo. *Gronov.*

23 *Mihi agit*] 'Agere' non solum 'tangere' simpliciter, verum etiam 'trudere' seu 'tundere' potius, et quasi vi quadam propellere, significat. *Douza.*

24 *Tractas tam*] Rustice vel neqniter. Vide notas Mil. IV. 2. de voce *tam*.

27 *Exposivit*] 'Cubito exponere,' pro cubito dejicere et prosternere, eleganter dicitur, quod sumptum est ab his, quæ e navi exponuntur, vel mercibus quæ expositæ sunt. *Turneb.*

28 *Bella bellatula*] Lego, *belle bella tu mea*. Postquam enim Olympio dixisset, *Quin imus ergo?* subjicit senex, Casinæ, ut putabat, auriculam vellens blandeque commonefaciens, *belle*, hoc est, placide, pedetentim, et (quod supra dixerat) 'seusim intro progredere porro:' ne videlicet incurras uspiam, neve ad inferum limen offenso pede impingas. Illud vero, *bella tu mea*, in re parissima usurpatum est Rud. II. 5. 'Hem tibi æquum, mea tu bella.' *Douza.*

ACTUS V.

Scena I. 4 *Reliquum*] Scil. vitæ.

5 *Novom nuptum*] Ita citat etiam Prisc. non *nuptam*: et interpretatur maritum. Chalinus enim sub specie fœminæ ductus erat.

8 *Obtuso ore*] Pugiles sunt obtuso ore, propter pugnos quos in ore recipiunt. Unde illud, 'os mullum, vel potius pugilis.' Proverb. est 'Obtuso ore,' vel 'obtunso,' cum quis spe vel instituto dejectus, pudore suffunditur; ab iis qui nihil præterquam in os 'messi pugnorum,' ut loquitur Plautus, reportarunt. *Scalig.*

12 *Præsidem*] Eleganter autem dixit, *locum præbet illi præsidem*, pro eo, quod est, 'nemo illi nequitia concedit.' *Meurs.*

Scena II. 2 *Superavimus*] Miror interpretes dicere, *superavimus*, nempe, 'omnes mortales:' nullo lepore, qui tamen hic maximus est. Maro Æn. II. 'satis una superque Vidimus excidia, et captæ superavimus urbi.' Quocirca nec restabo, si quis malit, *tanto herus atque ego*, &c. Pontanus. Frustra miratur: nam sic solet Plautus, ut intelligat vel omnes mortales, vel quosvis alios. Asinaria I. 3. 'Semper tibi promissam habeto hac lege, si superes datis.' Porro scripti quidem alii *superfuimus*: sed Camerarianus *superavimus*. Gronov.

3 *Irridiculum*] Negat Lambinus dici pro valde ridiculo, cum Cæsar 'irridicule' pro non ridicule. Nil pote melius quam quod est in Langianis, *atque ita in ridiculum summus ambo*. In ridiculum *summus* ita dictum, ut in exemplum proponere. *Dusald.*

4 *Pudet quod prius non pud.*] Quasi dicat: Nova sunt quæ facio; nunquam enim antea turpium factorum me puduit: nunc demum pudet. *Lamb.*

5 *Est operæ*] Pro 'est operæ pretium.' Vel dic, *est operæ*, sic dictum esse, 'est temporis,' 'est officii,' quasi dicat, dignum est opera, audire. *Lamb.* Sic noster Mil. II. 2. 97. et III. 2. 6. Mercat. v. 2. 77. Trucul. IV. 4. 30. Ennius, 'Lunai portum est operæ cognoscere cives.' *Gronov.*

7 *Ubi intus hanc*] Lego, *Ubi intro hanc novam deduxi, via recta clavem Obduxi.* 'Clavis' hic pro sera. *Salmas.* Vide notas Mostell. II. 1.

11 *Turdus*] Palmerius legend. censet *taurus*: notum enim ubi plures in grege tauri sint, de usu juvencarum inter se dimicare: qui impar sit, non nisi ex insidiis conari, et identidem

Digitized by Google

respectare, cum operam aliquam valentiori surripit. Adjuvat quod in ea palæstra, *taurus* pro valido frequentatur. Horat. Od. II. 5. *Tardus esse*] Malim, *Argus esse illico cæpi.* Videntur id velle sequentia, 'Respecto identidem.' Sed videntur tantum. Quis igitur vel sententiam, vel lectionem veram eruet ex tot lacunis? Abstinendæ potius sunt manus. *Boxhorn.*

28 *Id quærere*] 'Gladium' neutro genere positum antiquis, notat Nonius.

36 *Ubi appello Casinam, Casina, inquam*] In nullis scriptis reperitur τὸ *Casina.* Ergo in reliquo delenda est litera, et mutanda distinctio, ut sit, *Ubi appello, Casina, inquam.* Gronov.

40 *Sepsit veste id*] Id est, obducit veste naturam muliebrem.

41 *Saltum*] Id est, naturam muliebrem. Vid. notas Amph. II. 2. et Curcul. I. 1.

48 *Quasi sentis*] Venuste; sed magis probo librorum vett. scripturam, *Itaque setis labra mihi compungit barbæ:* tametsi non repugno, si quis ex editis avorum memoria malit, *Ita quasi setis labra mihi compungit barba.* 'Setas' quidem densum capillorum horrorem vocat, admodum scite et eleganter: atque a caussa eadem, nescio qui poëta vetus, 'barbam setosam.' *J. Gul.*

51 *Præfiscini*] Vide notas Asin. II. 4. 84.

52 *Quo ego bibi*] Vide notas Rud. III. 6.

54 *Adita est vobis manus*] Vide notas Pœnul. II.

Scena III. 1 *Ardeo flagitio*] Quemadmodum 'flagrare invidia,' dicitur is, in quem magna invidia concitata est; ita 'ardere' se 'flagitio' dicit Stalino, propterea quod summum dedecus, et flagitium admisit. *Lamb.*

10 *Uxorem meam*] Scil. impulit ad has fallacias.

Scena IV. 1 Ch. *Ubi tu es*] Recte quidem hos versus Chalino tribuit Lambinus: sed quod idem hæc ad spectatores dici autumat, verisimile non est. Crederem potius, Chalinum habitu muliebri ex ædibus Alcesimi prodeuntem, his verbis senem alloqui, eumque per ridiculum ad concubitum vocare. *Pistor. Mores Massilienses*] Auctores non discrepant, qui Massiliensium mores et 'molles' vocant et 'severos,' sed diversis sæculis. Ergo vult, ubi tu es, qui severitatem, gravitatem et castimoniam singularem vultu præfers; cum interea sis nequam? *Brodæus*, Miscell. III. 27.

2 *Si vis subigitare*] Lego e Vatic. *sine os sublectare me: proba est occasio. Peristi hercle.* Quippe, 'sublectare os,' est ludos aliquem et jocum facere, germanissima Plauti phrasi. *Lipsius.*

4 *Caninam scævam*] Canis occursum minus inauspicatum mihi fore spero, quam uxoris. 'Canina scæva' est, cum canis latrat, aut ringitur. Ait enim minus gravem fore canis latratum, quam probra et contumelias et jurgia, quibus ab uxore rixosa onerabitur. *Turnebus* VIII. 11. et XVI. 3. Male: fingendum enim, dum deliberat qua se vortat Stalino, in hanc partem nescio quod aliud animal ei auspicium viæ dare, in aliam partem præcurrere canem. Id auspicium melius putat. Et in eo eventum habituro fallitur. Incidit enim in uxorem convitiis admorsuram. *Gron.*

6 *Fecisti scipione*] Ita enim re amissa interrogari solet. Paulo post, 'Tuo quid factum est pallio?' Vide notas Mil. IV. 1.

13 *Nam palam est*] Aiunt hic deesse versus novem, idque patere ex Ms. Camerarii. At vet. codex Paris. addit, *Nam paro eloqui quæcunque cetera vidi.* Hinc si sic legamus, aut parum, aut nihil deesse videbitur ad sensum: Ol. *haud mentire, hercle, nam palam est Jam, et paro eloqui quæcunque vidi cetera.* St. *Non taces?* Ol. *non hercle vero taceo.* Dissald.

Digitized by Google

16 *Illius*] Casinæ.

17 *Isthæc dicta*] Douza F. *dicta* hic accipit, ut Homerus ἔπος, hoc est, *res*; quomodo illud in Ciri Virgiliana: 'Quæritur ex omni verborum injuria dicto.' Sic Hebræi dicunt 'verbum' pro facto; sic Latini 'res:' nam a ῥῆσις et veteres dicebant *reses*; quod decurtatum in *res*; ut alia. *Scalig.*

23 *Nedum ut eam amasso*] Particula *dum* sane vacat; quia in nulla nec Gruteri nec nostrarum membranarum reperitur; sed quæ totum versum spurium facere voluit, inepti fuit hominis manus, cui non debuit aurem præbere Gruterus. Non ille tam primus, qui capere non quivit 'ne' interdum pro 'nedum' eleganter dici. Vide nostra ad Livii III. 52. *Gronov.*

26 *Prospero*] Ex animi tui sententia largior. *Lamb.*

31 *Insignite*] Cum indicio notæ.

GREX. 2 *Hujus*] Alcesimi.

4 *Meritis*] Scil. histrionibus: quibus ita meritis manuum plausus debetur. Inepte Lambinus *manus meritas* conjungit. *Taubm.*

7 *Supponetur*] 'Proprie *supponetur*: nam ut *subduci* dicuntur quæ nolumus amittere, ita *supponi* quæ non desideramus.' *Donatus.* *Nautea*] Vide notas Asin. v. 2.

CISTELLARIA.

ARGUMENTUM. 1 *Lemnius Sicyon*] Demipho Phanostratam.

2 *Patriam*] Lemnum.

3 *Puellam*] Silenium. *Servolus*] Lampadio.

4 *Tollit*] Vide notas Amphitr. II. 1. 3.

5 *Alii*] Melænidi.

6 *Ducit*] Uxore priori mortua.

7 *Adolescentulo*] Alcesimarcho.

11 *Ut erat nactus*] Quia solus cum ea consueverat.

ACTUS I.

SCENA I. 1 *Crevi*] Priscianus interpretatur, 'vidi.' Sed est potius, 'judicavi;' vel, ut Varro explicat, 'constitui:' sic etiam interpretatur, 'cernere hereditatem:' cum heres constituat se adire illam velle, dicit eum 'cernere:' et eum id fecerit, 'crevisse.' *Camer.*

4 *Ire habitum*] Pro, habere. Vide notas Pers. act. I. 2.

6 *Relictis rebus*] Vide notas Epid. IV. 2. et Stich. III. 2.

9 *Pol istoc quidem*] Prandio tam nitido: nobis facile est, frequentem tibi et assiduam operam dare, ut ad usum tuum paratos habeas. *Douza.*

10 *Frequentare*] Id est, frequentem operam dare. *Lamb. Douz.* *Frequentare tibi*] Ex Lambino et Douza interpretantur frequentem operam dare. Sed sic *te* non *tibi* fuerat scribendum. Imo *frequentare* hic est frequentes et sæpe præsentes reddere. Facile est, inquit, tibi istoc pretio frequentare nos. Cicero pro Domo c. 33. 'quem tu tamen populum, nisi tabernis clausis, frequentare non poteris.' Sulpicia: 'Musa quibus numeris heroas et arma frequentas,' id est, ad partes vocas, frequentes memoriæ temporum ac celebres reddis. Vide nostra in Senecæ Consol. ad Marciam c. 3. *Gronov.*

14 *Ea ut expetam*] Sic Camerarius, quum codex ejus et Pall. scripti cum editis *expetes*: nisi quod Pal. 4. *expetam*, sed supra scriptum *exspectes*. Itaque Gruterus rogat, an fuerit *ex-*

Digitized by Google

petestes, pro 'expetessetis;' Pius *expetem;* Pareus *expediam*, quia in Lang. *expetim*. Alii vetant quicquam mutari, quum sententia sit, quæ vulgati, idem velle et nolle eam demum amicitiam esse. Sed cur tantum abeunt scripti? Nimirum scripsit Plautus, *ea ut expetessem*. Qua inclinatione verbi utitur et in Asin. III. 1. et Epidico II. 2. Notabile quod in scriptis notis habet Pareus: Si licet dicere quod sentio, V. C. noster videtur et post *expetes* desiderare aliquas adhuc voces, &c. Videtur, inquam, locus vacuus scribendis aliquot verbis, si conjectura capienda est ex ordinatione versuum. Sic ille. Sed pro vocibus et verbis literas dicere debebat. *Gronovius.*

18 *Nisi disciplina*] *Disciplina* hic est, agendi modus in familia præscriptus et observandus. Ut militiæ, ita est disciplina familiæ. Plautus Mercat. 'Hæc hic disciplina pessima est.' *Boxhorn.*

21 *Infuscabat*] *Atque id merum infucabat*, quam *infuscabat*, malunt apud Plautum: cum ego *infuscare* verius putem: quod, cum generosi vini nigrior sit color, dilutior mixta aqua, fusciorque reddatur. *Turneb. Hiccine istud decet*] Hoc locone decet de vino et disciplina domestica queri? *Lamb.*

24 *Ordinem*] Meretricium.

32 *Nostra copia*] Mirifice interpretantur, *nostra copia nos uti nolunt;* hoc est, ut corpore quæstum faciamus: adolescentes enim, quum horum libidini a meretricibus esset satisfactum, summates illas matronas minus coluisse. Nihil hîc de quæstu corporis: nihil de adolescentum cultu desiderato a matronis. Ordinum hæ sunt invidiæ, non morum. Libertina mulier loquitur: ex quo genere pleræque erant Romæ quæstum corpore facientes. Itaque patronos et patronas habebant. Harum erga clientulas superbiam narrat. *Suarum opum, &c.* non est, suis opibus nos illæ non juvant; sed, volunt nos ex ipsis pendere, ipsas respicere, sine illarum gratia vivere non posse. *Nostra copia, &c.* id est, per nos et nostris viribus stare, rem et statum obtinere posse nolunt; sed deprimunt nos, quantum in ipsis est, humiles et obnoxias habent, et prohibent crescere eo, ut absque illarum patrocinio et tutela salvæ simus. Sic hic mulieres: sed plerumque hæc et virorum et societatum atque adeo etiam civitatum, qui quæve auctores habent, et in clientela sunt, justa querela est. Quod nosse decebat eos, qui soli audiunt politici. *Gronov.*

33 *Suique omnium rerum*] Volunt accipi, quasi sit, *sui et omnium: et sui* enim et *omnium* regi a verbo *indigere*. Quæ si explicatio displiceat, illis haud dubie satisfacturum quod in scripto invenerint, *Simulque omnium*. De quo quis dubitet, inquiunt, et quid apertius? Homines boni non intellexerunt antiquum genus loquendi. *Omnium rerum* est in omnibus rebus. Ut apud Ciceronem pro Quinctio 3. 'Sane ceterarum rerum paterfamilias et prudens et attentus, una in re paullo minus consideratus.' Terent. Adelph. IV. 5. 'Nolim ceterarum rerum te secordem eodem modo.' Symmachus Epist. I. 15. 'Nostrates viri, qui aliarum rerum sæpe dissentiunt.' Vide Scioppium Veris. I. 19. *Gronov.*

37 *Aquam frigidam*] Nihil hic est aliud, quam amantibus, eas accusando, quæ amantur, injicere frigus et sufflamen. *Boxhorn.* 'Frigidam alicui clam suffundere,' est gratiam alicujus aut famam clandestinis petitionibus, aut calumniis deprimere ac refrigerare. Quod genus hominum Græci eleganter λαθροδήκτας, ἢ κρυφοδήκτας, vocant. Translatio ducta est ab eo, quod, ut Titinnius ait Sentina, 'coquus magnum ahenum quando fervit paulo confutat trua, quodque

Digitized by Google

aquæ in aheno igni adposito bullientis atque effervescentis æstus frigida adfusa considit et supprimitur.' Ut autem vigens amor aut gratia calori, sic eadem languida remissaque tepori aut frigori adsimulatur. Horat. Sat. II. 1. 60. 'O puer, ut sis Vitalis, metuo, et majorum ne quis amicus Frigore te feriat.' Suet. Aug. cap. 66. 'Cum ille levi frigoris suspicione, et quod Marcellus sibi anteferretur,' &c. Sic in jure civili 'frigusculum' inter virum et uxorem est remissus amor et dissensio. Sic etiam Græci ψύγμα usurpant. *Gronov.*

38 *Virie cum*] Veteres in iis, in quibus volebant reticere verbum, contenti fuere solo verbo 'solere.' Catull. Carm. 107. 'Consule Pompeio primum duo, Cinna, solebant Mœchi.' Subaudiendum μοιχεύειν· ita heic in Plauto non est obscurum, quid subaudiatur. *Scalig.*

39 *Pellices*] Vide notas Asin. I. 2. *Eunt depressum*, deprimunt, vituperant.

40 *Libertinæ*] In libertinis non vindicabantur furtiva Veneris, atque ex eo ordine multæ meretrices erant. *Turneb.*

42 *Ex patribus conventiciis*] Monstra conjecturarum: *ex patribus contignis; ex patribus conventis; ex paribus conventis; ex partibus conventus; ex patribus contiguis; ex patribus confidustis; ex pactibus conventis.* Codex optimus, *ex patribus conventus.* Cui nihil literis propius, ut sensu nihil aptius, video, quam *ex patribus commentis;* hoc est, ex patribus, quibus hos partus supposuimus: quibus vos esse filias finximus. Quid enim hoc magis convenit istis sc. sequente? 'illico eandem puellam peperit, quam a me acceperat, Sine obstetricis opera et doloribus.' Quid quod in Truculento Phronesio est et Stratophani? Deprendit hunc sensum quoque Camerarius, cujus omnibus istis sanior est conjectura, *commenticiis.* Sed illud sufficit. Ovidius tertia Metamorphosi: 'Assumptumque patrem commentaque sacra fateri:' lib. I. Artis: 'cudere ante aras commentaque sacra.' Illud *ex patribus*, ut Justino lib. XIII. 'Roxane matura jam ex Alexandro erat.' Intellige igitur, illa te et ego hanc mihi educavi (quasi quas peperissemus) ex patribus commentis, quibus libuit hoc munusculum deferre. *Gronov. Superbis*] Contumeliæ caussa. *Lamb.*

46 *Nubet mox noctu*] Lege, *Nubet nox: nunquam ego;* nam *noctu* glossa est. *Scriver.*

49 *Haud me pœnitet*] Scil. non pœnitet me meæ fortunæ. *Lamb.*

50 *Nunquam Hecata*] Lego *Hecale*, q. d. Nunquam per malam ætatem, id est, senectutem pauper atque inops, seu mendica evasura es, si rei quærendæ, dum hæc ætatula est, dabis operam. Ita, *nunquam Hecale fies*, inquit Cælius, scitus adagio, est, quo significamus, nonnunquam a paupertate ejusmodi oppressum iri quempiam, qua olim circumventa est Hecale. Ovidii ille versiculus huc facit: 'Cur nemo est Hecalen, nulla est quæ ceperit Irum? Nempe quod alter egens, altera pauper erat.' *Douza.* Omnino scribendum *Hecala.* Nota *Hecale* in comœdia palliata paupertate insignis anus. *Hecalem* vocavit Plautus, ut 'Circa,' 'Nioba,' apud Latinos auctores pro 'Circe,' 'Niobe.' *Salmas.*

51 *Ætatulam obtinebis*] Vult bene ipsi semper fore opiparis obsoniis, exquisito vino, vestibus pretiosis, &c. quod arguit versus sequens, qui vult *ætatulam* talem non obtineri sine amantum pernicie. 'Ætatula' hic igitur pro vita: et quia, cui forma exquisita, illa mollius agit, quam quæ turpis, 'ætatula' aliquando forma est, et quæ circa eam. Suetonius Claudio, cap. 16. 'Monuit ut aut parcius ætatulæ indulgeret, aut certe cautius.' *Gruter.* Pseud. I. 2.

Digitized by Google

54 *Sed quid tu inter*] Mihi trajecta pluscula verba, et integra versuum confusorum membra videntur; quæ dimensionis observata lege, et sententiæ concinnitate sic ausim restituere: *Sed quid tu inter isthæc verba, Meus oculus, meus Silenium? quid cedo, te obsecro, tam abhorret Hilaritudo? nunquam ego vidi ted esse tristiorem: Neque munda adæque es, ut soles.* Acid.

60 *Exercitum imperare*] Quid sit *imperare exercitum* diximus ad Captivos: ubi tamen sic adhibet, ut sit aliqua similitudo inter rem, cui proprium erat hoc genus loquendi, et ad quam noster per jocum transtulit. Hic prorsus abutitur ob ambiguitatem vocabuli 'exercitus,' quod accipit pro dolore, qui animum habet exercitum. Noli tuis lacrimis injungere cruciatum mihi; nam si pergis, tuæ provocabunt meas. Et viderunt interpretes. *Gronov.*

63 *Nisi stultitia mea*] Ex opinione Stoicorum, qui omnem animi morbum ex stultitia nasci existimant. *Taubm.*

64 *Indidem, unde*] Operam dato, ut *indidem*, id est, eodem loco, unde *stultitia*, id est, amor tuus oritur, nempe ex animo, eundem sepelire et occultare possis. Quasi dicat: Facito, ut animum salutaribus monitis ita informatum habeas, ut stultitiam tuam occultare possis. *Lamb.*

68 *Quod neque ego*] Scil. cor, id est, sapientiam. Anne tibi ullus dolor cordis est? quod neque ego, neque ulla mulier habet, ut aiunt viri, qui mulieres sine corde, id est, sapientia, esse volunt. *Idem.*

69 *Si quid est*] Sive aliquid sit quod doleat, sive nihil sit, utrovis modo dolet mihi. *Idem.*

74 *Ergo*] Id est, certe. *In me peculatum*] Sentit, sed tanquam pecuniam publicam amori commissam, jam ab eo diripi. Quasi dicat: Amor in me perfidiosos magistratus imitatur, qui pecuniam sibi commissam depeculantur. *Lambin.* Rectum est, *in me peculatum facit*, id est, me depeculatur, me despoliat. Hinc 'depeculassere' apud Lucillium: 'Depeculassere aliqua sperans me ac deargentassere.' Sed perperam in Nonio legitur 'depoculassere.' Ipse Nonius a 'speculo' videtur deducere. Quod est ineptum. 'Depeculasso' pro depeculor, vel peculatum facio. *Salmas.* Eleganti joco usurpatur 'peculatum facere' de eo, qui meretricem seu prostibulum publicum uxorem ducit, et publicarum libidinum victimam, ut ait Tertull. quasi publicam rem suam facit. Sic meretrix conqueritur hic 'amorem in se peculatum facere,' id est, attribuere se uni amanti, cum publica esse, et omnibus patere quæstus causa, ex instituto et disciplina meretricia, deberet. *Gronov.*

77 *Spissum*] Longum, tardum. Pœn. III. 5. 47. et eadem III. 1. 3. 'Spissigradissimi,' qui admodum lente incedunt. Varro, 'nascimur spissius, quam emorimur.' Turpilius: 'Haud facile est venire illi, ubi ipsa sapientia. Spissum est iter.' *Idem.*

85 *Nolo me meretricem*] Puellæ bene pudiceque docentur atque educantur, quæ in quæstu non sedent, neque in eam spem producuntur. Sed tales habentur etiam, si quæ uni soli se dant: ut est in Heautont. Antiphila; in Andria Glycerium; hic Silenium; quæ se meretrices dici nolunt, quamvis muliebris patientiæ legem acceperint, dum ne corpus vulgarint. *Palmer.*

88 *En unquam*] Ita vett. edd. pro *unquamne*. Glossæ H. Stephani, *En unquam εἰ ποτε, καὶ νυνί.* Gruterus laudat insuper illud Trinum. II. 4. 'O pater, en unquam aspiciam te?' *Taubm.*

93 *Conspicillo*] Scio Nonium 'conspicilium,' aut, si ita legendum est, 'conspicillum,' exponere, 'locum

Digitized by Google

unde conspicere possis:' quod videtur diminutivum a 'conspicione,' et illud verbum augurum est, quod interpretatur Varro, 'qua oculorum conspectum finiant.' Sed haud scio an sit hujus loci vera lectio *conspicillo*, sive *conspicilio*; nam Mss. Lang. habent, *dum redeo domum, Conspicit: illo consecutus est, &c.* Fortasse recte, ut *illo*, contra usum vulgarem, adverbium sit de loco, pro illinc, ex eo loco, ubi pompam spectatum iveram. *Dissald.*

96 *Ut ego illum versarem*] Quo pacto illum tractarem. Vide notas Asin. I. 3.

97 *Cœpi amare contra ego illum et ille me*] Sic libri. Forte tamen, *ut ille me*. Gronov.

98 *Assimulare amare*] Hic alleverant se in suo quondam scripto disertim invenisse *Assimulate:* si cui tamen placeat plurium codicum consensum sequi, qui habeant *Dissimulare*, non repugnarem. Sed fallunt utroque; omnes enim alii libri *Assimulare*, non *Dissimulare;* neque aliter ille, quo sunt usi, quem cum maxime sub oculis habeo, nisi forte et ibidem *amate*, et *contra*, *&c.* nam idem in his omnibus character, et satis distinguitur ab altera litera sequenti versu in istis, *rei tuæ*. Malnissem hæc tacere: sed jam vidi quos asseveratio ista fefellit. Sed et memineris distinguere, *nam si ames, extempulo Melius illi;* ne incidas in eorundem ridiculum errorem, qui *amare extempulo* explicuerunt amorem statim aperire et ei contrarium posuerunt *Assimulate amare*. At auctor, Amare, inquit, assimulandum est; non vere amandum: nam si vere ames, statim melius consulueris illi, quem amas, quam tibi ipse. Quanquam et mutata distinctione bene se habet, si morem Plauti noveris. Solet enim ille particulam *extempio* sic ponere, ut Græci τὸ μάλιστα, nimirum ut exprimatur in protasi, sensu pertineat ad apodosin. Sic Mostell. I. 1. 'Ædes quom extempio sunt paratæ, expolitæ, factæ probe, examussim, laudant fabrum.' Pseudolo III. 2. 'Quia enim cum extempio veniunt conductum coquum, Nemo illum quærit, qui optumus.' *Gronov.*

100 *Conceptis juravit verbis*] Est alio præeunte, et jusjurandum verbis certa formula comprehensis vel recitante, vel prælegente jurare. Dicitur ad differentiam ejus jurisjurandi, quod sermoni nostro crebro interponimus, ut 'mehercule,' 'edepol,' 'mecastor,' aut quod ultro fidei causa adfirmationi nostræ addimus. Interdum tamen et nullo præeunte; sed tamen verbis magis expressis et explanatis. Itaque multo sanctius et religiosius habetur concipere jusjurandum, ubi et verba essent stricta, et alius præiret. *Gronov.*

101 *Nunc alia ducenda*] Ex lege, quæ jubet orbas eis nubere, qui sint genere proximi: et illos ducere, eadem lex jubet. Terent. Phorm. et Adelph. 'hæc virgo orba est patre: Hic meus amicus illi genere est proximus. Huic leges cogunt nubere hanc.' *Lambin.*

105 *Nihil amori injurium*] Ludus est amantibus, fallere et inescare. Quod profecto lena dignum effatum est. *Pontanus.* 'Amori injurium, id est, perjurium,' Festus. Pro nihilo est. *Acidal.*

107 *Servare*] Custodis partes agere. Vide notas Mostell. II. 2.

111 *Inclamare*] Increpare, conviciis onerare. Vide notas Asin. III. 2. *Cordi est*] Ter. Andr. 'Aut tibi si nuptiæ hæ sunt cordi:' ubi Donatus, '*Cordi esse* idem est, quod placere, vel gratum esse.'

115 *Immunda*] Illota, et impexo capillo, ἄκοσμος· supra. *Lamb.*

117 *Sine trahi*] *Trahi*, σύρεσθαι. Item 'defluere' dicebatur vestis, cum negligentius haberetur. Horat. 'Rusticius tonso toga defluit:' contrarium est, εὐσχημονεῖν. *Casaub.* Vide

Digitized by Google

nostra ad Senecam de Ira III. 35. *Gronov. Trahor*] Dicuntur ' trahi ' amantes, qui amore coacti atque impulsi, id quod amant inviti sequuntur. *Lambin.*

118 *Quando ita*] In Lang. ut et in excusis legitur *tibi juvat:* ubi notandus est ἀρχαϊσμὸς, pro ' te juvat.' Antiqui enim non solum ' juvare aliquem,' sed ' alicui juvare ' dicebant. *Salmas.* Sic quidem Gulielmus quoque et Meursius. Dubito tamen cum Grutero, quia liber optimus et tres Pall. *juvet;* quibus accedit Junianus. Et notum est nihil frequentius in scriptis libris reperiri, quam literas *I* et *V* pro *L* et *B* expressas. *Gronov.*

SCENA II. 2 *Saburratæ*] Græcum, γόμος, quod significat πλήρωμα τῆς νεὼς, ἔρμα, ' saburram ' Latini vocant. Itaque qui nimis se ingurgitarent cibo, ita dicti ab eo: quare et hoc loco saturæ mulieres dicuntur ' saburratæ.' *Scalig.*

8 *Flore Liberi*] Vide notas Casina III. 5.

17 *Recens natum, eapse*] Distinguendum, *ut reperirem sibi, Recens natum eapse quod.* Intellige, utrumcumque foret, quod recens natum ea sibi supponeret. Et alludit ad formulam, ' quod natum est.' Vide Observ. III. 2. *Gronov.*

21 *Peperit*] Peperisse simulavit. *Lamb.*

23 *Quæ malum quærunt sibi*] Dura videtur mihi et parenthesis et explicatio Gruteri. Valde autem vellem in Mss. reperiri quorundam olim editorum scripturam, *quæ malo.* Neque enim id corrigerem, ut Schegkius; sed planissimum putarem, hoc sensu: *Quæ malo* modo *quærunt sibi* rem; dum prætextu partus compellunt amatores largius dare. *Gronov.*

SCENA III. 1 *Et multiloqua*] Πολυλόγος καὶ πολυπότις. *Lamb.*

6 *Auxilio*] Persona adhibita extra argumentum προταστικὴ, ad indicationem quorundam, quorum fabulæ actio cognitionem requireret. *Cam.*

7 *Perputem*] Amputatis et omissis supervacaneis plane exponam. *Lamb.* Translatio ducta non a vineis, ut volunt interpretes, quæ putantur quidem, sed illa putatio nihil huc pertinet; verum a lanificio, in quo, quod alias dicunt ' carere lanam,' vel ' carminare,' hoc est per pectinem purgandæ ejus causa trahere, idem vocant ' putare lanam.' Titinnius Fullon. ' Date pensam lanam; qui non reddet tempori putatam recte, facite ut multetur malo.' *Gronov.*

11 *Vinulentus*] Sic Ms. Camerarius addidit, *in tenebris.* Gruterus, *violentus.* Videtur legendum, *Vi vinulentus multa nocte in via.* Parens.

12 *Malam rem*] Pœnam ex lege. *Lamb.*

13 *Pedibus perfugium*] Pedum viam invenit. ' Perfugium ' idem est, quod, effugium; ' parere,' quod facere. Nihil ergo hic mutandum. Ita ' moram parere ' Plautus Trucul. ' dissidium, salutem, pacem parere,' alii dixere. *Boxhorn.*

16 *Reum*] Auctorem.

27 *Facta morigera*] Scil. ideo, quod mortua est, quoniam hoc vir optabat: id enim commune maritorum votum in comœdiis. V. N. Asin. v. 2. *Lamb.*

32 *Injuria*] Ex violenta compressione. Fit enim injuria virgini ab eo, qui ei stuprum infert. Græcis ὕβρις, quæ injuria gravior est. *Lamb.*

41 *Ut expungatur*] ' Expungere,' rationum verbum est. Expungitur enim et deletur nomen debitoris, cum omnis pecunia persoluta est.

48 *Jussit arcessi eam domum*] Silentium et hic Palatinorum. Sex nostri *ad eam.* Scribendum, *hoc ubi mater resciit, jussit arcessi ad se eam domum;* vel, *mater rescivit, arcessit ad se eam domum.* Sic Cicero ad Att. IV. 14. ' Velim domum ad te scribas.' Et XII. 1. ' Postumiam Sulpicii domum ad se venisse.' Cæsar de Bello Civ.

Digitized by Google

I. 53. ‘ Quibus literis nuncijsque Romam perlatis magni domum concursus ad Afranium, magnæ gratulationes fiebant.’ Ubi male Faërnus, ‘ demum;’ male Hotomannus, ‘ magni ad domum Afranii.’ *Gronov.*

52 *Vestris justis legibus*] Verissima illa lectio. Quod enim vir doctus negat se exputare quomodo legibus auxilia augerentur, fugit eum ratio. Non ad auxilia tantum ea referuntur, quæ de justis legibus dicuntur; sed etiam ad socios: *Servate vestros socios, veteres ac novos, Augete auxilia vestris justis legibus.* Juste imperando dicit Romanos non solum socios suos sibi conservaturos, sed etiam auxilia aucturos, id est, gentes exteras et alienigenas, plures incitaturos ad auxilia sibi submittenda. ‘ Augere auxilia,’ id est, numerum auxiliorum, vel auxiliarium populorum. Res planissima. *Salmas.*

ACTUS II.

Scena I. 2 *Domi facio*] Id est, meopte exemplo comperior. Sic Cas. II. 3. et vide notas Milit. II. 2. et Merc. II. 3.

5 *Differor*] ‘ Disturbor et in diversum feror.’ *Donat. Mentem animi*] ‘ Mens ’ enim in animo est, ut ‘ oculus ’ in corpore. Lucret. 4. ‘ Mens animi vigilat.’ *Lambin.* ‘ Mens animi’ malebant interdum eleganti periphrasi dicere veteres, quam mentem et animum simpliciter. Epid. IV. 1. Bacch. III. 4. Lucretius sæpius. Sic etiam Catull. ‘ Nec potis est dulces Musarum exponere fœtus Mens animi.’ Eodem modo ‘ ingenium animi ’ Cornific. ad Herenn. 26. *Gronov.*

7 *Omnia ingenia sunt*] Voluerat dicere *multa;* sed augendi caussa dixit *omnia.* Alibi, ‘ Quot illic homo animos habet?’ *Douza.*

8 *Agit*] Ἐλαύνει, *insectatur, impellit.* Lamb. *Appetit*] Affectat, invadit; ut gladiator adversarium. Nam ‘ petere ’ gladiatorium verbum est. *Taub.*

11 *Maritimis moribus*] Vel incertis vel dolosis, vel feris, mecum agit moribus. Lucretius lib. v. ‘ Nec poterat quemquam placidi pellacia ponti Subdola pellicere in fraudem ridentibus undis.’ Propertius II. 12. ‘ Scilicet alterna quoniam jactamur in unda.’ *Passerat.*

16 *Eo facetu's*] Cur autem *Lemnia?* quia gens illa pessime id temporis audiebat, rusticitatis et infacetiæ vitio. Sic Truc. II. 4. ‘ Qui tu infacetus Lemno,’ &c. *Douza.*

19 *Ne jusjurandum nostrum*] Neque enim perjuræ reperimur, ut tu erga filiam meam. *Douza.*

21 *Quodcunque optes*] Interrumpit lena orationem Alcesimarchi. *Boxhorn.*

27 *Hic apud nos*] Salivam mihi movet quod est in vet. cod. *Alcesimarche fidei confregisti tesseram.* Nam certe de violato hospitii jure hic non agitur, quod volunt, sed de fide non servata. Et quemadmodum proverbialiter, tesseram hospitalem fregisse dicebatur, qui hospitii jus violarat; sic et fidei tesseram, qui promissam alicui fidelitatem non servarat. *Dissald.*

29 *Inter novam*] ‘ Vetus verbum,’ Latinis est idem, quod, tritum proverbium. Et verosimile est in ore vulgi receptam olim et tunc temporis dicendi formulam fuisse: ‘ Quod dedi, datum non vellem: quod reliquum est, non dabo.’ Cum nempe amicitiam renunciarent, et pœniteret beneficii hactenus collati. Nisi a creditoribus, plura credere nolentibus, sit desumptum. *Boxhorn.*

31 *Responsa*] Festivior erit lectio, *pro me responsas tibi.* Quid opus est me dicere non remissuram, cum tu ipse dixeris? Sic versu sequenti. Geminum plane illi, quod in sacris literis, ‘ Tu dicis.’ *Scioppius. Pro me responsa*] Quicquid repugnent, recte Scioppius, *responsas.* Sic infra IV. 2. ‘ Hiccine tu ergo habitas? Ph. ariolare.’ Asinar. III. 2. ‘ Argenti

Digitized by Google

viginti minas habesne? LE. Ariolare.' Talia sunt, Casina v. 4. 'Times ecastor. ST. egone? OL. haud mentire hercle.' Pseud. II. 2. 'Quasi tu dicas me te velle argento circumducere? HA. Imo vero quasi tu dicas, quasique ego autem id suspicer.' Et IV. 7. 'te ad me misit Polymachæroplagides? HA. Vera memoras.' Rudente II. 3. 'Non venit? AM. Vera prædicas.' Et ibidem: 'Non rem divinam facitis hic vos, neque herus. AM. ariolare.' *Gronov.*

33 *Commentor*] Alind ago, aliud animo voluto; neque quæ dicis auscúlto. *Taubm.*

36 *Medioxumi*] Sunt ii quos Græci δαίμονας appellant: de quibus Plato in Symposio, et Apul. de Deo Socratis. Nonius, 'Medioxumum, id est, medio actum modo.' Festus, 'Medioxumum, id est, mediocre.' Dii autem quos jurat Alces. a Græcis appellantur Dii οὐράνιοι, χθόνιοι, et ὑποχθόνιοι.

37 *Filia*] Hic perspicue errans inducitur adolescens. Juno enim soror et conjux Jovis est, non filia. Sic Saturnus est pater Jovis et Junonis, non patruus. Ita Ops (quæ et Rhea et Terra) Saturni uxor est. *Lamb.*

41 *Me delenis*] Mentem adimis. Alludit ad Melænidis nomen. Quasi dicat: tu Melæni me delenis. 'Delenire,' et 'delinire' idem verbum est. *Camer.*

46 *Patellarii*] Dii, quibus in patellis epulæ apponebantur, et qui patellis colebantur; non pateris, ut Lares et Penates. Varro: 'Quocirca oportet bonum civem legibus parere et Deos colere, in patellam dare μικρὸν κρέας.' Vel ita dicti a piscibus minutis, qui in patellis apponebantur, non in pateris: quemadmodum cibi tenuiores et viliores, ut oluscula e terra nata, et similia. *Lamb.*

47 *Ne ego dem*] Alius dixisset: Dii me faxint, ut male peream; vel tale quid; nisi ego te, &c. Verum amanti æque dirum et horribile est, non osculari amicam, atque alii sano interire. Et vox *vivus* detestationem facit magis diram. In summa, oratio amatoris insani perturbata est. *Lamb.*

50 *Pedatu tertio*] Id est, repetitu, accessu, vice: quasi per pedem. *Nonius.* Cato: 'Igitur tertio pedatu nobis bellum fecere,' &c. Explicari tamen etiam potest, impetu, ingressu, incursu. A veteri Critico explicatur τρίτῃ περιόδῳ. *Turnebus. Effixero*] Vide not. Amph. I. 3. Asinar. IV. 2.

56 *Æqua lege*] Aulul, II. 2.

57 *Perdam operam*] Ad Alcesimarchum remittam potius filiam (quo facto, operam perdam: nam continuo eam extrudet foras) quam committam, ut filiam meam interimat, et ita caream filia. *Lamb.*

SCENA II. 2 *Miserrimam habui*] Molestissimus fui lenæ clamore meo. *Lamb.*

3 *Immemorabilis*] Lexicon Græco-Latinum vetus: μνημονικὸς, *memorosus, memorabilis.* Ergo *immemorabilis*, quæ simulabat nihil meminisse, neque adeo scire ejus rei, de qua sciscitabatur: plane ex disciplina mulierum, 'de se si creditur ipsis.' Milit. III. 3. *Gruter.*

5 *Admœnivi*] Id est, ad mœnia admovi. Ut tanquam de molimento oppugnandæ urbis loquatur, cui fabricæ admœniuntur. Sic Pseud. II. 1. 'Oppidum admœnire,' dixit, pro obsidere. *Gruter.* Eadem translatio apud Cic. Agrar. II. 19. 'Cum intelligam, hanc totam fere legem ad illius opes evertendas tanquam machinam comparari.' *Gronov.*

SCENA III. 14 *Pergo illam*] Duo isti versus in veteri Cam. cod. sunt destituti non capite aut cauda, sed corde. Varie suppleverunt varii. Nobis placet exemplum priscorum, qui Apelleam Venerem imperfectam maluerunt, quam integrari manu ex-

Digitized by Google

tranea. *Gruter.* *Pergo illam*] Vel sic legi posset, *Pergo puellam his alloqui dictis, illæc anus Furtive matrem se, ne deseras, vocat.* Sensu manifesto. Anus illa furtive se matrem tuam vocat: ea tantum de caussa, ne se deseras: sed furtum facit, cum id facit. *Pistor.*

19 *Talenta magna*] 'Talentum magnum' ipsum est talentum Atticum sexaginta minarum. Quod sic appellarunt Romani, quia erat aliud talentum Neapolitanum, Rheginum, Siculum parvæ summæ. Vid. de Pec. Vet. III. 3. *Gronov.* *Talenta dotis*] V. N. Persa III. 1.

20 *Non enim hic*] Scil. habitabit. *Ex Tusco modo*] Lydorum enim, qui pars Hetruriæ, filias ex meretricio quæstu dotem sibi comparare solitas, tradit Herodotus. *Palmer.*

28 *Amicæ meæ*] Melænidi.

37 *Obsipat aquulam*] Id est, recreat me: ut fit iis, qui animo defecti aqua adspersa recreantur. Illo enim mendacio se elabi posse sperat. Festus interpretatur, 'sipat,' 'jacit:' et inde esse ait 'dissipat,' 'disjicit:' 'obsipat,' 'objicit:' 'insipat,' 'injicit.' Ita hic, *obsipat* est adspergit. *Lamb.*

39 *Ne hercle hoc longe: destiti*] Sic edidit Gruterus ex scriptis, nisi quod ipse, ut visum est, interpunxit. Sed scrupulus est in eo, *destiti Instare.* Non enim destitit, sed perseveravit in urgendo, donec extorsit anui, quod volebat. Postea est inventus, qui retineret in contextu vulgatum, *ni hercle hoc edisseris;* explicaret tamen operose veterem scripturam, ita ut nullum putaret relinqui hæsitationi interpretum locum. Videbimus. Tandem, inquit, vertit sermonem ad Phanostratam, dicens, se tum demuo desiisse instare, cum adjuraret se eam, quæ quærebatur, monstraturum. At, o bone, quis tibi concedet, *destiti instare donec,* Latine dici pro hoc, 'tum demum destiti, cum?' *Ne hoc longe* accipio δειτικῶς, ut intelligat, abieris vel excesseris vestigio. Mostellar. II. 1. 'Abeamus hinc nos. TR. Non hoc longe, Delphium.' Trinummo II. 4. 'quod ad ventrem attinet, Non hoc longe.' Quod sequitur, leviter mutandum, *perstiti Instare usque adeo.* Gronov.

41 *Monstrare*] Pro, monstraturam esse: ut mox 'convenire,' pro conventuram. *Camer.*

46 *Ad meas miserias*] Nihil puto corruptum in hoc versu. Scribendum tantum sine interpunctione, *fac me conscium quid nunc vis facere me.* 'Conscius' est, qui cum aliquo etiam aliquid scit. Petit igitur a Lampadisco Phanostrata, ut se consciam faciat, quid se facere velit. Sciebat nempe Lampadiscus quid facere deberet Phanostrata, sed ipsa nesciebat. Petit ergo ut pariter conscia fiat ejus quod facere deberet. Nihil aliud latere puto. *Salmas.*

52 *Eosdem ego*] Sermo est Lampadisci a Phanostrata jam abeuntis, interruptus a Melænide, præter exspectationem interpellante; ut subintelligatur 'reductam,' 'reducem.' Eosdem Deos spero rogoque, ut domum reductam filiam aliquando habeas. *Boxhorn.*

60 *Uxoris filiam*] Ænigma, quod sic declaratur. Demipho duas duxit uxores, unam Lemniam, eamque priorem, quæ hic non nominatur; alteram Sicyoniam, Phanostratam, posteriorem; ex qua tamen ante compressa filiam Silenium susceperat, quæ projecta, nunc quæritatur. *Lambin.*

67 *Medioxumam*] 'Medioxuma,' id est, media appellatur Lemnia illa mulier, quam priore loco uxorem duxit. Et Phanostrata quodammodo bis nupsisse intelligenda est: semel, cum a Demiphone compressa est; iterum, cum justis nuptiis cum eo copulata est. *Lamb.*

70 *Confragosum*] Asperum et im-

Digitized by Google

peditum.

72 *Quam uxorem*] Scil. Lemniam illam.

74 *Projici*] Exponi, unde est illa 'projecticia.' *Cam.*

76 *Hanc*] Phanostratam.

77 *Eam nunc puellam*] 'Puellæ' appellantur etiam eæ, quæ matrimonio junctæ, vel uterum ferunt, vel etiam pepererunt. Horat. Od. III. 22. 'laborantes utero puellæ.' Penelope apud Ovid. se puellam vocat, cum Ulyssi jam olim Telemachum peperisset. Fast. II. 'jubet viduas cessare puellas,' id est, a maritorum complexibus abstinere. Sic et Scævola jurisconsultus 'puellam' vocat, quæ erat vidua, et post alteri nupta. Agellius XII. 1. 'puellam' bis vocat puerperam. *Rittersh.*

82 *Ingratiis*] Τῷ ἐν, id est, velim nolim: seu contra sententiam animi mei. V. N. Epid. III. 4. *Cam.*

ACTUS III.

2 *Cujam*] Vide notas Rudent. II. 3.

3 *Crepundia*] 'Crepitacula' vocat Lucret. Solebant autem veteres liberos amissos cum ex aliis notis, tum etiam ex crepundiis agnoscere: quod comici et tragici poëtæ, veritatis imitatores in fabulis adumbrare solent. Ex quo illud Cic. in Bruto: 'Nunc quoniam totum me non nævo aliquo, aut crepundiis, sed corpore omni videris velle cognoscere,' &c. *Lamb.*

9 *Recipe me*] Sic liber optimus et antiquissimus; a quo legem mihi dixi non recedere, quoties sequi possum. Alii *Accipe;* in quo verbo qui ludunt, tanquam hospitiis et invitationibus aptiore, satis confutantur ab ipso Plauto Pseud. III. 2. 'Orcus hunc recipere ad se noluit.' *Gronov.*

12 *Remorare*] Ita se increpat cessantem adolescens. Sic Europa apud Horat. Od. III. 27. 'Impudens orcum moror.' *Taubm.*

15 *Hau! voluisti istuc severum*] Pro, te interimere, *κατ' ἐφημισμόν.* Nonius docet, *severum* significare aliquando sævum, implacitum, vitabile, adducens Virgilii locum Georg. III. 'Invidia infelix furias, amnemque severum Cocyti metuet.' Nihil mutari placet. Et pessimæ notæ codex ille Frinsingensis fuit. *Severum istud facere, τὸ πικρὸν τοῦτο, αὐστηρὸν, συνθροῦν,* de morte quam sibi cogitaverat inferre. 'Amnis severus Cocyti' Virgilio, pro tristi et sævo: accipitur hoc nomen veteribus. *Salmas.*

17 *Agglutinandam*] Nam deliberatum est mihi eam dare totam ad me agglutinandam, hoc est, eam totam ad me agglutinare. *Lamb.*

ACTUS IV.

SCENA I. 1 *Excruciabilem*] Cruciatu digniorem, *κολαστικὸν.*

2 *Quæne inficias est*] Nonne est quovis cruciatu dignissima, quæ inficietur, quod mihi fassa est? *Taubm.*

5 *Conquiniscam*] Hoc solenne est Plauto, ut allusiones ad turpia et obscæna ubique aucupetur et omni occasione eas usurpet. Servus cum in via offendisset cistulam jacentem cum crepundiis, et inclinare se vellet ad eam tollendam, obscæna significatione eam rem expressit. Dicit ergo se 'puerile officium facturum,' inclinando nimirum se, et conquisiscendo ad cistulam, ut eam ex humo tolleret. 'Puerile' autem 'officium' in re turpi dicitur, quia pueri qui morigeri amantibus suis erant, et posticas illis partes præbebant, sit venia dicto, in faciem se inclinabant, quod et 'cevere' dicebant, hoc est, *κύπτειν.* Unde illud 'an Remule eeves?' Interpres Juvenalis, 'crissare mulierum; cevere virorum:' dum in fœminam sexum mutant, et præbent viris. Glossæ, 'ceve panda.' Nam pandi incurvi ut pandus asellus, et in terram pronus. Hinc 'ceveres' molles et effœminati, id est, viri

Digitized by Google

præbentes viris. Apud eundem Plautum in Pseudolo: 'si conquiniscet istic, ceveto simul.' Id est, simul conquiniscito. Et recte Nonius interpretatur 'conquiniscere' inclinare, idem ergo et 'cevere.' At 'officium' in re turpi sæpe vocatur tam patientis, si ex officio patitur, quam agentis. Unde 'officium' apud Propertium et Ovidium, de eo qui se probat virum amicæ suæ. Puerile autem officium conquiniscere, et cevere, quia in eo tempore solebant pueri præbere. Pudet plura verba perdere in re adeo impudica. *Salmas.*

9 *Omnia inficias ire*] Vera lectio; nam aut referendus hic infinitivus ad id, quod Phan. interrogarat, 'Quid nuncias super anu?' ut dicat servus, et illam scelestissimam esse, et omnia ire inficias, quæ dudum confessa fuerit; aut est hæc in indignatione locutio imperfecta; ut, 'Adeone hominem esse invenustum!' ut sit sensus: Indignum esse facinus, omnia jam illam negare, quæ prius fuerit confessa. Tale est et illud, quod sequitur: 'Nam hercle,' &c. *Camer.*

16 *Cassa memoro*] 'Cassa memorare,' est frustra et nequicquam verbis sibi spem facere; cum in re nihil sit: a nuce cassa, quæ putamen habet, nucleo deficitur. Ita 'cassam speculam' Apul. dixit: 'Quin igitur masculum animum sumis, et cassæ speculæ renuncias fortiter?' Et Afranius, 'cassam terriculam,' pro minis inanibus. *J. Gul.*

17 *Aut quis Deus*] Inexspectata, θεόπεμπτα existimabantur: vide Herald. ad Arnob. lib. III.

18 *Spes*] 'Spem' a Colatino Romæ fuisse consecratam, testatur Cicer. de Legib. lib. II.

Scena II. 3 *Animi miseram*] Græcanica ellipsi τοῦ ἕνεκα, id est, *causa*, vel *gratia*, ut amant dicere Latini. Sic Terent. Eunuch. II. 2. 'Ut falsus animi est.' 'Lassus animi,' Cistel. II. 1. 'Æger animi,' Livius: et sexcenta alia. *Gronov.*

4 *Quæ in tergum meum*] Valde metuo ne mea petulantia causa sit, cur virgæ in tergo meo sint petulantes. *Taub.*

8 *Mi homines*] Sic Petron. 'O mi hospites,' &c. *Mi* singulari pro plurali posito antique: quomodo sæpicule Plautus. *Taub.*

12 *Non sum*] Lambinus accipit ἐλλειπτικῶς aut rescribit *inscitior*; ut scitior sumatur pro scita; inscitior, pro inscita. Ego simplicissimo sensu accipio 'scitior' pro certior, a 'scio,' sed tollo interrogationem; quasi dicat Halisca: Nunquam ego ab his certior fiam, quis cistulam abstulerit, quia semper sexus virilis lætatur muliebri incommodo. *Dissald.*

20 *Intus paveo*] Intus in pectore pavore consumor: foris verbera metuo. *Taubm.*

21 *Illo sunt homines misere*] Elegantem gnomen restituo minutissima mutatione, *hillo sunt homines misere Miseri*. Ancillulæ amissione cistellæ periclitanti in mentem venit, quantilli homines simus, et quam nihilam ob rem sæpe summe miseri. 'Hillum,' res nihili. *J. Gul.* Non sic legendum est, nec ancilla hoc vult. 'Illo,' hic idem est, quod illic. Ita sæpe Plautus. Hic ergo haud dubie legend. *Illo sunt homines misere Miseri; illo nunc*, &c. Hoc vult; ea est humanarum rerum conditio, uti ibi sit, qui ex alterius incommodo gaudium capit; hic qui ob acceptum incommodum dolet. Hic ego mœrore conficior ob cistellam amissam; alibi lætus agit, qui eam invenit. Hæc planissima. *Boxhorn.*

24 *Ago secius*] Varro apud Nonium: 'Non modo absens quicquam sequius de te cogitabit, sed etiam ruminabitur humanitatem.' 'Sequior' pro deterior dici non est perinde infrequens; quod a 'sequendo' reor deduci: deteriora enim sequi, meliora præcedere solent. *Turneb.*

Digitized by Google

26 *Augura*] Servius Æneid. III. 'Auguro' dicimus (secundum Plinium in libris Dubii Sermonis) quum præsagio mentis futura colligimus: 'auguror' vero tunc, quum futura veris captamus auguriis, ut ex alitis volatu cantuque.

29 *Socci*] Soccis enim utebantur comici actores. *Lambin.*

31 *Turbo*] Turbo in arena inde est, quod neque prorsus hac iit; et mox stetit, mox exiit. Hæc autem omnia sunt gestus atque actionis. *Pistor.*

33 *Concilium fuit*] Congressus plurium. *Ad duos attinet*] Lego, *Ad duos hoc attinet: hic quiniscunt:* quippe videtur signa quiniscentium in pulvere notasse, et spectasse illum locum præcedente scena, 'conquiniscam ad cistellam.' *Palmer.* At hoc non potest mihi persuaderi. Malim refingere, *Ad duos attinet hoc: quiqui sunt:* quomodo olim etiam obiter Palmerius. *Pistor.*

34 *Singulum*] An pro *singulorum?* Nam negat Lamb. cum Prisc. *singulum* numero singulari usurpatum antiquitus.

36 *Actam rem age*] Id est, incassum laboro. V. N. Epid. v. 2. Terent. Adelph. III. 2. 'Actum est:' ad quod Donatus: 'Verba sunt desperationis: nam *actum est* dicitur in ea re, de qua jam lata sit sententia.'

42 *Quærere hic*] Perperam hoc Lambin. mutavit in *auferre:* oblitus *quærere,* idem plerumque significasse antiquis, quod nos composito verbo 'acquirere,' id est, lucrifacere atque adipisci diceremus. Ennius: 'nautisque mari quærentibus vitam;' id est, victum comparantibus sibi, &c. *Douza.*

50 *Nostram hæc*] Loquitur, quod in rem nostram valde est. *Lamb.*

51 *Scire oportet*] Videtur *oportet* positum pro 'necesse est:' cum 'oportere' sit officii, 'necesse esse,' ut vox ipsa sonat, necessitatis. *Lambin.*

55 *Sed inter rem istam*] Palm. *e re huic resp.* id est, in istam rem respondi, quam agimus.

56 *Si quid est opus, dic, impera et tu. Quid quæritabas*] Ancillula alias res agere dixerat: respondet ille, nihil esse minus; nam se illi operam vel maximam dare, tantum heræ suæ interpellanti obiter respondisse: nunc ad illam revorti: diceret quid vellet, et imperaret ipsa quoque, tanquam altera hera si esset. Hæc sententia est. Et elegans genus dicendi observa, quo jubent imperari sibi, qui promtos et paratos se ad beneficium dandum ostendunt. Aul. 'dic si quid opus est, impera.' Et superius: 'da mihi operam. ME. tua est: utere, atque impera, si quid vis.' Illa autem, *si quid est opus,* solemnis formula eorum est, qui se paratos promptosque ad omnia alterius caussa faciendu significant. Cicer. ad Attic. XIII. 49. *J. Gul.*

57 *Mi homo, et mea mulier*] Diserte distinguit inter 'hominem' et 'mulierem.' Quin ne jurisconsultos quidem vocabulum 'hominis' aliter quam de 'viro,' in expressis quibusdam legibus accipere didici. Arnobius: 'Beneficia patris munerandis et fœminis hominibusque portabant,' id est, utrique sexui, et fœminis et viris. Nam 'homo,' κατ' ἐξοχὴν, pro 'viro' ponitur. *Meurs.*

59 *Qua aufugit*] De prædatrice cistellæ, non autem de cistella furtim Haliscæ subtracta intelligit. *Douza.*

60 *Mœrorem familiarem*] Id est, familiaribus, nempe parentibus Silenii. *Taubm.*

64 *Intortam orationem*] Ejusmodi homines ('alterplices' veteribus dictos, Græcis στρεψιδίκλους) involvulo similes ait poëta, bestiæ damnificæ, quæ in pampini folio implicat se. Theophrastus vocat πλοκάς. Cicero, 'involucra et integumenta dissimulationis.' Has poëta vet. apud Cic. 'versutiloquas malitias' dixit. *Casaub.*

Digitized by Google

66 *In caveam latam*] Jocatur autem servus: si volucris erat cistella, illam in caveam oportuit conclusam, ne evolaret.

67 *Mirum quin*] Vide notas Mostell. II. 2. *Grex venalium*] Scil. servorum. Horat. Sat. I. 1. 'Venaleis inter.' Cic. post Red. in Senat. 'Cappadocem aliquem modo abreptum de grege venalium diceres.'

75 PH. *Commodam loquelam*] Ita Camer. et Lambin. et Acidal. personas collocant: ut nimirum mulier sermonem non dirigat ad servum, sed ad ancillam; dicatque: Tuæ jam erant vices respondendi servo meo: sed eas tu mihi commoda tuo bono. *Taubm.*

87 *Habitat viri gener*] Hic tres istos versic. e Prisc. lib. IV. adjunxit Lambin. LA. *Adhinnire equulam possim ego hanc; Si detur sola soli. Nam ita mustulentus astus nareis attigit.* Quibus hæc addo ex eodem: HA. *Me respondere postulas? injurium est, stipulari semper Me ultro oportet a viris, cum quæstum facio.* Ait Halisca injuriam sibi fieri a Lampadisco, quod prior eam sollicitaverat, quæ ultro soleat rogare viros, atque inde quæstum facere. Decet hæc oratio meretriciam ancillam. *Dissald.*

88 *Obloquere*] Pro 'obloqueris,' ut alibi indignantis est.

90 *Attulit*] Ut numerus annorum convenit: et quia convenit, videtur tuam quodammodo filiam attulisse. *Lamb.*

91 *Repperisti*] Scil. filiam tuam. *Meam*] Scil. cistellam.

92 *Tertiam*] Sc. puellam aliquam mihi.

ACTUS V.

5 *Nihil moror fieri*] Formula qua utimur, cum quid aspernari, aut certe non admodum desiderare nos significamus. *Gronov.*

CATERVA. 4 *Qui deliquit*] Histriones si quid deliquerant in actione, vapulabant. Vide notas Trin. III. 2. IV. 2.

6 *Postrema*] In extremo Comœdiæ: ita Manil. lib. IV. 'Ultimus ex solido tetrans,' id est, ultima pars tetrantis, &c. quomodo jurisconsultus 'primum, secundum edictum,' hoc est, primam, secundam partem edicti. Sic Terent. Adelph. Prol. 'primam fabulam,' pro principio fabulæ dixit: Catullus 'primum digitum,' et Propert. II. 18. 'primas palmas,' pro primoribus digitis. *Scalig.* Vid. et not. Curc. IV. 1.

EPIDICUS.

ACTUS I.

SCENA I. 1 *Heus adolescens*] Prologo caret hæc fabula: atque argumentum in prima hac scena recitatur: quod ut fieret commodius et magis ad mores Plautinos, hoc est, 'cum festivitate et lepore' (ut Cicero loquitur) 'vernaculo,' adhibita est persona protactica sive prostatica. Est autem πρόσωπον προταττικὸν (ut hoc semel dicatur) in fabula persona, quæ tantum in πρότασει, id est, in *initio* dramatis loquitur, neque amplius usquam comparet: qualis hic Thesprio, qui cum Stratippocle e militia rediit; et Sosia in Andr. Terentiana. *Scalig.*

2 *Familiaris*] Homines servæ conditionis titulo 'familiæ' censi sunt antiquitus: nimirum a 'famulando:' auctoribus jurisconsultis et Ulpiano in L. 1. ff. de vi armat. Unde et 'gladiatorum familiæ' apud Ciceronem. Cujus rei causam reddit Se-

Digitized by Google

26 *Augura*] Servius Æneid. III. 'Auguro' dicimus (secundum Plinium in libris Dubii Sermonis) quum præsagio mentis futura colligimus: 'auguror' vero tunc, quum futura veris captamus auguriis, ut ex alitis volatu cantuque.

29 *Socci*] Soccis enim utebantur comici actores. *Lambin.*

31 *Turbo*] Turbo in arena inde est, quod neque prorsus hac iit; et mox stetit, mox exiit. Hæc autem omnia sunt gestus atque actionis. *Pistor.*

33 *Concilium fuit*] Congressus plurium. *Ad duos attinet*] Lego, *Ad duos hoc attinet: hic quiniscunt:* quippe videtur signa quiniscentium in pulvere notasse, et spectasse illum locum præcedente scena, 'conquiniscam ad cistellam.' *Palmer.* At hoc non potest mihi persuaderi. Malim refingere, *Ad duos attinet hoc: quiqui sunt:* quomodo olim etiam obiter Palmerius. *Pistor.*

34 *Singulum*] An pro *singulorum?* Nam negat Lamb. cum Prisc. *singulum* numero singulari usurpatum antiquitus.

36 *Actam rem ago*] Id est, incassum laboro. V. N. Epid. v. 2. Terent. Adelph. III. 2. 'Actum est:' ad quod Donatus: 'Verba sunt desperationis: nam *actum est* dicitur in ea re, de qua jam lata sit sententia.'

42 *Quærere hic*] Perperam hoc Lambin. mutavit in *auferre:* oblitus *quærere,* idem plerumque significasse antiquis, quod nos composito verbo 'acquirere,' id est, lucrifacere atque adipisci diceremus. Ennius: 'nautisque mari quærentibus vitam;' id est, victum comparantibus sibi, &c. *Douza.*

50 *Nostram hæc*] Loquitur, in rem nostram valde est. *Lamb.*

51 *Scire oportet*] Videtur positum pro 'necesse est:' portere' sit officii, 'necesse vox ipsa sonat, necessitati

55 *Sed inter rem istam huic resp.* id est, in istam rem respondi, quam agimus.

56 *Si quid est opus, dic, impera et tu. Quid quæritabas*] Ancillula alias res agere dixerat: respondet ille, nihil esse minus; nam se illi operam vel maximam dare, tantum heræ suæ interpellanti obiter respondisse: nunc ad illam revorti: diceret quid vellet, et imperaret ipsa quoque, tanquam altera hera si esset. Hæc sententia est. Et elegans genus dicendi observa, quo jubent imperari sibi, qui promtos et paratos se ad beneficium dandum ostendunt. Aul. 'dic si quid opus est, impera.' Et superius: 'da mihi operam. ME. tua est: utere, atque impera, si quid vis.' Illa autem, *si quid est opus,* solemnis formula eorum est, qui se paratos promptosque ad omnia alterius caussa facienda significant. Cicer. ad Attic. XIII. 49. *J. Gul.*

57 *Mi homo, et mea mulier*] Diserte distinguit inter 'hominem' et 'mulierem.' Quin ne jurisconsultos quidem vocabulum 'hominis' aliter quam de 'viro,' in expressis quibusdam legibus accipere didici. Arnobius: 'Beneficia patris munerandis et fœminis hominibusque portabant,' id est, utrique sexui, et fœminis et viris. Nam 'homo,' κατ' ἐξοχήν, pro 'viro' ponitur. *Meurs.*


59 *Qua aufugit*] De prædatrice cistellæ, non autem de cistella fur Haliscæ subtracta intelligit.

60 *Mærorem familiarem*] Id miliaribus, nempe parentib *Taubm.*

64 *Intortam* oration homines ('alterplices' tos, Græcis στρεψιμάλλ similes ait poëta, be quæ in pampini Theophrastus voca involucra et int lationis.' Has p 'versutiloquas saub.

Digitized by Google

[redacted]



[redacted]

33 *Travolaverunt*] Hoc eo pertinet, quod τὰ ἡφαιστότευκτα plerunque animata erant, ut illi tripodes; de quibus Arist. Polit. 1. 4. quod ait Hom. αὐτομάτους θεῖον θύεσθαι ἀγῶνα. *Muret.*

Tum ille prognatus] Præterea ille Stra-

Digitized by Google

neca, Epist. 47. *Douza.*

4 *Oculis uteris*] Non falleris cernendo. Vel leg. *rectæ oculis uteris. Salve*] Vid. notas Pœn. v. 2.

6 *Cœna tibi*] Vide notas Amphitr. I. 1. 8. 'Adventoria,' vel 'adventitia' dicebatur proprie cœna vel convivium, quo amicos aut hospites peregre redeuntes solebant excipere, gaudium suum contestantes, ex more, quem innuit noster hic: 'viatica' ea dicitur cœna Bacch. I. 1. 61. *Gronov.*

7 *Exemplum adest*] Quod quæris, quomode agam, exemplum habes me ipsum: nec est, ut verbis respondeam: hic enim nitor et habitudo mea testificantur, fuisse mihi, ut vellem. 'Exemplum adest,' videtur formula vulgaris, qua usi, quoties innuerent abstinendum responso, quod res pro se loqueretur. Cui adfine illud, 'Sic sum, ut vides:' de quo vid. N. Amph. II. 1. 57. *Gruter.*

8 *Huic gratia*] Scil. 'furtificæ læva,' ut nominat in Persa II. 2. et quam hic δευτικῶς notat. Huic, inquit, gratia debetur. Sinistra enim manu furta potissimum faciunt isti Lavernæ et crucis candidati, dum dextra aliud ab ipsis simulatur. Ovidius Met. XIII. 'Conveniet timidæ natæque ad furta sinistra.' *Alciat.*

11 *Infelicent*] Vide not. Casin. Act. II. 3. posteriores, *infelicitent.*

13 *Scurra es*] 'Scurræ' et 'urbani' iidem sunt; quare et dicteriis sibi victum aucupabantur. Quia autem scenatici homines, quos βιολόγους vocant Græci, dicteria funditabant ad risum spectatoribus tollendum, propterea factum, ut mimi 'scurræ' et 'urbani' vocarentur. Juvenal. 'mimum agit ille, Urbani qualem facundus scurra Catulli.' Et mimum 'scurram' vocat, et 'urbanum' mimographum ipsum Catullum. 'Scurram' deduco ἀπὸ τοῦ συγκυρεῖν quasi 'secura' aut 'sucura.' 'Scurræ' etiam κοπρίαι dicti. Isidori Glossæ: 'Scorrula qui incopriat.' *Scaliger.* *Scurra es*] Non tantum 'urbanus' et 'scurra' eodem sensu dicuntur, ut 'scurra' significat hominem dicacem, quod notant hic ex Scaligero, sed etiam ut 'urbanus' significat hominem umbraticum, in urbe assiduum, nec ruri unquam aut militiæ agentem. Trin. I. 2. 'Nihil est profecto stultius, quam urbani assidui cives quos scurras vocant.' Et ita hic accipe. Quasi diceret: Non est mirum, te consequi me vix potuisse, qui sis umbraticus, urbanus, non ruri aut militiæ ad gradum exercitatus. *Gronov.*

15 *Varie*] Nunc bene, nunc male; ut quidem Thesprio vult intelligi. Sed Epidicus alioversum trahit, et illud *varie* interpretatur, atque si Thesprio dixisset, tergum suum virgis et loris sæpius fuisse cruentatum, et ita ob livorem et vibices disparem colorem induisse ac varium esse factum. Dicit igitur, se abominari omne genus, quod varium ac maculosum sit, quale caprarum, ac inprimis pantherarum, quod et nomen sibi a macularum varietate invenit, ut 'variæ' appellentur, atque adeo homines etiam abhorrere, qui tergum flagris excitatum ac maculosum gestitent. *Lamb.*

18 *Pugilice atque athletice*] Firmiter et robuste. Bacchid. II. 3. 'pancratice' atque 'athletice valere,' dixit. Hujusmodi enim luctatores validis lacertis et firma valetudine sint oportet: unde et 'athletica habitudo,' pro corpulenta et robusta dicitur, quam Aristotel. ἀθλητικὴν ἕξιν appellat. Et 'athleticum victum' pro valido, et ad vires firmandas accommodato Celsus dixit. *Lipsius.*

20 *Vidulo*] 'Vidulus,' bulga est, vel marsupium potius e corio, in quod peregrinantes res suas condebant.

21 *Melina*] Μηλωτὴ pellis ovilla est: hinc 'melium:' et ab illo omne scorteum vocabant 'melinum:' unde apud Plaut. *melina* est scortea mantica, vel

Digitized by Google

coactilia e corio. Turnebo hic adsentiendum. *Scaliger.* Sed fortassis optimum est 'melinam' dici a 'meles,' ut a 'feles,' 'felinus.' 'Meles' est catus silvestris. Varro de R. R. III. 12. præcipit septi leporarii macerias tectorio induci, 'ne feles aut meles, aliave bestia introire possit.' Mart. X. 37. 'Venator capta mele superbus adest.' *Gronov.* Ep. *Te volo percontari*] Jocus in distinctione: nempe ut Epidicus post, *te volo*, vocem paullisper sustinuerit, (vel screatu, vel alto hæsitantiæ prætextu) et ex breviculo intervallo τὸ *percontari* subjecerit: ut Epidicus et spectatores, *te volo*, ad præcedentia, 'Dii perdant,' retulerint; Thesprio ad consequens verbum *percontari*. Taubman.

22 *Operam mihi da*] Scil. aurium, ut loquitur in Bacchid. id est, me audi, et vicissim te audiam. *Taubm.*

23 *Jus dicis*] Non accipitur ut vulgo, scilicet cum de prætore vel magistratu loquimur, sed pro eo quod est vulgatum, dicis quod æquum et justum est, quod rationem habet. Sic 'orare jus,' Trinum. v. 2. Sic 'jus est,' pro æquum vel justum, Cistel. I. 1. Pers. I. 3. *Gronov.*

26 *Fasces*] 'Fasces' erant bacilli aliquot teretes ex ulmo præcipue aut betulla, loro colligati in modum fascis. Hujusmodi fasces sex prætori (ut et magistro equitum: sed consuli XII. dictatori XXIV.) præferebantur a totidem lictoribus, qui non gregatim, nec item bini ternive, sed singuli et in lineam ibant, ut submoverent occurrentes. De duobus lictoribus audi plebiscitum a M. Pletorio tribuno pl. latum: 'Prætor urbanus qui nunc est, quique posthac fuat, duo lictores apud se habeto: isque usque ad supremam jus inter cives dicito.' *Lipsius.*

27 *Ubi arma*] Clypeus, galea, cassis, sarcinæ, quas constrictas gestare, scuto ad dorsum accommodato, caculanum erat provincia. Unde iidem 'armigeri' sive etiam 'scutigeruli' in Casina et alibi nominantur a Planto. *Douza.*

30 *At jam ante alii*] Vide Muret. Var. Lect. X. 10. ubi de his copiose disserit.

31 *Quia antea aliis fuit*] Tametsi Plautus ex Diphilo, Menandro, Epicharmo, Philemone, Apollodoro accipiebat; tamen et ipse a censura et animadversione vitiorum non abstinuit, sed priscæ Comœdiæ acerbitatem sæpe miscuit: neque in transcursu solum, uti hic; sed multis interdum versibus; ut vel Curculione, II. 3. 'Tum isti Græci palliati,' &c. item multis aliis locis notat sua tempora et nationes. Neque solum communes mores, sed etiam nominatim Pelionis histrionis ineptias, in Bacchid. II. 2. quin etiam interposuit maledicam παράβασιν, in eadem. *Scal.*

32 *Mulciber credo*] Camerarius et Lambin. Plautum hoc loco per incogitantiam dormitasse, aut memoriæ lapsu hallucinatum esse credidernnt: quoniam Vulcanum faciat fabricatorem armorum Achillis, quibus Patroclo cæso potitus est Hector; cum capta ab illis diversa fuerint, a Vulcano non fabricata. Sed cogitare debebant doctiss. illi viri, poëtam nostrum in hoc etiam comicum suum artificium consulto prodidisse; meliusque hac deliberata erratione τὸ πρέπον personæ conservasse, quam si et hominem servum et caculam, hoc est, calonem seu bajulum militarem dicta sua historica fide obligantem, et cum cura rerum earum, quas veluti per nebulam inandiverat tantum, veritatem perseqnentem in theatrum produxisset. *Douza.*

33 *Travolaverunt*] Hoc eo pertinet, quod τὰ ἠφανισμένα plerunque animata erant, ut illi tripodes; de quibus Arist. Polit. I. 4. quod ait Hom. αὐτομάτους θεῶν θίνεσθαι ἀγῶνα. *Muret.* *Tum ille prognatus*] Præterea ille Stra-

Digitized by Google

neca, Epist. 47. *Douza.*

4 *Oculis uteris*] Non falleris cernendo. Vel leg. *recte oculis uteris. Salve*] Vid. notas Pœn. v. 2.

6 *Cœna tibi*] Vide notas Amphitr. I. 1. 8. 'Adventoria,' vel 'adventitia' dicebatur proprie cœna vel convivium, quo amicos aut hospites peregre redeuntes solebant excipere, gaudium suum contestantes, ex more, quem innuit noster hic: 'viatica' ea dicitur cœna Bacch. I. 1. 61. *Gronov.*

7 *Exemplum adest*] Quod quæris, quomodo agam, exemplum habes me ipsum: nec est, ut verbis respondeam: hic enim nitor et habitudo mea testificantur, fuisse mihi, ut vellem. 'Exemplum adest,' videtur formula vulgaris, qua usi, quoties innuerent abstinendum responso, quod res pro se loqueretur. Cui adfine illud, 'Sic sum, ut vides:' de quo vid. N. Amph. II. 1. 57. *Gruter.*

8 *Huic gratia*] Scil. 'furtificæ lævæ,' ut nominat in Persa II. 2. et quam hic δευτικὴν notat. Huic, inquit, gratia debetur. Sinistra enim manu furta potissimum faciunt isti Lavernæ et crucis candidati, dum dextra aliud ab ipsis simulatur. Ovidius Met. XIII. 'Conveniet timidæ natæque ad furta sinistra.' *Alciat.*

11 *Infelicent*] Vide not. Casin. Act. II. 3. posteriores, *infelicitent.*

13 *Scurra es*] 'Scurræ' et 'urbani' iidem sunt; quare et dicteriis sibi victum aucupabantur. Quia autem scenatici homines, quos βιολόγους vocant Græci, dicteria funditabant ad risum spectatoribus tollendum, propterea factum, ut mimi 'scurræ' et 'urbani' vocarentur. Juvenal. 'mimum agit ille, Urbani qualem facundus scurra Catulli.' Et mimum 'scurram' vocat, et 'urbanum' mimographum ipsum Catullum. 'Scurram' deduco ἀπὸ τοῦ συγκυρεῖν quasi 'secura' aut 'ancura.' 'Scurræ' etiam κοιλίαι dicti. Isidori Glossæ: 'Scorrnia qui incopriat.' *Scaliger.*

Scurra es] Non tantum 'urbanus' et 'scurra' eodem sensu dicuntur, ut 'scurra' significat hominem dicacem, quod notant hic ex Scaligero, sed etiam ut 'urbanus' significat hominem umbraticum, in urbe assiduum, nec ruri unquam aut militiæ agentem. Trin. I. 2. 'Nihil est profecto stultius, quam urbani assidui cives quos scurras vocant.' Et ita hic accipe. Quasi diceret: Non est mirum, te consequi me vix potuisse, qui sis umbraticus, urbanus, non ruri aut militiæ ad gradum exercitatus. *Gronov.*

15 *Varie*] Nunc bene, nunc male; ut quidem Thesprio vult intelligi. Sed Epidicus aliovorsum trahit, et illud *varie* interpretatur, atque si Thesprio dixisset, tergum suum virgis et loris sæpius fuisse cruentatum, et ita ob livorem et vibices disparem colorem induisse ac varium esse factum. Dicit igitur, se abominari omne genus, quod varium ac maculosum sit, quale caprarum, ac inprimis pantherarum, quod et nomen sibi a macularum varietate invenit, ut 'variæ' appellentur, atque adeo homines etiam abhorrere, qui tergum flagris excitatum ac maculosum gestitent. *Lamb.*

18 *Pugilice atque athletice*] Firmiter et robuste. Bacchid. II. 3. 'pancratice' atque 'athletice valere,' dixit. Hujusmodi enim luctatores validis lacertis et firma valetudine sint oportet: unde et 'athletica habitudo,' pro corpulenta et robusta dicitur, quam Aristotel. ἀθλητικὴν ἕξιν appellat. Et 'athleticum victum' pro valido, et ad vires firmandas accommodato Celsus dixit. *Lipsius.*

20 *Vidulo*] 'Vidulus,' bulga est, vel marsupium potius e corio, in quod peregrinantes res suas condebant.

21 *Melina*] Μηλωτὴ pellis ovilla est: hinc 'melium:' et ab illo omne scorteum vocabant 'melinum:' unde apud Plaut. *melina* est scortea mantica, vel

Digitized by Google

coactilia e corio. Turnebo hic adsentiendum. *Scaliger.* Sed fortassis optimum est 'melinam' dici a 'meles,' ut a 'feles,' 'felinus.' 'Meles' est catus silvestris. Varro de R. R. III. 12. præcipit septi leporarii macerias tectorio induci, 'ne feles aut meles, aliave bestia introire possit.' Mart. X. 37. 'Venator capta mele superbus adest.' *Gronov.* Ep. *Te volo percontari*] Jocus in distinctione: nempe ut Epidicus post, *te volo*, vocem paullisper sustinuerit, (vel screatu, vel alto hæsitantiæ prætextu) et ex breviculo intervallo τὸ *percontari* subjecerit: ut Epidicus et spectatores, *te volo*, ad præcedentia, 'Dii perdant,' retulerint; Thesprio ad consequens verbum *percontari*. Taubman.

22 *Operam mihi da*] Scil. aurium, ut loquitur in Bacchid. id est, me audi, et vicissim te audiam. *Taubm.*

23 *Jus dicis*] Non accipitur ut vulgo, scilicet cum de prætore vel magistratu loquimur, sed pro eo quod est vulgatum, dicis quod æquum et justum est, quod rationem habet. Sic 'orare jus,' Trinum. v. 2. Sic 'jus est,' pro æquum vel justum, Ciatel. I. 1. Pers. I. 3. *Gronov.*

26 *Fasces*] 'Fasces' erant bacilli aliquot teretes ex ulmo præcipue aut betulla, loro colligati in modum fascis. Hujusmodi fasces sex prætori (ut et magistro equitum: sed consuli XII. dictatori XXIV.) præferebantur a totidem lictoribus, qui non gregatim, nec item bini ternive, sed singuli et in lineam ibant, ut submoverent occurrentes. De duobus lictoribus audi plebiscitum a M. Pletorio tribuno pl. latum: 'Prætor urbanus qui nunc est, quique posthac fuat, duo lictores apud se habeto: isque usque ad supremam jus inter cives dicito.' *Lipsius.*

27 *Ubi arma*] Clypeus, galea, cassis, sarcinæ, quas constrictas gestare, scuto ad dorsum accommodato, cadarum erat provincia. Unde iidem 'armigeri' sive etiam 'scutigeruli' in Casina et alibi nominantur a Plauto. *Douza.*

30 *At jam ante alii*] Vide Muret. Var. Lect. X. 10. ubi de his copiose disserit.

31 *Quia antea aliis fuit*] Tametsi Plautus ex Diphilo, Menandro, Epicharmo, Philemone, Apollodoro accipiebat; tamen et ipse a censura et animadversione vitiorum non abstinuit, sed priscæ Comœdiæ acerbitatem sæpe miscuit: neque in transcursu solum, uti hic; sed multis interdum versibus; ut vel Curculione, II. 3. 'Tum isti Græci palliati,' &c. item multis aliis locis notat sua tempora et nationes. Neque solum communes mores, sed etiam nominatim Pelionis histrionis ineptias, in Bacchid. II. 2. quin etiam interposuit maledicam παράβασιν, in eadem. *Scal.*

32 *Mulciber credo*] Camerarius et Lambin. Plautum hoc loco per incogitantiam dormitasse, aut memoriæ lapsu hallucinatum esse credidernnt: quoniam Vulcanum faciat fabricatorem armorum Achillis, quibus Patroclo cæso potitus est Hector; cum capta ab illis diversa fuerint, a Vulcano non fabricata. Sed cogitare debebant doctiss. illi viri, poëtam nostrum in hoc etiam comicum suum artificium consulto prodidisse; meliusque hac deliberata erratione τὸ πρέπον personæ conservasse, quam si et hominem servum et caculam, hoc est, calonem seu bajulum militarem dicta sua historica fide obligantem, et cum cura rerum earum, quas veluti per nebulam inaudiverat tantum, veritatem persequentem in theatrum produxisset. *Douza.*

33 *Travolaverunt*] Hoc eo pertinet, quod τὰ ἠφανισμένα plerunque animata erant, ut illi tripodes; de quibus Arist. Polit. I. 4. quod ait Hom. αὐτομάτους θεῶν θώκους ἀγῶνα. *Muret.* *Tum ille prognatus*] Præterea ille Stra-

Digitized by Google

tippocles e Thetide prognatus est, ut Achilles. Itaque, quemadmodum Achilli, armis ejus ad Hectorem translatis, Thetis Nerei filia alia a Vulcano cusa attulit; ita noli admodum laborare, si Stratippocles sua perdat: nam alia ei apportabunt quædam Thetides Nerei filiæ.

36 *Stipendiis*] 'Singulis stipendiis' dixit, pro singulis militiis; nam singulæ militiæ sua habebant stipendia. *Douza.*

47 *Utcunque in alto ventus est*] Quomodocumque in mari ventus est, exinde (sive 'ita;' aut, 'pro ea ratione,') velum vertitur. Pœn. III. 5. 'Utcunque est ventus, exin velum vortitur.' *Acidal. Exin velum vortitur*] In antiquis codd. disertim legi aiunt, *uno*, non *exin*, et inde conjectant *numero*. Somniarunt hos codices, non viderunt. Nam omnes Pall. *ex imo:* ille, quo ipsi sunt usi, *ex uno:* sed unicus et optimus Camerarii *exin*, quem merito docti viri secuti sunt. *Gronov.*

50 *Quid igitur*] Lepidus census. Extulit sinistram manum, ejusque digitis indicavit quadragenarium numerum. At alter servus impensum pretium miratur et indignatur. Arithmetici manum adhibebant supputationibus; quod fiebat aut apertis et porrectis, aut constrictis et complicatis digitis. *Colvius.*

51 *Ab Danista*] A fœneratore. V. N. Asin. I. 1.

52 *In dies minasque argenti*] Nota pactionem de usura in singulos dies. Hanc qui exercebant, Græci ἡμεροδανειστὰς appellabant. *Casaub.* Cave 'nummos' de drachmis interpreteris, ut fecerunt quidam. 'Nummi' apud Plautum, et alios illius temporis comicos didrachma sunt, non drachmæ. Ergo binæ drachmæ in centum eo fœnore diario expetitæ. Quod respondet aliquo modo fœnori menstruo διὰ δυοῖ δραχμαῖς appellato. Nam ut illud, quod erat in mensem, quinquaginta mensibus sortem æquat, ita hoc diarium quinquaginta diebus. *Salmas.*

54 *Interii basilice*] V. N. Capt. IV. 2.

63 *Plusque amat quam te unquam amavit*] Sex nostri, *plus te amat.* Scribe, *plus deamat, quam te unquam amavit.* Infra II. 2. 'Quam tuus gnatus annos multos deamat, deperit.' *Gronov.*

66 *Eo venturus est ipse*] Tres Vossiani et Academicus, *ipsus*, quod etiam video ex Camerariano notasse Pareus. *Gronov.*

69 *Puppis*] Mendosa omnino sunt, *puppis pereunda est probe.* Scriptum videtur fuisse in antiquo codice, *puppis pertunda est.* Unde fecerunt librarii, *pereunda*, cum debuissent, *perdunda.* Nisi quis velit ita Plautum esse locutum pro 'puppi pereundum est.' Sic 'placenda tibi uxor' alibi dixit. *Salmas.* Per 'puppim' hic tergum significatur. Ita inferioris ævi scriptoribus sæpe occiput et sinciput, 'prora et puppis capitis' dicuntur. *Boxhorn.* Quandoquidem inquit, 'puppim,' id est, tergum meum perire necesse est, danda mihi opera, ut probe pereat, præclaro scilicet aliquo facinore perpetrato. *Lamb.*

78 *Montes mali*] Mostell. II. 1. 'Mali mœroris montem maximum conspicatus sum.' Cicero dixit, 'moles molestiarum.'

80 *Consilium placet*] Frustra *liquet, lapit, tacet, jacet. Neque consilium placet*, est, neque quicquam succurrit consilii, in quo acquiescam, sistere possim, quod sedeat vel placeat. Sed plenior est oratio, quam erat necesse; sufficiebat enim *quo me.* Itaque offensi altero fecerunt etiam, *Nequeo nunc*, velut oratione per ἀποσύρτησιν abrupta; vel, *Neque scio nunc.* Sed errarunt; nam *consilium, quomodo faciam*, dictum est, ut apud Tacit. 'Statueretur imo documentum, quomodo uxorem imperator acciperet:' de quo

Digitized by Google

vide Observv. I-v. 11. Et apud Livium II. 20. 'cohorti suæ, quam delectam manum.' Ubi plura similia attulimus. *Gronov.*

85 *Depoliet meum*] Omnes Mss. habent *despoliet*. Sententia est: Ubi senex resciverit sibi a me verba data esse, despoliet dorsum meum virgis, laceret, corium ei detrahat. In sequentibus Epidicus venustissime et apposite secum ipse διαλογίζει, assumpta triplice et monentis, et desperantis, et vicissim sese animantis persona. *Boxhorn.*

86 *Hoc corruptum 'st caput*] Id est ego. *Caput* pro homine, usitatum.

89 *Consilia mutua*] Tractum a pecunia, quæ mutuo datur. *Lamb.*

SCENA II. 3 *Præter ætatem*] De 'ætate' planum: adolescens enim Stratippocles. 'Virtutem' vero 'ætati' ideo subjicit Chæribulus, quia miles ac bellator erat, quorum propria laus 'virtus,' id est, strenuitas ac fortitudo. *Douza.*

6 *Qui invident*] Lambinus vel ad superiora pertinere hoc ait, quasi dicat, Qui invident, id mihi vitio vertent; vel ad ea, quæ sequuntur, Omnes eos mihi inimicos reddidi, qui invident. Quod cum parum satisfaceret, itum est in conjecturas: *Quin vide, omnes; Quia vide, ut omnes; Qui vident omnes;* sed nihil mutandum, et male Lambinus *repperi* interpretatur, reddidi. Aliud est enim 'facere,' vel 'reddere' inimicum, is enim antea non erat: aliud 'repperire,' qui scilicet jam erat, sed adhuc se dissimulaverat. Cicero ad Att. I. 16. 'Nihil est damni factum novi: sed, quod erat, inventum est: in unius hominis perditi judicio plures similes reperti sunt.' Hoc ergo ait: Omnes qui invident, simultatem suam dudum tectam, hanc occasionem nacti, patefecerunt. Quomodo? vitio vertendo, palam culpando, pro unguibus in ulcere se gerendo. *Gronov.*

7 *At pudicitiæ*] In hoc vides, quam decori ubique observans Plautus, qui ne incestis amationibus comici argumenti verecundiam contaminare, ac sororem a fratre germano suo per imprudentiam corruptam inducere cogatur, amatorem modestum ac continentem facit. In illa vero sententia etiam Latinæ dictionis elegantiam admirere: CH. *Jam istoc probior es, &c.* Sic Sallust. in oratione Mariana: 'Illis difficile est in potestatibus temperare, qui sese probos simulavere.' *Douza.*

10 *Re juvat*] Studio videtur repetitum τὸ re. Scaliger.

13 *Quid te igitur retulit*] Quid profuit? quid interfuit? *Donat.*

15 *Clamore defatigor*] Imo ego ipse magnum æs alienum contraxi; et mei creditores nummos sibi debitos exigentes, me clamore suo obtundunt atque enecant. *Cam. Differor*] Διαφέρομαι. 'Differre, etiam est diffamare.' *Nonius.*

16 *Furno mersos, quam foro*] Sententia est: Malo mihi amicos nullos, quam mersos foro, et alieno ære obrutos. 'Mergi' dicimur Latine omnibus iis rebus, quibus obruimur, 'malis,' 'negotiis,' 'furno,' 'foro.' 'Furno' ergo 'mersi,' sunt amici in furno exstincti; nulli. In furnum immitti cum rubidis panibus se supra optat ille, qui vult perire. *Boxhorn.*

18 *Irrigatum plagis*] Bene observat Acidalius 'pistorem' hic pro pistrino poni. 'Irrigatum hominem' autem intellige, multo suo verberonis perfusum sanguine. Forte etiam allusum ad flagella madefacta, quibus in verberonum tergum grassari veteres solebant. In Historia Mss. passionis S. Eulaliæ: 'Jussit eam cædi fustibus madefactis.' Stratippocles porro imperiosus, hic flagitat obsequium, quod prius sit imperio. *Boxhorn.*

22 *Symbolæ*] Jocus. 'Symbolæ' erant collectæ, seu pecuniæ, quæ ab

Digitized by Google

viginti minas habesne? LE. Ariolare.' Talia sunt, Casina v. 4. 'Times ecastor. ST. egone? OL. haud mentire hercle.' Pseud. II. 2. 'Quasi tu dicas me te velle argento circumducere? HA. Imo vero quasi tu dicas, quasique ego autem id suspicer.' Et IV. 7. 'te ad me misit Polymachæroplagides? HA. Vera memoras.' Rudente II. 3. 'Non venit? AM. Vera prædicas.' Et ibidem: 'Non rem divinam facitis hic vos, neque herus. AM. ariolare.' *Gronov.*

33 *Commentor*] Aliud ago, aliud animo voluto; neque quæ dicis ausculto. *Taubm.*

36 *Medioxumi*] Sunt ii quos Græci δαίμονας appellant: de quibus Plato in Symposio, et Apul. de Deo Socratis. Nonius, 'Medioxumum, id est, medio actum modo.' Festus, 'Medioxumum, id est, mediocre.' Dii autem quos jurat Alces. a Græcis appellantur Dii οὐράνιοι, χθόνιοι, et ὑποχθόνιοι.

37 *Filia*] Hic perspicue errans inducitur adolescens. Juno enim soror et conjux Jovis est, non filia. Sic Saturnus est pater Jovis et Junonis, non patruus. Ita Ops (quæ et Rhea et Terra) Saturni uxor est. *Lamb.*

41 *Me delenis*] Mentem adimis. Alludit ad Melænidis nomen. Quasi dicat: tu Melæni me delenis. 'Delenire,' et 'delinire' idem verbum est. *Camer.*

46 *Patellarii*] Dii, quibus in patellis epulæ apponebantur, et qui patellis colebantur; non pateris, ut Lares et Penates. Varro: 'Quocirca oportet bonum civem legibus parere et Deos colere, in patellam dare μικρὸν κρέας.' Vel ita dicti a piscibus minutis, qui in patellis apponebantur, non in pateris: quemadmodum cibi tenuiores et viliores, ut oluscula e terra nata, et similia. *Lamb.*

47 *Ne ego dem*] Alius dixisset: Dii me faxint, ut male peream; vel tale quid; nisi ego te, &c. Verum amanti æque dirum et horribile est, non osculari amicam, atque alii sano interire. Et vox *vivus* detestationem facit magis diram. In summa, oratio amatoris insani perturbata est. *Lamb.*

50 *Pedatu tertio*] Id est, repetitu, accessu, vice: quasi per pedem. *Nonius.* Cato: 'Igitur tertio pedatu nobis bellum fecere,' &c. Explicari tamen etiam potest, impetu, ingressu, incursu. A veteri Critico explicatur τρίτῃ περιόδῳ. *Turnebus. Effixero*] Vide not. Amph. I. 3. Asinar. IV. 2.

56 *Æqua lege*] Aulul, II. 2.

57 *Perdam operam*] Ad Alcesimarchum remittam potius filiam (quo facto, operam perdam: nam continuo eam extrudet foras) quam committam, ut filiam meam interimat, et ita caream filia. *Lamb.*

SCENA II. 2 *Miserrimam habui*] Molestissimus fui lenæ clamore meo. *Lamb.*

3 *Immemorabilis*] Lexicon Græco-Latinum vetus: μνημονικὸς, *memorosus, memorabilis.* Ergo *immemorabilis*, quæ simulabat nihil meminisse, neque adeo scire ejus rei, de qua sciscitabatur: plane ex disciplina mulierum, 'de se si creditur ipsis.' Milit. III. 3. *Gruter.*

5 *Admœnirí*] Id est, ad mœnia admovi. Ut tanquam de molimento oppugnandæ urbis loquatur, cui fabricæ admœniuntur. Sic Pseud. II. 1. 'Oppidum admœnire,' dixit, pro obsidere. *Gruter.* Eadem translatio apud Cic. Agrar. II. 19. 'Cum intelligam, hanc totam fere legem ad illius opes evertendas tanquam machinam comparari.' *Gronov.*

SCENA III. 14 *Pergo illam*] Duo isti versus in veteri Cam. cod. sunt destituti non capite aut cauda, sed corde. Varie suppleverunt varii. Nobis placet exemplum priscorum, qui Apelleam Venerem imperfectam maluerunt, quam integrari manu ex-

Digitized by Google

tranea. *Gruter.* *Pergo illam*] Vel sic legi posset, *Pergo puellam his alloqui dictis, illæc anus Furtive matrem se, ne deseras, vocat.* Sensu manifesto. Anus illa furtive se matrem tuam vocat: ea tantum de caussa, ne se deseras: sed furtum facit, cum id facit. *Pistor.*

19 *Talenta magna*] 'Talentum magnum' ipsum est talentum Atticum sexaginta minarum. Quod sic appellarunt Romani, quia erat alind talentum Neapolitanum, Rheginum, Siculum parvæ summæ. Vid. de Pec. Vet. III. 3. *Gronov.* *Talenta dotis*] V. N. Persa III. 1.

20 *Non enim hic*] Scil. habitabit. *Ex Tusco modo*] Lydorum enim, qui pars Hetruriæ, filias ex meretricio quæstu dotem sibi comparare solitas, tradit Herodotus. *Palmer.*

28 *Amicæ meæ*] Melænidi.

37 *Obsipat aquulam*] Id est, recreat me: ut fit iis, qui animo defecti aqua adspersa recreantur. Illo enim mendacio se elabi posse sperat. Festus interpretatur, 'sipat,' 'jacit:' et inde esse ait 'dissipat,' 'disjicit:' 'obsipat,' 'objicit:' 'insipat,' 'injicit.' Ita hic, *obsipat* est adspergit. *Lamb.*

39 *Ne hercle hoc longe: destiti*] Sic edidit Gruterus ex scriptis, nisi quod ipse, ut visum est, interpunxit. Sed scrupulus est in eo, *destiti Instare.* Non enim destitit, sed perseveravit in urgendo, donec extorsit anui, quod volebat. Postea est inventus, qui retineret in contextu vulgatum, *ni hercle hoc edisseris;* explicaret tamen operose veterem scripturam, ita ut nullum putaret relinqui hæsitationi interpretum locum. Videbimus. Tandem, inquit, vertit sermonem ad Phanostratam, dicens, se tum demum desiisse instare, cum adjuraret se eam, quæ quærebatur, monstraturam. At, o bone, quis tibi concedet, *destiti instare donec*, Latine dici pro hoc, 'tum demum destiti, cum?' *Ne hoc longe* accipio δειτικῶς, ut intelligat, abieris vel excesseris vestigio. Mostellar. II. 1. 'Abeamus hinc nos. TR. Non hoc longe, Delphium.' Trinummo II. 4. 'quod ad ventrem attinet, Non hoc longe.' Quod sequitur, leviter mutandum, *perstiti Instare usque adeo.* Gronov.

41 *Monstrare*] Pro, monstraturam esse: ut mox 'convenire,' pro conventuram. *Camer.*

46 *Ad meas miserias*] Nihil puto corruptum in hoc versu. Scribendum tantum sine interpunctione, *fac me conscium quid nunc vis facere me.* 'Conscius' est, qui cum aliquo etiam aliquid scit. Petit igitur a Lampadisco Phanostrata, ut se consciam faciat, quid se facere velit. Sciebat nempe Lampadiscus quid facere deberet Phanostrata, sed ipsa nesciebat. Petit ergo ut pariter conscia fiat ejus quod facere deberet. Nihil aliud latere puto. *Salmas.*

52 *Eosdem ego*] Sermo est Lampadisci a Phanostrata jam abeuntis, interruptus a Melænide, præter exspectationem interpellante; ut subintelligatur 'reductam,' 'reducem.' Eosdem Deos spero rogoque, ut domum reductam filiam aliquando habeas. *Boxhorn.*

60 *Uxoris filiam*] Ænigma, quod sic declaratur. Demipho duas duxit uxores, unam Lemniam, eamque priorem, quæ hic non nominatur; alteram Sicyoniam, Phanostratam, posteriorem; ex qua tamen ante compressa filiam Silenium susceperat, quæ projecta, nunc quæritatur. *Lambin.*

67 *Medioxumam*] 'Medioxuma,' id est, media appellatur Lemnia illa mulier, quam priore loco uxorem duxit. Et Phanostrata quodammodo bis nupsisse intelligenda est: semel, cum a Demiphone compressa est; iterum, cum justis nuptiis cum eo copulata est. *Lamb.*

70 *Confragosum*] Asperum et im-

Digitized by Google

peditum.

72 *Quam uxorem*] Scil. Lemniam illam.

74 *Projici*] Exponi, unde est illa 'projecticia.' *Cam.*

76 *Hanc*] Phanostratam.

77 *Eam nunc puellam*] 'Puellæ' appellantur etiam eæ, quæ matrimonio junctæ, vel uterum ferunt, vel etiam pepererunt. Horat. Od. III. 22. 'laborantes utero puellæ.' Penelope apud Ovid. se puellam vocat, cum Ulyssi jam olim Telemachum peperisset. Fast. II. 'jubet viduas cessare puellas,' id est, a maritorum complexibus abstinere. Sic et Scævola jurisconsultus 'puellam' vocat, quæ erat vidua, et post alteri nupta. Agellius XII. 1. 'puellam' bis vocat puerperam. *Rittersh.*

82 *Ingratiis*] Τῷ ἐν, id est, velim nolim: seu contra sententiam animi mei. V. N. Epid. III. 4. *Cam.*

ACTUS III.

2 *Cujam*] Vide notas Rudent. II. 3.

3 *Crepundia*] 'Crepitacula' vocat Lucret. Solebant autem veteres liberos amissos cum ex aliis notis, tum etiam ex crepundiis agnoscere: quod comici et tragici poëtæ, veritatis imitatores in fabulis adumbrare solent. Ex quo illud Cic. in Bruto: 'Nunc quoniam totum me non nævo aliquo, aut crepundiis, sed corpore omni videris velle cognoscere,' &c. *Lamb.*

9 *Recipe me*] Sic liber optimus et antiquissimus; a quo legem mihi dixi non recedere, quoties sequi possum. Alii *Accipe;* in quo verbo qui ludunt, tanquam hospitiis et invitationibus aptiore, satis confutantur ab ipso Plauto Pseud. III. 2. 'Orcus hunc recipere ad se noluit.' *Gronov.*

12 *Remorare*] Ita se increpat cessantem adolescens. Sic Europa apud Horat. Od. III. 27. 'Impudens orcum moror.' *Taubm.*

15 *Hau! voluisti istuc severum*] Pro, te interimere, κατ' εὐφημισμόν. Nonius docet, *severum* significare aliquando sævum, implacitum, vitabile, adducens Virgilii locum Georg. III. 'Invidia infelix furias, amnemque severum Cocyti metuet.' Nihil mutari placet. Et pessimæ notæ codex ille Frinsingensis fuit. *Severum istud facere, τὸ πικρὸν τοῦτο, αὐστηρὸν, σκυθρωπὸν,* de morte quam sibi cogitaverat inferre. 'Amnis severus Cocyti' Virgilio, pro tristi et sævo: accipitur hoc nomen veteribus. *Salmas.*

17 *Agglutinandam*] Nam deliberatum est mihi eam dare totam ad me agglutinandam, hoc est, eam totam ad me agglutinare. *Lamb.*

ACTUS IV.

SCENA I. 1 *Excruciabilem*] Cruciatu digniorem, κολαστικῶς.

2 *Quæne inficias eat*] Nonne est quovis cruciatu dignissima, quæ inficietur, quod mihi fassa est? *Taubm.*

5 *Conquiniscam*] Hoc solenne est Plauto, ut allusiones ad turpia et obscæna ubique aucupetur et omni occasione eas usurpet. Servus cum in via offendisset cistulam jacentem cum crepundiis, et inclinare se vellet ad eam tollendam, obscæna significatione eam rem expressit. Dicit ergo se 'puerile officium facturum,' inclinando nimirum se, et conquiniscendo ad cistulam, ut eam ex humo tolleret. 'Puerile' autem 'officium' in re turpi dicitur, quia pueri qui morigeri amantibus suis erant, et posticas illis partes præbebant, sit venia dicto, in faciem se inclinabant, quod et 'cevere' dicebant, hoc est, κύπτειν. Unde illud 'an Remule ceves?' Interpres Juvenalis, 'crissare mulierum; cevere virorum:' dum in fœminam sexum mutant, et præbent viris. Glossæ, 'ceve panda.' Nam pandi incurvi ut pandus asellus, et in terram pronus. Hinc 'ceveres' molles et effœminati, id est, viri

Digitized by Google

præbentes viris. Apud eundem Plautum in Pseudolo: 'si conquiniscet istic, ceveto simul.' Id est, simul conquiniscito. Et recte Nonius interpretatur 'conquiniscere' inclinare, idem ergo et 'cevere.' At 'officium' in re turpi sæpe vocatur tam patientis, si ex officio patitur, quam agentis. Unde 'officium' apud Propertium et Ovidium, de eo qui se probat virum amicæ suæ. Puerile autem officium conquiniscere, et cevere, quia in eo tempore solebant pueri præbere. Pudet plura verba perdere in re adeo impudica. *Salmas.*

9 *Omnia inficias ire*] Vera lectio; nam aut referendus hic infinitivus ad id, quod Phan. interrogarat, 'Quid nuncias super anu?' ut dicat servus, et illam scelestissimam esse, et omnia ire inficias, quæ dudum confessa fuerit; aut est hæc in indignatione locutio imperfecta; ut, 'Adeone hominem esse invenustum!' ut sit sensus: Indignum esse facinus, omnia jam illam negare, quæ prius fuerit confessa. Tale est et illud, quod sequitur: 'Nam hercle,' &c. *Camer.*

16 *Cassa memoro*] 'Cassa memorare,' est frustra et nequicquam verbis sibi spem facere; cum in re nihil sit: a nuce cassa, quæ putamen habet, nucleo deficitur. Ita 'cassam speculam' Apul. dixit: 'Quin igitur masculum animum sumis, et cassæ speculæ renunçias fortiter?' Et Afranius, 'cassam terriculam,' pro minis inanibus. *J. Gul.*

17 *Aut quis Deus*] Inexspectata, θεόπεμπτα existimabantur: vide Herald. ad Arnob. lib. III.

18 *Spes*] 'Spem' a Colatino Romæ fuisse consecratam, testatur Cicer. de Legib. lib. II.

Scena II. 3 *Animi miseram*] Græcanica ellipsi τοῦ ἕνεκα, id est, *causa*, vel *gratia*, ut amant dicere Latini. Sic Terent. Eunuch. II. 2. 'Ut falsus animi est.' 'Lassus animi,' Cistel. II. 1. 'Æger animi,' Livius: et sexcenta alia. *Gronov.*

4 *Quæ in tergum meum*] Valde metuo ne mea petulantia caussa sit, cur virgæ in tergo meo sint petulantes. *Taub.*

8 *Mi homines*] Sic Petron. 'O mi hospites,' &c. *Mi* singulari pro plurali posito antique: quomodo sæpicule Plautus. *Taub.*

12 *Non sum*] Lambinus accipit ἐλλειπτικῶς aut rescribit *inscitior*; ut scitior sumatur pro scita; inscitior, pro inscita. Ego simplicissimo sensu accipio 'scitior' pro certior, a 'scio,' sed tollo interrogationem; quasi dicat Halisca: Nunquam ego ab his certior fiam, quis cistulam abstulerit, quia semper sexus virilis lætatur muliebri incommodo. *Dissald.*

20 *Intus paveo*] Intus in pectore pavore consumor: foris verbera metuo. *Taubm.*

21 *Illo sunt homines misere*] Elegantem gnomen restituo minutissima mutatione, *hillo sunt homines misere Miseri*. Ancillulæ amissione cistellæ periclitanti in mentem venit, quantilli homines simus, et quam nihilam ob rem sæpe summe miseri. 'Hillum,' res nihili. *J. Gul.* Non sic legendum est, nec ancilla hoc vult. 'Ille,' hic idem est, quod illic. Ita sæpe Plautus. Hic ergo haud dubie legend. *Illo sunt homines misere Miseri; illo nunc*, &c. Hoc vult; ea est humanarum rerum conditio, uti ibi sit, qui ex alterius incommodo gaudium capit; hic qui ob acceptum incommodum dolet. Hic ego mœrore conficior ob cistellam amissam; alibi lætus agit, qui eam invenit. Hæc planissima. *Boxhorn.*

24 *Ago secius*] Varro apud Nonium: 'Non modo absens quicquam sequius de te cogitabit, sed etiam ruminabitur humanitatem.' 'Sequior' pro deterior dici non est perinde infrequens; quod a 'sequendo' reor deduci: deteriora enim sequi, meliora præcedere solent. *Turneb.*

Digitized by Google

26 *Augura*] Servius Æneid. III. 'Auguro' dicimus (secundum Plinium in libris Dubii Sermonis) quum præsagio mentis futura colligimus: 'auguror' vero tunc, quum futura veris captamus auguriis, ut ex alitis volatu cantuque.

29 *Socci*] Soccis enim utebantur comici actores. *Lambin.*

31 *Turbo*] Turbo in arena inde est, quod neque prorsus hac iit; et mox stetit, mox exiit. Hæc autem omnia sunt gestus atque actionis. *Pistor.*

33 *Concilium fuit*] Congressus plurium. *Ad duos attinet*] Lego, *Ad duos hoc attinet: hic quiniscunt:* quippe videtur signa quiniscentium in pulvere notasse, et spectasse illum locum præcedente scena, 'conquiniscam ad cistellam.' *Palmer.* At hoc non potest mihi persuaderi. Malim refingere, *Ad duos attinet hoc: quiqui sunt:* quomodo olim etiam obiter Palmerius. *Pistor.*

34 *Singulum*] An pro *singulorum?* Nam negat Lamb. cum Prisc. *singulum* numero singulari usurpatum antiquitus.

36 *Actam rem ago*] Id est, incassum laboro. V. N. Epid. v. 2. Terent. Adelph. III. 2. 'Actum est:' ad quod Donatus: 'Verba sunt desperationis: nam *actum est* dicitur in ea re, de qua jam lata sit sententia.'

42 *Quærere hic*] Perperam hoc Lambin. mutavit in *auferre:* oblitus *quærere,* idem plerumque significasse antiquis, quod nos composito verbo 'acquirere,' id est, lucrifacere atque adipisci diceremus. Ennius: 'nautisque mari quærentibus vitam;' id est, victum comparantibus sibi, &c. *Douza.*

50 *Nostram hæc*] Loquitur, quod in rem nostram valde est. *Lamb.*

51 *Scire oportet*] Videtur *oportet* positum pro 'necesse est:' cum 'oportere' sit officii, 'necesse esse,' ut vox ipsa sonat, necessitatis. *Lambin.*

55 *Sed inter rem istam*] Palm. *e re huic resp.* id est, in istam rem respondi, quam agimus.

56 *Si quid est opus, dic, impera et tu. Quid quæritabas*] Ancillula alias res agere dixerat: respondet ille, nihil esse minus; nam se illi operam vel maximam dare, tantum heræ suæ interpellanti obiter respondisse: nunc ad illam revorti: diceret quid vellet, et imperaret ipsa quoque, tanquam altera hera si esset. Hæc sententia est. Et elegans genus dicendi observa, quo jubent imperari sibi, qui promtos et paratos se ad beneficium dandum ostendunt. Aul. 'dic si quid opus est, impera.' Et superius: 'da mihi operam. ME. tua est: utere, atque impera, si quid vis.' Illa autem, *si quid est opus,* solemnis formula eorum est, qui se paratos promptosque ad omnia alterius caussa faciendu significant. Cicer. ad Attic. XIII. 49. *J. Gul.*

57 *Mi homo, et mea mulier*] Diserte distinguit inter 'hominem' et 'mulierem.' Quin ne jurisconsultos quidem vocabulum 'hominis' aliter quam de 'viro,' in expressis quibusdam legibus accipere didici. Arnobius: 'Beneficia patris munerandis et fœminis hominibusque portabant,' id est, utrique sexui, et fœminis et viris. Nam 'homo,' κατ' ἐξοχήν, pro 'viro' ponitur. *Meurs.*

59 *Qua aufugit*] De prædatrice cistellæ, non autem de cistella furtim Haliscæ subtracta intelligit. *Douza.*

60 *Mærorem familiarem*] Id est, familiaribus, nempe parentibus Sileni. *Taubm.*

64 *Intortam orationem*] Ejusmodi homines ('alterpliçes' veteribus dictos, Græcis στρεψιδίλλους) involvulo similes ait poëta, bestiæ damnificæ, quæ in pampini folio implicat se. Theophrastus vocat πλοκάς. Cicero, 'involucra et integumenta dissimulationis.' Has poëta vet. apud Cic. 'versutiloquas malitias' dixit. *Casaub.*

Digitized by Google

66 *In caveam latam*] Jocatur autem servus: si volucris erat cistella, illam in caveam oportuit conclusam, ne evolaret.

67 *Mirum quin*] Vide notas Mostell. II. 2. *Grex venalium*] Scil. servorum. Horat. Sat. I. 1. 'Venaleis inter.' Cic. post Red. in Senat. 'Cappadocem aliquem modo abreptum de grege venalium diceres.'

75 PH. *Commodam loquelam*] Ita Camer. et Lambin. et Acidal. personas collocant: ut nimirum mulier sermonem non dirigat ad servum, sed ad ancillam; dicatque: Tuæ jam erant vices respondendi servo meo: sed eas tu mihi commoda tuo bono. *Taubm.*

87 *Habitat viri gener*] Hic tres istos versic. e Prisc. lib. IV. adjunxit Lambin. LA. *Adhinnire equulam possim ego hanc; Si detur sola soli. Nam ita mustulentus astus nareis attigit.* Quibus hæc addo ex eodem: HA. *Me respondere postulas? injurium est, stipulari semper Me ultro oportet a viris, cum quæstum facio.* Ait Halisca injuriam sibi fieri a Lampadisco, quod prior eam sollicitaverat, quæ ultro soleat rogare viros, atque inde quæstum facere. Decet hæc oratio meretriciam ancillam. *Dissald.*

88 *Obloquere*] Pro 'obloqueris,' ut alibi indignantis est.

90 *Attulit*] Ut numerus annorum convenit: et quia convenit, videtur tuam quodammodo filiam attulisse. *Lamb.*

91 *Repperisti*] Scil. filiam tuam. *Meam*] Scil. cistellam.

92 *Tertiam*] Sc. puellam aliquam mihi.

ACTUS V.

5 *Nihil moror fieri*] Formula qua utimur, cum quid aspernari, aut certe non admodum desiderare nos significamus. *Gronov.*

CATERVA. 4 *Qui deliquit*] Histriones si quid deliquerant in actione, vapulabant. Vide notas Trin. III. 2. IV. 2.

6 *Postrema*] In extremo Comœdiæ: ita Manil. lib. IV. 'Ultimus ex solido tetrans,' id est, ultima pars tetrantis, &c. quomodo jurisconsultus 'primum, secundum edictum,' hoc est, primam, secundam partem edicti. Sic Terent. Adelph. Prol. 'primam fabulam,' pro principio fabulæ dixit: Catullus 'primum digitum,' et Propert. II. 18. 'primas palmas,' pro primoribus digitis. *Scalig.* Vid. et not. Curc. IV. 1.

EPIDICUS.

ACTUS I.

SCENA I. 1 *Heus adolescens*] Prologo caret hæc fabula: atque argumentum in prima hac scena recitatur: quod ut fieret commodius et magis ad mores Plautinos, hoc est, 'cum festivitate et lepore' (ut Cicero loquitur) 'vernaculo,' adhibita est persona protactica sive prostatica. Est autem πρόσωπον προταττὸν (ut hoc semel dicatur) in fabula persona, quæ tantum in προτάσει, id est, in *initio* dramatis loquitur, neque amplius usquam comparet: qualis hic Thesprio, qui cum Stratippocle e militia rediit; et Sosia in Andr. Terentiana. *Scalig.*

2 *Familiaris*] Homines servæ conditionis titulo 'familiæ' censi sunt antiquitus: nimirum a 'famulando:' auctoribus jurisconsultis et Ulpiano in L. 1. ff. de vi armat. Unde et 'gladiatorum familiæ' apud Ciceronem. Cujus rei causam reddit Se-

Digitized by Google

neca, Epist. 47. *Douza.*

4 *Oculis uteris*] Non falleris cernendo. Vel leg. *recte oculis uteris. Salve*] Vid. notas Pœn. v. 2.

6 *Cœna tibi*] Vide notas Amphitr. I. 1. 8. 'Adventoria,' vel 'adventitia' dicebatur proprie cœna vel convivium, quo amicos aut hospites peregre redeuntes solebant excipere, gaudium suum contestantes, ex more, quem innuit noster hic: 'viatica' ea dicitur cœna Bacch. I. 1. 61. *Gronov.*

7 *Exemplum adest*] Quod quæris, quomodo agam, exemplum habes me ipsum: nec est, ut verbis respondeam: hic enim nitor et habitudo mea testificantur, fuisse mihi, ut vellem. 'Exemplum adest,' videtur formula vulgaris, qua usi, quoties innuerent abstinendum responso, quod res pro se loqueretur. Cui adfine illud, 'Sic sum, ut vides:' de quo vid. N. Amph. II. 1. 57. *Gruter.*

8 *Huic gratia*] Scil. 'furtificæ læve,' ut nominat in Persa II. 2. et quam hic δεκτικὴν notat. Huic, inquit, gratia debetur. Sinistra enim manu furta potissimum faciunt isti Lavernæ et crucis candidati, dum dextra aliud ab ipsis simulatur. Ovidius Met. XIII. 'Conveniet timidæ natæque ad furta sinistra.' *Alciat.*

11 *Infelicent*] Vide not. Casin. Act. II. 3. posteriores, *infelicitent.*

13 *Scurra es*] 'Scurræ' et 'urbani' iidem sunt; quare et dicteriis sibi victum aucupabantur. Quia autem scenatici homines, quos βιολόγους vocant Græci, dicteria funditabant ad risum spectatoribus tollendum, propterea factum, ut mimi 'scurræ' et 'urbani' vocarentur. Juvenal. 'mimum agit ille, Urbani qualem facundus scurra Catulli.' Et mimum 'scurram' vocat, et 'urbanum' mimographum ipsum Catullum. 'Scurram' deduco ἀπὸ τοῦ συγκυρεῖν quasi 'secura' aut 'sucura.' 'Scurræ' etiam κωμῳδοὶ dicti. Isidori Glossæ: 'Scurrula qui incoprat.' *Scaliger.* *Scurra es*] Non tantum 'urbanus' et 'scurra' eodem sensu dicuntur, ut 'scurra' significat hominem dicacem, quod notant hic ex Scaligero, sed etiam ut 'urbanus' significat hominem umbraticum, in urbe assiduum, nec ruri unquam aut militiæ agentem. Trin. I. 2. 'Nihil est profecto stultius, quam urbani assidui cives quos scurras vocant.' Et ita hic accipe. Quasi diceret: Non est mirum, te consequi me vix potuisse, qui sis umbraticus, urbanus, non ruri aut militiæ ad gradum exercitatus. *Gronov.*

15, *Varie*] Nunc bene, nunc male; ut quidem Thesprio vult intelligi. Sed Epidicus aliovorsum trahit, et illud *varie* interpretatur, atque si Thesprio dixisset, tergum suum virgis et loris sæpius fuisse cruentatum, et ita ob livorem et vibices disparem colorem induisse ac varium esse factum. Dicit igitur, se abominari omne genus, quod varium ac maculosum sit, quale caprarum, ac inprimis pantherarum, quod et nomen sibi a maculatarum varietate invenit, ut 'variæ' appellentur, atque adeo homines etiam abhorrere, qui tergum flagris excitatum ac maculosum gestitent. *Lamb.*

18 *Pugilice atque athletice*] Firmiter et robuste. Bacchid. II. 3. 'pancratice' atque 'athletice valere,' dixit. Hujusmodi enim luctatores validis lacertis et firma valetudine sint oportet: unde et 'athletica habitudo,' pro corpulenta et robusta dicitur, quam Aristotel. ἀθλητικὴν ἕξιν appellat. Et 'athleticum victum' pro valido, et ad vires firmandas accommodato Celsus dixit. *Lipsius.*

20 *Vidulo*] 'Vidulus,' bulga est, vel marsupium potius e corio, in quod peregrinantes res suas condebant.

21 *Melina*] Μηλωτὴ pellis ovilla est: hinc 'melium:' et ab illo omne scorteum vocabant 'melinum:' unde apud Plaut. *melina* est scortea mantica, vel

Digitized by Google

coactilia e corio. Turnebo hic adsentiendum. *Scaliger.* Sed fortassis optimum est 'melinam' dici a 'meles,' ut a 'feles,' 'felinus.' 'Meles' est catus silvestris. Varro de R. R. III. 12. præcipit septi leporarii macerias tectorio induci, 'ne feles aut meles, aliave bestia introire possit.' Mart. X. 87. 'Venator capta mele superbus adest.' *Gronov.* EP. *Te volo percontari*] Jocus in distinctione: nempe ut Epidicus post, *te volo*, vocem paullisper sustinuerit, (vel screatu, vel alto hæsitantiæ prætextu) et ex breviculo intervallo τὸ *percontari* subjecerit: ut Epidicus et spectatores, *te volo*, ad præcedentia, 'Dii perdant,' retulerint; Thesprio ad consequens verbum *percontari*. Taubman.

22 *Operam mihi da*] Scil. aurium, ut loquitur in Bacchid. id est, me audi, et vicissim te audiam. *Taubm.*

23 *Jus dicis*] Non accipitur ut vulgo, scilicet cum de prætore vel magistratu loquimur, sed pro eo quod est vulgatum, dicis quod æquum et justum est, quod rationem habet. Sic 'orare jus,' Trinum. v. 2. Sic 'jus est,' pro æquum vel justum, Cistel. I. 1. Pers. I. 3. *Gronov.*

26 *Fasces*] 'Fasces' erant bacilli aliquot teretes ex ulmo præcipue aut betulla, loro colligati in modum fascis. Hujusmodi fasces sex prætori (ut et magistro equitum: sed consuli XII. dictatori XXIV.) præferebantur a totidem lictoribus, qui non gregatim, nec item bini ternive, sed singuli et in lineam ibant, ut submoverent occurrentes. De duobus lictoribus audi plebiscitum a M. Pletorio tribuno pl. latum: 'Prætor urbanus qui nunc est, quique posthac fuat, duo lictores apud se habeto: isque usque ad supremam jus inter cives dicito.' *Lipsius.*

27 *Ubi arma*] Clypeus, galea, cassis, sarcinæ, quas constrictas gestare, scuto ad dorsum accommodato, calonarum erat provincia. Unde iidem 'armigeri' sive etiam 'scutigeruli' in Casina et alibi nominantur a Planto. *Douza.*

30 *At jam ante alii*] Vide Muret. Var. Lect. X. 10. ubi de his copiose disserit.

31 *Quia antea aliis fuit*] Tametsi Plautus ex Diphilo, Menandro, Epicharmo, Philemone, Apollodoro accipiebat; tamen et ipse a censura et animadversione vitiorum non abstinuit, sed priscæ Comœdiæ acerbitatem sæpe miscuit: neque in transcursu solum, uti hic; sed multis interdum versibus; ut vel Curculione, II. 3. 'Tum isti Græci palliati,' &c. item multis aliis locis notat sua tempora et nationes. Neque solum communes mores, sed etiam nominatim Pelionis histrionis ineptias, in Bacchid. II. 2. quin etiam interposuit maledicam παράβασιν, in eadem. *Scal.*

32 *Mulciber credo*] Camerarius et Lambin. Plautum hoc loco per incogitantiam dormitasse, aut memoriæ lapsu hallucinatum esse credidernnt: quoniam Vulcanum faciat fabricatorem armorum Achillis, quibus Patroclo cæso potitus est Hector; cum capta ab illis diversa fuerint, a Vulcano non fabricata. Sed cogitare debebant doctiss. illi viri, poëtam nostrum in hoc etiam comicum suum artificium consulto prodidisse; meliusque hac deliberata erratione τὸ πρέπον personæ conservasse, quam si et hominem servum et caculam, hoc est, calonem seu bajulum militarem dicta sua historica fide obligantem, et cum cura rerum earum, quas veluti per nebulam inandiverat tantum, veritatem persequentem in theatrum produxisset. *Douza.*

33 *Travolaverunt*] Hoc eo pertinet, quod τὰ ἡφαιστότευκτα plerunque animata erant, ut illi tripodes; de quibus Arist. Polit. I. 4. quod ait Hom. αὐτομάτους θεῶν θύεσθαι ἀγῶνα. *Muret.* *Tum ille prognatus*] Præterea ille Stra-

Digitized by Google

tippocles e Thetide prognatus est, ut Achilles. Itaque, quemadmodum Achilli, armis ejus ad Hectorem translatis, Thetis Nerei filia alia a Vulcano cusa attulit; ita noli admodum laborare, si Stratippocles sua perdat: nam alia ei apportabunt quædam Thetides Nerei filiæ.

36 *Stipendiis*] 'Singulis stipendiis' dixit, pro singulis militiis; nam singulæ militiæ sua habebant stipendia. *Douza.*

47 *Utcunque in alto ventus est*] Quomodocumque in mari ventus est, exinde (sive 'ita;' aut, 'pro ea ratione,') velum vertitur. Pœn. III. 5. 'Utcunque est ventus, exin velum vortitur.' *Acidal.* *Exin velum vortitur*] In antiquis codd. disertim legi aiunt, *uno*, non *exin*, et inde conjectant *numero*. Somniarunt hos codices, non viderunt. Nam omnes Pall. *ex imo*: ille, quo ipsi sunt usi, *ex uno*: sed unicus et optumus Camerarii *exin*, quem merito docti viri secuti sunt. *Gronov.*

50 *Quid igitur*] Lepidus census. Extulit sinistram manum, ejusque digitis indicavit quadragenarium numerum. At alter servus impensum pretium miratur et indignatur. Arithmetici manum adhibebant supputationibus; quod fiebat aut apertis et porrectis, aut constrictis et complicatis digitis. *Colvius.*

51 *Ab Danista*] A fœneratore. V. N. Asin. I. 1.

52 *In dies minasque argenti*] Nota pactionem de usura in singulos dies. Hanc qui exercebant, Græci ἡμεροδανειστὰς appellabant. *Casaub.* Cave 'nummos' de drachmis interpreteris, ut fecerunt quidam. 'Nummi' apud Plautum, et alios illius temporis comicos didrachma sunt, non drachmæ. Ergo binæ drachmæ in centum eo fœnore diario expetitæ. Quod respondet aliquo modo fœnori menstruo δυὶ δυοὶ δραχμαῖς appellato. Nam ut illud, quod erat in mensem, quinquaginta mensibus sortem æquat, ita hoc diarium quinquaginta diebus. *Salmas.*

54 *Interii basilice*] V. N. Capt. IV. 2.

63 *Plusque amat quam te unquam amavit*] Sex nostri, *plus te amat.* Scribe, *plus deamat, quam te unquam amavit.* Infra II. 2. 'Quam tuus gnatus annos multos deamat, deperit.' *Gronov.*

66 *Eo venturus est ipse*] Tres Vossiani et Academicus, *ipsus*, quod etiam video ex Camerariano notasse Pareum. *Gronov.*

69 *Puppis*] Mendosa omnino sunt, *puppis pereunda est probe.* Scriptum videtur fuisse in antiquo codice, *puppis pertunda est.* Unde fecerunt librarii, *pereunda*, cum debuissent, *perdunda.* Nisi quis velit ita Plautum esse locutum pro 'puppi pereundum est.' Sic 'placenda tibi uxor' alibi dixit. *Salmas.* Per 'puppim' hic tergum significatur. Ita inferioris ævi scriptoribus sæpe occiput et sinciput, 'prora et puppis capitis' dicuntur. *Boxhorn.* Quandoquidem inquit, 'puppim,' id est, tergum meum perire necesse est, danda mihi opera, ut probe pereat, præclaro scilicet aliquo facinore perpetrato. *Lamb.*

78 *Montes mali*] Mostell. II. 1. 'Mali mœroris montem maximum conspicatus sum.' Cicero dixit, 'moles molestiarum.'

80 *Consilium placet*] Frustra *liquet, lapit, tacet, jacet. Neque consilium placet*, est, neque quicquam succurrit consilii, in quo acquiescam, sistere possim, quod sedeat vel placeat. Sed plenior est oratio, quam erat necesse; sufficiebat enim *quo me.* Itaque offensi altero fecerunt etiam, *Neque nunc*, velut oratione per ἀποσιώπησιν abrupta; vel, *Neque scio nunc.* Sed errarunt; nam *consilium, quomodo faciam*, dictum est, ut apud Tacit. 'Statueretur imo documentum, quomodo uxorem imperator acciperet:' de quo

Digitized by Google

vide Observ. IV. 11. Et apud Livium II. 20. 'cohorti suæ, quam delectam manum.' Ubi plura similia attulimus. *Gronov.*

85 *Depoliet meum*] Omnes Mss. habent *despoliet*. Sententia est: Ubi senex resciverit sibi a me verba data esse, despoliet dorsum meum virgis, laceret, corium ei detrahat. In sequentibus Epidicus venustissime et apposite secum ipse διαλογίζει, assumpta triplice et monentis, et desperantis, et vicissim sese animantis persona. *Boxhorn.*

86 *Hoc corruptum 'st caput*] Id est ego. *Caput* pro homine, usitatum.

89 *Consilia mutua*] Tractum a pecunia, quæ mutuo datur. *Lamb.*

SCENA II. 3 *Præter ætatem*] De 'ætate' planum: adolescens enim Stratippocles. 'Virtutem' vero 'ætati' ideo subjicit Chæribulus, quia miles ac bellator erat, quorum propria laus 'virtus,' id est, strenuitas ac fortitudo. *Douza.*

6 *Qui invident*] Lambinus vel ad superiora pertinere hoc ait, quasi dicat, Qui invident, id mihi vitio vertent; vel ad ea, quæ sequuntur, Omnes eos mihi inimicos reddidi, qui invident. Quod cum parum satisfaceret, itum est in conjecturas: *Quin vide, omnes; Quia vide, ut omnes; Qui vident omnes;* sed nihil mutandum, et male Lambinus *repperi* interpretatur, reddidi. Aliud est enim 'facere,' vel 'reddere' inimicum, is enim antea non erat: aliud 'repperire,' qui scilicet jam erat, sed adhuc se dissimulaverat. Cicero ad Att. I. 16. 'Nihil est damni factum novi: sed, quod erat, inventum est: in unius hominis perditi judicio plures similes reperti sunt.' Hoc ergo ait: Omnes qui invident, simultatem suam dudum tectam, hanc occasionem nacti, patefecerunt. Quomodo? vitio vertendo, palam culpando, pro unguibus in ulcere se gerendo. *Gronov.*

7 *At pudicitiæ*] In hoc vides, quam decori ubique observans Plautus, qui ne incestis amationibus comici argumenti verecundiam contaminare, ac sororem a fratre germano suo per imprudentiam corruptam inducere cogatur, amatorem modestum ac continentem facit. In illa vero sententia etiam Latinæ dictionis elegantiam admirere: CH. *Jam istoc probior es, &c.* Sic Sallust. in oratione Mariana: 'Illis difficile est in potestatibus temperare, qui sese probos simulavere.' *Douza.*

10 *Re juvat*] Studio videtur repetitum τὸ *re*. Scaliger.

13 *Quid te igitur retulit*] Quid profuit? quid interfuit? *Donat.*

15 *Clamore defatigor*] Imo ego ipse magnum æs alienum contraxi; et mei creditores nummos sibi debitos exigentes, me clamore suo obtundunt atque enecant. *Cam. Differor*] Διαφέρομαι. 'Differre, etiam est diffamare.' *Nonius.*

16 *Furno mersos, quam foro*] Sententia est: Malo mihi amicos nullos, quam mersos foro, et alieno ære obrutos. 'Mergi' dicimur Latine omnibus iis rebus, quibus obruimur, 'malis,' 'negotiis,' 'furno,' 'foro.' 'Furno' ergo 'mersi,' sunt amici in furno exstincti; nulli. In furnum immitti cum rubidis panibus se supra optat ille, qui vult perire. *Boxhorn.*

18 *Irrigatum plagis*] Bene observat Acidalius 'pistorem' hic pro pistrino poni. 'Irrigatum hominem' autem intellige, multo suo verberonis perfusum sanguine. Forte etiam allusum ad flagella madefacta, quibus in verberonum tergum grassari veteres solebant. In Historia Mss. passionis S. Eulaliæ: 'Jussit eam cædi fustibus madefactis.' Stratippocles porro imperiosus, hic flagitat obsequium, quod prius sit imperio. *Boxhorn.*

22 *Symbolæ*] Jocus. 'Symbolæ' erant collectæ, seu pecuniæ, quæ ab

Digitized by Google

iis, qui communi sumptu erant una cœnaturi, 'conjectabantur,' ut verbo Agellii utar, quo ille quasi nativam vim τοῦ συμβάλλειν, unde συμβολή, ob oculos posuit. 'Symbola' vel 'symbolæ' in hac re dicuntur Latinis; non 'symbolum.' Ad hanc igitur significationem poëta alludens, jocosa metaphora utitur; et συμβολὰς vocat τὰς συμβαλλομένας πληγάς· tanquam videlicet verbero iste non unius, sed plurium manibus verbera esset accepturus. Lepide etiam addit ad discrimen, *sine meo sumptu*. H. Stephan.

29 *Missiculabas*] Recte scribitur *missiculabas*. A missum 'missiculo,' ut a fissum, 'fissiculo:' a fisso extorum. Unde 'fissiculare exta' Apuleio et Marciano Capellæ. 'Fissum extorum' Ciceroni. *Salmas.*

33 *Miserum est*] Locus est corruptus, sed non ea parte, qua vulgo existimant. Non enim de ingrato animo heri sui queritur hic servus, quod ad rem non faceret, sed parum illi gratum accidisse et acceptum quod fecit. Scribendum igitur, *Miserum est ingratum esse omne id, quod facias bene. Ego quod benefeci, malefeci.* Salmas.

35 *Desipiebam mentis*] Elegans pleonasmus, pro 'desipere' simpliciter. Symmachus: 'Num vobis videor multa luxuria ebrius mentis desipere, atque adeo in poëtas nomen dedisse?' Cui 'oppositum 'consipere mente' apud Livium VI. 42. Et 'consipere' simpliciter, Cato apud Gell. VII. 3. *Gronov.*

36 *Piacularem*] 'Piaculares victimæ' aliena mala excipiebant, et in pœnam succedebant. Plinius Epist. III. 9. 'Ne potentissimi, vilissimo quoque quasi piaculari dato, elaberentur.' *Lipsius.*

37 *Succidaneum*] 'Succidaneus alieni periculi' dicitur, in quem incommodum periculi alieni, hoc est, cujus culpam alter sustinet, redundat. Plautus 'stultitiæ tuæ' dixit, pro tergo tuo, cui periculum a stultitia imminet. *Hotoman.*

38 *Minis calidis*] Id est, celerrimis, θερμαῖς. Tralatione sumpta a calore, qui citissimus est et rapidissimus. *Taubman.*

39 *Danistæ*] Tametsi ipsi etiam trapezitæ danistæ essent, et quidem publici; tamen, qui ex privatis hunc quæstum faciebant, ita potius appellati, cum, qui publice hoc agitarent, 'trapezitæ' Græcis, Latinis vero 'argentarii' magis dicerentur. Ubicunque fit mentio apud hunc comicum 'danistarum' et 'generis danistici,' de his privatis fœneratoribus intelligendi sunt, qui erant alii a publicis, id est, 'trapezitis,' quos sæpe etiam vocat voce Latina, 'argentarios.' *Salmasius.*

41 *Hoc argentum elocet*] Supplementum nescio cujus apud Lambinum, ut ille ait, ex antiquissimo codice: sed suspectum omnino, quia omnes alii certis auctoribus visi: *eccasum elo meam:* sed *et tu te in pistrinum:* nusquam *recta inferas.* Tum quid hic significet 'argentum elocare?' Quin et unus e Pal. edscriptum habet, '*helo* est verbum Græcum, hoc est accepero:' quasi vellet ἕλω. Quod si cui placet, habeat. Etsi quæ illi supplent, tam facilia sunt intellectu, ut facile lucrifecisse illa credam Plautum et brevitate verborum præcipitem necessitatem significasse. Scripserim igitur, *nam si ante solem occasum, eloco* (*Meam domum ne imbites*) *tu te in pistrinum. Eloco* pro illico. *Gronov.*

42 *Pistrinum*] 'Piso' veteres dicebant, non 'pinso:' unde 'pisare,' calcare. Hinc 'pistores' nominati, qui in pistrino, ante inventum molarum usum, farinam in 'pila,' id est, vase concavo pinserent et contunderent. At temporibus ultimis reip. et deinceps, 'pistores,' ut vulgo notum, οἱ ἀρτοποιοὶ vocabantur. Et Plautus fuit

Digitized by Google

pistor, cum trusatiles molas versando operam locasset. Quia vero pistura illa et labor grana conterendi omnium gravissimus erat, factum, ut 'pistrinum,' locus plenus fatigationis et negotii operosi viresque conficientis, diceretur. *Scalig.*

44 *Novi ego nostros*] Scil. 'virgatores;' non familiares ac domesticos, ut perperam Lambin. interpretatur. *Douza.*

56 *Senatum convocabo*] Quanto acutior politicus esse voluit, tanto pejus meruit de senatu Romano, qui eum hic rideri notat, tanquam plerumque bella decernentem alienarum modo opum consequendarum causa. Et quasi hoc sanciret Tacitus, addit ejus verba in Vita Agricolæ: 'Fert Britannia aurum et argentum, pretium victoriæ.' Sed ille dicit 'pretium victoriæ,' non 'causam bellandi.' Cur non criminationes apponit ex oratione Galgaci, aut Mithridatis apud Trogum? Distinguenda sunt tempora. Corrupit olim et luxus Romanos: sed et fuerunt aliquando sancti, et adeo non bellarunt alieni invadendi causa, ut et victis relinquerent opulentiam, pauperesque divitibus imperarent. Qui mores bello Punico secundo nondum erant mutati. Nihil igitur hic, quod flagellet illum regum senatum. *Gronov.*

ACTUS II.

SCENA I. 1 *Plerique*] Est de priore colloquio quasi abruptum initium, ut intelligi tale aliquid possit, 'Eo sunt ingenio;' vel 'ita facere solent.' *Camer.* Lege, *Plerique omnes*, figura per emendationem augens: *Plerique*, imo *omnes*. Eadem puritas sermonis et modus est, cum dixit Terent. 'Illum liquet mihi dejerare, mensibus sex septem prorsus non vidisse proximis.' 'Sex,' imo 'septem.' *Scalig.*

8 *Vivendo vincere*] Nimirum cui erat uxor, non ex animi sententia, is putabatur non invitus ea caritaturus. Hinc per ludum ac jocum objiciebatur talibus uxore mortua factum esse, quod optassent; prorsus verniliter, sed tamen quod minime transferri possit in omnes maritatos; nedum ut instituatur inde character. *Taubm.*

9 *Hercules ego*] Sexta ærumna Herculis fuit, quod Hippolyten Amazonum reginam baltheo spoliavit: id quod ipse Pl. Menæch. I. 3. indicat; et versus de XII. Laborib. Herc. 'Threiciam sexto spoliavit Amazona baltheo.' Sarracenus sextum laborem Herculis de Stymphalidibus accipit. De laboribus autem Herculis consule, præter alios, Diod. Siculum lib. IV. et Corinthum Smyrnæum lib. VI.

11 *Non meritata est*] Si penes virum dos est, uxore mortua, quæ illam attulit: 'Dotatæ mactant et malo et damno viros.' *Lamb.*

SCENA II. 2 *Avi sinistra*] Caussa vanitatis inde fuit. Crediderunt augures, quod homine in meridiem (quæ Deorum sedes æstimabatur) spectante, ad sinistram ejus partes mundi exorientes sint; ad dextram occidentes: inde 'sinistra auspicia' fausta dici; quod ea, quæ oriuntur, quæque ortus caussam tribuunt, meliora sint iis, quæ occidunt, quæve interitum rei demonstrant. *Cæl. Rhodig.* De caussa, quare augurum disciplina 'sinistrum' fuerit prosperum, non consentiunt veteres. Quam Rhodiginus affert, sententia est Varronis. Sed Festus eam ex ipsius verbi sono petit: 'Sinistræ aves, sinistrumque et sinistimum auspicium, quod sinat fieri.' Servius ad Virg. Æn. II. 65. 'Sinistrum autem a sinendo, quantum ad auguria pertinet, quod nos agere aliquid sinant: unde alibi, Si quem numina læva sinant: sinistras autem septentrionales partes esse augurum disciplina consentit, et ideo ex ista parte significantiora esse fulmina, quoniam altiora et viciniora domicilio Jovis.' At idem aliter ad

Digitized by Google

Æn. IX. 46. *Gronov. Qui exenterem*] Loquitur de senis marsupio, ut de pisce, cui ἔντερα eruuntur: quasi nummi sint intestina marsupii, quos minatur omnes se exempturum.

5 *Exsugebo*] Pro 'exsugam.' Secunda et tertia conjugatio eadem apud veteres: ut etiam monet Scalig. ad Festum. *Senati columen*] Glossæ, *Columen, ἐπιστύλιον.* Tale illud Virg. Æneid. XII. de Turno, 'in quem domus inclinata recumbit.' Phorm. II. 1. 'columen familiæ.' V. N. Pers. I. 1. *Taubm.*

10 *Conjice*] In comœdiis et mimis servuli fugitivi conlecto in humeros pallio et capite velato exprimebantur. Item et delicati, quos tangit Curcul. II. 3. id faciebant, credo, vitandi solis: cum pilei usus iis non esset. Seneca Epist. 115. de mollitie Mæcenatis: 'Hunc esse, qui in tribunali, in rostris, in omni publico cœtu sic apparuerit, ut pallio velaretur caput, exclusis utrimque auribus, non aliter quam in mimo divitis fugitivi solent.' *Lipsius.*

14 *Per medicinas*] In medicinis, id est, *ἰατρείοις·* et in *tonstrinis, κουρείοις·* ac myropoliis, argentariisque, id est, *τραπεζιτῶν ἐργαστηρίοις*, ut plurimum solebant versari homines honestiores et otiosi, ut de rebus variis ibi sermocinando tempus fallerent. *Salmas. Gymnasio*] Gymnasia Romæ nulla fuisse ante Neronem, docet P. Faber jurisconsultus in Agonist.

22 *Quis hoc scit factum*] Sic ediderunt ex Camerariano, in quo tamen testantur *quis hoc* adscriptum recentissima manu, et in aliis codd. desiderari. Itaque multo malim, quod est in priscis codd. et in scripto vidimus, PE. *Sic factum?* per interrogationem; cui belle respondet, EP. *ego ita esse factum dico.* Gronov.

31 *Id adeo qui*] *Qui* hic capitur pro 'quamobrem;' vultque eo potissimum animadvertisse, quia insolens aliquid videbat, retia sub vestibus. *Grut.*

39 *Mendiculam*] Regillæ vesti opponit *mendiculam*, quasi mendicis convenientem. Quidam a voce 'meddix' derivant, quæ magistratum significat apud Oscos, teste Festo. *Douza.*

40 *An impluviatam*] Videtur significare, a similitudine impluvii vesti nomen esse factum: ut enim 'vites impluviatæ,' sic et 'vestis impluviata,' de similitudine impluviorum dicetur, quæ ea figura est: ut 'quaternata,' quatuor quadrata lateribus undique corpus ambiat, quæ forma est impluviorum in cavædiis. *Gruter.*

42 *Quasi non fundis*] 'Impluvio' Epidici, lepide opponit 'fundos' Periphanes: proinde ac si servus dixisset, captivam illam, quam Stratippocles demoriebatur, 'impluvio,' hoc est, impluvii pretio indutam fuisse: quod nemini mirum, sæculo præsertim suo videri debere ostendit: cum pleraque pars meretricum *totis* etiam *fundis*, hoc est, fundorum, quibus ab amatoribus damnosissimis muneratæ, pretio cultæ atque exornatæ per vias incedant. *Douza.*

44 *Illis, quibus*] Id est, 'meretricibus.' Sententia horum ista est: Tributum a magistratibus imperatum dicunt se pendere non posse amatores; pendunt tamen majus meretricibus, totos, nempe, fundos. *Boxhorn.*

46 *Rallam*] A raritate texturæ dicta: cui opponitur hic 'spissa.' *Nonius. Linteolum cæsicium*] Parum et candidum: sic dictum, vel quod cædendo ad candorem pervenerit, vel quod oras circumcisas habeat. *Nonius.*

47 *Indusiatam*] Varro de L. L. lib. IV. 'Alterius generis item duo; unum, quod foris ac palam, Palla: alterum, quod intus, a quo Intusium: id quod Plautus dicit *intusiatam.*' Atque ita, per *t* scribendum esset. *Taubm. Patagiatam*] 'Patagium, aureus clavus, qui pretiosis vestibus immitti solet.' *Nonius.* 'Clavus' erat plagula, quæ

Digitized by Google

ab humeris in pectus demittebatur, ut erat ἐπωμὶς Græcorum; ea clavis quibusdam consita erat, in senatoribus quidem, latioribus; in equitibus, angustioribus: propterea tota plagula ipsa vocabatur 'clavus.' Et 'patagium' erat honestis matronis, quod 'clavus' viris. Quod ipsum ἔτυμον clarat. Nam 'patagium' dictum, quod quibusdam quasi maculis et nævis inspersum erat: πάταγος enim, nisi fallor, est morbus pestilens, quo correpti qui moriuntur, nullum indicium morbi relinquunt aliud, quam nævulos in parte corporis. *Scaliger. Crocotulam*] 'Crocotula,' vestis erat mulierum, non virorum: et absque dubio ea est, quam Græci κροκώτιον appellant. Et Maro, cum Æn. IX. dicit, 'Vobis picta croco et splendenti murice vestis,' crocotium intelligit; ut effœminatos et semiviros incessat Trojanos. *Turneb.*

48 *Supparum*] 'Supparus, lineum puellarum vestimentum, quod et subula appellatur,' Festus. Satis bene se habent vestium nomina a servo hic commemorata: nisi quod pro 'subminium' scribendum est 'subnimium.' Non est nomen vestis, sed allusit ad *subparum*, de quo præcessit; quasi diceret, 'subnimium' potius esse vocandum, quam 'subparum.' Ita scribitur pro *supparum*, quod erat vestimentum puellarum lineum, ut interpretatur Festus. *Salmas. Ricam*] Proprie virgineum flammeum. Turpilius: 'Interea aspexi virginem in capite gestantem riculam indutam ostrinam.' Græci poëtæ vocant καλύπτρην. *Scalig.*

49 *Cumatile*] 'Coloris marini aut cærulei, quasi fluctuum similis, fluctus enim Græcis κύματα.' *Nonius.* Hic color Vegetio 'Venetus' dicitur, Lucretio 'Thalassinus.' Ego arbitror non ita vocatam esse ob colorem, sed texturam repræsentantem fluctus, quæ et 'undulata' dicta Varroni apud Nonium. *Gruterus. Plumatile*] 'Vestis plumatilis est clavata aut ex clavis facta.' *Nonius. Cerinum*] Pro *cerinum*, veteres libri habent *garinum*, pro *carinum*, a Siculo καρὸς pro κηρὸς, quod est cerini coloris. Nam 'carinarios' alibi idem Plautus appellavit, qui eo colore vestes inficerent. *Salmas. Melinum*] 'Melinus,' qui mali Cydonii pallorem imitatur: alioqui 'Melinus color' Plinio est candidus, a 'Melo' insula, cui peculiaris est, et ubi optimus habetur. 'Mellinus' vero 'color' (ut quidam hic legunt) a melle, ad fuscum accedens.

50 *Cani quoque*] Cani etiam nomen, quo antea appellabatur, quoque appellari debet, ademptum est: nonnulli enim canes 'Lacones' et 'Laconici' appellantur. Horatius Epod. VI. 'Nam qualis aut Molossus aut fulvus Lacon,' &c. Sed nunc vestes suas appellant 'Laconicas.' Quin et Horatius 'Laconicas purpuras' commemorat Od. II. 18. *Lamb.* In vesti nomine imponendo ademptum esse cani nomen jocatur servulus, quia Λακωνικὸν genus fuit vestis pellucidæ, et 'Laconici' etiam canes noti. Hesychius, Λακωνικὸς χιτὼν λευκὴ ἐσθής. Λάκαιναι κύνες etiam celebres apud Græcos. *Salmas.*

51 *Hæc vocabula*] Ordo est: Hæc vocabula, id est, vestes ipsæ, subigunt viros, ut ipsi auctionem faciant. 'Auctio' pro venditione, quæ fit per augmentum pretii: cum publica rerum, vel sine hasta, vel cum hasta in foro posita, fit venditio; et traduntur plus offerenti. *Budæus.*

55 *Nec satis exaudiebam, nec sermonis fallebar*] Quanquam integram sermonis seriem non plene percipiebam; ex quibusdam verbis tamen, quæ arripiebam, facile quid loquerentur conjectura porro adsequi poteram. 'Falli sermonis,' dictum ut Apul. Met. V. 'curare corporis,' et 'curare interfectæ virginitatis.' *Colvius.*

63 *Rursum vorsum*] Vide notas Amphitr. v. 1. 60.

Digitized by Google

71 *Aliquid calidi*] Livius lib. XXXV. 'Consilia calida et audacia, prima specie læta sunt, tractatu dura, eventu tristia.' *Aliquid calidi conducibilis*] Forte *cati*. Scriver.

73 *Catum*] Verbum hoc Sabinum esse Varro ait: et 'cata dicta,' apud Ennium, interpretatur 'acuta:' eoque Ælium Sextum esse nominatum, non, ut sapientem, sed ut acutum. Apud Cic. Tuscul. I. 'Egregie cordatus homo catus Æliu' Sextus.' Servius a *cale*, *calore ingenii*, derivat. Et hinc 'Catones' dicti, auctore Plinio.

78 *Utitor*] Recte *utitor;* non *utiminor;* nam *utitor* respicit Periphanem, cujus res agebatur: alterum vero, *reperitote*, in commune duobus dicitur. *Taubm.*

82 *Continuo arbitretur uxor*] Mihi displicent Lambiniana; putoque dicere: continuo circumspiciatur uxor filio. Quod idem sic extulerit Plinius Epist. I. 14. 'Petis, ut fratris tui filiæ prospiciam maritum.' 'Arbitrari,' ad oculos refertur. Aul. IV. 1. 'Hinc ego huc et illuc potero, quid agant, arbitrarier.' *Gruterus.*

92 *Præstines*] Festus: 'Præstinare apud Pl. est emere, et emendo tenere.' Ita, 'destinare,' Most. III. 1. de quo quidem verbo curiosissime hic Acid. Tamen expedire se non potest, quin cogatur tandem fateri, utrumque et 'destinare' et 'præstinare' esse quod Festus et Nonius censuere. Sic et Fulgent. Myth. II. 'omnia pretio destinat, fame moritur.' Sidon. Carm. 23. 'Post piratica damna destinaret Plenas mercibus institor carinas.' *Savaro.*

98 *Vive sapis*] Significat excellenter, aut admodum sapis. Sic 'vivus,' pro eo, quod alias 'vividus' dicunt, positum, estque acris, vegetus, vehemens. Virg. Æn. I. 721. 'Et vivo tentat prævertere amore Jampridem resides animos.' Lucret. lib. VI. 'Nimirum quia sunt in aqua permulta vaporis Semina, de terraque necesse funditus ipsa Ignis corpora per totum consurgere fontem: Non tam viva tamen, calidus queat ut fieri fons.' *Gronov.*

100 *Suspicio*] Libidinis: vel te fidicinam emere, ut filium ab ea prohibeas. *Lambin.*

103 *Nam te illo non æque opus facto est*] Non est necesse, inquit Epidicus, *te illo ire:* sed alius allegandus est. Cui mox senex, *quid jam?* q. d. Cur ego non eo eam? Cui respondet servus: Ne te censeat filii odio aut æmulatione facere. Non cohærent, nisi hæc lectio adseratur. Et animadvertendum est, hic se quasi corrigere Epidicum, dum antea dixerat, senem liberare fidicinam, eo prætextu, quasi eam amet. Mox ut existiment senes, hæc bona fide geri, et quasi sub manum nasci consilia, ait, 'Et repperi, hæc te qui abscedat suspicio:' nempe si ipse non iveris, sed alium miseris: ideo ait, *Te eo* (scil. *ire*) *non æque opus facto est:* etsi antea dixerim te liberare debere fidicinam animi caussa. Et ideo senex subjicit, *quid jam?* quasi dicat, Cur mutas consilium? Sic profecto omnia erunt clarissima, quæ antea mera caligo. *Pistor. Ne te censeat*] Non leno, sed ipsa fidicina. *Taubm.*

106 *Hic erit optumus*] *Hic* (Apœcides: qui et III. 4. legum et jurum conditor fictorque cluit) *poterit cavere, &c.* AP. *Epidice, habeas gratiam:* scil. quod me huic muneri adhiberi vis: sed operæ non est. Atque ita *ad te* erit ad Apœcidem. *Pistor.*

111 *Posse emi minimo minis*] Sic quidem libri. Sed vel invitis illis sermo Latinus dictat scribendum, *Ad quadraginta fortasse eam posse emi minimo minis.* Sic Suetonius Julio cap. 20. 'Campum Stellatem agrumque Campanum divisit extra sortem ad viginti millibus civium.' Ita enim recte Casaubonus pro vulgata *ac viginti.* Sic idem Octav. 38. 'Super

Digitized by Google

triginta ducibus justos triumphos et aliquanto pluribus triumphalia ornamenta decernenda curavit.' Nam eodem modo dicuntur: 'curavit ducibus decernendos super viginti,' et 'divisit millibus civium ad viginti,' et 'emi potest minis ad quadraginta.' *Gronov.*

113 *Atque id non decem*] Ita Columella II. 1. 'Pecuniam domini neque in pecore neque in aliis rebus promercalibus occupet.' Scilicet in re empta pretium ita occupatur et hæret, quo minus ad alium usum transferri queat. Ergo 'occupare pecuniam,' est fœnori locare, aut merci impendere, et quasi exercere, ne otio et inertia languescat. Cic. pro Flacco, et Verr. III. Et hæc 'pecunia occupata' dicitur. Contra, 'otiosa pecunia,' quæ domi latet, nec ullum domino fructum affert. *Taubm.*

SCENA III. 3 *Obsignato*] V. N. Cas. II. 1. *Armario*] Ubi pecunia adservatur. Cic. pro Cæl. 'Tune aurum ex armario tuo promere ausa es?' Plaut. Capt. IV. 4. *Taubm.*

6 *Ne ulmos parasitos faciat*] Parasitorum est mensas divitum attondere, et a divitibus semper aliquid abradere. Unde et Phocyllides 'assentatores,' qui a parasitis non multum differunt, *τραπεζοκόρους, mensarum tonsores*, indigitat. Hoc igitur dicit Epid. Metuo, ne ubi senex resciverit me sibi verba dedisse, faciat ut ulmeæ virgæ in meo tergo sint veluti parasiti, meumque corium omni ex parte attondeant. *Lamb.*

14 *Ab damnoso sene*] Παθητικῶς pro infelici et multis damnis confecto. *Taubm.*

ACTUS III.

SCENA I. 3 *Per illam tibi copiam*] Ἕνεκα ἐκείνης εὐπορίας quasi dicat: Non debet tibi in Epidico tanta copiæ spes esse, ut aliam propterea negligere velis. *Lamb.*

8 *Quid illum ferre vis*] Videntur hæc repugnare superioribus: nam Chæribulus semper ita locutus erat, quasi desperaret de nummaria ope per Epidicum accipienda. Itaque ordinant aliter personas, et hæc verba dant Chæribulo, sequentia leviter mutata Stratippocli. Ego vero ista, ut exstant in vett. libris, satis mihi capere videor. Nam quæ prius minabatur Epidico, pro sua spe ac necessitate dixerat. Nunc conversus ad Chæribulum: Tu vero recte pro tuo ingenio proque copia, qui etiam de illo nihil nobis promittis. Quid enim potes expectare, ut ille ferat, quum tu ipse tantis in opibus amico egenus es? *Tibi* eleganter *παρέλκει*. Ut in Aulularia III. 6. 'Ego te hodie reddam madidum, sed vino, probe; Tibi cui decretum est bibere aquam.' Sic enim scripti, ubi subjecerunt *Te*. Et vidit hoc Acidalius. Intelligitur 'dico.' *Gronov.*

10 *Verum aliquid*] Ridicula hominis nihil habentis quod promittat oratio. *Lamb.*

12 *Muricide*] Male in editis *murricide*, quod Scaliger pejus exponebat, quasi *μυοκτόνον*. Hoc est et *muricida*; nec enim 'muricidus' magis dicatur quam 'parricidus.' Legendum est, *murcide*: 'Murcus, murcidus,' ut 'flaccus, flaccidus.' 'Murcus' veteribus idem quod ignavus. Hinc extremis Latinitatis temporibus 'murcos' appellabant joculariter, qui sibi pollices præciderant, ne militiæ nomen darent. Ammianus: 'Nec eorum aliquando quisquam ut in Italia munus martium pertimescens pollicem sibi præcidit, quos jocullariter murcos appellant.' Inde igitur 'Murcia' murcorum et murcidorum, id est, ignavorum Dea. Servius: 'Alii Murciam a 'murco,' quod est murcidum, dictum volunt: pars a Dea Murcia, quæ, cum ibi Bacchanalia essent, furore sacri ipsius murcidum faceret.' *Murcia* unum ex Ve-

Digitized by Google

neris cognomentis, non ipsa amoris Dea, ut 'viscata,' 'verticordia,' 'calva,' et similia. *Salmas.*

13 *Blatis*] 'Blatire' et 'blaterare,' auctore Nonio, est confingere, aut incondite et inaniter, vel ut Festus, stulte et percupide loqui; a Græco βλάξ. *Junius.*

15 *Nec mihi plus adjumenti ades*] Gaudent in omnibus Mss. esse, *nec mihi plus adjumenta des:* et dicendi rationem aiunt sententiamque apertam esse. Et scribit quidem Gruterus ita esse in omnibus Pall. sed quod tacet, in optimo Camerariano alterum esse, (quem plerumque solet seorsum V. C. titulo ponere) intelligimus ex eo, quod istud secutus est. Id quod diserte affirmat in suis excerptis Parens. Est in eo et sententia aperta et dicendi ratio multo doctior. Nam 'adesse' est positum, ut 'adesse' dicuntur advocati, qui præsentiam commodant. 'Adjumentum' autem vel 'plus adjumenti' dicitur per appositionem, quam vocant grammatici, ipse, qui debebat esse adjumento, ut 'auxilium' pro auxiliante. Tu quidem ades mihi, sed tua persona non plus est adjumenti mihi, quam ille, qui nunquam natus est. Alioqui non absurde conjiceres, *adjumentod es.* Gronov.

Scena II. 1 *Fecisti jam officium*] Dum mihi pecuniam emendæ fidicinæ dedisti. Ego etiam meum servi officium faciam, et te pecunia intervortam, senex. Nam ita sentit. *Lamb.*

2 *Hoc quidem*] Δευτικῶς argentum in marsupio. Et hæc jam secum solus loquitur.

3 *Hoc oppido*] Hæc spectio albi asperique nummi valde scenam juverit.

6 *Ut facilem*] Ἑλλαττικῶς: quam facilem præbuit senex se noster et impetrabilem! *Camer.*

7 *Ut importem*] Allegoria, ducta a more veterum Rom. qui solebant commeatum ad exercitum in colonia aliqua positum præsidii caussa, impositum auspicato portare; idque auspicato faciebant, ne interciperetur. *Lamb.*

13 *Perenticidam*] Analogia suadet scribendum esse *pericidam.* Sicut enim a 'pater' dicitur 'paricida,' a 'parens,' 'parenticida,' a 'Deus,' 'Deicida,' (quomodo Judæum haud raro vocant veteres Christiani) ita a pera, 'pericida,' qui peram exenterat, evacuat, et sic quasi occidit. Neque sic peribit Plauto, quem captat, jocus, qui est et manet in ambiguo vocum, 'paricidæ,' et 'pericidæ.' *Boxhorn. Perenticidam* recte se habet, et melius versui convenit quam *pericidam.* Præterea omnes libri ita legunt. Cogitandum est Plautum multa talia fingere sine ulla analogia et ratione. Satis illi fuit quod vulgus intelligere posset nomen illud a 'pera' factum esse, et lusisse auctorem in ambiguo vocum 'parenticidæ,' et 'perenticidæ.' *Salmas.*

15 *Peratim ductare*] Mallem ego *peratim ductitare;* ut significaverit Epidicus, nihil curare se vulgo usitata 'dicendi genera, aut protrita vocabula rerum,' in quibus est illud, quod servi non nauci protinus triumphum se commeruisse, vel saltem ovatione dignos deputant, si forte herum suum *peratim,* id est, perpauxilli argenti modo, et quantilli peræ unius laxitas sit capax, defraudaverint. Etenim sic *ductitare* expono: quasi dicas, argento circumducere. Suspicorque omnem sententiæ istinsce argutiolam in duobus adverbiis illis, *peratim* et *follitim,* hoc est, in modi sive mensuræ ejus differentia, quanta inter 'peram' et 'follem' est, consistere. *Douza.*

21 *Ea jam domi est pro illa*] Miratur Dissaldeus, quomodo puella dicatur domi esse, quam primum in ædes ait intromitti scena sequente: et multa molitur corrigendo. Sed

Digitized by Google

hæc verba sunt accipienda de altera fidicina, quam prius amaverat Stratippocles, quæ introducta erat pro filia. Et forte sic Plautus scripsit, *pro filia*, inquam; nam testatur Gruterus istud esse quidem in Cam. sed manu secunda. Alii codices *pelia*, vel *pellia*. Gronov.

23 *Quasi quoi emeret, caveat*] Quasi caveat ei, cui emeret, nempe Periphani. *Caveat*, id est, satis accipiat a lenone prædibus et prædiis. *Lambin.*

30 *Minas se habere quinquaginta*] Atqui de 'triginta' tantum constat ex ult. scena. Quærit Acidalius colorem et velum, quo tegat œconomiæ hunc errorem: sed utrum invenerit nescio. Dicamus interea, Epidicum vernili ingenio et jactantia summam apud alios verbis exaggerasse: quod solet fieri.

36 *Dolosam*] Falsam, et aliam ab ea, quæ jam domi est: non illam, quam se emptarum putat senex. *Lambin.*

37 *Docta*] A me fallaciis instructa. Terent. Eun. 'perdocta est probe.'

SCENA III. 1 *Non oris caussa*] Seneca Nat. Q. I. 17. 'Inventa sunt specula, ut homo ipse se nosceret. Multa ex hoc consecuta: primo sui notitia; deinde et ad quædam consilium. Formosus, ut vitaret infamiam; deformis, ut sciret redimendum esse virtutibus quicquid corpori deesset; juvenis, ut flore ætatis admoneretur, illud tempus esse discendi, et fortia audendi; senex, ut indecora canis deponeret, et de morte aliquid cogitaret. Ad hoc rerum natura facultatem nobis dedit, nosmetipsos videndi.'

3 *Perspicere possent cor sapientiæ*] Lege, *sed qui perspicere possint cordis copiam, Igitur perspicere ut possint cor sapientiæ.* Scriv. *Cor sapientiæ*] Ab interpunctione laborat locus. Scribendum: *sed qui perspicere possent cor, sapientiæ, Igitur perspicere.* Et intelligendum ex superioribus, 'sapientiæ habendum specnlum fuit;' igitur, id est, ea causa vel gratia, *ut perspicere possent cordis copiam*, sive quid sapientiæ habuerat in corde. Vide Observ. III. 29. *Gronov.*

7 *Vel quasi*] Id est, ἀντίκα, exempli caussa; ut ego ipse, qui, &c. *Quasi*, pro 'quemadmodum.' *Taubm.*

10 *Solida*] Istud *solida* converti debet ad *malefacta.* Sic Seneca alibi, 'solidam' vocat 'nequitiam,' quæ radices egit. *Gruter.*

12 *Fuit conducibile*] Scil. tale speculum habere.

13 *Cum præda*] Venit cum fidicina filio erepta. Ita quidem senes arbitrantur; sed falso. *Lambin.*

16 *Suppetunt*] Id est, succedunt, eveniunt, expetunt, ut Asin. I. 1. 41. Pseud. I. 1. 106. *Gronov.*

19 *Siris*] Pro 'siveris' a 'sino.' *Taubm.*

22 *Divortunt*] Id est, differunt, diversi sunt. *Gronov.*

25 *Tempore*] Tempestive ante filium sumus mercati, J. Gulielm. Verisim. II. 19. *Tempori*, idem quod opportune, tempestive: idemque efferebant *tempore*, ut 'heri,' 'here,' 'luci,' 'luce.' V. N. Pers. v. 1.

29 *Graphicum*] 'Graphicus,' ad unguem factus, ut Horat. venustus scitoque ingenio, et quasi pictoris manu expolitus. γράφειν, *pingere*; γραφὶς *stilus, penicillus.* Scalig.

30 *Non caru'st auro contra*] 'Væ nire contra aurum,' est magno væ nire: ita enim veteres semper fere dicebant, metaphora a lance momentanea, in qua appendebatur æs, nam quod præponderat, id *contra* esse, hoc est, ἀντιῤῥέπειν dicebant. Inde 'æs contrarium' vocabant 'æs grave,' auctore Festo: scilicet ἀντίῤῥοπον. *Scaliger.*

36 *Ipsus illi*] Epidicus fidicinæ.

40 *Stolidum*] 'Stolidi' vocantur non tam stulti et excordes, quam tetri et molesti, illepidi, quos Gr.

Digitized by Google

μοχθηροὺς καὶ φορτικοὺς dicunt: Ter. Scaurus: 'Bardus a tarditate ingenii; a Græco, quod illi tardos βραδεῖς appellant,' auct. Festo. Videtur translatum verbum a re rustica. 'Stolones' enim vocant agricolæ in arboribus fruticationem inutilem, inquit Plin. I. 1.

48 *Albis dentibus*] Significatur cachinnatio, et risus effusior; in quo dentes denudantur. *Camer.*

52 *Pugnis memorandis meis*] Sic omnes scripti. Scioppius *memorandus*, quia apud Apuleium invenit 'dolo memorandi.' Sed aliter Apuleius, aliter Plautus eo verbo utuntur. Nam *pugnis memorandis meis* est pugnas meas commemorando. Persa I. 1. 'ita fio miser quærendo argento mutuo.' Sic Cicero et Livius passim. *Gronov.*

53 *Eradicabam*] Ita Horat. in Arte, de odioso recitatore: 'tenet occiditque legendo.'

55 *Undantem chlamydem*] Habitum incessumque gloriosi nimis pol graphice expressit: ab Afranio item adumbratum, in Pompa: 'Tene tu: in medio nemo est: magnifice volo fluctuatim ire ad illum:' ubi 'fluctuatim' pro 'jactanter et solute' sumptum exponitur a Nonio. 'Vestis undans' hic est, quæ incessu crispatur, præsertim dum succussatur corpus: qua ratione 'undantes habenas' dixit Virgil. Æn. XII. 471. quasi undatim crispantes, dum ab auriga commoventur. *H. Jun.* Contra de incessu modesto ac minime superfluo perelegantia sunt illa Petronii: 'Quo oculorum mollis illa petulantia? quo incessus tute compositus, et ne vestigia quidem pedum extra mensuram aberrantia,' &c. Seneca Nat. Q. VII. 31. 'Tenero et molli incessu suspendimus gradum.' *Wouwer.*

SCENA IV. 1 *Cave*] Servum suum anteambulonem alloquitur miles. *Boxhorn.*

2 *Platenius*] Non dubitamus nomen illud populi corruptum esse, itaque rescribendum, *Senex ubi habitat Periphanes Plothenius. Plothenius* est Πλωθειεὺς ex Egeide tribu. Stephanus: Πλωθειὰ δῆμος Αἰγηΐδος φυλῆς· ὁ δημότης, Πλωθειεὺς, καὶ Πλωθεύς. *Petitus.*

8 *Tranquillum locum*] Captant vocabulum *tranquillum* et tanquam rem arcanam proferunt Periphanem manu vel de gloria certare malle. Sane τὸ *tranquillum* eleganter et non trite more pro commodo, vacuo, nihil ubi sit impedimenti, ubi non obloquuntor. Sed certamen, quod minatur juxta ignavus et gloriarum plenus, ad ignavum et gloriarum plenum, omne est verborum, non manus, ideo 'de illius ore fiunt sordidæ;' nimirum dum alter contra majores explicat. Hæc est tempestas, quæ ostentatori tranquillum non sinat: nil majus aut gravius. *Gronov.*

16 *Manibus demissis*] 'Fugere demissis manibus,' est contentissimo cursu fugere; nam tales solent manus dimittere et jactare: quod Græci dicunt παρασείειν τὰ χεῖρε. Aristoteli est φεύγειν παρασείσαντα. Contentus enim currimus, manus demissas habentes, et circum latera jactantes. *Casaub.*

19 *Cui centones farcias*] Assentior iis, qui voluerunt *sarcias*, vel ob Lucillii locum, 'sarcinatorem esse summum, suere centonem optime.' Suuntur et 'sarciuntur' centones, non 'farciuntur.' Isidor. Orig. I. 38. 'Centones apud grammaticos vocari solent, qui de carminibus Homeri vel Virgillii ad propria opera, more centonario, ex multis hinc inde compositis in unum sarciuntur corpus ad facultatem cujusque materiæ.' Quæ ille descripsit ex Tertulliano de præscriptionibus cap. 39. 'Homerocentones etiam vocari solent, qui de carminibus Homeri propria opera more centonario ex multis hinc inde compositis in unum sar-

Digitized by Google

cinnt corpus. Et utique fœcundior, divina litteratura ad facultatem cujusque materiæ.' *Gronov.*

26 *Molestum non est nisi dicis*] Sic codex unicus, et explicat Gruterus: molesta non erit oratio, si dixeris quæ ego velim; sin quæ tu velis, erit molesta. Camerarius, *mihi si dicis;* Douza, *nisi dicis quid velim;* Gulielmius, *Non: ædepol scio. Molestum non est mihi, si dicis;* Dissaldeus, *scio molestum non esse.* Post omnes velim, *Non ædepol scio, Molestumne sit, nisi dicis quid velis.* Haud possum tibi dicere, molestumne sit futurum an non, nisi prius loquentem audiero. Præ se fert enim, se nec scire nec divinare, quid miles esset dicturus, etsi satis suspicabatur. *Gron.*

28 *Habeas*] Nulla hic opus mutatione quam vult Dissaldeus. Nondum quidem Periphani de pretio cum milite convenerat; nihilominus subintelligitur. Habeas, inquit, illam, ubi mihi pro illa, quæ empta mihi est quinquaginta minis, argentum solveris. *Boxhorn.*

33 *Possidebit mulier faxo ferias*] Miles dixerat, se fidicinam facere velle libertam suam. Periphanes respondet: mulierem possessuram militis ferias, si pro ea, ut oportet, satisfecerit. 'Feriæ' hic sunt, quas herus servæ facit, ea libertate donata. Sed et addit Periphanes futurum id ea lege, si miles ex agro Attico fidicinam exoneret, id est, alio evehat. Metuebat enim Periphanes, ne fidicinæ in Attica manentis amoribus filius perderetur. 'Feriæ' dicuntur, remissio laboris. Ita induciæ, 'belli feriæ.' *Possidebit ferias tuas*, quas tu illi facies, libertate donatæ, a servili opere et labore immuni. *Boxhorn.* Legendum, *Tuas residebit mulier faxo ferias*, id est, tibi mulier feriabitur, tibi cessabit, tuas ferias celebrabit. 'Residere ferias' dicebant pro feriari, quia resides manebant per feriarum tempus, nec quicquam operis faciebant. Idem Plautus in Capteiv. III. 1. 'Venter gutturque resident esuriales ferias.' Citant ad eum locum interpretes locum ex Cicerone de Leg. II. qui vulgo corruptissimus est. Sic enim legitur: 'Denicales feriæ, quia resident mortuo.' Imo scribendum: 'Nec vero tam denicales quæ a nece appellatæ sunt, quia residentur mortuis.' In sequenti versu apud Plautum scribi quoque debet, *atque ita profecto, ut eam ex hoc exoneres sacro*, pro *agro*. Sacra semper cum feriis, et feriæ cum re sacra quæ in his fiebat. Cum igitur dixisset, si sibi sexaginta a milite denumerarentur minæ, futurum ut ea mulier quam petebat, ejus ferias resideret: addit, atque ita quidem ut exoneraret eam ex hoc sacro, id est, ex sacro senis; cum non amplius ejus residere deberet ferias, sed militis cui dabatur, ut eum coleret. Dabis, inquit, mihi pro ea sexaginta minas, ut tuas residere possit ferias, et meo sacro liberetur. *Tuas residebit ferias*, id est, tua erit; et de feriis intelligit privatis, quæ a solis domesticis celebrabantur, ut erant dies natales, denicales, et aliæ. Festus: 'Privatæ feriæ vocantur, sacrorum propriorum, velut dies natales, operationes, denicales.' Quæ igitur alicujus residet privatas ferias, ejus est propria et domestica, vel ancilla. Inde explicandus ille versus. *Salmas.*

34 *Ut eam ex hoc exoneres*] Q. d. meam domum edaci et inutili muliere, tanquam onere leves. Vel 'agrum' accipe, pro tota terra Attica; et est hypallage, pro hunc agrum ea exoneres. *Lamb.*

36 *Conciliavisti pulchre*] 'Bene, ac pulchre conciliare,' est vili emere: contra 'male conciliare,' care et magno pretio. Omnis enim conventio est conciliatio. *Donatus.*

37 *Fides*] Citharam.

53 *Nihil: sic suspicio est*] Sic quidem Langianus. Sed Cam. et Pall. τὸ *nihil* ignorant: ignorat et ille, qui Boxhornii fuit. Nec ullus huic voci

Digitized by Google

hic usus est. Quin et videtur ex personæ vocabulo *Mil.* nata. Taubmano suum os et hypocrisin remittimus. *Gronov.*

58 *Qui me emunxisti*] Metaphora servilis et jocosa. Græcis ἀπομύττειν. Me, tanquam puerulum, cujus nasus mucoris plenus, omnisque consilii expers est, delusum argento spoliasti. Phorm. IV. 4. 'Emunxi argento senes.' *Lamb.*

66 *Athenis Atticis*] Ut distinguat ab aliis Athenis, quarum quinque aut sex recenset Stephanus.

79 *Flagitio*] Id est, efflagitatione, convitio seu pipulo potius, et quidem muliebri: non, dedecore; ut vult Monstroliensis. *Douza.* V. N. Merc. II. 3. et inprimis Cure. act. III.

80 *In tantis positus sum sententiis*] In sex septem interpretationibus, quas afferunt, nulla vera. 'Poni in sententia' est præscribi sententiæ auctorem. Solebant autem psephismatibus et decretis liberarum civitatum præponi nomina illorum, qui eorum auctores fuerant. Inde apud Demosthenem: Ἐπὶ ἄρχοντος Μνησιφίλου, Ἑκατομβαιῶνος ἕκτῃ καὶ νέᾳ, φυλῆς πρυτανευούσης Πανδιονίδος, Δημοσθένης Παιανιεὺς εἶπεν. Et rursus: Πρυτανείᾳ φυλῆς Ἱπποθοωντίδος, Ἀριστοφῶν Κολυττεὺς πρόεδρος εἶπεν. Hinc illud apud Gellium XVIII. 3. 'Quod si proba ista hæc et honesta sententia est, quæso vos, non sinamus eandem dehonestari turpissimi auctoris contagio.' Vide reliqua et nostrum quartum Observationum. Est ergo, *qui in tantis positus sum sententiis*, cujus in sententiam toties populi psephisma factum et nomen meum præscriptum habuit. *Gronov.*

85 *Atque me minoris*] Suspicari possumus, hæc ex alicujus priorum poëtarum fabula quapiam, jocose inserta a Planto. *Camer.*

86 *Fictor, conditor*] 'Juris conditores,' dici jurisconsultos, quibus auctoritas a principe data erat jura condendi, obviam satis est. Credo tamen ita ambigue id prolatum a Periphane ut *conditor* penult. longa intelligi posset, respectu ad 'jurium' notionem vulgarem. In eadem ambiguitate videtur lusisse et Arnob. l. VII. 'Cupientes addiscere, quid cum pultibus Deo sit, quid cum libis, quid diversis cum farribus confectionis jure multiplici atque impensarum varietate conditis.' *Douz.*

88 *Sapientiorem ** manubrio*] Lacuna potest variis modis repleri, sed sensus idem erit, qui ex lectione Lambini efficitur, quem satis probo. Posset enim legi, *Malleum, Sapientiorem quasi dicas manubrio.* Scribitur in antiquis editionibus, *Malleum sapientior ut est malo hærens .... manubrium.* Si hæc vetus lectio, ex ea optima et elegantissima posset elici sententia, scribendo, *Is etiam sese sapere memorat, malleo Sapientius ut sit male hærens manubrium.* Ille vero, inquit, cum adeo sit fungus ac stupidus, etiam sese sapere prædicat, ut si manubrium, male hærens, diceret se malleo sapientius. Manubrium quidem sapientius malleo, quia sine manubrio inutilis malleus. Et potest jactare manubrium se magis sapere quam malleum. Sed male hærens manubrium incommodum est atque inutile, ac falso id jactat quod sit sapientius malleo. Talis erat ille senex, qui se sapere memorabat, cum a servo delusus esset. *Salmas. Malleum sapientiorem manubrio*] Vix est, ut hic aliquid supplendum existimem, nisi ab ingenio prudentis lectoris. Absque menda aut vitio ullo accipio proverbium in duos æque stolidos et stultos, quorum alter nimio plus sibi sapere videtur. Nam et malleus et manubrium, sapiunt tantundem, id est, ambo nihil. Et, ut alia sunt ruri, alia in foro nata, sic hoc videtur ab officina exiisse, et inter operas fabriles initium habuisse. Nihil facilius et propius, quam ut verba Plauti, ut nunc sunt, accipiamus prorsus quasi essent: 'Is etiam sese

Digitized by Google

sapere memorat, quod est perinde, quasi diras Malleum sapientiorem manubrio.' *Gronov.*

ACTUS IV.

SCENA I. 1 *Miser ex animo*] *Miser* subintelligitur 'homo,' quod ἀπὸ τοῦ κοινοῦ repetendum. Sic ergo legendum, *Si quid est homini miseriarum, quod miserescat miser ex animo, Id ego experior.* Si quid miseriarum homini eveniat, quare ex animo doleat, id ego experior. Hæc scripseram, cum in codice Ms. Salmasiano nostroque τὸ *est*, quod in vulgatis repetitum hoc versiculo legitur, abesse deprehendi. Et abesse debet, a scioło repetitum. *Boxhorn. Si quid est homini miseriarum*] Alterum *est* sane ignorant scripti, non tamen posterius, sed prius. Sic enim omnes, *Si quid homini miseriarum:* etiam ille, in quo se id abesse scribunt deprehendisse: sic et Palatini. Sed quomodo interpretantur *miserescat*, doleat? Imo 'miseresco' est misereor: 'miseresco tui' et 'miserescit me tui' est misereor tui, et miseret me tui. Sic Terentius et Virgilius loquuntur. Ergo scribendum, *Si quid homini miseriarum, quod miserescat miseri ex animo, est, Id ego experior.* Sensus, ob quod miserescat vel misereat homines istius miseri ex animo: quo is miser mereatur misericordiam. Postremum, ut in Sticho, 'Credo ego miseram fuisse Penelopam, Soror, ex animo.' Truculent. II. 2. 'Ut miseræ matres sollicitæque ex animo sunt.' *Gronov.*

4 *Mentem animi*] Præstantissimam et intimam animi partem: ὡς ἐν σώματι ὄψις, οὕτω νοῦς ἐν ψυχῇ, inquit Aristot. Hæc autem sæpissime ita conjuncta a bonis scriptoribus leguntur, 'animi vix mente videtur.' Catullus, 'Mens animi tantis fluctuat ipsa malis.' *Passerat.*

5 *Hostium est potita*] Capta est ab hostibus, ita vs. abhinc 30. item Capt. I. 1. ubi notas vide: ita, 'potiri hetorum,' est in herorum potestatem venire. 'Potiri mali,' pro opprimi a malo, et in ejus tanquam potestatem venire, dixisse Terent. Phorm. III. 1. J. Gulielm. docet.

7 *Ipsa se miseratur*] Miseram se misere ac dolenter prædicat sive lamentatur. V. N. Rud. I. 3.

9 *Illi hospitio usus*] Nihil mutandum in hoc versu, sed sola interpunctione adhibita sanandus, hoc modo, *Credo ego, illi hospitio usus: invenit.* Nominaverat Periphanem mulier peregrina prinsquam eum videret. Dicit Periphanes, huic mulieri, ut opinor, hospitio usus, id est, opus est. Et per ironiam addit *invenit.* Videtur, inquit, hospitium hæc quærere, et meo velle uti cum me nominet. Invenit hospitium quo opus habet. Sed ironice hæc dicit, invenit scil. id quo usus illi est hospitium. *Salm.*

14 *Pudicitiam pepulit*] Id est, virginitatem mihi eripuit. Livius, 'Expugnavit decus muliebre:' quod Apul. 'interficere virginitatem' dixit. *Taubm.*

22 *Quod credidisti, reddo*] Nempe 'salutem:' quam abs te quasi creditam accepi. Bacchid. 'Quin tu primum reddis salutem, quam dedi?'

25 *Interpretari*] Interpretem fieri. *Douz.*

26 *Mira memoras*] Scil. cum dicis me scite loqui: cum id a natura fœminarum absit. *Lamb.*

27 *Ah, guttula*] Vide Adag. 'Adspersiati aquam,' et not. Milit. IV. 8.

30 *Obsevisti gravem*] V. N. Trucul. II. 6. 'Qui vim magni doloris per voluptatem tuam condidisti in corpus,' &c. Eleganter et honeste solent veteres agriculturæ vocabula transferre ad rem voluptatum: de quo dicit Asin. v. 2. Amphit. II. 2. et alibi.

32 *Compotem*] Id est, plenam.

33 *Quid est quod vultus te turbat*] Princeps codicum, *quod duoitus;* unde plerique posteriores librarii fecerunt *quod digitus,* frustra arreptum et ex-

Digitized by Google

plicatum viris doctis: quum non aliud id significet quam *quod voltus*, ut vidit Gruterus. Sed præterea scribendum suspicor, *quod voltus se turbat tuus*. Gronov.

38 *Ille eam rem*] In omnibus libris, nisi quos Lamb. et Douz. depravarunt, est, *Meus servus eam rem sobrie et frugaliter Accuravit, ut alias res ille est impense improbus. Alias res, τὰ ἀλλὰ*, ceterum, sive quod ad ceterum attinet, cetera, ad cetera: pro quo simpliciter dici poterat, *alias*, quod vulgo perperam pro adverbio habetur. *Schopp.*

41 *Acropolistidem prodire*] Camerarius censet hoc non oportere esse nomen filiæ Periphanis, quum sit fidicinæ alterius, amicæ Stratippoclis: et suspicatur legendum *Telestidem*, vel *Acrotelestidem*. Cui multis verbis, nulla ratione, repugnat Lambinus. Acropolistis vocabatur fidicina, quam prius amaverat Stratippocles, et nunc ab eo fastiditam paullo ante petebat miles ab sene, qui eam filiam putabat: quod non nesciebat Camerarius. Eodem nomine apud mangonem vel venditorem erat appellata, quam nunc amabat Stratippocles, et mox esse cognoscit sororem suam. Eodemque nomine putabat esse Periphanes fidicinam ab Epidico conductam, quam jusserat emi senex pro amici filia. Unde tot Acropolistides? Quid affert momenti ad rem idem tribus personis attributum nomen? Deinde ubi agnoscitur ab Epidico Periphanis filia, v. 1. 30. constanter omnes omnino scripti codices *Telestidem*. Ergo non dubito, quin hic vera sit altera Camerarii suspicio, et *Telestidem* legendum, non *Acropolistidem*. Sed et liber optimus, *Eho istinc Canthara jube*, sine *τῷ statim*. Scribe, *eho, istinc, Canthara, jube Foras Telestidem prodire filiam ante ædis meam*. Præcedenti quoque versu delevimus *τὸ vivere*, quod in nullo est scriptorum: sufficit, *Fac videam si me vis*; nempe videre salvam: vel etiam, *Eho, i statim Canthara*. Nam illud dictant et alii codices. Vossian. 2. *cantari statim*; Voss. 3. et Junianus, *Canthara i statim*. Gronov.

Scena II. 8 *Ornatum immutabilem*] Sicut hærere hic non debebant interpretes, ita feriari potuissent correctorum manus. 'Immutabilis' derivatur ab 'immuto,' ubi *in* vim augendi habet. *Immutabilem* vero potius dixit, quam 'immutatum;' quia non tantum filiæ habitus et ornatus mutatus, sed et indies mutandus erat: cum olim, sicut et nostræ ætatis petulantia, vestitus ornatusque, præsertim fœminarum, certam formam, vel modum, ut nunc loquuntur, non haberet in quo consisteret. Sic venuste a Calpurnio Ecl. II. dicitur, 'mutabilis arbor:' 'Mutabilis induet arbor Ignotas frondes, et non genitalia poma.' Mutabilis arbor, quæ alienis frondibus et ramusculis subinde insertis aliter atque aliter comitur. *Boxhorn.*

9 *Aliter catuli*] Vult mater: quemadmodum nemo ambigit hæsitatque in hisce distinguendis bestiis; ita neque se dubitare hanc mulierem aliam esse a filia sua. *Taubm.*

22 *Plaustrum perculi*] Id est, everti ac perturbavi rem, falsa emptione. Donatus rusticum ait proverb. 'Pæne plaustrum perculit:' ubi ait Eunucho servus, 'Perculeris tu jam me,' id est, impellendo perturbaveris. Festus: 'Plaustrum perculi dicebant antiqui ab eo, qui pede onusta plaustra perculit, id est, evertit: quod postea abiit in proverbium.' *Camer.* Accipiendum enim semper de eo, qui evertit ac perturbat rem. Verbum 'perculeris,' est, ut grammatici loquuntur, potentiale; hoc est, 'pæne perculisti:' *ἤδη τραχηλίσειας, ἤδη πρηνίξειας ἄν με. Scalig. Plaustrum perculi*] Proverbium rusticum, cui originem dedit aliquis male sedulus et opera vehemente, qui plaustrum inæquale et altera rotarum in altiorem orbitam depressa inclina-

Digitized by Google

tum, veritus, ne in eam partem procumberet, subeundo tam immodice levavit, ut idem plaustrum in alterum latus everteret. Sic Periphanes queritur, se dum sustentare ac suffulcire rem, domumque cupit, tam prompte obnixeque egisse, ut eandem afflixerit. *Gronov.*

34 *Circam*] *Circam* interpretantur 'veneficam;' nec vere, nec apte. Nemo scilicet homo patrem suum, nisi matris testimonio fidem habeat, agnoscere potest. Fatetur Telemachus Odyss. A. Quos autem Venus volgivaga et *πάνδημος* varie procreavit, iis nec mater ipsa certum patrem assignare potest. Sed evenit etiam, ut quis aliquando nec patrem noscat. Solem unicum certo sibi sciat parentem. Hominem enim a Sole et homine generari, physici affirmant. Sic eleganter et acute lusit comicus in nomine Circes, quæ Solis filia: itaque fidicinam Solis filiam nuncupavit: quia, ut Circe fingitur Sole prognata; ita hæc fidicina, quam et pater et mater nosse negabant, Solem sibi tantummodo parentem poterat nominare. *Rigalt.*

ACTUS V.

SCENA I. 3 *Illi caperat frons severitudine*] *Caperat* pro 'caperatur,' id est, rugis contrahitur, et asperatur. Tractum a caprorum frontibus crispis, auctore Nonio. Vel a cornuum caprinorum similitudine, ut Festo placet. Hinc 'frons caperata,' pro tristi et severa.

4 *Si undecim Deos*] Duodecim Dii magni sunt, quos Cicero tralate 'Deos majorum gentium' vocat; et quorum nomina hoc disticho inclusit Ennius: 'Juno, Vesta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars, Mercurius, Jovi', Neptunus, Vulcanus, Apollo.' Duodecim illi Dii, Enniano hoc disticho inclusi, *νοητοὶ* sunt secundum Gentium credulitatem, *αἰσθητοὶ* vero magnam partem sunt ac visibiles juxta Platonicos. Hos *νοητοὺς* veteres philosophi appellarunt, quod sola mente eorum numen comprehenderetur; potentia vero intelligeretur ex iis rebus, quas humanis usibus necessarias invenissent ac prodidissent. Septem quidem ex his qui planetæ *αὐτόχρημα* sunt, in sphæris propriis singuli fixi inerrabant. Reliqui tamen haud minus suas sphæras habere crediti, per quas et noscitabantur. Sallustius sphæram duodecim illorum Deorum in superiores et inferiores dividit. Sex superiores ponit Jovis, Martis, Apollinis, Mercurii, Veneris, Dianæ, quibus adnumeranda Saturni, quæ communis est et Cereris: item Æther, qui Minervæ adsignatur. Reliquæ quatuor inferiores ab eo censentur: Terra Vestæ, Aqua Neptuni, Ignis Vulcani, Aër Junonis. Hæ decem sphæræ sunt, restant duæ Saturni et Ætheris: hanc occupabat Minerva, illam Ceres. *Salmas.*

10 *Defloccati senes*] Id est, calvi: sumpta metaphora a vestibus, quæ fratillos suos, id est, villos amiserunt: quæ et 'decotes,' sive 'decutes,' id est, detritæ dicebantur. *Scal.*

11 *Copulas secuncias*] Vetus codex Camerarii habet *copulas secuncias;* placeret legi cum Scaligero *sescuncias*, qui recte interpretatur sesquipollicem crassitudinem. Lectiones aliæ omnes nugatoriæ. Melius tamen putem scribi *copulas semuncias*, pro 'semunciarias,' id est, copulas quibus clitellæ religantur in mulis clitellariis. Nam 'semuncia' exponitur in Glossis *κανθήλιον*, id est, clitellæ, et earum mentio apud Catonem de R. R. *Salmas.*

12 *Quippe ego, cui libertas in mundo*] Quasi dicat: Quidni ego bonum animum habeam, cui libertas parata est domi? Ironia servilis. 'In mundo esse dicebant antiqui, cum aliquid in promptu esse volebant intelligi,' Festus. *Lamb. Libertas in mundo*] Homo bonus, qui allevit, Epidicum non ali-

Digitized by Google

ter se liberum fore putare, quam si fugiat, et fiat κοσμοπολίτης, adeo infrequens lector Plauti fuit, ut nesciret, quid esset toties ei frequentatum 'esse in mundo.' *Gronov.*

14 *Gravastellus*] *Gravastellus* rectum est, et idem plane est, qui et 'ravastellus.' 'Gravus' idem quod 'ravus,' qui ravi est coloris. Sic 'gnavus' et 'navus' idem; 'gnævus' et 'nævus;' 'gnosco' et 'nosco;' 'gnatus' et 'natus.' Quod dicitur 'gravedo,' a qua 'gravedinosi,' quæ est κόρυζα, id verbi non est a 'gravitate,' sed dicitur pro 'ravedo,' vel 'ravido,' quod idem est ac 'ravis,' nempe κόρυζα. 'Gravus' igitur et 'ravus' idem. Unde 'gravaster' et 'ravaster,' ut calvaster. Unde ὑποκοριστικὸν, 'ravastellus' et 'gravastellus.' *Salmas.* Video ut defendat hanc vocem ὁ πάνυ et intercipiat conjecturam Meursii, *ravastellus*. Scio etiam extare apud Festum, licet aliter interpretetur. Barthius *gravistallus*, etsi in Festo scripto fuisse notet *gravascellus*. Vossianus *granascellus*. Propemodum suspicor antiquissimum esse mendum, et voluisse Plautum vel *bradysceles*, βραδυσκελὴς, *tardigradus*, aut *rhœbosceles*, ῥαιβοσκελὴς, *loripes*. Et utrumvis convenit tardo incessui, quem accusat in homine versu 21. *Gronov.*

19 *Ex tuis verbis*] Si picta sunt pulcra; meum tergum pulchrum futurum est: namque pigmentis ulmeis, id est, virgis ex ulmo, a senibus quasi pictoribus pulcre pingetur. Per 'Apellem' et 'Zeuxim,' Periphanem et Apœcidem significat. *Lambin.*

21 *Pedibus pulmoneis*] 'Pedes pulmoneos' intelligit, qui panticibus ulcerosi sunt. Nisi referatur ad proverbium πλεόμων, de stupido. Vel potius dixerit 'pedes pulmoneos,' tumidos: sicuti Plinius XV. 14. 'pulmonea' quædam 'poma' vocata ait, id est, ut ipse interpretatur, 'stolide tumentia.' In Vet. Glossario, *Pantis, ἕλκη ἀπὸ τραχήλου τῶν κτηνῶν* exponuntur. *Scalig.*

26 *Sapienter venis*] Cum erumena scilicet, cui indam pecuniam.

28 *Satin' ego*] Alibi dicit, 'Satin' recte oculis utor?' id est, satisne clare oculis prospicio, an secus? eleganter: 'utilitas' hic non aliud quam 'usus;' non χρησιμότης, sed χρῆσις. Et hæc est propria ac prisca notio. Auctor ad Heren. lib. IV. 'Si idoneus esse potest ad eas utilitates et aptus, quæ desiderantur ab equo.' Postea, quia quicquid usum sui præstat, commodum adfert, factum ut pro iis 'utilitas' acciperetur. *Meurs.*

29 *Ac Thebis Epidauri*] Ἀσύντακτα hæc argnit Petitus ad leges Atticas; nam si Thebis sata atque nata est, non igitur Epidauri: et conjicit, *ac te Bois Epidauri:* fuisse enim Boas vel Bœas urbem in confinio Laconices et Epidaurensium: sed fallitur; nam erat quidem sata Epidauri Telestis, sed matre Thebana Philippa, quæ compressa a Periphane Epidauri dein redux in patriam peperit, ibique educavit filiam. Fuerat autem bellum gestum ad Thebas, atque in eo capta Telestis II. 2. 22. Igitur mutanda distinctio, *E Philippa matre natam ac Thebis, Epidauri satam;* vel si mavis, *E Philippa matre natam a Thebis, Epidauri satam;* nam *matre a Thebis* est matre Thebana: et Livio 'Turnus Herdeonius ad Aricia.' Florus 'ab Etruria Veientes.' *Gronov.*

33 *Non meministi*] Si bene distinguas, sanus est locus, *Non meministi me auream ad te afferre natali Lamulam, atque anellum aureolum in digitum?* Ut *aurea* cum *lunula* construatur. *Boxhorn.* Lunata fibula reliquis frequentior olim fuit. Et talis forsan hæc Plauti lunula, quam Lambinus et Douza rotundam lunæ more gemmam putabant. *Joh. Rhodius. Me auream*] Inter *me* et *auream* est lacunula in V. C. unde Camer. suspicatur leg. *minam auream:* quæ fuisset instar aurei Lusitani, cujus pretium aureorum decem. Observandum etiam,

Digitized by Google

veteres die natali munera ab amicis clientibusque accepisse. *Meurs.*

36 *Animo liquido*] Esto animo curis soluto et minime sollicito. Turn. l. x. Pseud. III. 3. quem Aul. I. 2. 'animum defæcatum' dixit. *Taub.*

41 *Æque scias*] Juxta mecum. *Douz.*

44 *Id tacitus taceas*] Utrum *teneas* an *habeas*? Gronov.

45 *Perdidisti*] Scil. me amantem: quia frui te non potero, cum sis soror. *Reperisti*] Scil. fratrem; quem perdideras, et quem fratrem esse nesciebas. *Lambin.*

48 *Aquam calefieri*] Ut lavet peregre adveniens. Vide N. Truc. II. 3.

57 *Neque ille haud*] Duæ negationes, ut et supra, et alias sæpe, negative Græcismo. Bacchid. 'Neque ego haud committam:' Cam. et Aus. Popma II. 9. de usu antiq. locut.

58 *Pedibus esse provocatum*] Scil. ad cursuram, seu currendi certamen. Nimis festivum. Qui enim in decursione prior est, is modo non lacessere et quasi provocare, ne dicam tarditatem concursori suo exprobrare videtur. *Douza.*

Scena II. 1 *Decrepitos*] A lucerna, vel candela, quæ ultimum expirans crepitum edere solet: hoc enim est 'decrepare;' ut apud Pers. 'destertere.' A veteribus Græciæ magistris *decrepitus* exponitur *ὑπέργηρος, τετυμβωμένος, ἰφθὸς, γέρων ταχυθάνατος. Scalig.*

6 *Flemina*] Dicuntur 'flemina,' auctore Festo, 'quum labore viæ sanguis defluit circa talos, et tumorem facit:' idem fere cum 'boa' et 'tama.' Glossarium: *ὁ τοὺς πόδας φλεγμαίνων.* Et hæc nimirum erunt *κέδματα* Hippocratis. In Absyrti etiam libro de equis, legnntur *φλεμέλια.* Sicut enim fluxus in pedes a Romanis vocari ait: hæc erunt igitur 'flemina.' *Camer.* Caper de Orthographia: '*Flemina* sunt, ubi abundant crura sanguine: *plemina* cum in manibus aut pedibus callosi sunt sulci.' 'Flemina' etiam volunt legi Pœn. III. 1. 67. Sed omnes scripti codices ibi habent 'femina.' Ut tamen dicam quod sentio, vereor ne insanierint grammatici cum suis 'flemininbus' et 'pleminibus' corrupto codice decepti, et fuerit phrasis veterum, 'femina' vel 'femora' descendere in genua vel talos, per synecdochen; 'femina' videlicet pro sanguine ex feminibus. *Gronov.*

9 *Si prope astes*] Malim, *si prope abstes, calefacit;* quia certe, si prope quis ad ignem adstet, amburetur et tangetur ab igni; sed si abstet prope, calefiet tantum. Trucul. act. II. sc. antep. 'Quæ me hic reliquit, atque abstitit.' Vox autem *æstu* inducta est e libris Lang. *Schopp.*

10 *Duodecim*] Gloriosa servuli exultantis oratio. Est autem constructio paulo impeditior hac sententia: Sunt mihi jam adjutores duodecim Dii, plures quam sunt Dii in cœlo. *Camer.*

19 *Ilicet*] Semper *ilicet* finem rei significat; ut, 'actum est:' dictum per *συνεκδοχήν.* Sic judices de concilio dimittebantur, suprema dicta quum præco pronunciasset, *ilicet:* quod significat, ire licet. *Donatus.*

25 *Tragulam in te injicere adornat*] Id est, dolum aliquem in te struit. Allegoria a re militari. 'Tragula,' genus teli hastæ non multum absimile, quæ vel manu vel tormento mittitur, et atrociter sauciat, ac plerumque e corpore non tam retrahenda est, metu magni doloris et profusionis sanguinis, quam hinc vel inde decidenda, ut e vulnere sic cum minore noxa recipiatur. 'Tragulæ' etiam piscatorum verricula sive retia vocantur: a trahendo. *Turneb.*

34 *Vel da pignus*] Lego, *Vel da pignus ni emsim filiam. Emsim*, pro emissim, quod est emerim. Non ait servus eam fidicinam esse Periphanis filiam, alioquin mentiretur atque hæreret in luto; sed se emisse filiam Pe-

Digitized by Google

riphanis: quod certe verum erat; nempe eam quam secum advexerat Stratippocles. Sic senem captat. *Dusald.*

36 *In meum nummum*] Nummus servorum est, talentum dominorum. *Douza. Enim istæc captio est*] *Enim*, initio orationis pro 'etenim' positum; hodie insolens: sed veterum etiam classicorum auctoritate non caret. Terent. Phorm. v. 7. 'Ch. Enim solus nequeo.' Hecyra, 'Enim lassam tum aiebant.' Cicero ad Attic. IV. 'Macroni vix videor præsto esse: enim auctionem,' &c. *Popma.*

40 *Te tetigi*] Est genus figuræ, quod vocant Græci μείωσιν, Latini 'Imminutionem,' aut 'Extenuationem.' Eo qui uti volent, ubi quis alium percusserit, pupugeritque, aut insigniter etiam læserit, 'tetigisse' dicunt. Ea caussa est, cur nonnunquam ipsum 'tangendi' verbum idem valeat, quod percutere, pungere, lædere. *Muret.* Hic autem ponitur pro fraudare ut apud nostrum sæpius. Turpilius, 'Patrem talento argenti tetigi.' Cic. ex veteri poëta, 'Sentin' senem tactum esse triginta minis?' *Gronov.*

44 *Neque benigno, tuo*] 'Benignus' opponitur 'homini frugi.' *Taubm.*

55 *Ego sum defessus*] Quæ de discrimine, quod est inter 'invenire' et 'reperire,' hic disserunt interpretes, vana sunt, neque huc faciunt. Sententia est: Ego fessus sum quærendo, quod reperi; vos fessi quærendo, quod non reperistis. *Boxhorn.*

59 *Supplicium mihi das*] Nisi mihi das pœnas, id est, nisi mihi satisfacis. Unde et Terent. Adelph. III. 2. 15. 'Satis mihi habeam supplicii.' *Lambin.*

62 *Quod pappet*] Scribendum *papet* unico *p*. Transtulit autem a potu ad cibum; nam proprie est 'papare,' sugere. 'Papæ' enim et ὑποκοριστικῶς 'papillæ,' antiquitus dicebantur capitula mammarum, teste Festo. Igitur a 'papa' est 'papare;' ut a 'ruma,' 'rumare.' Quod autem Varro apud Non. 'papas' dicit a pueris appellari cibos; nihil id sententiæ nostræ adversatur: nam lac tam cibum quam potum præstabat illis initio; et ut paulatim solidioribus cibis adsuefierent, crustula et talia panificia infriabantur, et sic porrigebantur; ut etiam hodie fit. Hoc lac, ut et mammam, anxie flagitantes, 'papa' syllabas geminatas efferebant sono naturaliter omnibus infantibus insito: atque inde factum est, ut ab isto eorum clamore 'papa' vocaretur et mammæ caput, et lac illud, quod et nos hodie littera una minus 'pap' indigitamus. Hinc est, quod comicus 'papare' etiam pro edere usurpaverit. *Meurs.*

64 *Imprudens culpa peccavi mea*] Recte *imprudens*; nam 'culpæ' finitio est 'imprudentia, qua homines circa res alienas, vel negligunt quod fieri oportet; vel faciunt, quod omitti debet.' Donatus ad illud Hecyræ: 'Non mea opera neque pol culpa evenit;' 'culpam' ab 'opera' ita differre dicit; ut 'opera' sit, si scientes læserimus; 'culpa,' si nescientes: quorum alterum sceleris est, alterum stultitiæ. *Corasius.*

Grex. 2 *Plaudite*] 'Plaudere,' verbum est textricum, Gr. σταθῆν vel κροτεῖν: cum illæ licium densius inculcant, et cum plausu collidunt. Apul. 1. 'Dextra sæviente frontem replaudens,' id est, repercutiens. Hoc verbum in theatrum etiam migravit postea: eoque, peractis fabulis, spectatores dimittebantur. 'Valere' enim et 'plaudere' jubebantur in hunc modum: 'Valete et plaudite;' quæ vel a Grege, vel ab ea persona, quæ postrema in scenam introducebatur, pronunciabantur. Quod in Terentii Comœdiis perpetuum est, qui non tam late se effundens in hac formula, quam Plautus, vel solo ver-

Digitized by Google

bo 'Plandite' nonnunquam contentus est. Plautus quippe uno et item altero versu, quandoque plausum dari variis verborum figuris jubet. Alluserunt Ovidius Trist. II. 'Plauditur, et magno palma favore datur.' Tertull. lib. I. advers. Valent. 'Quod superest, inquam, vos valete et plaudite.' Apuleius lib. III. Florid. 'Renunciavere, poëtam dixisse rebus humanis 'valere' et 'plaudere;' suis vero familiaribus 'dolere' et 'plangere.'' *Brisson.*

BACCHIDES.

SUPPOS.—PROL. 25 *Naturæ Deus*] Est enim *Naturæ Deus*, non qui universæ naturæ præest, sed qui naturam cujusque hominis curat, et quidam hominis Genius est. *Turnebus.*

31 *Asibidam*] *Greges Ionii*, sunt histriones. Utrum sit legendum *Asibidam*, an *Alibidam*, plane ignoraremus, nisi subjunxisset, *Quod a sino vehar vecturio.* Legendum enim *Asivida.* Prius enim dictus *Asivehida*, forma patronymica; qualia multa componit Plautus jocans, ut 'Rapacida,' 'Plagipatida.' Hoc ex imitatione Æolum, qui fere epitheta patronimicῶν formant, ut Σπουδαρχίδης. *Asinivehida* autem ratio etymi postulabat; sed consultum est euphoniæ, ut σιαλόγος pro σιαλολόγος, ἀμφιβολόγος pro ἀμφιβολολόγος. *Scaliger.*

62 *Fata occupant*] Veteres eo die, quo imponenda essent infantibus nomina, advocabant mathematicos, qui inspecto themate genethliaco fausta infaustaque eventura prædicebant; idque vocabant, 'Fata advocare,' et 'scribere.' Arripuerunt etiam quæcunque omina in bonam scævam ad impositionem nominum; idque dixere, 'Fata occupare.' *Meurs.*

ACTUS I.

SCENA I. 4 *Lusciniolæ*] 'Lusciniæ non deest cantio,' est proverbium in eos, qui rem aliquam vel morem sive natura, sive adsuefactione et usu, semper in promptu habent. Unde Græcis aiunt 'Iusciniam' appellatam ἀηδόνα ὡς ἀεὶ ᾄδουσαν. *Gronovius.*

6 *Pol haud meretricium est*] Non respondent meretrices, bene se consuluisse; quanquam sic interpretatur adolescens; sed ejus interrogationem rejiciunt, honesta illa formula reticendi aliquid sine injuria quærentis: de qua Donatus ad illud Terentii Hecyra, 'Quid tu igitur lacrymas? P. recte, mater.' Nam pro eodem in tali re 'bene' et 'recte:' locus est igitur in ambiguitate responsionis. Illæ nihil ad eum pertinere videri volebant, quod consuluissent: hic bene eas consuluisse interpretatus, quicquid esset, cavillatur ac mores earum conditionemque suggillat. *Acidalius.*

7 *Quid esse dicis dignius*] Sensus est: Quid ergo vis dignius esse muliere, quam ut misera sit? Dignis fit, quod miseræ sunt. Loquitur enim adolescens ferocior, necdum blanditiis earum delinitus. *Pistoris.*

9 *Ut, ubi emeritum sibi sit*] Hoc est, postquam tempus operarum, quam militi locavit, exactum sit. 'Emerita stipendia' dicuntur, cum militi tempus omne, quod militiæ juraverat, transactum est.

Digitized by Google

12 *Faciat lubens*] Ut domum redeat. *Lamb.* Sed male: nondum enim domo abierat Bacchis. Hoc igitur ait: Si mea soror tantum auri haberet, ut militi id quod ab eo accepit, reddere possit, (fingitur autem id absumptum, more meretricio) lubentissime faceret: ne cum eo abire cogatur. Patet ex seqq. *Pistor.*

15 *Eadem biberis*] Alleverunt nuper: scilicet, sede, quæ ostenditur: et hæc verba plus aut promptius quid ostendere in scena, quam significent legenti. Sed non intelligebant linguam Plauti; cui *Eadem* non est eadem sede, sed eadem opera, ut recte Lambinus. Sic hac fabula III. 4. 57. 'Eodem exorabo.' Captiv. II. 2. 48. 'Eadem ego ex hoc, quæ volo exquæsivero.' Et sic passim. *Gronov.*

17 *Arundo alas verberat*] Cui vana videntur, quæ hic interpretes de arundine visco illita, vellem legisset, quæ de hoc aucupii genere Gruterus ad Martialis lib. IX. ep. 54. in posterioribus notis, Salmasius ad Solinum, nos denique Observ. lib. III. cap. 18. diximus. Nunquam ei opinor, venisset in mentem, ut illa pro vanis argueret. Calami aucupatorii sensim paulatimque ab latente aucupe sic promoventur, et crescunt usque, donec alitis, quæ lactatur detineturque cantu, 'alas verberent' vel visco tangant. Propertius: 'sed arundine sumpta Faunus plumoso sum deus aucupio.' infra v. 2. 'Tactus sum vehementer visco.' Sed quid affert ipse? Arundo, inquit, quodvis telum, ut Virgilio, 'hæret lateri letalis arundo.' Præclare. Sagitta igitur verberat: deinde verberat alas. *Gronov.*

31 *Malacissandus es*] Ut qui nimis durus sis. Seneca Epist. 66. 'malacissandos articulos' dixit: ubi tamen Pintianus malit *malaxandos*: utrumvis tamen rectum; nam et μαλαξίζειν et μαλάσσειν Græcis est *lenire, mollire.* Gruter.

34 *Ubi pro disco*] 'Discus' ludi genus apud veteres. Jactabant in altum lapidem rotundum, quem 'discum' appellabant, qui ad stadium cadens vicinitate victorem proclamabat. *Longol.*

35 *Turturem*] Nescio an non debeam accedere Lambino, ad pueros delicatos, quibus dabantur aves quibuscum lusitarent, referenti: hoc scio, non inepte molliorem sensum tueri Donzam: nisi tam pudentis videretur iste Pistoclerus verecundiæ, ut tale quid usurpare metuerit. Certe tota narratione nihil promit spurci, nihil ambigui. Interim tamen 'turtur' veteribus inter ea vocabula, quæ sine præfatione honoris vix nominata; unde 'turtures,' molles impudicique. Certe Seneca Epistol. 96. 'Isti quos publica quies, aliis laborantibus, molliter habet, turturillæ sunt, tuti contumeliæ caussa.' *Gruter.*

36 *Pro cestu*] 'Cestus' lora erant quibus pugilum brachia et manus innectebantur: 'ut nostris moribus chirotheeis fit. 'Cestus' dicti quasi sit κεστὸς ἱμὰς, id est, *sutile lorum.* Ferrum etiam et plumbum insuebant, sævissimo spectaculo.

37 *Scaphium*] Poculum oblongioris figuræ, laterumque in scaphæ similitudinem flexorum. *Turneb. Scaphium* interpretor vas illud, cui solent immeiere mulieres, auctoritate Juvenalis et Martialis. *Douz.* Gloss. Mss. 'Scaphium vas ad turpes usus aptum,' id est, 'ad requisita naturæ.' *Boxhorn. Pro insigni sit corolla plectilis*] 'Insigne,' crista est, quæ in galea figitur: 'corona plectilis,' quæ ex herbis odoratis plectitur, non conseritur, neque suitur. Itaque a sertis floribus et sutilibus differt. *Turneb.*

38 *Pallium malacum*] *Pallium* hoc loco nominat vestem cœnatoriam sive synthesin. Describit enim omnia, quæ solita convivio. Etiam Martial.

Digitized by Google

lib. II. epig. 24. 'pallia' appellat: ad eamque formam credibile est fuisse illas cœnatorias. Recte etiam *malacum* Plautus: revera enim mollior pretiosiorque ea vestis, et sæpe purpurea coccineave. Et tale vestimentum accubitorium. *Lips.*

39 *Scortum pro scuto accubet*] Lepide et acute. *Scortum* enim nomen habet a materia illa quæ tegumentum scutis. *Gruter.*

41 *At nimium pretiosa es operaria*] Operæ tuæ nimis magna mercede conducuntur. *Lamb.*

46 *Veniat de subito*] Optimus sensus in lectione vulgata, 'si de subito eveniat prandium,' id est, si usu veniat, si contingat de subito, ut apud te prandendum sit, &c. *Salmas.*

51 *Dato, qui bene sit*] V. N. Mostell. act. III. 2.

56 *Age igitur: equidem*] Nunc meretrix ubi videt, se Pistoclero persuadere non posse, ut introëat et agat quæ rogatus est, ei assentitur: ostendens se nihil quicquam facere, nisi quod ei lubeat: velle omnia ipsius caussa; nihil præterea. *Lambin.*

58 *Sumne autem nihili*] Hic succumbit adolescens victus callida meretricis oratione: quod intelligens ipse se reprehendit et accusat. *Lambin.*

59 *Tibi me emancupo*] Id est, quantum in me sumere me potestatis vel invito patre animus jubet, id totum alieno et tibi trado. Qui emancipat, non modo liberat filium, sed et jus quod in eo habuit, cedit et transmittit in ipsum. Inde 'emancipare' interdum ponitur, quasi idem sit quod mancipare. Vide nostra ad Senecam epist. 45. *Gronov.*

60 *Lepidus*] Nunc certe lepidus es. Accipio te emancipatum et sponte in servitutem traditum mihi. Ego jure meo utar, et imperabo tibi quod volam. Hoc ergo nunc age. Nihil igitur hic mutandum. *Boxhorn.*

61 *Cœnam viaticam*] Athen. lib. II. testis est, Athenienses et Lacones 'viaticam cœnam,' quam ille appellat δδοιπορικὸν δεῖπνον, inter lautissimas cœnas habuisse: comparat autem hanc amatoriis, sive ἐταιρείοις, quam amans amanti in discessu dare solebat. Vid. N. Epid. I. 1. *Longol.*

67 *Prius hic adero, quam te amare desinam*] Donatus ad illud Terentii Eunuch. act. IV. 2. 'Certe extrema linea amare, haud nihil est,' notat: Amare, modo frui amore dicit. Plautus Bacchid. 'Prius hic adero, quam te amare desinam.' Et, 'Sine te amem.'

72 *Aqua calet*] Ut frigida eis qui deliquium animi patiuntur, prodest; ita calida illis qui timuerunt, vel laborarunt vehementius. V. N. Trucul. act. II. 3. *Delrius.*

73 *Timida es*] Trepida, sudore perfusa. Caussa enim hic ponitur pro effectu. Timor sæpe caussa sudoris est. *Boxhornius.* V. N. Amph. act. I. 3.

SCENA II. 9 *Cum Diis damnosissimis*] Vocem *Diis* invito Plauto inculcatam esse existimo. Non enim convenit deos appellare Lydum, qui versu tertio post eos deos esse negat. Præterea trimetros est versus integer sine hac voce. Ille vero dixerat, 'Quid tibi commercii est cum damnosissimis?' vel intelligens 'rebus,' vel dicturus etiam, nisi ab interfato Pistoclero obturbaretur. *Gronov.*

15 *I; stultior es barbaro Poticio*] Omnino imperitum et rusticum sacerdotem priscum notat. Simplicitas autem est antiquitatis: unde Græci. ἀρχαίους vocant stolidos. Jam Poticios et Pinarios fuisse Herculis sacerdotes constat. *Camer.*

21 *Non omnis ætas, Lyde*] Ludo sc. discendi. Et paronomasia est non illepida, in *Lyde* et *ludo*. Lambin.

28 *O præligatum pectus*] O insanum pectus! ab his, qui veneficiis ceu vinculis ligati videntur, et illecebris

Digitized by Google

quibusdam veluti defixi tenentur. *Turneb.*

30 *Non pædagogum*] Nolunt irasci Lydum, quod nomine proprio esset a Pistoclero compellatus. Quare? quia jam ante eodem modo fuerat locutus adolescens: 'Non omnis ætas, Lyde, Indo convenit:' nec tamen id ægre tulerat Lydus. Quasi vero primum hoc peccatum, tanquam fortuitum, transmittere non potuerit sine animadversione, ut vulgo solemus; iterum deinde, cum certius jam esset non forte, sed ob industriam committi, concastigare. Denique quid ipsis Plauti verbis clarius? At illi, aliud latet, inquiunt, et vult Lydus: dixerat adolescens, 'sequere me:' atqui Lydus erat pædagogus: pædagogi autem est adolescenti præire. Novum hoc mihi plane atque inauditum. Memini Fabium vocatum esse 'Annibalis pædagogum,' non quia præcedebat aut fugiebat sequentem, sed quia ἐπηκολούθει διὰ τῶν τραχέων καὶ δρεινῶν ἀντιπαρεξιών, ut est apud Plutarchum. Memini Manilii, 'Et dominum dominus prætextæ lege sequatur.' Memini Petronii, 'Ego pædagogus et custos, etiam quo non jusseris, sequar.' At pædagogum puero hero priorem, puerum secundum, ivisse in via nusquam observavi. *Gronov.*

38 *Iturus sum domum*] Forte, *i tu rursum domum.* Scriv.

39 *Cave malo*] Hæc gestu juvanda sunt. Est enim oratio verbera jam exerta manu minitantis. *Boxhorn.*

40 *Ex magisterio*] Recte sic optimi libri. Nec admittendum aut probandum editionum vetustiorum *magistratu:* quod Meursio placet, Gruterus corruptis Livii et Senecæ locis tuetur; alii sic rejiciunt, ut duas istas voces promiscue apud Latinos auctores poni tamen fateantur. Non utique apud attentius locutos. Vide nostra ad Livii lib. XXIV. *Gronov.*

41 *O barathrum*] Tale illud Virgil. 'mihi tellus ima dehiscat.'

45 *Plenos sanguinis*] *Plenos sanguinis*, exponunt ad illud Virgil. Æn. II. 'quibus integer ævi sanguis.' Ideoque adultos et robustos: quos non vult amplius sibi discipulos.

47 *Fiam, ut ego opinor, Hercules*] Linus Herculem in musica discipulum objurgans, ab ipso allisa in caput cithara occisus est.

48 *Ne Phœnix*] Phœnix Achillem discipulum a Paride ad Trojam interfectum Peleo nuntiavit.

50 *Satis historiarum est*] *Historiarum* appellatione intelliguntur apud Plautum etiam fabulæ, et omnia quæ ad cognitionem antiquitatis pertinent. *Lamb.*

60 *Furtum*] Κλοπὴν, κλέμμα, pro calliditate et astutia, qua quis consilium suum occultat. Sic et κλέπτειν pro fallere et latere, et voluntatem celare, Græci utuntur. *Lambin.* Recte se habet ut editum est, *fecisti furtum in ætatem malum.* In ætatem pro in ætate, ut apud Ciceronem et alios veterum, 'in civitatem,' pro in civitate. *In ætate*, id est, in vita, interdum. Et sic Plautus sæpe loquitur, ut in Trinummo act. I. sc. 1. 'Immane est facinus, verum in ætate utile:' id est, interdum utile, in vita utile. In eadem comœdia act. II. sc. 4. 'Utrumque, Lesbonice, in ætate haud bonum est.' Pessimi illi libri veteres quos vidit Scaliger, in quibus legitur, *festum architectu malum.* A malo architecto hæc scriptura. In hac ipsa comœdia: 'Compendium ædepol haud ætati optabile Fecisti, cum istanc nactus es impudentiam.' Id est, vitæ tuæ. *Salmas.*

ACTUS II.

SCENA I. 1 *Herilis patria salve*] Mos erat, ut qui primum ingrederentur regionem aliquam, ad eamve ex intervallo reverterentur, religiose eam salutarent: idque, quoniam cuique loco suum quendam Genium

Digitized by Google

præesse arbitrabantur. *Heins.*

3 *Vicine Apollo*] Apollinem Prostaterium intelligit, quem veluti præsidem in vestibulo domus Athenienses colebant: Bacchides autem Athenis agi finguntur. *Turneb.* 'Lares vicini,' et 'viales,' vicorum præstites, apud Græcos θεοὶ ἀγυιεῖς nominabantur: iique erant Apollo et Bacchus. Itaque hic falluntur qui 'vicinum' interpretantur τὸν Προστατήριον, cum τὸν ἀγυιέα deberent. *Meursius.*

SCENA II. 1 *Quæsere*] Id est, orare. Lucret. lib. v. 'Et prece quæsit Ventorum paces.' Ita noster alibi, 'Quæso deos,' id est, invoco: Manil. I. 'Quæsivere deos,' id est, invocarunt: ibid. 'quæsitus rector Olympi,' id est, invocatus. *Scalig.*

3 *Vadatum*] V. N. Curc. act. I. sc. 3.

16 *Anima est*] Vulgata lectio non est sollicitanda, si recte exponatur. *Anima*, inquit, est amica amanti. Hoc sic generatim adfirmavit. Rationem deinde reddit, cur ita videatur. Si abest anima, nullus est homo, utpote mortuus: ita amanti si abest amica, nullus est. Quod adjicitur jam, nihil ad comparationem amicæ cum anima facit, sed ad solam amicam pertinet. In eo tantum similis est anima et amica in amante, quod si utrumvis absit nullus est. Quæ sequuntur, solum amicæ respectu dicuntur, non etiam animæ. *Si adest, res nulla est*] Id est, si amica adest amanti ipse quidem est aliquis, quia per amicam vivit, ut per animam, sed ipsius res nulla est, quæ prodigitur in gratiam amicæ. Atque licet sit ac vivat, nequam tamen est ac miser, re nimirum pessundata. Vivit amans per amicam, ut per animam, si adsit. Si absit, id est, si ea careat, tum nullus est, æque ac si careat anima. Sed si habeat amicam, tum ipsius res nulla est, et ipse vivit et spirat per illam; sed tamen miser est ac nequam, re consumpta ac perdita. *Salmas.*

19 *Quod ab illo attigisset*] *Tò quod*, idem quod, 'propter quod,' qua de re, id est, quam ob causam. Et, 'nuncius ab illo,' dictum, sicut illud Lucretii, 'fulgor ab auro,' pro auri. Porro eleganter 'nuncius attigisse' dicitur: ut vel hac Fab. act. IV. scen. penult. 'si a me tetigit nuncius,' &c. *Schoppius.*

23 *Vide quæso*] Jocus: alludit ad vasa Samia quæ ex luto Samio ficta erant, idcirco fragilia. *Lambin.*

25 *Jamne ut soles*] Locum aiunt non intellectum interpretibus in servum indiligentem, cujus incuria et negligentia vasa Samia sæpius confringebantur. Quasi dicat, An etiamnum confringis et perdis vasa Samia, ut soles? Nihil vidi magis. Veteribus abunde erat, unde caverent, ne Samia vasa confringere servis indiligentibus pro joco esset. Qui sic ludebat, de corio suo ludebat. Non servus monetur, ne vas Samium confringat, sed ultro monet Pistoclerum, quia is Bacchidem *Samiam* dixerat, risum captans, ne quis eam confringat, ut fragilia sunt Samia vasa. Ad quod respondet Pistoclerus, *Jamne ut soles*, nempe jocaris. Sic Aululár. extrema: 'Jamne autem ut soles, deludis.' *Gronovius.*

31 *Scitum istuc*] Dissaldeus quum in corrupto libro invenisset *Dictum*, corrigit, *Fictum istuc;* et invenit, cui probaret. Sed 'scita' et 'faceta,' etsi propria ea, in quibus est verborum urbanitas, solet transferre Plautus ad res optatas et jucundas auditu. Sic Sticho I. 3. 'Oratio optima et scitissima: Veni illo ad cœnam.' Captiv. I. 2. 'te vocari ad cœnam volo. ER. Facete dictum.' Casin. III. 1. 'Nunc enim te demum nullum scitum scitius est.' *Gronov.*

37 *Si agit Pellio*] 'P. Pollionem' circa et tempora comœdum minorum partium fuisse, et in artificio suo parum probatum famæ populari, certissimum est: quem heic a Plau-

Digitized by Google

to tangi veri dissimile non est. Nihil autem refert, sive *Pellionem* sive *Poll.* legas: sic enim casci illi enunciabant *Apollinem* et *Apellinem*. Mentio hujus et apud Symmachum lib. x. epist. 2. 'Non idem honor in pronunciandis fabulis P. Pollioni, qui Ambivio fuit.' *J. Gul.*

38 *Fortis*] Id est, 'formosa.' Servius et Nonius. Nimirum 'fortes' dicebant veteres quidquid quaque in re excelleret: inde 'fortis' pro *formoso*, pro divite, pro nobili. Anacreon: *νικᾷ δὲ καὶ σίδηρον καὶ πῦρ καλή τις οὖσα*, id est, *Ferrum et ignem superat mulier quæ formosa est.* Mercer.

39 *Ni nactus Venerem*] Hoc vult: Nisi meam amicam pro Venere haberem, dicerem alteram Junonem esse. Sed quia inter Venerem et Junonem de forma non convenit, ideo non audeo has lites inter ipsas serere, neque alteri præjudicare, etsi mea mihi Venus sit. *Pist.*

46 *Ne mihi sit moræ*] Quasi dicat: Tantum abest, ut eum sim moraturus in nummis expediendis, ut verear, ne ille me paratum moretur. *Lamb.*

52 *Philippos aureos*] Nummos Philippi Macedonis imagine signatos: de quorum valore, vide notas Aulul. act. III. sc. 2. vers. ult.

Scena III. 7 *Faciam hic arietem Phryxi*] Quem ego tondebo et auro spoliabo, ut arietem Phryxi, cujus vellus aureum erat.

13 *Adspersisti aquam*] Est, quod Ter. Andr. II. 1. dixit, 'Reddidisti animum.' Truculent. 'Adspersisti aquam; jam rediit animus.'

14 *Pancratice atque athletice*] Vide notas Epid. I. 1. 18.

15 *Quid hoc, qua causa*] Notabilis ἀναστροφὴ veterum. Sic infra IV. 9. 'Quid quod te misi ecquid egisti?' Terent. Heautont. v. 1. 'Quid hoc, quod volo, ut illa nubat nostro?' Ubi vel Plauti locus ostendit male deleri τὸ *hoc* a Goveano, et Guideto. Phormione IV. 1. 'Quid qua profectus causa hinc es in Lemnum, Chremes? adduxtin' tecum filium?' Cicero pro Cluentio: 'Quid tu, Pacete, qua de re mecum locutus es? quæsunt, ubi sit pecunia?' *Gronov.*

22 *Illuxere*] Active pro *illustravere*. Vel dic: Dii quatuor non luxere in scelestiorem alterum. *Lamb.*

23 *Quamne Archidemidem*] Ambiguum erat illud servi, *scelestiorem nullum alterum:* itaque senex interrogat, An alterum nullum, quam Archidemidem? et ille iterum, Ita vero, inquit, aio, quam Archidemidem. *Acidal.*

29 *Ostendit symbolum*] Solebant Græci in pactis conventis uti quibusdam tesseris, quæ σύμβολα vocabantur, quæ loco tabellarum et syngraphorum erant: atque ex his jus dicebatur. Meminit Aristot. et Demost. in Philipp. *Turneb.*

36 *Prætor recuperatores dedit*] *Recuperatores*, judices, qui a prætore in privatis controversiis quacunque de re ageretur, dabantur: ita dicti, quod per eos suum quisque jus recuperare posset. Nunc *judices delegati* vocantur. *Hotom.*

40 *Trina*] *Trina* exponit Lamb. triplex: nullo sensu. *Trina*, est tertia pugna. Nam primo plane negarat, se debere, et symbolum adulterinum dixerat; secundo pugnatum erat in judicio apud recuperatores; tertio insidias struxerat. *Boxhorn.*

41 *Autolyco*] Autolycus Sisyphi filius, Sinonis illius pater: imo Mercurii fuit filius, Ulyssis avus maternus; qui animalium, quæ furto abstulerat, colorem mutabat. Mart. lib. VIII. 59. 'Non fuit Autolyci tam picata manus.' *Lambinus.*

44 *Stega*] *Stega* tabulatum navis, et quasi proscenium, in quo nautæ ambulant: στέγη Arbitro constratum puppis est: hinc Cicer. in Verr. 'navis constrata,' quæ Cæsari 'tecta.' *Wouwer.*

46 *Longum est*] Corruptus quidem est locus, ut manifesto apparet, sed qui ita corrigendus videatur: 'At-

Digitized by Google

que ego tum lembum conspicor Longum, strigonem, maleficum exornarier.' 'Strigones,' vel 'strigores' densarum virium homines et exerciti. Exornabatur ille lembus ab homine strigone ac malefico. Plures quidem erant in illo lembo, ut ex sequentibus liquet, sed exornabatur et parabatur ab uno præcipue strigone malefico, qui magister erat lembi. Ceterum cum 'strigo' significet fortem robustum ac densarum virium, æque de lembo ipso id dici potest quam de homine. *Salmasius.*

50 *Archidemidis*] Alludit ad verbum 'demo;' quod exauditur in nom. *Archidemidis.* Vitabant autem Romani mala nomina. *Douza.*

58 *Ratem Turbare*] Ita scripserat forte Plautus, *occæperunt ratem urbare in portum*, id est, cœperunt redire versus portum, sed non recta, ne viderentur nimirum hoc consilium cepisse non persequendi, verum per circuitum hoc fecerunt. Nam *urbare* est, circuire et circumducere. Ita ergo cœperunt ratem in portum circumducere. *Urnare* vel *urbare*, ut etiam scribebatur, id plane significat. Vetus auctor apud Festum, 'circum sese ornat ad pedes, terra occultat caput.' Ita urnare vel urbare ratem, est cum circuitione ducere, non recta. *Salmas. Ratem Turbare in portu*] Neque Latinum est, *turbare in portum*, neque potest placere Salmasium *urbare in portum.* Videndum an vulgata retineri possit. Videtur *turbare* esse posse quoquo modo impedire, ut qui turbantur, minus provident, quid sit agendum, eoque impediuntur in eo quod instituerant. Sed et Florus in bello Piratico: 'Quum leves et fugaces myoparones gravi et Martia classe turbasset.' Quod si minus placeat, legerim, *occeperunt ratem Inhibere in portum.* De quo verbo valde hic commodo lib. IV. Observationum. *Gronovius.*

73 *Sacerdos est Dianæ*] Furtum facilius committunt homines, quam sacrilegium. Inde mos veterum res carissimas in templis deponendi. Inde olim Romanorum ærarium in templo Saturni. *Boxhorn.*

74 *Megalobuli filius*] Lego *Megalobuzi*; vel, quod idem valet, *Megabyci.* Suidas: Μεγάβυζος, ὄνομα κύριον. Strabo lib. XIV. ubi de Dianæ Ephesiæ templo agit, commemorat, generali nomine ita omnes ejus sacerdotes appellatos: ennuchosque fuisse, et custodiæ socias virgines habuisse. Sed hoc quid est, quod Plautus dicit, 'Theotimum filium Megabyzi,' si ille Megabyzus eunuchus? explico, 'Megabyzi filius' idem valet, ac si dixisset 'Megabyzus:' nam appellativum illud nomen fuit: quomodo ἰατροῦ παῖς, pro eo quod est ἰατρός. *Meursius.*

76 *Carior*] Id est, damnosior, sumtuosior: ἀμφιβολία.

79 *Publicitus servant*] Cum enim carissima olim in templis deponerentur, publici erant et armati templorum custodes. Nepos in vita Annibalis: 'Gortynii templum magna cura custodiunt, non tam a ceteris, quam ab Annibale, ne quid ille, inscientibus illis, tolleret secumque portaret.' Extat enim illo loco simillimum huic exemplum. *Boxhorn.*

98 *Qui auro habeat soccis suppactum solum*] *Solum*, hic est calceamenti solea. Ergo aureis clavis calceos ille fixit. V. N. Trinum. act. III. 2.

99 *Cur ita fastidit*] Ita Mil. act. IV. 2. 'Face te fastidii plenum.'

102 *Populo præsente*] Ex veterum more. Nepos eodem loco: 'Amphoras auro et argento opertas, Gortyniis præsentibus deposuit in templo Dianæ.' Ne scilicet depositam postea negaretur. *Boxhorn.*

110 *Utrum velim*] Nam mei jam res est arbitrii. Velim, nolim, navigandum est. *Boxhorn.*

117 *Copem facerem*] Id est, copiosum. Pseud. act. II. 3. 'Cops, id est,

Digitized by Google

copia, inde copis, id est, copiosus.' Glossæ Papiæ. Sic enim legendum. Male *copsus*, pro *copis*, editum est. *Boxhorn.*

128 *Crucisalum*] Quasi in cruce seu in crucem salientem. *Taubm.*

129 *Si magis usus venerit*] Si utilius fuerit. *Lambin.*

130 *Reprehensus*] V. N. Epid. I. 1. *Infortunio*] Damno virgarum, quarum in tergo meo faciet jacturam. *Boxhorn.*

ACTUS III.

Scena I. 1 *Januam Orci*] Sic appellabant veteres omnes locos pestilentes, unde certam perniciem imminere et aditum ad manes esse existimabant. Apul. Met. III. 'Inter Orci cancros jam ipsos hæsisti.' *Cancros* vocat januam cancellatam. Tibull. II. 4. 124. Lucret. I. 6. Græci dicebant sic Ἅιδου πύλας. Festus: 'Manale putabant esse ostium Orci, per quod animæ superorum ad inferos manarent, qui dicuntur manes.' *Gronovius.*

9 *Desidiabula*] Sic Mss. Nonius Marcellus in 'Affectare' legit *dispoliabula.*

10 *Adfectus appellere*] Pro προσεγγίζειν: translatum a navi, quam ad portum nautæ appellunt.

14 *Gerulifigulos flagitii*] 'Gerulus,' apud veteres, non ὁ βαστάζων, ut postea, sed ὁ πράττων καὶ πρακτὴρ dictus est: hoc loco Plautus *gerulifigulos* dixit gerulos et fignlos, hoc est, πρακτῆρας καὶ πλάστας. *Scalig.* Mens horum est: Tu fecisti tuis infamibus dictis ut tuus pater, et ego tuus præceptor dicamur quasi auctores horum flagitiorum: quod pater ita te fecerit, et ego te finxerim ac docuerim, ut tam flagitiosus existeres. *Gerulus* propter patrem, *figulus* propter præceptorem. Nam *gerulus*, ut Scalig. et Glossæ docent, non erat, qui aliquid portat, sed qui efficit. *Goldastus.*

Scena II. 9 *Sed æquum ei reddere*] Ita legendum aperte declarant, quæ statim subjicit, 'Nam pol q.' &c. Negat committendum sibi esse, ut ingratus habeatur; ideoque diligenter sibi videndum, quomodo gratiam Chrysalo referat. *Muret.*

10 *Ingrato homine nihil impensius'st*] Nunquam efficient interpretes ut vox *impensius* cohærere possit cum ingrato, eo sensu quo ponitur apud Latinos. Non enim, ut volunt, 'impensum' contrarium est ei notioni qua simplex 'pensum' usurpatur, cum dicitur 'nihil pensi habere.' Sed nec 'pendere' et 'impendere' contraria sunt, haud sane magis quam 'tribuere' et 'intribuere.' Unde 'intributiones' pro tributis, quam 'tendere' et 'intendere,' 'ferre' et 'inferre,' et similia. Inde 'impensum' pro gravi, caro, pretioso, a quo 'impensius,' enixius, largius. Virgilius: 'tanto me impensius æquum est Consulere:' id est, magis. 'Impendio' quoque adverbium pro valde. Item 'impensum pretium,' pro magno, et 'impenso' vel 'impense,' pro care. 'Luscinias soliti impense prandere coëmptas.' Glossæ: *Impensus*, δαψιλής. Legendum igitur in versu Plautino, *grato homine nihil impensius est*: hoc est, nihil gravius, nihil pretiosius et carius grato homine. Posset etiam sumi pro *impendiosius*. Nam paulo post dicit, 'nimio præstare impendiosum esse quam ingratum.' Impensus quippe et impendiosus idem, nempe δαψιλής, *largitor, liberalis.* Et tales sunt grati homines, qui meminerunt accepti beneficii, et vicissim in eum qui sibi beneficus fuit, largiter et ipsi benefici esse et impendiosi gestiunt. Nam 'impendio' adverbium et 'impense' idem significant. Dicit postea satius esse malefactorem amitti, id est, inultum dimitti, quam beneficum relinqui, id est, quam benefico vices non rependere et in eum impendiosum esse. Nihil ergo ho-

Digitized by Google

mine grato impensius. Quod non potest convenire ingrato, qui nihil rependere vult ac reponere illi a quo beneficium accepit. *Salmas. Ingrato homine nihil est impensius*] Nihil propius ad sensum Plauti explicatione Pistorii, cui 'impensum' hic, in quod multum et magna cum jactura impenditur. Certe 'impenso pretio parare' Cæsari, Ciceroni, Livio, magno pretio est emere vel comparare. 'Impensum' igitur, quod concedunt, est grave, carum, pretiosum et caro constans. Ingrato homine nihil carius constat, inquit, quia quod in illum impenditur, interit, sine fructu ac reditu est. Nihil 'impensiore pretio' habetur, quam homo ingratus. Sic ludit in vocabulo 'carus' act. II. sc. 3. vers. 76. Quod autem sequitur, 'Nimio præstat te impendiosum, quam ingratum dici,' alia sententia est, in rem quidem eandem, sed haudquaquam similem sensum explicans. Neque 'impensus' et 'impendiosus' idem, ut vult Salmas. sed 'impendiosus' sumptuosus, vel qui multum sumti facit; 'impensum' autem id quod, vel in quod multum sumitur vel impenditur. *Gronovius.*

14 *Qua me caussa*] Non puto quicquam esse mutandum. Cum ingratum damnavit, tanto magis se cum cura esse debere ait, et sibi obvigilato opus esse ne ingratus sit scilicet. Hoc enim subintelligendum. *Salmasius.*

17 *Malignus, largus*] Hæc recte inter se opponuntur: nam *benignus* et *largus*, idem valent, id est, sisne illiberalis, an liberalis. *Lamb. Commodus, incommodus*] 'Commodi' sunt, qui sese ad aliorum mores vel suo judicio accommodant, vel sunt accommodati natura, et qui aliis facile obsequuntur et prosunt: ἀρθμίους Græci appellant. *Lamb.*

Scena III. 1 *Nunc*] *Nunc* adversantis hic est, non temporis. *Lamb.*

8 *Rectum*] Integrum, non inflexum ad vitium. *Rectum* opponitur hic 'pravo.' *Taubm.*

11 *Tam ciet*] Accusat, διώκει. *Douz.* V. N. Asin. act. II. 4.

20 *Ante solem exorientem*] Frustra captat hunc sermonem Petitus, quasi repugnantem legi jubenti ἀνοίγεσθαι τὰ διδασκαλεῖα μὴ πρότερον ἡλίου ἀνιόντος, eoque subjicit ingratum *Adve.* Scio et Platonis lib. VII. de Republ. ἡμέρας δὲ ὄρθρου τε ἐπανιόντων, παῖδας μὲν πρὸς διδασκάλους που τρέπεσθαι χρεών. Nec defendendum vulgatum formula illa 'ante diem tertium Calendas:' non enim ibi τὸ *ante* vim habet τοῦ *ad*. Nimirum 'ante solem exorientem,' non accipiendum est, quasi sit ante lucem, sed pro diluculo. Est autem diluculum, 'cum, sole nondum orto, jam lucet,' ut scribit Censorinus. Neque aliud tempus significant Græci. *Gronovius.*

28 *Cincticulo præcinctus*] 'Cincticulus' adolescentium erat, ut 'cinctus' virorum, quæ zona latior, seu vestis infra pectus, corpus comprehendens: similis subligaculo Græce ζῶμα et ζῶσμα dicitur; quo nomine Græce etiam 'tunica' intelligitur. Et vetustissimi cincto uti, loco tunicæ solebant: unde Horat. 'cinctutos' vocat 'Cethegos.' Jam, 'cinctum esse,' erat modestæ disciplinæ argumentum; contra, 'discinctum' esse, mores dissolutos arguebat. Sulla de C. Jul. Cæs. apud Suet. 'Male præcinctum puerum caveatis:' quod fluxiore cinctura uteretur. *Turneb.*

30 *Nutricis pallium*] Hoc enim a pueris, dum comuntur et aluntur, varie maculatur. *Longol.*

34 *Nam olim*] Nam olim honorem prius consequebatur populi suffragio, quam magistro parere desierat: hoc est, magistro parebat usque ad eam ætatem, qua petere magistratus per leges licet. *Lamb.*

37 *Tabula*] Litteraria, in qua pueri litteras faciunt, id est, scribunt, et discunt. *Turneb.*

Digitized by Google

42 *It magister quasi lucerna, uncto expretus linteo*] Legendum in hoc versu, *It magister quasi laterna uncto extertus linteo.* Nam de lucerna nugæ, et non est magna mutatio *laterna* pro *lucerna* legere. Nam in Longobardico charactere, quo plerique veteres auctores descripti sunt, *V* et *A* pæne similem habent figuram, et *C* ac *T* sæpe invicem permutantur. Laternæ erant corneæ, quæ uncto linteo, quo lucidiores essent, extergebantur. *Extertus* autem pro extersus, ut 'adgrestus fari' apud Ennium pro aggressus. Item Varro apud Nonium, 'ut mangonum pueri, terti,' uncti, pro tersi. Ita hoc loco *extertus* omnino pro *expretus*, quod nihil significat, scribendum. *Salmas. Uncto expretus*] Vox nihili τὸ *expretus*. Apud Festum lege, 'Expertia antiqui dicebant, quasi extra partem habita:' sed nec placet *extertus*, aut corneæ istæ laternæ, quæ uncto linteo extergebantur. Meo judicio scripsit Plautus, *It magister quasi laterna uncto spretus linteo. Expretus* pro *spretus*, ut passim 'exspecto' pro 'specto,' apud Ciceronem, Fam. Ep. I. 4. *cum pulcerrime extaremus* quidam codices: quod nihil aliud vult, quam librarios nonnunquam sic solitos scribere pro *staremus*. Laternæ linteo obductæ meminit Cicero ad Attic. lib. IV. ep. 3. 'paucis pannosis linea laterna.' Id linteum oleo tactum fuisse credibile est, et sic lucem transmisisse, ut hodieque passim in Italia, quæ fenestris obducuntur. *Magister spretus*, irrisus et contemtus, *it uncto linteo*, hoc est, emplastro vel fomento fissorum curandorum gratia caput obsitus, *quasi laterna*, cui et ipsi linteum unctum prætenditur. *Gronovius.*

44 *Inhibere imperium*] Recte dicitur *inhibere imperium*, pro habere in aliquem imperium, et imperare. Etiam apud Livium legitur. Et 'inhibere spem' apud Ciceronem pro habere; quod etiam notavit Turnebus. Idem Plautus in Sticho v. 4. 15. 'utrum Fontinali an Libero te imperium inhibere mavis?' *Salmas.* Vide nostra ad Livii lib. III. 59. *Gronovius.*

48 *Deos propitios*] Εὐφημισμός: volnit enim dicere; Deos mihi iratos quam illum mallem me videre: id est, mallem me videri a diis iratis, quam a Lydo irato: hic enim iratus erat gravis et sævus. Vel simpliciter: Mallem me a diis videri, quam ab illo, hoc est, nollem me ab illo videri; sed illa meliora. *Lamb.* *Quam illum mavellem*] Duas dat hic explicationes Lambinus: neutram bonam, quia per *illum* intelligit iratum Lydum. At cur hujus ira Musesilocho formidabilis? Imo mavellem, inquit, deos propitios mihi videre me, quam *illum* videre me, qui dixit se astantem vidisse me ante ostium. Cur autem? quia erat amicus patris: et nolebat nec patrem, nec quenquam videre ante Pistoclerum et Bacchidem: verebaturque, ne dum ab hoc detinetur, intervenerit pater. *Gronovius.*

61 *Meum malum promptare*] Lambinus explicat, Malim Pistoclerum meum malum profundere, quam peculium. Id displicuit nuper et nihil arguuntur vidisse interpretes. Sententiam enim esse statuunt: Malim illum sæpius auribus suis promere et haurire dicta mala, ut tu quidem ea appellas, quibus officii sui admoneretur, quam peculium meum. Quis hoc invenisset? Quemadmodum autem 'promere malum' est audire mala dicta? Aut quis dixit 'promere auribus,' quod sit accipere auribus? Non potest jocus hic vernilis bene intelligi, nisi scribas, *Cave malo.* Dicitur quidem recte utrumque: sed senex dixerat, *Cave malo*, eo sensu, quo Pistoclerus hac fabula I. 2. 30. Respondet hic Lydus, quasi jussisset eum senex 'cavere malo,' ut cavemus alicui, ne damnum accipiat.

Digitized by Google

Qualis lusus et in Persa III. 1. 41. Imo, inquit, non tantopere malo meo eastum cupio, ut non malim illud eum promptare et haurire quam peculium meum: si enim id promptet, atque inde demat, faciat minus; lætabor autem, si minus fiat meum malum; non lætabor, si peculium. *Gronov.*

67 *At quæ acerrime*] Deperit meretricem, non aliquam moderatam, sed quæ instar maris æstuosi rapax et fervida est. *Lamb.* Talis illa Horat. Od. I. 27. 'Atque acerrime est: absorbet, ab.' Et cave quicquam arbitrere sincerius. Meretrix comest et absorbet amatorem, cum eum bonis et fortunis evertit: ut Mostell. act. I. 1. *Est* enim pro *edit*, positum. *J. Gul.*

88 *Viden' ut ægre*] Hic servus erat; non enim Pistoclerum corruptum queritur, sed Bacchidem sibi præreptam. *Lamb.*

Scena IV. 1 *Amiciorem nunc*] Sic vulgo et putabat Douza *ἐφευτικῶς* prolatum, quemadmodum paullo post etiam Pistocleres aliter loquitur quam sentit. Sed Lambini codices et uterque Pall. *Immitiorem*; nisi quod in uno dubium est, an potius *Immiciorem* legi oporteat. Hoc ergo Gruteri auctore in alteram suam editionem admisit Taubmannus. Quum fecisset idem Pareus, mutavit sententiam Gruterus, contendendi, ut videtur, studio nimium productus, et acerbe hominem increpuit. Atque ille asseveratione tanta perterritus postea reddidit *Amiciorem*. Nobis cur a scriptis recederemus, nihil erat causæ. Nam quod Lambinus ne illud quidem tutum et sincerum censet, nihil me movet. Est enim *immitis* crudelis, durus, inhumanus. Sic 'immitis Achilli' apud summum poëtam. Et apud Suetonium Tiberius 'asper et immitis.' Nihil profecto aptius. Utrum durius et crudelius mecum agere amicum an amicam dicam, ambigo. *Gronov.*

4 *Suo, meo*] Quidam hæc ita accipiunt, quasi *meo* sit correctio ejus quod dixerat *suo:* Camerarius vero una dictione legit *suo-meo:* quasi velit Mnesilochus, utriusque incommodo factum, ut sodalem Bacchis sibi prætulerit. Ego non dubito quin *suo* et *meo* sint diversæ lectiones, quarum una tandem e margine irrepsit in textum, non inducta priore. Idque eo facilius fuit, quod ambæ sine jactura sensus tolerari possint. Propterea τὸ *meo* audacter cum Douza deleo. *Dissidens.*

5 *Nam mihi divini*] V. N. Amphit. II. 2.

6 *Planeque amo*] Oratio insani amatoris mirum in modum fluctuat et turbat. Nam cum esset dicturus, Ni ego illam modis plurimis miseram habebo et ulciscar, subito se ipse revocans, subdit, *planeque amo*. Lamb.

9 *Id isti dabo*] Iterum exprimitur adfectus amantis; qui dicat, se patri surrepturum pecuniam quam det Bacchidi, cui modo minatus est. *Lamb.*

10 *Ut mendicet meus pater*] Dicturus erat, et vero ita orationem exorsus erat, ut hoc subjiceret, *ut mendicet*, nimirum Bacchis: sed ut homo perturbatus, vel religione quadam retractus, minas in Bacchidem intentatas in patrem convertit. *Lamb.*

15 *Ramenta*] Nonius: 'Ramentum dici voluere, quasi projecticium quoddam purgamentum.' Dicebant autem *ramentum* et *ramenta*, ut *fulmentum* et *fulmenta*, vetustissimi: nunc neutro tantum uti satius est. *Gronov. Propensior*] Id est, ponderosior.

21 *Mortuo dicat jocum*] Ad carmina illa sublesta, cassa et anilia, quæ in laudes defunctorum a præficis occentabantur, refero; quod genus, 'neniarum' nomine et 'nugarum' veniebat: ut Asin. act. IV. sc. 1. vs. penult. *Douza.*

25 *Stabile est*] Sententia decretum est.

Digitized by Google

SCENA V. 3 *Tetigit*] Scil. 'ipsum,' id est, pertigit, seu pervenit ad eum. *Douza.*

SCENA VI. 8 *Cœna detur*] V. N. Epid. I. 1. *Quæ bilem movet*] Ut ab inimico data.

13 *Lingua factiosi*] *Lingua factiosi* dicuntur largiloqui ac dites dapsilium dictorum, hoc est, ad promittendum promi potius quam condi; ad largiendum non item. *Factiosi* enim pro opulentis seu potentibus accepti ab antiquis. *Turneb.*

14 *Nullus est, quoi*] Nihil hoc aut sequenti versu mutandum est. Nulli secunda obtigit fortuna, cui ignavi non invideant; ipsi vero ignavia sua sedulo cavent, ne obtingat sibi ejusmodi fortuna, et sic invidiam declinant. Nam his tantum, quorum res florentes sunt, invidetur. *Boxhorn.*

27 *Aliquo pacto*] Donat. in Andr. 'Eo pacto, id est, modo, quoniam antecedit pactum, modus sequitur.' Sic ille, sed obscure: *pactum* pro *modo*, quia modus certus, et certa formula cuique pactioni adhibetur. *Passerat.*

36 *Me ires consultum*] Mihi consuleres male: injuriam faceres. *Me*, pro *mihi*, dixisse antiquos docet Festus. *Douza.*

38 *Prolectas*] Id est, provocas, lacessis.

ACTUS IV.

SCENA I. 7 *Recede*] Abigit puerum ab janua, quod fores levius pulsasset. *Dierecte*] Vide notas Capteiv. act. III. sc. 4. vers. 103. et Trin. II. 4.

SCENA II. 9 *Elatiam*] Ἐλάτεια, urbs maxima Phocidis. Est et alia Thessaliæ.

14 *Dentifrangibula*] Pugni, qui gestiunt tibi dentes comminuere. Quanquam malim ita vocari articulos digitorum. *Gruter.*

15 *Mihi cautio*] Graphice hic depingitur parasiti persona; cui cum inprimis sit dentium usus, et horum caussa parasitum agat, desinit confestim illi obloqui, qui dentifragium minatur. *Boxhorn.*

16 *Naucifrangibula*] Dentes, quibus nuces frangunter. Casaubonus ad Athen. *nucifrangibulum* exponitur μυκτηρόβατος. *Malis meis*] *Malas* fuisse etiam partes intra os, cum hic, tum alibi confirmatur. *Gruter.*

19 *Integumentum corporis*] Σκηνοφύλαξ seu δορυφόρος, custos et stipator corporis, satelles. Græcorum imitatus est sermonem, qui sic vocabant, *amicum intimum individumque.* Lamb.

20 *Cui tu integumentum improbus es*] Jocus frigidus est, imo ne jocus quidem, ob unius vocis prætermissionem, quæ desiderata facetias poëtæ lepidissimi corrumpit. Emendo igitur, *Nequam esse oportet scutum: integumentum improbum est.* Nam integumenta vocantur et tegmenta, operimenta scutorum et sagmata. Utraque sententia significatur, militem esse nequam dominum, qui utatur tali ministro. *Turneb.*

SCENA III. 3 *Incredibilis*] Indignus cui quisquam credat. *Lambin. Douza.*

7 *Inimicos quam amicos*] V. N. Menæchm. act. v. 1.

15 *Criminin' me habuisse fidem*] Frustra hic est argutus Pistorius. Nam *habere fidem crimini* pro accusasse fidem alicujus pro crimine quis dixit? at pro credere maledicto, quis non dicit? Crimine pulsatus erat Pistoclerus quasi amator Bacchidis, quam unam esse putabat Mnesilochus et sibi destinatam. Id quia credidit, reddidit patri omne aurum, et nunc dolet se, quia crimen falso credidit, esse conjectum in tantam molestiam. Neque aliter infra IV. 4. 32. 'Bacchidem atque hunc suspicabar propter crimen, Chrysale, me male consuluisse.' Id est, propter criminationem Lydi, qua is ambos onerarat.

Digitized by Google

Non enim in eo, quod crimen commisisset, ut vult Pistorius. Terent. Hec. v. 2. 'Nam si compererit crimini tua se falso uxor credidisse.' *Gronov.*

19 *His foribus atque hac repuli*] Τὸ *hac* est a Camerario. Utrum volentibus scriptis necne, adfirmare haud quimus, quia et Gruterus et Pareus silent. Vetus autem editio et membranæ Academicæ: *his foribus atque repuli, rejeci hominem.* Quod satis adsequor, sed et eleganter dictum puto, accepta particula *atque*, ut apud Virgilium deprehensa est a Gellio lib. x. c. 29. legiturque in hac ipsa Fabula II. 3. 45. Et nos similiter T. Livio restituimus. Tabulæ duodecim, 'Si in jus vocat, atque eat.'

23 *Nunc agitas sat tute tuarum rerum*] Hiccine quoque obhæsisse, qui Plauto manus admorunt? Nec miror illum, qui *egitas;* sed Salmasium explicantem, satis ipse tuas res agis: non ipse aliena ope opus habes. Imo contra, difficulter tuas res agis: tibi ipsi propemodum aliena ope opus est. Nam 'satagere rerum suarum' est, satis negotii habere ipsum, satis exercitum et sollicitum pro rebus suis esse. Sic Terent. Heaut. II. 1. 'Nam hic Clinia, etsi is quoque suarum rerum satagit, attamen habet bene ac pudice eductam.' Cato: 'Jam apud vallum nostri satis agebant.' Gellius, I. 17. 'Irarumque et molestiarum muliebrium per diem perque noctem satagebat.' Appuleius lib. VIII. 'Coloni multitudinem nostram latrones rati satis agentes rerum suarum, eximieque trepidi.' Mamertinus Juliano cap. XXVIII. 'Statim e solio, tanquam præceptus exsiluit, vultu trepido atque satagente, qualis meus esse potuisset, si principi serus occurrerem.' Sic enim legendum: non *qualis mens mea*, ut vulgo, et frustra tentat Acidalius. Noster denique Mercat. II. 1. 'In somnis ego satis et fui homo exercitus.' *Gronov.*

24 *Deus respiciet*] V. N. Capteiv. IV. 2.

Scena IV. 1 *Auro expendi*] Cum auro comparari, auro contra ponderari: de se gloriose hæc prædicat. *Lamb.*

7 *Parmenones, Syri*] *Parmenones* isti non movendi suo loco. Nomen servi est in comœdia palliata. Apud Terentium in Eunucho Parmeno servus est Phædriæ. In aliis plerisque comœdiis Latinis ex Græco versis, quibus caremus hodie, Parmeno inducebatur fraudans herum. Eo allusit Plautus. Parmeno ex Græco Παρμένων vel παραμένων, ab assiduitate assistendi domino. *Salm.*

13 *Utcunque res sit*] Animum scil. habeat Fortunæ aptum.

15 *Herculem fecit ex patre*] Herculi decimam bonorum consecrare locupletes quidem solent; propterea quod is dixerit moriturus, eos opulentos futuros, qui sibi decimam bonorum suorum partem consecrassent. V. N. Stich. act. II. 1. *Longol.*

18 *Vos mœstos tristesque*] 'Mœstus,' qui animo angitur; 'tristis,' qui vultu ægritudinem præsentem ostendit.

21 *Imo vero*] Imo multo, et nimis minus, quam parum. *Multo nimio, ἐκ παραλλήλου* posita sunt: vel, *nimio* plus est, quam *multo.* Lambin.

24 *Sumebas primoribus*] 'Manuum sinu' et 'digitis primoribus' aliquid sumere opponuntur. Manuum sinu quod sumptum est, continetur; quod primoribus digitis, facile elabitur. Facit huc illud Lactantii lib. de Opif. Dei: 'Ideo sinus manuum homini datus, ut sumpta melius posset continere.' Hinc, velut proverbiali loquendi ratione, dicitur primoribus digitis eum aliquid sumere, qui ita sumit aut accipit oblata, ut sit amissurus. *Boxhorn.*

25 *Ejusmodi homini*] Construi ita debet: *An nesciebas, quam raro ejusmodi tempus*, sc. argenti sumendi, *se*

Digitized by Google

duret? Douza.

26 *Immersti*] Immersisti manus in aurum. *Boxhorn.*

29 *Cum ramento*] Trucul. Prolog. 'cum pulvisculo,' quod omnem scobem et pulverem interpretor. *Turneb.*

32 *Crimen*] Hoc vult, quod jam dictum Sc. præced. ad vers. 15. *Pistoris.*

42 *Conglutina*] Consue dolos.

45 *Mendacii prehendit*] Pro in mendacio. Sic infra IV. 9. 26. 'Doli prehensus.' A. Gell. II. 18. 'Servos furti manifesti prensos.' Appul. IX. 'Noxæ deprehensus.' *Gronov.*

47 *Me adversum tibi*] Id est, me præsente in te absentem.

48 *Si tu illum solem*] Elegantissime dicitur, *si tu illum solem: δεικτικῶς* hanc loquens manus ad solem histrio tollebat, Dixeris illi solem esse, eredet esse lunam; et noctem qui est dies. *Salmas.*

64 *Ceram*] *Cera* hic non est tabula ex cera et ligno compacta; sed ea potius cera, qua more non nimium ab hodierno abludente, tabellas obsignabant. Sequitur enim inferius, 'obsigna cito:' in quem usum et ceram poposcerat sibi. *Douza. Tabellas*] Ante chartæ et membranarum usum, in dolatis ex ligno codicillis epistolarum colloquia scribebantur. Etejusmodi tabulæ Homero etiam notæ. Fiebant illæ inducta cera e fago, abiete, buxo, tilia sive philira, acere, citro, ebore: usi tamen et charta: sed sive tabella sive charta, fuit forma ejus paullo alia quam hodie; pagellæ enim erant, et species minuti libelli. Hinc Ciceronis illud lib. II. Epist. 13. 'Extrema pagella pupugit me tuo chirographo.' Nisi quod publicas litteras ad S. P. Q. grandiore forma et transversa charta scribebant, scilicet quasi historias: hæ siquidem majore modulo scribebantur; carmina atque epistolæ, breviore. *Lipsius.*

67 *Imo adest*] Quidquid alii contradicunt, hæc verba plane sunt Mnesilochi, qui apud Bacchidem pransurus erat ex obsonatu Pistocleri. Ideo ne moretur eum servus, ait, 'Quid nunc es facturus,' &c. Quasi dicat: Animus est in patinis, ne me morare: id audiens servus, mox convivas divinat. Nempe, inquit, vos duo (tu et Pistoclerus) eritis in convivio, et tua amica. *Pistoris.*

74 *Quæ imperavisti*] Locus haud dubie corruptus. Varia et vana hactenus moliuntur correctores. Scribendum est, *Quod imperavisti, impetratum. Bene bonis factum illico est.* Sententia aperta: Quod imperasti ut ad te adferrem, impetratum est. Quod boni imperant, statim factum, statim impetratum est. *Boxh.* Probo legi, *quod imperavisti, impetratum.* Nec alia emendatio quærenda. Et sic olim emendavi ad oram mei exemplaris. *Salmas.* Vide quæ ad hunc locum scripsimus Observ. lib. III. c. 2. *Gronov.*

81 *Jam imperatum in cera*] Jam scriptum est quod imperasti.

85 *Mane*] Exspecta, ne dicta, donec, quæ dictasti, scripserit. *Boxh.*

96 *Obliga*] Scil. lino. Et rectissime Pl. ad litteras faciundas res quatuor simul dinumeravit antea; 'stilum, ceram, tabellas, et linum.' *Douza.*

99 *Potin' ut cures te*] Quasi dicat: Cura tu modo Genium tuum, et de me securus esto.

100 *Mea fiducia opus conduxi*] Allegoria est, a redemptoribus ducta, qui datis sponsoribus, et factis syngraphis suo periculo opus aliquod faciundum conduxerunt. *Fiducia* in Lexico Græcolat. est *ὑποθήκη*. Et Cicer. Offic. III. 'fiduciam' pro 'deposito;' ut in Orat. pro L. Flacco, pro 'pignore' posuit. *Hotoman.*

SCENA V. 1 *Insanum magnum*] Veteres cum aliquid vehementer extollerent, soliti tanquam exclamantes,

Digitized by Google

orationi suæ vocem *μανία* inserere. Unde manarunt illæ locutiones, *Μανικὸν ὅσον μέγα*, et *Insanum magnum*. Casaubon.

6 *Vorsabo ego illum hodie*] Tractum a piscibus, qui, dum in sartagine aut craticula friguntur, hinc inde versantur. Seneca Epistola 90. 'Sollicitudo nos in nostra purpura versat.'

SCENA VI. 18 *Quod istic esset scriptum, id fieret*] Ita Gruterus, quum ambobus in Mss. legeretur, *ut fieret*: et increpat editiones eodem versu bis eandem particulam exprimentes. Itaque alii fecerunt, *esset scriptum, fieret*. Sed retinenda scriptura vetus integra, *Orabat, ut, quod istuc est scriptum, ut fieret*: neque inepte, sed antique repetitur particula: nec Plauto modo, ut hac ipsa scena, 'ut ni meum Gnatum, &c. ut tua jam:' et hac fabula, 'Ut, ubi emeritum sibi sit, se ut revehat domum:' sed persæpe et Livio. Vide nostra ad lib. XXII. 11. et XXVIII. 9. Terentius Phorm. act. I. sc. 3. 'Adeon' rem redisse, ut qui mihi consultum optime velit esse, Phædria, patrem ut extimescam, ubi in mentem ejus adventi venit?' ubi Guidetus sibi videtur operæ pretium facere, ex posteriori versu *τῷ* ut quod abundabat, inquit, ejecto. Sed Terentius sic abundare ipse voluit. *Gronov.*

19 *Nosce signum*] Mos vetus notandus. Antequam literas recitarent, jubebant, adversus quos facerent, ne postea dicerent fictas, cognoscere signum. Quod exemplis passim potest probari. *Victor.*

22 *Nunc ab transenna*] Vel cratem, vel rete appellat 'transennam;' quæ machina est capiendis turdis, reticulato opere facta, quod *τὸ δικτυοειδὲς* ab retis similitudine dictum. *Salmas. Transenna* etiam 'cancellos' significat. Glossæ: *transenna* Græce *κιγκλὶς*. Hinc Cic. 'per transennam aspicere' dixit de Orat. I. 35. proverbialiter, pro *strictim*. Volunt viri docti hoc vocabulum a 'transeundo' dici, quia per cancellos conspectus transit. Sed videtur potius *transenna* dicta, quasi *transtenna*, quia aliquid transtenditur. Veteres dicebant 'tennere' pro tendere. Ut apud Terent. Phorm. 'Neque accipitri rete tenni-tur, neque milvio.' Sic olim scriptum fuisse annotat Donatus. Ut Milit. v. vs. 14. 'dispennite' pro dispandite. *Gronov.*

23 *Intendi tenus*] Tenus est laqueus, quo aves suspensi capiantur. Marcellus 'laqueum' interpretatur, et dictum a tendicula dicit. Purum et putum Græcum est *τὸ τένος* vel *τέννος*. Hinc tenues etiam virgulas et festucas *tenos* dixere, ut *φιλόρια* Græci. *Salmas.*

27 *Confertur ratis*] 'Ratem conferre,' significat *συμβάλλειν*, aut *παραβάλλειν*: ut 'conferre gradum.' Ennius: 'Conferta pulchre rate inærataque perite.' *Scalig.* 'Conferri' dicitur agitata navis alteri navi, ut concurrant scil. ac mutuo impingant: qui quidem hic verus sensus est. *Acidal.*

SCENA VII. 12 *Bellerophontem*] Vid. Hom. Iliad. VII.

17 *In eo ipso adstas lapide*] Idem dicit aliis verbis: et adaginm est in eum, qui præsens, videns audiensque tamen deluditur. 'Lapis' autem locus eminens erat, et tanquam suggestus, unde præco prædicabat atque vendebat: et *λίθον* Aristoph. *suggestum* vocavit. Unde, 'de lapide emtos' Cic. nominat, vilissimos, ut servos venales: et Columell. lib. IV. 3. 'de lapide noxium,' appellat servum de lapide emptum, non frugi bonæ, sed qui noxæ deditus sit, ideoque venditus. *Turneb.*

18 *Quem Di diligunt, adolescens moritur*] Plautus hic Menandri versum æmulatus est: *Ὃν οἱ θεοὶ φιλοῦσιν, ἀποθνήσκει νέος.* Ionnit Chrysalus, senem Nicobulum Diis esse invisum: quod adolescens, dum saperet et sen-

Digitized by Google

tiret, mortuus non esset. *Herald.*

23 *Tanti est, quanti est fungus*] Id est, inutilis et stolidus est. Vide Adag. 'Fungus putidus.'

25 *Adstringite ad columnam fortiter*] Hoc de flagellatione, quæ expetere solebat in adstrictos ad columnam, accipio; etsi ad custodiam modo id factum aliquis pertendat. *Lipsius.*

42 CH. *Inveneris*] Tu per te invenias, si voles: vel facito ut per te invenias si possis. *Lamb.*

SCENA VIII. 4 *Sed mulierem*] Proverb. 'muliere ignavior:' et, 'mulier Imperator.' Et Græci timidum in bello γυναικίαν appellant. Sic Mil. II. 6. &c.

8 *Exhæredem*] V. N. Menæchm. III. 2.

19 *Ambo*] Simul, et uno quasi actu. Differunt enim *ambo* et *utrique*. Charis.

35 *Ut subblanditur*] Ita ergo Acidalius Chrysalo hoc ipsi dat: quod miles dixerat, velut palpans, *tuo arbitratu*. Lamb. ἐφυτικῶς dictum seni dabat: qui tam procul tamen aberat, ut nihil eorum quæ loquerentur audire potuerit.

37 *Rogato*] Id est, stipulator. Vide N. Pseud. act. I. 1. *Ceterum verbum sat est*] Non hoc dicit, unum in rem totam verbum sufficere: sed *verbum* dixit pro *verborum*, ut Rud. act. III. sc. 6. 'hic verbum sat est:' et Truc. II. 8. 'Sequere hac, verbum sat est.' Jam sensus est: de cetero, sive quod ad cetera attinet, verborum sat est. Quasi dicat: de aliis rebus nihil opus te ad senem meminisse: nummos saltem rogato. Metuebat enim ne fallacia appareret, si in sermonem alium descenderet, &c. *Ceterum* autem sic absolute poni, vulgatum est: non item 'reliquum' ea forma. Noster Cistellaria: 'Pol accubituram, mater, mage sum exercita: Reliquum ad cursuram sum tardiuscula.' *Acidalius.*

39 *Quam mox*] Nihil hic viderunt interpretes. Nihil etiam mutandum est, si recte distinguas; hoc nempe modo, *quam mox dico, dabo*. Glossæ Mss. '*Mox*, non multo post, statim, exinde.' Sententia ergo est: Ducentis Philippis rem pepigisti: accipiet miles. Simul dicam daturum me illi et dabo. *Boxhorn.*

46 *Veruina*] *Veruina* quatuor syllabarum est: et obeliscum significat, id est, parvum veru, et tanquam vericulum: se enim eum minatur veru confossurum, nec enim cæsim ferit veru, sed punctim; nec obtruncat, sed confodit. Fulgentius: '*Veruina*, jaculi genus longum, quod aliqui verutum vocant.' *Turnebus.*

48 *Confossiorem soricina nenia*] *Soricina nenia* est vox quam emittit sorex, quæ sæpe ad illam vocem deprehenditur, et confoditur. Ideo dixit *confossiorem soricina nenia*. Qui aliter legunt aut intelligunt nugantur. Næniam autem vocat, quia ipsi est pro næniæ, cum plerumque necetur in illo ipso sono edendo. *Salmas.* Threnum etiam τηλίατον vocarunt, id est, extremum, et τηλίαν eadem ratione. Quare non recte per diphthongum scribunt pæne omnes. Sic tibiam quæ in funeribus adhibebatur, vocavit Pratinas Phliasius τηλεβόαν. *Jul. Scal.* Poëtic. I. 50.

54 *Submanus*] V. N. Curcul. act. III. 1.

56 *Neque illud, quod dici*] Verbum turpe tacuit. Legerem, *neque illud, quod dicis, solet*. Veteribus *solere* nihil aliud erat, quam συνουσιάζειν. *Meurs.*

59 *Ædem visere Minervæ*] Ut in palliata, eaque Attica, dictum est: nam Athenis in Acropoli Minervæ ædes erat. *Turneb.*

64 *Sine me, per te, here*] Sermo implicatus; cujus hic est ordo: *Here, te per deos omnes immortales obsecro, sine me huc intro ire ad filium*. Antiquis haud quicquam usitatius, quam in deprecationibus et obtestationibus inter præpositionem ejusque casum

Digitized by Google

interponere pronomen: ut hoc loco. Et Ter. Andr. act. v. sc. 7. 'Per ego te deos oro,' &c. Virgil. Ceiri: 'Per te sacra precor,' pro, per sacra te precor. Festus: '*Ob vos sacro*, in quibusdam precationibus est, pro, vos obsecro: ut et, *sub vos placo*, pro, vos supplico.' *Scaliger.*

71 *Quam audivit unquam Clinia ex Demetrio*] Allusit sine dubio ad aliquam comœdiam illius temporis, in qua multa mala ingerebat Demetrius Cliniæ. Personæ sunt illius fabulæ tunc celebris in theatro Romano. Nec aliud quærendum. *Salmas.*

72 *Lippi illic oculi servus est simillimus*] Dicit servum malum oculi lippi esse simillimum. Si oculus tuus non est lippus sane nolis esse; sed si sit, vix possis abstinere quin semper illic manum habeas, et illum tangas vel attingas. Nam sæpe pruriunt ejusmodi oculi. Aut etiam ut sordes detergeantur quas lippitudo aggerit, manibus oculus est attingendus. Ita est de servo, qui quamvis sit malus, vix tamen abstinemus quin ejus opera utamur. *Salmas.*

75 *Forte fortuna*] *Fors* est fatorum lex: *Fortuna* est incertus eventus. Illa Græcorum εἱμαρμένη, hæc τύχη: *Fors-fortuna* est fatalis eventorum caussa. Interdum tamen *Fors* pro *Fortuna* ponitur. Ovid. Fast. II. 'audentes Forsque Deusque juvat.' Vulgus indoctum nescit distinguere *forte* a *sorte*: quæ inter se differunt, ut τύχη et τρόπος. *Popma* et *Scalig.*

Scena IX. 1 *Atridæ*] Agamemnon et Menelaus. Hæc scena Plautinissima est et habet περιοχὴν excidii Trojani. *Taubm.*

2 *Pergamum*] 'Troja' regio est: 'Ilium' sive 'Ilios,' civitas: 'Pergamos' sive 'Pergama' arces Trojanæ. *Stephan.* *Divina manu*] Neptuni et Apollinis, jussu Jovis. *Lambin.* *Mœnitum*] Id est, structum et conditum. Nos primi docemus 'mœnia' Latinis usurpasse pro quibuslibet ædificiis et operibus: atque ut 'mœnia' sunt ædificia, sic 'mœnire' pro ædificare et condere sumpsit hoc loco Plautus. Isidorus, 'mœnit, struit, ædificat.' Tertullianus de Pallio: 'Corinthii, duce Archia, mœniunt Syracusas:' id est, condunt. *Salmas.*

5 *Non Pelides termento*] 'Termentum' hoc loco etiam legit olim Festus, non 'trimentum.' Et sane 'termen' et 'termentum' a tero magis ex analogia est quam 'trimen' vel 'trimentum.' Nam a tero, terimen, termen; ut a moveo, movimen, momen; a torqueo, torquimen, tormen; a pono, ponimen, pomen; unde *pomentum* et *impomentum*. *Impomenta*, inquit Festus, quasi *imponimenta*, quæ post cœnam mensis imponebant. Vereor tamen, ne male olim lectum sit *termento* in hoc versu Plauti pro *tormento*. Per tormentum intelligit arietem, quo expugnantur urbes. Pro tormento igitur fuit Achilles Pergamo, quo mœnia ejus quatiebant. Nam *termentum* hoc pro detrimento, nimis vile, et minus dicit. Tormenta machinas esse quibus oppugnantur urbes, ut catapultæ, arietes, scorpiones, et alia ejusmodi. *Salmas.*

12 *Sed equus, quem misere Achivi ligneum*] Ἵππον δούρειον, seu δουράτειον. Lucret. I. 'Nec clam durateus Trojanis Pergama partu Inflammasset equus.' Narrantur ab aliis in eo delituisse CIↃIↃIↃI armati, ab aliis XXIII. atque hoc verum, illud poëticum reor: quemadmodum et illud, quando nuntius apud Aristoph. in Avibus, dicit centum ulnarum fuisse: additque, ut persuadeat, se illum dimensum esse. Lycophron eleganter μωρμὼ vocavit, quod Trojanis magno terrori fuerit. Miræ magnitudinis eum fuisse, arguunt et illa P. Arbitri Satyrico: 'Cæsi vertices Idæ trahuntur, scissaque in molem cadunt Robora, minacem quæ

Digitized by Google

figurarent equum. Aperitur ingens antrum, et obducti specus, Qui castra caperent: huc decenni prælio Jurata virtus abditur: stipant graves Equi recessus Danai, et in voto latent.' Id est, in equo, quem voverant. *Meurs.*

13 *Epius*] Ἐπειὸς nomen fabri, qui equum istum durateum fecit. Virg. Æneid. II. 'Et ipse doli fabricator Epeus.' *Victor.* *Ab eo hæc*] Lego, *ab eo hæ sumptæ*, scil. tabellæ, quas obsignatas et consignatas gestabat, quarum fabricator Pistoclerus, ut equi duratei Epeus. *Disseld.* *Sinon est*] Hic simulaverat se a Græcis fugientibus esse relictum: et in Achillis busto delituerat. Porro Achillem pro Palamede posuit: quales nominum propriorum confusiones etiam ad Lycophronem observavimus. Vide historiam Sinonis fraude Ulyssis manibus Palamedis destinati, ut aiebat, apud Virg. Æneid. II. *Meurs.*

15 *Ille olim habuit ignem*] Sinon enim sublata face, Græcis a Tenedo redeuntibus noctu signum dabat. *Lamb.*

20 *Exlecebra*] Festus ait, 'exlecebras' esse dictas argentarias meretrices, ab eliciendo argento.

22 *Miles Menelau'st*] Nam ut Menelaus Helenam, quam rapuerat Paris, repetebat; ita hic miles Cleomachus Bacchidem suam repetit.

24 *Is Helenam abduxit*] Mnesilochus Bacchidem.

29 *Ilio tria fuisse audivi fata*] *Fata* sive oracula Trojanorum dicuntur fuisse tria: vita Troili, Priami omnium natu minimi filii; conservatio Palladii, quod in Minervæ templum cœlo delapsum credebant Trojani; et ut sepulcrum Laomedontis, quod erat in porta Scæa, servaretur integrum. Secundum alios plura fuerunt. Hæc autem fata omnia vicerunt Græci. Nam Achilles Troilum secum congressum interfecit; Palladium vero ab Ulysse et Diomede ablatum est; porta vero Scæa diruta fuit ab ipsis Trojanis, ut equus ille fatalis introduceretur.

42 *Urbes verbis qui inermus capit*] Nimis urbane dictum: quod genus Mil. act. IV. 2. 'urbicapos' nominat, qui verbis strenui, manu inertes. Sic Theophrast. περὶ Λογογοιΐας, de *Famigeratione*: *Εἰσὶ δ' οἱ πόλεις λόγῳ πατὰ πράτος αἱρούμενοι παρεδειπνήθησαν. Quibusdam etiam, dum urbes verbis suis fortiter caperent, cœna interea loci periit. Urbes* igitur *capit*, qui urbium ἁλώσεις narrat. *Casaub.*

50 *Omnes lectos sine probro*] Non vitio aut volgivaga Venere conceptos, quæsitosque, ut spurii solent; verum legitimo satu partuque in lucem editos: eoque potius, quam ad nummos electos et sine vitio (id quod Lambin. autumat) hæc metaphora festivitas accommodanda. Nam *filii lecti sine probro*, sunt legitime nati. *Donza.* *Filios*] Id est, nummos Philippeos. *Lamb.*

52 *Coëmptionalem senem*] De senibus coëmptionalibus haud scio an quæ dicam in tanta rei hujus ac veteris moris obscuritate, alicujus momenti futura sint. Non puto tamen verum esse quod docti observarunt, omnibus venditionibus senes fuisse adhibitos, quod essent majoris auctoritatis ac sapientiæ quam juvenes. Certæ rei et sollemnitati adhiberi tantum solitos, locus Ciceronis ostendit in Orat. pro Mur. 'Sacra interire' (majores) 'noluerunt. Horum' (jurisconsultorum) 'ingenio ad coëmptiones faciendas sacrorum interimendorum causa.' Hos senes quos sacrorum interimendorum causa adhibuere jurisconsulti ad coëmptiones faciendas, puto proprie coëmptionales fuisse dictos, nec in aliis emptionibus locum habuisse. Veteres habuere sacra privata, quæ magna cum religione colebantur. Ea sacra ad heredem etiam transibant, adeo ut qui hereditatem alicujus nancisce-

Digitized by Google

retur, cogeretur etiam sacra hujus suscipere. Et hoc erat inter onera hereditatis. Hoc autem ideo legibus apud Romanos veteres institutum fuit, ne sacra interirent. Unde apud Plautum ' sine sacris hereditas,' de bonis quæ nullam molestam et morosam habeant appendicem. Festus: ' Sine sacris hereditas, in proverbio dici solet, sine ulla incommoda appendice, quod olim sacra non solum publica curiosissime administrabant, sed etiam privata, relictusque heres sicut pecuniæ ita etiam sacrorum erat, ut ea diligentissime administrare esset necessarium.' Cum igitur prisco jure ac more Romanorum incumberet necessitas heredi quacunque ex causa instituto, sacra privata ejus, cujus hereditatem erat nactus, suscipere et administrare, quia sacra privata nolebant interire veteres; ingenio jurisconsultorum reperta est ratio, qua illa sacra interirent; ne heres, quem non tangerent illa, alienorum sacrorum cultu, et qui etiam sua propria haberet, tot sacris implicatus esset atque onerates. Nam contingere poterat, ut unus aliquis cui plures hereditates obvenissent, omnium eorum quorum illa bona fuissent, sacra etiam habere et administrare necessario deberet, ne sacra illa interirent; quod molestissimum fuisset et incommodissimum. Ideo jurisconsulti modum excogitarunt, quo hereditas sine sacris adiri possit. Senes quosdam decrepitos allegarunt, qui res aliquot hereditatis, ut mancipia, coëmerent, et sic cum viderentur hereditatem ipsam coëmisse, sacris etiam illis, quæ cum hereditate conjuncta erant, sic haberentur obnoxii. Sed cum capulares essent illi senes, quia tales eligebantur, ipsis mortuis sacra illa etiam extinguebantur et interimebantur, nec ad eorum heredes transibant. De his etiam senibus coëmptionalibus capiendus est locus in Epistola Curii ad Ciceronem ex lib. VII. Epistolarum ejus familiarium: ' Ergo fructus est tuus, mancipium illius, quod quidem si inter coëmptionales venale proscripserit, egerit non multum.' Mancipia enim si forte hereditaria ab illis senibus coëmebantur, proprietatem tantum eorum emebant, cum usus maneret penes ipsum heredem. Per fictionem enim celebrabatur hæc venditio, quo heres sacris testatoris posset liberari, quasi in illum transirent, qui res hereditarias emisset. Quod autem, ut dixi, senes in extrema jam tegula ætatis constituti eligerentur ad has coëmptiones faciendas, ea re coëmptionalis senex pro decrepito sumitur. Atque ita intelligendum hoc loco apud Plautum, ubi Priamum *coëmptionalem senem* appellat. Et simul etiam jocatur Comicus cum senem coëmptionalem se venalem habere servus pronuntiat, cum inter senes coëmptionales servi hereditarii venales proscriberentur. At servus hic neqnam dominum suum senem coëmptionalem proscribit venalem. *Salmas.* Turbat hic et miscet ὁ πάνυ, quæ sunt separatissima. Senes ad coëmptiones faciendas sacrorum interimendorum gratia nihil huc pertinent. Neque ' senes coëmptionales ' in Epistola Curii quicquam habent commune cum istis. Illi liberi erant, hi servi. Sed nec ' senex coëmptionalis ' Plauto et Curio quivis est decrepitus; sed est mancipium veteranum et attritum, quod per se emptorem non invenit, nec nisi adjiciatur alii mancipio et rei vendibili, quod quæve non addicatur, nisi cum tali accessione. Vide de pecun. vet. lib. IV. cap. 8. pag. 693. *Gronovius.*

54 *Priamum*] Nicobulum.

64 *Turbat equus*] V. N. Mostell. III. 1.

68 *Euge literas minutas*] In epistolis si læta essent scribenda, utebantur genere literarum contractiore et

Digitized by Google

accuratiore. Sic Nicobulus cum resignasset epistolam, quæ tamen magnis erat literis conscripta, utpote tristia nuncians, ait exultans tanquam læta foret lecturus: *Euge literas minutas.* Chrysalus autem de miseria filii certus subjicit: *qui quidem videat parum.* Meursius. *Qui quidem videat parum*] Jocus est ex ambiguo. Nam homini, qui parum sapiat, has literas ait esse minutas; sapienti, satis grandes. *Lambinus.*

73 *Ceræ quidem haud parsit*] Significat, literas satis esse longas. *Lamb.*

76 *Tibi dico*] Videtur malum precari Mnesilocho; sed mera simulatio est: mox enim corrigit: et aversus, *Tibi dico*, inquit, sc. o Nicobule, non Mnesilocho. *Taubm.*

97 *Objurgavit me*] Petronius etiam 'colaphis objurgare' dixit: Sueton. Calig. cap. 21. 'ferulis objurgari.' Cic. ad Attic. lib. II. ep. 1. 'molli brachio objurgare.' *Taubm.*

110 *Dividiæ fuant*] Ægritudinem seu molestiam adferant, supra IV. 6.

111 *Sexcenta tanta reddam*] Triplo plura reddam: ita Propert. lib. I. 5. 'At tibi curarum millia quanta dabit.' *Lamb.*

114 *Neque ego haud*] Duæ negationes magis hic negant, more Græcorum: ita Epid. 'Neque ille haud objiciet mihi,' &c. *Lamb.*

123 *Dispalescere*] Palam fieri. *Lambinus.*

130 *Fit vasta Troja, scindunt proceres*] Troja vastatur: Græciæ principes, qui in equo erant, Trojam exscindunt. Intelligit literas in tabella cerata scriptas. *Lamb.*

134 *Tantas turbellas facio*] Corrigo, *turbelas.* Veteres autem dicebant, 'turba,' 'turbela;' ut 'suada,' 'suadela;' 'fuga,' 'fugela.' Jam et hoc argumentum esse potest, quod veteres consonantes non geminabant. *Meursius.*

141 *Morare*] Scil. me alio properantem. *Taubm.*

144 *Curatum est, esse te senem miserrimum*] Priora verba sene loquitur audiente; posteriora aversus ad spectatores. *Taubm.*

152 *Ad quæstorem deferam*] Nam præda ex hostibus facta ad quæstores urbanos deferebatur.

SCENA X. 6 *Habui scortum*] Ter. Adel. act. III. sc. 3. 'An domi est habiturus?' ad quod Donatus: 'proprie: quia haberi mulier dicitur, cum coit.'

ACTUS V.

SCENA I. 2 *Stulti*] Isidor. lib. X. 'Stultus, hebetior corde: sicut quidam (Afranius) ait: 'Ego me ipsum stultum etiam existimo, fatuum esse non opinor:' id est, obtusis quidem sensibus, non tamen nullis.' Ergo 'stultus' est, qui inepte et imprudenter vel agit vel loquitur; 'stolidus,' hebes et vecors; 'fatuus,' qui omnino desipit. *Bardi*] V. N. Epid. III. 3. *Blenni*] Βλέννα *mucus* est: βλεννὸς, *muccosus, pœdidus:* et peculiariter de homine ignavo et stulto usurpatur. *Buccones*] Glossarium: *Buccones,* παράσιτοι, *Βουκλόνες.* Isidor. lib. X. 'Bucco, garrulus: quod ceteros oris loquacitate, non sensu exsuperet.' Idem: 'Jactat, βουκλίζει.' Inde nostrum *bocchen* derivo; cum buccones non tam garruli sint, quam arrogantes, plenisque buccis suas virtutes deprædicantes. *Meursius.*

13 *Peracescit*] Peracerbum et molestum est. *Lamb.*

16 *Nauci*] V. N. Mostell. v. 1.

20 *Unde agis*] 'Agere se' tardi et tristes dicuntur: ita Virgil. 'sese Palinurus agebat.' Donatus in Andr. act. IV. 2.

28 *Atque ambo*] Malim hoc accipi tanquam correctionem superiorum *cum tuo.* Nam cum dicturus videretur, 'cum tuo amicam habet,' potuisset sic intelligi, Mnesilochum com-

Digitized by Google

munem cum Pistoclero amicam habere. *Lamb.*

SCENA II. 4 *Oves*] Etiam Græci *stolidos πρόβατα* vocant. Propert. lib. II. 13. 'Et stolidum pleno vellere carpe pecus.' *Passeratius.*

5 *A pecu palitantes*] A grege errantes. 'Pecus' maxime oves significant, ut hoc cum dicimus, 'pecus' neque addimus, 'oves' accipiendæ sint. *Palmer.*

10 *Vetulæ sunt thymiamæ*] 'Oves vetulæ, thymiamæ,' (ita enim scribendum ex veteribus libris,) sunt oves thymi amantes. Thymo oves delectari certum est, et sapidissimas carnes habere, quæ eo vescantur. Senes Attici ea herba etiam libenter utebantur. Unde apud Aristophanem in Pluto, ita servum senex alloquitur: Ὦ πολλὰ δὴ τῷ δεσπότῃ ταυτὸν νόμον φαγόντες. *Qui eodem thymo vescimini cum meo hero.* Vetus Scholiastes: Οἱ τὴν Ἀττικὴν οἰκοῦντες πένητες ἐκεῖ μὴ εἶχον τὰς ἐκ τῶν σπερμάτων ῥίζας, ἀνεπιτήδειος γὰρ ὁ τόπος ἦν εἰς γεωργίαν κατάξηρος ὤν, ἥσθον θύμους. Thymeram etiam edebant, quæ herba similis thymo, unde et θυμβροφάγοι, et θυμβρεπιδείπνους. Satunda est vulgaris. Thymo autem veteres usos esse pro condimento ipse Dioscorides tradit: Τὸ ἐσθιόμενον σὺν τροφῇ ὠφελεῖ. εὔχρηστον δὲ καὶ πρὸς τὴν ἐν ὑγιείᾳ χρῆσιν ἀντὶ ἀρτύματος. Plurimus thymus in Attica nascebatur et optimus; ideo senes illius regionis et præcipue pauperes in cibis frequenter usurpabant. Interpres Aristophanis perperam ἀγριοκρόμμυα interpretatur, quia θύμον illius temporis Græculi eo tempore vocabant cæpe: thymiamæ igitur oves vetulæ Plauto appellantur seneciones illi Attici, quia thymum amabant quo etiam oves delectantur. 'Thymiamus' compositio non a Latinis illius ævi de eo qui thymum amat. Sic 'pedisequus,' 'pultiphagus,' Plauto, et alia. *Salmas.*

12 *Limulis*] 'Limus oculus,' est obliquus, transversus. Ter. Eun. act. III. 5. 'Limulis adspicere,' in lasciviæ notis fuit, et per ludum objici solitum. Seneca Suasor. I. 'jam sidere limo,' id est, obliquo. Etiam 'limi oculi' proprie amatorum sunt. Quinctil. lib. II. cap. 3. 'quadam voluptate suffusi, aut limi, et ut sic dicam, Venerei.' *Palmer.*

15 *Cogantur quidem*] Loquitur ut de ovibus. Virg. 'Tityre, coge pecus.'

16 *Quæ nec lactem*] Lac non habent, quia sunt vetulæ; nec lanam, quia sunt probe attonsæ. Hæc 'lactis, is,' et hoc 'lacte' veteres dixerunt. *Taubm.*

17 *Exoluere*] Vox hæc non derivata est ab 'exsolvere,' verum ab 'exolescere,' vultque oves jam esse exoletas, idque sequentia verba plane requirunt. *Gruter.*

19 *Grassentur*] 'Grassari,' proprie est incedere. *Taubm.*

26 *Nostros agnos conclusos*] Allusum est ad morem pastorum, qui agnos non producebant ad pascua cum matribus, sed retinebant domi clausos. *Gruterus.*

30 *Secreto*] Χωρὶς, seorsim ab his senibus.

31 *Ulteriorem*] Remotiorem Philoxenum. Priscian. lib. III. et VI. hic legit, *veteriorem.* Taub.

33 *Mortem amplexari*] Senem exsanguem atque Acherunticum adeo, id est, mortuo quam vivo similiorem. *Lamb.*

40 *Æquius est coxendicem*] Debet tibi coxendix potius, ut equo aut asino segnius eunti, stimulo fodi, quam cor amore. *Lambin.*

43 *Ista mala*] Ambiguum in *mala*: quæ vox et improbam, et deformem notat. *Lambin.*

47 *Persuastrices*] Fortunatianus Rhetor. III. 'Ἀναπρόφορον est, si quis dicat, *persuastrices, præstigiatrices,* atque *inductrices.*'

49 *Experior tecum vim majorem*] Hoc

Digitized by Google

de vi aut vindicta publica accipiendum, quam privata majorem esse majoreque pœna affici constat: isque, qui hominem dolo malo inclauserit, Lege Julia de vi publica tenetur. Verissimum item est, quod dixit Ulpianus: 'Persuaderi plus est quam cogi,' &c. Ego tamen vero propius censeo, si 'vis major,' hoc loco de violentia, quæ non jure, sed facto infertur, accipiatur: quo sensu vox ista non solum a JCtis, sed et a Cic. usurpetur, in Orat. pro Cn. Plancio: 'Si vitam mihi sors ademisset, aut vis aliqua major reditum peremisset.' Probatur hæc interpretatio ex præced. 'Qui nisi nobis producantur,' &c. *Langlæus.*

63 *Me nihil panitet, ut sim acceptus*] Ironia est. Non queror, me a vobis parum laute esse acceptum. Quasi dicat: satis me expilastis. Vide N. Milit. act. III. 1.

69 *Sine sic*] *Sic*, pro leviter et negligenter, quod Græci οὕτως dicunt, et est de his quæ adjuvanda gestu sunt: ut, 'tantillum puerum,' et 'hujus non faciam.' *Donat.* ad Andr.

70 *Amissis*] Amiseris.

75 *Caput prurit*] V. N. Pseud. act. I. 1. vers. 44.

79 *Quid ago*] Dubitantis et consultantis est sermo. *Libet, et metuo*] Verres apud Cicer. 'Itaque æstuabat dubitatione: versabat se in utramque partem, non solum mente, verum etiam corpore: ut omnes, qui aderant, intelligere possent in animo ejus metum cum cupiditate pugnare.'

82 *Ut terebrat*] Quo pacto mihi animum blandis suis dictis fodicat! Persa: 'Nunquam hercle istuc exterebrabis tu.'

86 *Quam quidem actutum emoriamur*] Jocatur suo more. Cum enim Bacchis diceret, exspectant vos filii; subjicit argutans senex: id exspectant quidem illi, quam mox emoriamur; non adventum nostrum, sed mortem desiderant, ut liberius possint vivere. Amatoribus enim paterna mors in votis. Talis Philolaches Mostell. I. 3. 'Utinam meus nunc mortuus pater ad me nunciaretur,' &c. Lambinus hic nihil sani. *Acidalius.*

87 *Vesper hic est*] Δειπνικῶς: vespera et hora cœnæ appetit. *Tantum. Tanquam quidem addictos*] 'Addicti' fuerunt, qui cum non essent solvendo, creditoribus addicebantur: nec servitute eorum liberabantur, nisi debitis quocunque modo persolutis. Seneca lib. III. De Benef. cap. 8. 'Pecuniam pro addicto dependit.' Hinc illud Festi lucem capit, 'Addicere, damnare est.' *Ravardus.*

GREX. 3 *Faceremus*] In theatrum produceremus.

MOSTELLARIA.

ARGUMENTUM. 1 *Amores*] Dicitur pro amica, quam quis amat, una et sola. Curc. II. 3. 78. Mil. IV. 8. 67. Pœn. V. 3. 46. Catullus: 'Varus me meus ad suos amores Visum duxerat e foro otiosum.' *Gronov.*

ACTUS I.

SCENA I. 5 *Nidor e culina*] *Nidor* non est excrementum, nec tantum odor; sed κνίσσα vel καπνὸς τῶν θυσιῶν, aura pinguis et odorata manans de adustis hostiis, vel coctis cibis

Digitized by Google

similibusve rebus. Suetonius in Claudio, 'ictusque nidore prandii.' Nec aliter usurpat Appuleius lib. IV. 'Fimo fistulatim excusso, quosdam extremi liquoris adspergine, quosdam putore nidoris fœtidi a meis jam quassis scapulis abegissem.' Est enim lascivia verborum illi non nova: 'putor nidoris fœtidi,' pro nidore fœtido, nempe fimi. Nec vero suspicandum, *nido in culina*. Vulgata nihil rectius. *Nidor* nusquam magis habitat, quam ad focos vel Deorum vel mortalium. Cicero in Pisonem: 'In illo ganearum tuarum nidore atque fumo.' Juvenalis: 'Captum te nidore suæ putat ille culinæ.' Cum igitur vellet appellare servum, qui fructum herilis filii corrupti maximum habebat una pergræcari, obsonare pollucibiliter, facetis vivere victibus, turtures, pisces, aves gustare, effercire se, saginam cædere, atque ob id nullam domus partem magis quam culinam colere ac frequentare, vocat eum 'nidorem.' Quasi diceret: Tu non homo, sed nidor, exi e culina, quam semper habitas, velut nidor. *Gronov.*

8 *Abi dierecte*] V. N. Cap. III. 4. 103.

9 *En hoscine volebas*] Lege, *En, hoscine volebas*. Ut infra act. I. sc. ult. 'En Philocrates.' *Scriver.*

11 *Quem absentem comes*] 'Comedi' videtur, cujus bona comeduntur. Sic Suet. ait, 'Claudium venalem pependisse;' id est, prædia ejus pendente titulo et libello proscripta. *Turneb.*

12 *Frutex*] Inter contumeliæ verba fuit et 'frutex:' convitium nimirum in stupidos et insulsæ mentis homines. Proprie et signate rusticani agrestesque ista insigniti voce. Eodem sensu *pulmonem*, πνεύμονα Epicurus vocabat Nausiphanem. *Sc. Gentil.*

15 *Sane credo Tranio*] Si malis cum altero Pall. *sane hoc credo*, facile patior: sed præterea nihil est mutandum. Credo te rus mihi objectare atque in ore habere: vel, credo hoc te facere, quia scis. Per ironiam. Ratio enim est contraria proposito; ut in illo, 'Non vili emptus, modio qui venit salis.' Rus tu loqueris? nempe ideo, quia ominaris eo brevi te venturum et in pistrinum traditum iri. *Gronov.*

17 *Cis hercle paucos tempestates*] Intra breve tempus. Idem Trucul. 'Cis pancos dies.' *Turneb.* Proprie 'cis' et 'uls,' quomodo loquebantur veteres pro 'citra' et 'ultra,' locum designant: sed transferuntur eleganter ad tempus; et sic 'citerior' etiam ponitur pro propior, non tantum loco, sed et tempore. *Gronov.*

18 *Numerum genus ferratile*] Qui aiunt mira hic comminisci interpretes, ipsi mira comminiscuntur, quum *genus ferratile* accipiunt vocandi casu. Etsi autem simplicissimum est *numero* cum Pistorii explicatione; tamen elegans et non obscura est et vetus lectio, ut eam interpretatur Taubmannus: nempe ut *genus ferratile* sit adjectum per epexegesin. Augebis ruri numerum, genus ferratile significo, intelligo, dictum volo: ne tu de alio numero me locutum censeas. *Gronov.*

21 *Pergræcamini*] Hoc allusit Cicero Verr. 'Ut Græco more biberetur:' ad quod Asc. Pedianus: 'Est Græcus mos, ut Græci dicunt, συμπίειν κυαθιζομένους, cum merum cyathis libant, salutantes primo Deos, deinde amicos suos nominantes: nam toties merum bibunt, quoties et Deos et caros suos nominatim vocant.'

23 *Obsonate pollucibiliter*] Parate obsonia opipare et sumptuose; nam de esculentis Herculi decimam dabant: idque 'polluceri;' et consecratum quod fuerat, 'polluctum' dicebatur. *Camer.*

38 *Diique omnes perdant*] Lege *perduint*. Scriver.

39 *Germana illuvies*] Quantus quantus es, nil nisi illuvies et fœtor es. Immundi sunt rustici, quod in im-

Digitized by Google

mundo opere faciundo plerunque versentur: ideo servus rusticus appellatur *illuvies* ab urbano, *Germana illuvies, rusticus, hircus, hara suis.* Bosius.

40 *Canes capro commixta*] Mss. ambo, *Canem capram commixtam.* Unde recte istud exclusit Scaliger. Fœtor enim est capri, non capræ. Et *canes*, ut 'feles.' Sed quid ad rem pertineat τὸ *s* elidi a sequente vocali apud veteres, quod huc alleverunt, non assequor: nihil enim hic eliditur: sed *canes* iambus est pes integer, totus autem versus trimetros. *Gronov.*

42 *Neque superior accumbere*] Pro 'superiores.' Mutat enim numerum, suo more. *Lambin.*

45 *Sine me alliato*] 'Alliatum' interpretor 'moretum,' cui allium admixtum est: atque adeo de cibis omnibus intelligo, quibus allium intritum est: ad quod Terent. Phorm. II. 2. respexerat, 'Tute hoc intristi: tibi est omne exedendum,' auctore Donato. Quasi dicat Grumio: Sine me fortunis meis, quæ in cibo, seu pane, allio pernncto sitæ sunt, patienter fungi et contentum esse. *Turneb. Sine me alliato*] Nec pejus foret, si deleremus τὸ *me. Sine fortunas meas*, id est, me tenui fortuna præditum, *fungi*, id est, defungi, pati, contentum esse, *alliato.* Gronov.

47 *Meum bonum me*] Non recuso, quo minus ego nunc duriter vivam, tu laute et opipare: dum me quidem maneat bonum meum, te vero malum maneat tuum, cum venerit senex. *Muret.*

52 *O carnuficum cribrum*] Significat corium et tergum ejus stimulis (quos oblongos, sive e sudibus præacutis, sive et ferro præfixis gestabant ad hunc usum) ita crebro puncto perforatum iri, ut cribrum repræsentet. Quod autem 'patibulatum eum per vias fore,' ait; significat, furcam, sive patibulum laturum: unde 'furciferi' dicuntur hac contumelia affecti. 'Furca' autem et 'patibulum' eadem, aut non longe dissita videntur: atque hoc a 'cruce' distinguitur; ut 'patibulum' sit pars crucis, nimirum patens illa et transversa: 'crux' autem inferior defixusque stipes proprie dicatur. *Lipsius.*

60 *Si non estis*] Scil. ervum daturi. Date igitur pecuniam, unde alibi emam pabulum, si dare ipse recusatis. *Camer.*

62 *Saginam cædite*] 'Saginam cædere,' quod hactenus variis expositionibus eruditorum virorum fuit obnoxium, necdum in veram incidit, ita dictum est et eodem plane sensu, quo 'cibum cædere,' a quo 'cibicidæ,' pro edere scilicet, et cibum dentibus contruncare. Nam 'sagina' est cibus; unde 'saginare' est σιτίζειν et σιτεύειν. 'Saginæ' Symphosio in ænigmatis, sunt glandes quibus porci saginantur: 'Setigeræ matris fœcunda natus in alvo Desuper ex alto virides exspecto saginas.' Hinc 'saginicidas' liceat dicere elegantissime, qui 'cibicidæ' Lucilio appellati: 'viginti domi an triginta, vel centum cibicidas alas:' μάκτρας etiam et μαρσίππους hujusmodi cibicidas Græci vocant, hoc est, 'saccos.' Hesychius: μαρσίππια, γαστρίμαργοι, σάκκοι. *Salmas. Saginam cædite*] Forte, *tendite.* Scriver.

63 *In Piræum*] Nam rerum venalium ibi magnus proventus, ac velut δεῖγμα. Ita Scholiastes Aristoph. in Equit.

68 *Dum interea sic sit*] Oratio est hominis præsentia tantum spectantis, futura negligentis. Dum, inquit, interea sic sit, ut nunc est; hoc est, laute opipareque vivitur; quid actutum futurum sit, non admodum laboro. *Muretus.*

73 *Satin' abiit*] Qui corrigit, *satin' sapit*, ignorat et corrumpit genus loquendi frequentissimum Plauto. Sic Amph. II. 2. 'Satin' parva res est voluptatum in vita?' Adeone parum est voluptatis præ dolorum numero

Digitized by Google

in vita? Trinummo IV. 3. 'Satin' in thermopolio condalium es oblitus?' Itane es oblitus? Milit. II. 6. 'Satin' abiit ille, neque herile negotium plus curat?' Et sic innumeris locis. *Gron.*

SCENA II. 17 *Gnarures*] Id est, gnaros: 'gnaros' autem 'hanc rem,' pro hujus rei dicit; ut 'doctus hanc rem.' Utitur et Prol. Pœn. Item Ausonius: 'Non cultor instans, non arator gnarurus.' Item Arnob. II. 'Cur esse dicatis in aliis præceptionibus gnarures?' Et vetus Glossar. *gnarurem* interpretatur γνώριμον, et *gnarurat*, γνωρίζει· item, *gnarures*, γινώσκοντες· et *ignarures*, ἀγνοοῦντες. *Turneb. Simul gnarures*] Lege *Similis gnaruris.* Scriver.

18 *Quom extemplo*] Simulatque. V. N. Rud. IV. 3.

20 *Atque ædes probant*] Dixisse jam aiunt, 'Ædes quom extemplo:' non igitur eodem casu *ædes* hic legi debere. Hunc syllogismum parum intelligebam. Sed addunt legendum, *laudant fabrum ædis, atque probant;* et explicant: Ædes novæ, expolitæ, laudant et probant, sive commendant, fabrum ædis: atque eo nihil esse certius. At hoc sensu nihil est certius quam inepte repeti mentionem 'ædium:' quis enim ita loquatur, 'Ædes laudant fabrum ædis?' Nimirum non perceperunt mentem poëtæ: is enim τὸ *laudant atque probant*, non retulit ad τὸ *ædes*, sed in eo intellexit 'homines;' ut cum dicimus, 'aiunt,' 'dicunt.' Vide ad Senecam de Ira II. 12. Ædes, inquit, cum paratæ sunt, tum vulgo homines prætereuntes laudant fabrum, ipsas recte factas prædicant. Ubi necessario repetenda vox erat, aut pronomen subjiciendum. Porro scripti aut editi veteres, *operam pascunt suam*, vel *parcunt*. Forte distinguenda superiora et hæc scribenda, *atque ædes probant sibi quisque. Inde exemplum expetunt sibi quisque simile, Suo usque sumptu, et operam impertiunt suam.* Gronov. *Sibi quisque inde exemplum*] Forte delenda *sibi quisque.* Scriver.

22 *Ne parcunt*] 'Ne,' antique pro 'Non:' ut Trinum. v. 2. 'Nisi tu ne vis.' Terent. Eunuch. II. 3. 'Quid ne es alacris?' pro, cur non es alacris? *Turneb.* v. 5. et XIX. 13. ad Cic. de Leg. lib. III.

30 *Perpluunt tigna*] Dicuntur quæ pluviam non arcent, sed transmittunt. Quinct. VI. 3. 64. 'Galba penulam roganti, non possum, inquit, commodare, domi maneo; cum cœnaculum ejus perpluueret.' *Gronov.*

35 *Mantant*] Exspectant. *Donicum*] Donec.

36 *Ædificantur ædes*] Non utique semper ædificantur, sed reædificare oportet, si quis uti velit. Puto scribendum esse, *ædificandum 'st ædes totas denuo.* Syntaxis antiqua; ædificandum est ædes, pro, ædificandæ sunt ædes. *Gronov.*

41 *Parant sedulo infirmitatem; ut et in, &c.*] Fundamentum ponunt stabile: id est, liberos a primis statim annis erudiunt: ut hac puerili institutione subnisi, et una cum ætate doctiores et meliores evadentes, cives reipub. vere utiles et in speciem boni, hoc est, extrorsum sint ornamentum patriæ. *Lamb.*

42 *Et in usum boni et in speciem*] Malle se cum Acidalio *specimen* annotant, nisi Nonius *speciem* pro *specimen* subinde veteres dixisse observaret. At si Mss. haberent *specimen*, ego corrigerem *speciem.* Vult enim Plautus, ut et sint et appareant boni. Sed loquitur de illis, ut de ædibus. Cicero de Off. lib. I. 'Dicendum est etiam qualem hominis honorati et principis domum placeat esse: cujus finis est usus, ad quem accommodanda est ædificandi disciplina: et tamen adhibenda commoditatis dignitatisque diligentia.' Hanc 'dignitatem' ipse post paullo 'speciem' appellat: 'Tertium est ut caveamus, ut ea quæ pertinent ad liberalem

Digitized by Google

speciem et dignitatem, moderata sint.' Tacit. Ann. II. 'Augebantur alacritate militum in speciem ac terrorem.' In Vita Agricolæ: 'Britannorum acies in speciem simul ac terrorem editioribus locis constiterat.' *Gronov.*

43 *Sibique aut materiæ ne parcunt*] Parentes neque labori neque pecuniæ parcunt; nec putant sumptus esse, qui impenduntur institutioni liberorum. *Taubm.*

48 *Ad legionum, &c.*] Referenda sunt hæc ad morem Rom. quo adolescentibus militaturis primo stipendii anno custodes dari soliti. *Turneb.* VII. 3. et XXVI. 22.

51 *Unum ubi emeritum est stipendium*] Ubi tempus militiæ primæ finitum est, tunc specimen apparet, quo evadat ædificatio. *Stipendiorum* vox etiam annos significat, quibus milites merent: quomodo et Servius interpretatur Æn. VIII.

55 *Posteaquam immigravi in ingenium meum*] Posteaquam ex magisterio pædagogi excessi, et meo arbitratu cœpi vivere. Postquam mihi relictus sum. *Lambin.* Forte, *posteaquam me immigravit ingenium.* Scriver.

59 *Virtutis modum deturbavit*] Virtutem, quæ instar modi et mensuræ est, quæque ipsa modus et mediocritas est: vel modestiam, quam κοσμιότητα vocant, et σωφροσύνην. *Lambin.*

60 *Texit detexitque*] Sic Mss. Lege *dejecit detexitque.*

65 *Ego sum in usu*] Douza legit uno verbo *inusu*, pro ignavia, inculto. Ego nihil mutandum puto. Respondet ei quod dixerat vs. 42. 'Ut et in usum boni et in speciem populo sint.' Sic Bacchid. 'Eadem in usu, atque ubi periculum facias, aculeata sunt.' *Dissald.*

69 *Perpetuæ ruant*] Id est, non particulatim, neque membratim, neque paullatim, sed universæ conjunctim, et uno tempore, et simul. Ita Virgil. 'perpetuum bovis tergum' dixit. *Lambin.*

73 *Arte gymnastica*] Cur ars gymnastica pueris sit addiscenda, Plato docet in Protag. Milit. p. 199. et de Philosophia p. 5. et vide Fabrum Agonist. et Mercurial. Scaligerum l. 1. Poët. c. 12.

74 *Victitabam volupe*] Lego, *vict. haud volupe.* Minime delicatum in victu fuisse ait, qui quidem parsimonia et duritia aliis exemplo fuerit. *Acidal.* Vixi duriter, et ita tamen jucunde. *Lambin.*

75 *Duritia disciplinæ*] *Duri homines* sunt ex hoc loco, καρτερόβιοι, tolerantes, patientes: quales memorantur prisci Lacedæmones; quorum institutio omnis erat in patientiæ disciplina, inque victus atque cultus parsimonia. *Disciplinæ*] Documento atque exemplo. *Taubm.*

SCENA III. 1 *Frigida non lavi*] Tres ædes seu cellæ in balneis. Prima est 'caldaria,' τὸ ἀλουτρόν; Dioni πυριατήριον; Senecæ 'sudatorium:' nam sicco calore sudorem in eo eliciebant. Secunda est 'media,' quæ et 'tepidaria.' Tertia est 'frigidaria.' Plin. Ep. 'Post solem frigida lavabatur.' Senec. Ep. 84. 'Ab hac fatigatione in frigidam descendi.' *Wouwer.*

2 *Nec unde me melius*] Optimus Cam. *Nec quom me.* Proximus, *Nec eum me.* Quid opus igitur præter illud, quod editum est, facere, *quo, quam, quumde?* Nec lavi, inquit, jam pridem, quem, quo tempore, quaque lavatione me rear sic esse purgatam. *Gronov.*

3 *Velut horno magna*] Camerarius *horno* adverbialiter accipit, ut sit hoc anno. Lambinus ut sit dandi casus, hac sententia: Quemadmodum messis magna frugibus vel annonæ hujus anni respondit; ita eventus rebus nostris omnibus fuit secundus. *Taubman.* Ecce tibi, qui et *horna* facit; et laborat, ut *hornus* epitheton mobile

Digitized by Google

esse demonstret, quasi quis de eo dubitaret. Sed mutandum nihil est. 'Hornum' dicitur simpliciter, ut 'vernum,' 'æstivum,' 'autumnum,' 'hibernum,' de quibus Observ. III. 24. in quibus omnibus intelligitur 'tempus:' et ut illa ver, æstatem, autumnum, hiemem significant, ita istud hunc annum. Cumque 'annus' veteribus sæpe pro annona vel proventu anno ponatur, eodem modo et 'hornum' pro hujus anni proventu. Nescio quomodo nunc omnia bene eveniant, ut lætæ provenere fruges. Et videtur proverbium fuisse. Quod autem addit Lambinus, significare Philematium suæ lavationis eventum secundum fuisse, et se lavisse ex animi sententia, et jam bis ex eo repetitum est, miror. Non enim hoc Philematium, sed Scapha dicit. *Gronov.*

7 *Tectus qua fui*] Pudorem quasi vestem faciunt prisci; qua animus ingenuus tectus esse debet. Pacuvius: 'Nam ei te tegeret pudor, sive adeo eor sapientia imbutum foret,' &c. Apuleius Apolog. c. 1. 'Pudor enim veluti vestis, quanto obsoletior est, tanto incuriosius habetur.' *Scheppius.*

18 *Vestis fartum*] 'Fartum vestis' est corpus, id est, ipsa mulier quæ vestem farcit impletque. Ita Columella v. 10. 'Ea res efficit uberiorem fructum, et fartum fici pleniorem et meliorem.' *Turneb.*

17 *Virtute formæ*] Est per formam, formæ gratia. Sic 'virtute Deum,' est quod vulgo Deum gratia. Sic et 'virtute tua,' aut illius, significat, tua opera in utramque partem. *Gronov.*

27 *Quid? isthæc me*] Indignatur juvenis, quod adjuraret Scapha dominam his verbis, 'Ita te Philolaches amet;' nec adderet, 'Ita tu Philolachem ames:' hoc additum cupiebat. *Gruter.*

31 *Illum exspectes unum*] Nec nuptum verbum et prætextatum est, 'exspectare,' et tamen significationem habet hnic rei dicatam et propriam. Terent. Eunuch. I. 2. 'Me desideres, me somnies, me exspectes.' Milite Noster, IV. 6. 'Sine ultro veniat, quæritet, desideret, te exspectet.' Et in castioribus Amph. II. 2. 'Certe enim me illi exspectatum optato venturum scio.' Rutilius Lupus ex Lysia: 'Fer fortiter demum laborem: jam brevi domum venies exspectatus: excipiet te defatigatum diligens atque amans uxor.' Frustra igitur alii 'exspectare' volunt esse positum pro 'spectare:' alii *expetas*, alii *exoptes*. Gronov.

46 *Stimulatrici*] Quæ Philematium stimulat et urget, ut se multis prostituat. Meurs. legit *simulatrici*; ut et paulo post, *scelestam simulatricem*. Et 'simulatrices' ait appellatas sagas et veneficas. *Taubm.*

50 *Miki nihil esse*] Me ad egestatis terminos esse redactum; ut loquitur Asin. I. 2.

56 *Malesuada, &c.*] Virg. Æn. VI. 'Et metus et malesuada fames:' nam talia componebant olim. Sic Cato 'vitilitigatores' ex vitio et litigatoribus fecit: sed et 'vitimagistratus' Sall. Hist. III. Marianos et Cinnanos, qui vitio et per vim creati, vocat. *Gruter.*

61 *In anginam*] 'Angina' inflammatio faucium est: κυνάγχη et λυκάγχη Græcis, quod canes ac lupos frequenter afficiat: item συνάγχη, vel a suspendii similitudine, quod non secus quam laqueus, præfocans enicet; ἀγχίνη enim laqueus est: vel a συνέχω, quod spiritum continendo respirationem inhibeat, ut inquit Aurelianus. *Scalig.*

67 *Si sat acceptum, &c.*] 'Satis acceptum,' valet certum et compertum et firmum, veluti datis fidejussoribus et sponsoribus. Satis enim accipit, cui prædes et sponsores dantur: unde hæc venusta tralatio est profecta.

Digitized by Google

68 *Futurum in vita*] Etsi frequentia sunt Plauto 'in vita,' 'in ætate,' hic tamen malim eum scripsisse, *proprium futurum, in vitta Soli gerendum censeo morem, et capiundos crines.* Milite III. 1. 'Utique eam huc ornatam adducas matronarum modo Capite compto; crines vittasque habeat, assimuletque se Tuam esse uxorem.' *Gronov.*

69 *Capiundos crines*] Quæ hic proferuntur a Turnebo, sine exemplo et sine teste dicuntur. Ego 'capere crines' non aliud esse puto, quam 'nubere' et 'matronam fieri:' nam ornatus matronarum, ut alia quædam propria habuit, exempli caussa, duplicem vittam, stolam, &c. sic etiam crines peculiari quadam ratione formatos. Itaque Plautus Milite III. 1. cum instrui ancillam ornatu matronarum vult, ait, 'Utque eam ornatam adducas matron.' &c. Facit huc illud Festi: 'Senis crinibus nubentes ornantur: quod is ornatus vetustissimus fuit quidam, quod eo Vestales virgines ornentur.' Ad quod Scaliger: Seni crines dicuntur in capite matronæ Romanæ, sex sertæ crinium, vitta et crinibus ipsis implexæ; quas vulgus 'trecias' vocat. *Lipsius.* At cruciat se Gruterus, quoniam etsi ea esset affectione Philematium, ut uni morem gereret Philolachi, non ideo continuo sequitur eandem quoque mentem fuisse Philolachi, ut ipsam vellet uxorem. Ceterum nulla est, cur se cruciet, caussa. Scapha enim non tam disserit, quid facere velit Philolaches, quam quid debeat Philematium. Hortatur interim ut id ageret, quoad matronæ instar caperet crines, et legitima uxor a Philolache agnosceretur. *Boxhorn.*

77 *Ut ego exheredem*] V. N. Menæchm. III. 2.

78 *Jam*] Id est, jamjam, statim, mox, brevi. *Boxhorn.*

83 *Nec recte si illi dixeris*] Bacchid. IV. 4. Pseud. IV. 6. 'Nec recte loqui:' et 'dicere nec recte,' est maledicere. Ita Turneb. III. 20. et XV. 7.

86 *Ut videas*] Quam facile videre est, me usque a medullis amari. *Taubm.* *Oh*] Interjectio, lætitiæ index.

87 *Qui pro me causam*] Vix est, ut non scripserit Plautus, *Quæ pro me causam diceret, patronum liberavi.* Neque aliter Ciceronem locutum credo ad Attic. lib. I. ep. 16. 'Narra, inquam, patrono tuo, quæ Arpinates aquas concupivit:' Clodiam enim intelligit. Sic Fam. Ep. 9. 'Primum illa furia muliebrium religionum, qui non pluris fecerat Bonam Deam, quam tres sorores, impunitatem est illorum sententiis assecutus.' Sic optime Victorius frustra repugnante Manutio. Idem l. X. ep. 28. 'Quod vero a te viro optimo seductus est, tuoque beneficio adhuc vivit hæc pestis, interdum, quod vix mihi fas est, tibi subirascor.' Qualia Terentiana, 'scelus qui me perdidit,' et, 'senium qui me remoratus est.' *Gronov.*

93 *Spernit*] Quæ ætati suæ diffidit: quæ scit se deformem esse. *Lambinus.* Glossæ: '*Spernit*, contemnit, fastidit.' Speculo ergo iis opus est, et quæ se spernunt, non placentes sibi ea forma, quam a natura accepere; et quæ ætatem suam spernunt, vergentem in senium, ætatem fuco juvenescere volentes. Tu, addit, et specie optima et ætate integra speculo omnibus esse potes, ac proinde speculo tibi haud opus. Turnebi igitur novæ lectioni hic non est locus. *Boxhorn.*

96 *Peculi, Philematium mea*] Lambinus annotat hæc verba *Philematium mea* esse adhuc Philolachetis, et separatim pronuntianda, quasi Philolaches præ desiderio et cupiditate Philematium inclamet atque appellet. Et hoc ex illo describunt. At jocus est merus παρὰ προσδοκίαν· exspectabant enim auditores, ut dice-

Digitized by Google

ret 'Scapha,' cui videbatur reconciliatus: at ille, quasi eodem momento revocatus in memoriam injuriæ,' Philematium' appellat: spectatores rident se deceptos esse. Vide Observ. IV. 13. Tale est Bacchid. III. 4. 'Næ illa illud hercle cum malo fecit suo meo. Nam mihi divini nunquam quisquam credual, Ni ego illam exemplis plurimis planeque amo.' Prorsus enim contrarium exspectabatur. *Gronovius.*

97 *Capillus satis compositus*] Puellas habuerunt in ministerio tum 'ornatrices,' tum quæ velut a consiliis formæ: edoctæ autem certis magistris ad hoc ministerium, velut ad artificium. Dicebantur 'ornatrices' ab officio, ut et Græcis κοσμήτριαι, quæ crines disponebant. Sueton. Claud. c. 40. 'Hæc matris meæ ornatrix fuit.' Juvenalis 'ornatrici' nomen 'Psecæ' ab arte imposuit: nam ψεκάζειν Græci dicunt, quando minutum sive rarum pluit. Ornatrices igitur crinem componentes, rarum ac parvum aquæ solent mittere, ac velut ψεκάζειν. 'Ciniflones' et 'cinerarii' eadem significatione apud veteres dicebantur, ab officio calamistrorum, qui acus et veruta flando calefaciebant, quibus matronæ capillos crispabant. Ergo 'ornatrices,' quæ composuere capillum; 'ciniflones' et 'cinerarii,' qui acus calefactas submiuistrarunt ornatricibus; quamvis glossæ pæne confundant. *Wouwerius.*

101 *Cerussa*] Ad fucandam faciem utebantur cerussa et aliis offuciis. *Taubm.*

102 *Ebur atramento*] Ad illud allusum hoc loco a Planto suspicor; quod veteres in ebore scripsisse, et eboreis tabulis, ut et ligneis, ostendam ex hoc Martialis disticho in apophoretis, cujus lemma, 'Eborei pugillares:' 'Languida ne tristes obscurent lumina ceræ, Nigra tibi niveum littera pingat ebur.' Nec eo possis confugere de ceratis pugillaribus accipiendum apud Martialem. Stat contra Martialis ipse, et alios a ceratis eboreos pugillares facit: quin apertissime candidum et nudum ebur atramento pingi perscribique indicat. *Salmas.*

104 *Purpurissum*] Spuma est collecta effervescente purpura, cum ea tinctura efficitur. Loco purpurissi utuntur hodie pictores lacca mixta cum cæruleo. Colores igitur hujus lenocinii sunt præcipui: 'albor,' quem cerussa format: 'rubor,' quem purpurissum: 'nigror,' ad palpebras et supercilia utilis, stibium. *Dalechamp.*

105 *Interpolare*] Q. d. obsoleta quæ sunt, interpolari solent. Cur tu vero quod est pulcherrimum et integerrimum reconcinnabis? *Taubm.*

107 *Melinum*] Auripigmentum colore candido. *Lamb.*

111 *Ut speculum tenuisti*] Specula ex argento facta scribit Plin. XXXIII. 9. Monet ergo Scapha Philematium, ne contactu argentei speculi suspectum se reddat Philolachi, tanquam argentum ab alio amatore acceperit. *Boxhorn.*

117 *Veteres*] Pro, vetulæ. *Interpoles*] Quæ se pigmentis interpolant, ut ex vetulis novæ quasi puellæ fiant. *Taubm.* 'Interpolus' et 'interpolis' proprie dicitur de vestimento, quod vetus atque aliquibus locis detritum, arte polituræ suturæve faciem novam accipit. Martian. JC. l. 45. de Contr. Emt. 'Si vestimenta interpola quis pro novis emerit.' Glossæ Isidori: 'Interpolis vestis, quæ ex vetusta fit nova.' Sic 'interpolari' proprie dicitur vestimentum, Cic. ad Q. Fr. II. 11. 'Quod cum vult renovare honores eosdem, quo minus togam prætextam interpolet quotannis.' *Gronovius.*

122 *Nihil hac docta doctius*] Vide Epid. III. 2.

123 *Pars vostrorum*] 'Vostrorum'

Digitized by Google

pro 'vestrum' positum esse hoc loco, recte censuit Apollinaris apud Agell. XX. 6. 'Vestrum' autem, pro 'vestrorum' dixere, uti 'meum,' 'tuum,' 'nostrum,' pro 'meorum,' 'tuorum,' 'nostrorum.' Ex 'nostrum' et 'vestrum' facta sunt 'nostri' et 'vestri,' quæ usurpata Graccho Sempronio, aliisque antiquis: indeque factum, ut illa (quibus tamen et Cicero usus) Apollinaris damnarit tanquam nova, minusque proba. *Voss.*

124 *Quæ vos dote meruerunt*] Quæ vos dote emernnt, quarumque proprii estis dotis causa. *Camer.*

128 *Mores, &c.*] 'Mores' pro morigeratione seu morigeris modis, ut apud Lucretium est, accipit Douza.

130 *Purpura ætas*] Mss. Camerarii habent *Purpura ætate occultanda.* Legendum puto, *Purpura ætas est occultanda, et auro turpe mulieri.* Falsum est, quod vulgo legitur, *aurum turpe mulieri.* At verum est *turpe*, id est, turpitudinem et deformitatem auro, ac ejusmodi aliis ornamentis, esse occultandam mulieri deformi. *Boxhorn.*

134 *Nimis diu abstineo manum*] Simpliciter hæc explicanda: 'abstineo manum,' scil. gestientem amplecti amatam. Si cum Camerarii Mss. legas *abstineo manu*, intellige manum amatæ, gestientem amplecti adolescentem amantem. *Boxhorn.*

140 *Cedo, amabo, decem: bene emptum*] Meræ nugæ hic Lambini. Adolescens verbum illud ('mea voluptas') 20. minis æstimabat. Ibi illa, jocone an serio? si emere velit, non 20. se poscere, sed vel decem, ac pulcre venditurum, ut bene emat. At hic callidus æque adversus meretriculam, emptum sibi jam tum id verbum respondet: ac si ratio ineatur, etiam ultro residuas sibi apud ipsam decem minas, præter illas 20. quibus nunc verbum æstimarit. Nam dedisse pro ejus capite 30. minas, quibus si 20. istas demat, superesse scilicet etiam decem, quas poscat. Atque hæc verissima loci hujus sententia est. Neque quicquam mutatum; nisi quod ex vulgato *decumbe: næ, fecerim decem: bene.* In quibus cardo universæ rei versatur. *Acidal.*

146 *Bene igitur ratio accepti, &c.*] Uterque nostrum sese obnoxium alteri putat mutuis beneficiis: quod non faciunt, qui beneficia invicem exprobrant: quod alter expendisse se contendit, alter se accepisse inficiatur. *Budæus.*

150 *Cedo aquam manibus*] V. N. Pers. v. 1.

151 *Cum stacta*] Latex oleumve e cinnamomo et myrrha incisa sudans: a στάζω, *stillo.* Taubm.

SCENA IV. 1 *Advorsum venire mihi, &c.*] Alloquitur servos, atque inter istos præcipue Phaniscum, quod patet ex act. IV. sc. 1. ut tempestive sibi advorsum veniant apud domum Philolachis. Subintelligitur vero 'te' aut 'vos.'

5 *Comissatum ibo*] 'Comissatum ire' est ire a cœna ad compotationem, aut exercendam aliam juvenilium lasciviam plusculum appotorum, ut solent inclinati. Dictum a κῶμος, quod Græcis nihil aliud est, quam convivantium e triclinio foras prodeuntium lascivia. Hinc κωμάζειν, *saltare post compotationem.* Male scribunt vulgo *comessari:* nam, si a 'comedo' descenderet, prima foret brevis. *Gronovius.*

7 *Mamma, madere*] Hæc scriptura Scaligeri est; verum ego cum vulgg. *mammam adire?* Quasi dicat: Nonne tibi videor, tanquam puer, adire matrem, mammæ suggendi et pappandi gratia? nam 'fontem illum sanctissimum corporis humani generis educatorem,' (ut Agell. XII. 1. vocat) id est, mammas, alumnas, nutrices, et matres vocari, notum est. *Lambin.*

8 *Istoc modo moratus vivere debebas*]

Digitized by Google

Verba meretriculæ sunt amatorem admonentis, ut urbane et venuste jocetur, non incondite et rustice. *J. Gul.*

14 *Ubi lectus est stratus, coimus*] In lecto discubitorio accumbimus, epulamur, et de symbolis edimus: ut Terent. Eun. III. 4. Neque enim verbum turpe hic est 'coire.' *Turneb.* Sed Philolaches et Philematium jam coibant, jam convenerant. Haud dubie ergo corruptum est illud *coimus.* In Ms. quem vidi, disertim legitur, *connives.* Unde haud mihi dubium est, quin reponi debeat *convivis.* Cave modo ne in via prius accumbas, quam illic, ubi lectus stratus est convivis. Nam de ejusmodi lectis agi hic, nemo non videt. *Boxhorn.* Hæc conjectura speciem habet: sed non est satis causæ cur ab optimis codd. desciscamus. Quia Philolaches, inquit, et Philematium jam coibant, jam convenerant. Quid tum? Delphium hic loquitur cum Callidamate, qui ad Philolachen comissatum ibant, et hactenus media via utebantur. Cave igitur, inquit, ne prius jaceas, quam coimus et conjungimur, ubi lectus est stratus, nempe cum illis quibus est stratus; priusquam ego tuque et ceteri ex constituto discumbimus. Tuetur etiam hoc verbum, quod in fine est scenæ præcedentis, 'Conveniunt manuplares.' Pro quo 'auxilia coire' dicit Justinus IX. 6. Nam Terentii 'coiimus in Piræeo' paullo aliter dicitur. *Gronov.*

15 *Sed et hoc, quod mihi in manu est*] Non mutanda vulgata distinctio videtur. Dixerat ebrius, sine cadere me. Respondet meretrix, quæ eum docebat, sino, sed et hoc quod mihi in manu est, si cades non cades quin cadam. Non prohibeo te cadere, sed illud etiam non potes prohibere, quod mihi proclive est, et quasi in manu, ne cadam simul, si cadas. *Salmas.*

25 *Ecquis hic est*] Non satis utitur oculis Callid. ut ebrius et semisomnis; sed ex voce et strepitu sentit hominis alicujus adventum.

31 *Num mirum*] Affirmantur cum lepore aliquo, quæ sic per interrogationem concipiuntur. An, inquit, mirum aut novum facit, quod dormit? *Salmas.* Lege, *non mirum.* Scriver.

33 *Da*] Tu puer, aut tu Scapha. Dominus convivii sic sæpe jubebat ab uno in orbem poculum per alios omnes convivas circumagi; quod περισοβεῖν Græci dicebant. *Turneb.*

ACTUS II.

SCENA I. 3 *Stabulum confidentiæ*] Glossarium: '*Stabulum, ἐπιστάδιον, ἐποστάσιον, παράδοχεῖον.*' Onomasticum: '*ἐπαυλὶς, σταθμός.*' Sed vox latius patet. Nam ut ab exoleto supino 'latitum' fit 'latibulum;' ita a 'statum,' 'stabulum.' *Becmanus.*

9 *Plagipetidæ, ferritribaces*] Gravis hic scilicet, qui vanos facit interpretes, quod hæc vocabula propria parasitorum et servorum compeditorum putarint. An non utramque familiam passim fabulæ hac nota inurunt? An non Terentius in Eunuch. 'Neque ridiculus esse, neque plagas pati possum.' Quid Ergasilus Capt. I. 1. 20. Curculio de ad se commeantibus catapultis? act. III. 1. Jam 'genus ferratile, ferriteri, apud fericrepinas insulas, in ferriterio, ferrati, queis est negotium ferreum, præferrati apud molas,' qui, nisi servi in pistrino? Sed, inquit, Tranio quærit homines, qui aliorum causa pati possint se excruciari; quales non sunt parasiti, aut servi, timidi fere et ignavi. Diceres, parasitos et servos comicos non nosse. Quid enim illis audacius simul et patientius? Vel unum Phormionem vide apud Terent. II. 2. Nam Libanos illos et Leonides, Epidicos, Chrysalos et hunc ipsum Tranionem piget memorare. Ipse utroque vocabulo mi-

Digitized by Google

lites intelligi vult. Cur ergo legimus, *plagipatidæ, ferritribaces viri? Vel isti:* si unum idemque genus est? Ibi compararunt correctionem: *dilecti*, aiunt, in veteri codice esse ad librum nostrum annotatum; et sic scribendum pro *Vel isti*, quod est in certis et optimis codicibus. Habeant sine rivali. *Gronov.*

10 *Qui hastis trium nummorum caussa subeunt*] 'Tres nummi' hic tres asses: et ad stipendium militare (etsi ad Circum etiam referre possis) diserta allusio comici servi irridentis, quod tam exiguo pretio auctorati castella et turres ligneas hostium, (id enim falæ) subirent, hastis aliquot configendi. *Lips.* 'Subire sub falas' dicuntur milites in oppugnationibus urbium et castellorum, quum in muros, et præcipue in murorum turres, evadere nituntur. 'Falæ' turres sunt rotundæ, quarum fastigium ovi refert imaginem. Græci, teste Vitruvio, βάρεις appellaverunt falas. Unde in Circo, quæ alii 'ova' appellabant, Juvenalis appellat 'falas:' 'Consulit ante falas Delphinorumque columnas.' *Gronov.*

13 *Ut affigantur*] 'Cruciarii' quatuor clavis olim affixi. Nisi tamen is sit hujus loci sensus: Ut servulus ad majorem cautionem, et ne facile se refigeret, voluerit non semel manusque et pedes, sed bis singula figi: ita, ut bini in quoque membro essent clavi. *Lips. Brachia*] 'Brachia' dicit, non 'manus:' nam etsi duræ et nervosæ illæ partes et lentæ frangi; quia tamen toti corporis moli, gravioris præsertim, non fuerit interdum ferendæ; non in media semper manus vola clavi fixi, sed superius paullo, qua cum brachio coit, id est, circa carpum. *Lipsius.*

23 *Quid mihi sit boni*] V. N. Epid. v. 1.

32 *Miserum est*] Proverbium olet. Significat autem, miserum esse tum demum rem necessariam providere aut parare, cum necessitas urget, et tempus parandi non datur. Tractum ab iis, qui tum demum, cum sitis urit et torret fauces, fodere puteum incipiunt. *Lamb.*

33 *Igitur demum*] *Igitur*, pro 'deinde.' Ita Cæs. 'Mox magis cum otium erit, igitur tecum loquar.' Vide G. Canteri Nov. Lect. IV. 26. et not. Amphitr. I. 1. Epid. III. 3.

37 *Cedo soleas*] Qui accubituri erant, calceos aut soccos ponebant. *Ciacon. Ut arma capiam, &c.*] Oratio hominis ebrii, et qui sui non compos.

38 *Perdis rem*] Negotium nostrum corrumpis.

39 *Vos pro matula habebo, nisi*] Permeiam vos, sive etiam, immeiam vobis: molliore tamen sensu, quam volunt interpretes; nimirum eopse, quo a Catullo Carm. LXIII. scriptum: 'Qui ipse sui nati minxerit in gremium.' *Douza.*

46 *Non hoc longe*] Δεικτικῶς, re aliqua minima demonstrata. Vide N. Amph. I. 1.

51 *Ita ille faxit Juppiter*] *Ille*, δεικτικῶς; vel, qui illic est in cœlo, vel præpotens Deus; oculis scil. aut digito in cœlum sublato. 'Faxit' autem, ut ex usura corporum vestrorum capiam voluptatem. Sic enim ambiguum illud, 'morigeræ tibi erimus,' pro se interpretatur servus nequam: cum aliovorsum ab istis sit dictum, pro, parebimus et introibimus. *Turneb.*

57 *Clavem Laconicam*] 'Clausam clavem' auctor Moreti vocat, ut puto, quæ intus aperiebat, aut forinsecus claudebat, quales erant Laconicæ; de quibus hoc loco: nam, ut ait Theon, οὐχ, ὡς νῦν, ἐκτὸς ἦσαν αἱ κλεῖδες, ἀλλ' ἔνδον τὸ παλαιὸν παρ' Λἰγυπτίοις καὶ Λάκωσι· quæ idcirco κρυπταὶ κλεῖδες dicuntur Aristophani. Videntur ita vocatæ, quod impactæ claustris vix apparerent. Quin et Festus Avienus difficilem locum Arati in-

Digitized by Google

terpretans, quum hebetem lucem Cassiopeæ denotare vellet, sit, non magis eam apparere, quam clavem Cariam foribus impactam: 'Lux hebes est matri, vix qualem Caria quondam Noverit intrantem per claustra sonantia clavem.' Ergo *clausa clavis*, et *κρυπτὴ*, fuerit ea quæ intus aperiebat. Nam contraria ei est *ὀπτὴ κλεῖς*. Laconum etiam claves extrinsecus aperuisse, vel hinc manifestum est. *Scalig.*

60 *Pluma haud interest*] Locus est sine dubio corruptus. Meliores omnes codices habent *probior* aut *propior*. Codex ille meus, qui aliter habet, deterior est. Una tantum litera addita, puto legendum, *Pluma haud interest, patronus, an cliens proprior siet Homini, cui nulla est in pectore audacia.* 'Proprior,' id est, magis proprius, convenientior. Ita enim loquitur Cicero. Pluma, inquit, haud interest utrum melius conveniat homini timido et ignavo cliens an patronus. 'Proprior' a proprius, ut 'industrior' ab industrius, 'egregior' ab egregius. *Salmas. An cliens probior siet*] Sic editum olim. Lambinus conjecit, *potius siet*. Scioppius *probior*, quod secutus Gruterus; quia in altero Cam. *probior* visum, quod manus secunda fecerit *propior*. Sed sine dubio legendum *propior*, ut alter codicum sine litura expresserat. Solebant judicio periclitantibus advocati esse tam patroni quam clientes, et hi proximi, tum 'adesse,' 'superesse,' et signatis verbis dicebantur. Parum refert patroni magis nomen an magis clientis ferat advocatus, patroni magis an clientis nomine adsit, proximus sit, qui timidus est, eoque non plus adjumenti adest quam si nunquam natus sit, ut alibi loquitur. Vide Observ. I. 23. *Gronovius.*

62 *Cuivis homini*] Negant homini optimo facile esse 'facere nequiter;' et hanc dant mentem: Cuivis, sive cliens sive patronus sit, facile est alteri nequiter facere, quamvis de subito, præter exspectationem: et optimum hic pessimumque volunt non virtute et vitio, sed fortunæ conditione distingui. Ubi primum frustra inserunt de patrono et cliente: nihil enim hi pertinent ad hanc sententiam. Dein optimi hic et pessimi sane sunt qui vulgo sic appellantur, virtute et vitio distincti: sed ambiguitas in *τῷ* 'facere nequiter,' quod ut refertur ad optimum, vitium rei indicat, non animi, et est male atque infeliciter rem gerere, peccare humanitus; ut ad pessimum, vitium significat etiam animi, et est improbe agere. Tam bono, inquit, quam malo proclive est facere, quod plus minusve factum sit melius: sed id, quod plus minusve factum sit melius, arte corrigere, ne noceat et *βίον ἀβίωτον* reddat, id viri docti est opus. *Gronov.*

64 *Clavem cedo, atque abi*] Hic versus subjiciendus 59. *trado, Tranio.* TR. *cedo clavem;* vel deleatur potius, nam infra est. *Scriver.*

65 *Verum id videndum, &c.*] Verum id providendum est; id solertis viri opus est, facere; quæ novo more et exemplo (id enim hic 'designare') malefacta sunt per nequitiam, ea cuncta ut tranquille et sine malo procedant: ne quid patiatur, propter quod vita ei sit acerba. *Lamb.*

77 *Capite obvolute*] Caput operiebant in turpi re deprehensi; summo pudore affecti; in rebus desperatis; vitam projicere parantes. Horat. Sat. II. 3. 'Nam male re gesta, cum vellem mittere operto Me capite in flumen.' Liv. I. 'I lictor, colliga manus, caput obnubito, arbori infelici suspendito.' Et Socrat. apud Platon. in Phædro de amore verba facturus, caput operit. *Lamb.*

79 *Hinc occludam*] Clavi enim Laconica ædes observabant foris, ita ut nemo, qui intus, eas aperire posset.

SCENA II. 2 *Quom me amisisti*]

Digitized by Google

Pro dimisisti. V. N. Capt. II. 2. *A te aix vivum*] Nam quid aliud est navigatio, quam mortis quædam professio? V. N. Rud. II. 6. *Taubm.*

4 *Haud causa illico est*] Lege, *haud causa 'st illico.* Scriver.

14 *Occlusa janua*] Claudebantur quidem interdiu fores intus, sed non foris; nisi aut cum ædes essent vacuæ, aut cum paterfamilias eos qui domi erant, nolebat domo egredi posse. Claudebantur autem fores ædium clavi Laconica, de qua supra. *Lamb.*

21 *Natus nemo in ædibus servat*] 'Servare,' pro custodire, et ut Nonii censura vult, sollicite ac suspiciose observare. *J. Grut.*

23 *Confregi hasce ambas*] Nullæ sunt hic ambæ fores in plerisque edd. ac libris, qui legunt, *pœne confregi assulas.* TR. *Eho! an tetigisti has ædes?* Sic alibi 'assulatim fores confringere.' Et assulæ sunt tabulæ forium, σανίδες. *Salmas. Confregi hasce ambas*] Festinabat ὁ πάνυ, quum scriberet, nullas hic *ambas* fores in plerisque edd. ac libris esse, qui legant, *confregi assulas*: et id probaret. Distinctius priores, in vulgatis quidem legi *assulas*, sed in vett. edd. (quod possum testari de Argentoratensi 1508.) et Mss. *hasce ambas*, vel *asce ambas.* Sic et Sambuci codex. Nec quicquam est ambigui sive per ἀνοσιώτατον δεικτικῶς dictum putes, sive servum pro timore, quem fingebat, non exspectasse, dum adderet ultimam vocem herus, et ejus sermonem intercepisse. Captiv. IV. 2. 'Aperite hasce ambas fores, priusquam pultando assulatim foribus exitium affero.' Ubi dubitare possis, an non eandem vocem auctor omiserit. *Gronov.*

33 *Perduaxint*] Si liceret a vestigiis scriptæ lectionis recedere, pronum esset legere, sicut etiam versus postulat, *Dii te Deæque perduint cum isto omine.* A 'perduo' antique, perduasso: 'perduassere' sic finxit, ut ab impetro 'impetrasso.' Ita ergo 'perduaxint' hic posuit pro perduint. *Salmas.* Imo non est hæc scripta lectio; sed V. C. *faxint*; Dec. *axint.* Intellige male perire. *Gronov.*

36 *Illos*] Comites, quos tecum adduxisti. *Douz. Jube illos illinc amabo*] Forte, *illinc ambo abscedere.* Scriver.

37 *Tangite vos quoque terram*] Genus quoddam venerationis erat et ceremoniæ superstitionisque terram tangere: sed non nisi in his rebus, quæ ad Deos inferos ac mortuos pertinent, usurpari consuetum. Macrob. lib. III. 'Cum tellurem dicit, manibus terram tangit.' Simile est Cic. de Arusp. Resp. 'Aut puer ille patrimus aut matrimus, si terram non tenuit.' *Turneb.*

42 *Sermonem nostrum qui aucupet*] Titin. 'Id ego aucupavi: plenas aures affero.' V. N. Milit. IV. 1.

44 *Capitalis cædis, &c.*] Vett. edd. *ædis*; quod probo; et *capitalis ædis* fit, cum in ea capital admittitur. Ut 'homo capitalis,' nefarius, flagitiosus, qui capital aut facit audacter, aut factum probat. Et 'locus capitalis,' ut ait Festus, 'ubi si quid violatum est, capite violatoris expiatur.' *J. Gul.*

45 *Scelus antiquom et vetus*] Antiquum est, quod patrum memoriam excessit: quasi ante ævum. Vetus est, quod jam habet ætatem. Et potest tamen res esse antiqua, quia a majoribus accepta: et vetus, quod a nobis, vel ab aliis, nostra ætate olim usurpata sit. Sic 'antiquum jus' dicitur jus gentium, quod una cum humano genere ab natura exstitit. 'Vetus vinum' anni prioris vinum, ut loquitur Ulpianus. *Popma.*

47 *Quid istuc est, sceleste*] Lege, *Quod istuc est scelus?* Scriver.

57 *Exclamat maximum*] Poëtarum et Græcorum more dixit Horat. ad Pison. 'Longum clamet, Io cives.' *Taubm.*

59 *In somnis*] Κατ' ὄναρ, dum dormit ipse: 'per noctem,' ut interpre-

Digitized by Google

tatur Donatus. *Lambin.*

62 *Mirum quin, &c.*] Quasi dicat: Qui fieri potuit, ut, qui abhinc annis sexaginta necatus fuit, diceret aliquid filio tuo vigilanti et videnti? *Douz.*

68 *Nam me Acheruntem*] Suspicor, ad reconditiorem illam Orci significantiam respectum a poëta, qua 'receptorem mortium' intelligi solitum testis Isidorus; unde et 'Oream' natam et denominatam scribit, pro vase quod recipit aquas: quam vocem reperies et apud Persium. *Douz.*

71 *Defodit insepultum*] In terram quidem defossum humavit, sed non rite, id est, justo sepulturæ honore carentem. *Guther.*

75 *St, st*] Sic Gruterus fecit, quum in vulgatis esset *secede*, in scriptis *Sed et*, longe probabilius, quam qui *Ceden*, quod quid sit, ignoro; nisi voluit *Cedin*: sed observavi in aliis quoque Plauti locis, ubi interjectio ista ponenda est et habetur in melioribus libris, quosdam scriptos habere *Sed*. Gronov. *Concrepuit foris*] Audit intus strepitum Tranio. Eum, ut occultet, quasi lemures percusserint, attonitus quærit. *Lambin.*

78 *Perii! illisce hodie hanc conturbabunt fabulam*] Hæc secum Tranio moleste ferens eos strepere intus; metuensque ne res palam fiat: atque ita tota fabula, quæ a monstris nomen habet, conturbetur. *Lambin.*

79 *Ne manifesto*] In manifesto mendacio me senex deprehendat. *Douza.*

82 *Nihil ego formido*] Proprie. 'Formido' a formis, de quibus hic ludi fiunt, id est, spectris. *Scalig.*

83 *Non me appellabis*] Sermo ad mortuum, a quo se appellatum simulat Tranio, ob percussas fores.

88 *Percussisses*] Omnino hoc adserendum, ut respiciat id, quod senex supra fores tetigerat: idque ad metum seni injiciendum.

94 *Fugies atque Herculem*] Forte, *fuge atque Herculem invocabis.* Scriver.

95 *Herculem invocabis*] Ut ἀλεξίκακον ac monstrorum domitorem. Sic apud Aristoph. in Pluto Chremylus, cum videret horridam squallidamque Penian, exclamat, Ἡράκλεις! *Turneb.*

ACTUS III.

SCENA I. 1 *Scelestiorem ego*] Hic 'scelestus' non est μιαρὸς, sed ὁ ἀτυχὴς, id est, infelix, ut apud Horat. Carm. II. 4. 'Credo non illam tibi de scelesta plebe delectam.' *Heins. Argento fœnori*] *Argentum fœnori* dicitur, quod datur in fœnus, id est, argentum ad fœnus. Nunquam, inquit, scelestiorem annum vidi, argento fœnori, id est, argento quod ad fœnus datur magis incommodum, et ineptum. *Salmas.*

15 *Pergam turbare*] *Turbare* absolute positum est pro turbas excitare: ut Bacchid. IV. 9. 'turbat equus ligneus.' Tacit. Ann. lib. IV. 'Cum repente turbare fortuna cœpit.' *Taubm.*

19 *Etiam fatetur, &c.*] Acidalius versus hos quatuor ordine sequentes expungit; quia paullo post iterum legantur. *Taubm.*

22 *Quam pirum volpes, &c.*] Proverb. de re factu proclivi: quod nihil sit negotii vulpi dentatissimæ pirum edere: ut explicat Erasmus. *Taubm.*

28 *Dicam si confessus sit*] V. N. Asin. II. 3.

31 *Sed eum videto*] Hærent hic interpretes. Convenerat Theuropides senex illum, a quo ædes emerat, eique dixerat, quæ in hisce evenisse ex Tranione acceperat. Negaverat venditor vera ea esse. Id cum intelligeret Tranio, suadet capiendum esse judicem, qui rem totam cognosceret. 'Sed eum,' inquit, aversus a sene ad spectatores, ironice, 'videto ut capias, qui mihi credat:' qui nobis plus fidei habeat, quam venditori; qui causæ nostræ sit addictus. Id si feceris,

Digitized by Google

tam facile eum in judicio viceris, quam volpes pirum comest. Ea enim proverbialis loquendi ratio significat obtinendi quod velis facilitatem. *Boxhorn.*

34 *Neque fœnus, neque sortem argenti*] 'Sors' patrimonium et summa est sive caput illius pecuniæ, quæ confertur in societatem, ut inde lucrum fiat: hinc 'consortes' et 'consortium,' et adfini quadam significatione 'sors' dicitur quælibet pecunia, cui accedunt usuræ, vel reditus. Martial. v. 43. 'Debitor argentum pariter cum sorte negabit.' Terent. Adelph. 'Etiam nunc de sorte in dubium venio.'

36 *Natus Diis inimicis*] V. N. Milit. II. 3.

37 *Jam illo præsente*] Danista me adiens argentum poscet sene præsente. *Taubm.*

41 *Mi Saturides*] Lego, *Salv. Misargyrides bene.* Et venuste ἀντιφράζεσθαι *argenti-odium:* qui ita lucellum inhiaret, ut vel os sibi verberari pugnis, modo argenteis, facile pateretur. Et in Adelph. Ter. Donatus liquido confirmat, 'Misargyriden' trapezitæ Plautini nomen esse, quem frustra alibi quæras, si hunc, quem reprehendi, amiseris. *Jan. Gulielm.* Et hoc volunt scripti, quorum alter *misarcirites*, alter *misartirites.*

43 *Pilum injecisti mihi*] 'Pilum injicere,' idem quod Cic. pro Mur. dixit, 'Quam te securim injecisse putas petitioni meæ,' id est, impedimentum. Idem pro Planco, 'Infligere reip. securim:' quod est magno malo eam afficere. *Lipsius.* Sumta translatio ex armatura Romanorum, et prœliandi modo. Gravis armaturæ milites præter scutum, gladium Hispaniensem, galeam æream, et ocreas, pila gerebant duo, teste Polyb. lib. VI. Unde et 'pilani' dicebantur Ovid. Fast. III. 129. In prœliando autem primum, modico spatio ab hoste distantes, pila conjiciebant, dein gladiis res gerebatur. Pili descriptio est apud Polybium, quem vide. *Gronov.*

44 *Est certe ariolus*] Recte divinat, cum dicit me inanem pecuniæ esse. *Taubm.*

56 *Verum hercle*] Putabam aliquando rescribendum, *iterum hercle dico.* Nunc nihil mutandum statuo. *Verum dico*, idem hic est quod serio dico. *Boxhorn.*

58 *Eu, hercle næ tu*] Oratio perplexa hominis perturbati: subintell. 'odiosus es,' aut aliquid tale. *Douza.*

60 *Beatus vero*] Quæ petis accepisse te putas, cum clamas; scilicet. *Boxhorn.*

64 *Sortem accipe, &c.*] Vehementer turbata est hæc scena in ed. Veneta, adeo ut integri versus transpositi sint; nec cohærent sane omnia in ed. Cam. et Lambini, si paulo diligentius et ad sensum et τὸ πρέπον animadvertas. *Pistor.*

66 *Extentatum*] Ita in Ms. suo Camer. et in suis ad unum omnibus reperit Lamb. quamvis ille ex conjectura, ut ait, substituerit *externatum:* quod rectum censeo. Quasi dicat: Tune huc venisti, ut te clamando mente alienares? vel, ut clamando mentis statu motus videreris? Nonio 'externavit' est dementem fecit. *Douza.* Rectum est, *venisti huc externatum.* 'Externare' est externum mentis facere, mente alienare præ nimio terrore. Sic locutus est Catullus: 'assiduis quam luctibus externavit.' Apuleius in Apologia: 'ad oblivionem præsentium externari.' Idem alibi Metam. III. 'hic externatus animi atque attonitus.' In glossis etiam veteribus id verbi notatur, 'externatus, ἐκτὸς φρενῶν.' *Salmas. Venisti huc extentatum*] Vulgo olim *ostentatum.* Sed istud Mss. probatque Turnebus, et Lambinus interpretatur, ut extentares, expromeres, experireris et contenderes vocem

Digitized by Google

tuam. Camerarius *externatum*, quod idem explicat, ut te clamando mente alienares. Affert etiam quorundam *exenteratum*, Lipsius *sistentatum*. Videtur dedisse Plautus *occentatum*, hoc est, ut nobis convicium facias publice, ut nos pipulo differas. Festus: 'Occentassint antiqui dicebant, quod nunc, convicium fecerint, dicimus: quod id clare et cum quodam canore fit, ut procul exaudiri possit: quod turpe habetur, quia non sine causa fieri putatur.' *Gronov.*

67 *Nec erit quidem*] Nec erit quidem, unde solvat: nam dixerat jam, 'non dat, non debet.' Nam qui non habet quod det, ne debere quidem videtur. Ferre, inquit, hoc potes, quod dico, an mavis, ut aliquo abeat foras? *Salmas.*

69 *Urbem exul linquat factus*] J. Gul. leg. *Urbem exul linquat, actus hinc, causa tui? Actus hinc*, hinc ejectus, expulsus. V. N. Aul. II. 2.

77 *Nescit quidem nisi fœnus*] Similis Pythermo cantori apud Athen. lib. XIV. de quo Hipponax, Χρυσὸν λέγει Πίθερμος ὃς οὐδὲν τἄλλα· *Pythermus aurum loquitur, et aliud nihil.* Taubm.

85 *Ne inconciliare*] Ne pergas eos porro in te irritare, tibique (ut Horat. ait Od. IV. 15.) inimicare. V. N. Trin. I. 2. *Taubm.*

86 *Vide num moratur*] Nunquid senex in mora est, quin tibi, quod debetur, exsolvat? *Lambin. Quin feram, si quid datur*] Imo, ne me jocari putes, ego accipiam, si quid datur. *Lambin.*

96 *Quasi XXXX. minas*] *Quasi* pro fere, circiter, aut præterpropter. Ter. Heaut. I. 'Quasi talenta ad quindecim coëgi.' *Taubm.*

96 DA. *Ne sane*] Non opus Acidal. trajectione, si imagineris, senem admirabundum et irato proximiorem vix statum tenuisse, audita pecuniæ summa: quem placans Danista, ita dixerit, 'Ne sane,' &c.

112 *Speculo claras: clarorem merum*] Ædes ita claras tamque polita et nitida facie emit, ut cum æquore et planicie speculi possint comparari: vel, ut loco speculi esse possint; vel, ut speculum ex iis confici possit. *Ædes ad speculum claras*, id est, etiamsi cum speculi splendore et lævore conferantur, satis claras. *Clarorem merum*, id est, æque claras atque ipse elaror clarus est. *Turneb.*

114 *Talentis magnis*] Causa non est, cur se quisquam cruciet, quod in Rudente 'talentum magnum' faciat Plautus, centum viginti minarum; et vero hoc loco tantum minarum sexaginta; si modo quis attendat scenam dramatis, cui titulus Rudenti, esse Cyrenis, quod tota passim clamat fabula: at vero hujus fabulæ scena est Athenis, ut constat ex plurimis locis. Inter Athenienses igitur Atticum numeratur Athenis talentum, quod est, minarum sexaginta, ac proinde duo hujusmodi talenta faciunt minas centum viginti. At vero Cyrenis de Cyrenensi intelligi volnit poëta, quod erat idem cum Ægyptio; erat quippe Cyrenaica pars Ægypti, et ditionis illius: igitur populare, id est, Ægyptium intelligitur talentum, quod erat duplum ad Atticum, id est, centum viginti minarum, ut constat e comparatione eorum quæ a Strabone et Diodoro Siculo scribuntur, de annuo Ægypti reditu. *Petitus.*

115 *Arrhaboni*] Arrhabo, vel arrha, quod emptionis nomine datur, ut constet fides de pretio, quod convenerit. Agell. XVII. 2.

119 *Jam appetit meridies*] Hoc non temere dictum; nam et Danistæ dixerat servus, ut circiter meridiem rediret: et alioqui post meridiem non fere quicquam rei incipere solebant Romani, præsertim magistratus; nec pacisci. *Turneb.*

120 *Absolve hunc quæso vomitum*] *Vomitus* convitium est in homines impuros. Sic Lucill. de Trebell. 'Mar-

Digitized by Google

cebat febris, senium, vomitus, pus.'

123 *Uno nummo plus petas*] Eos, qui plus petebant, olim caussa cecidisse, nemo dubitat. An vero leg. XII. Tabb. an edicto prætoris id fiat, disputant. Ego non illa, sed hoc censeo factum. *Rævard.*

134 *Ut in vicinum*] Sc. convertam. *Lamb.* Certe deest verbum. Unica litera mutata, lego, *Quid ego nunc agam, Nisi it in vicinum hunc proximum mendacium? Eas emisse ædes hujus dicam filium.* Ita distinguendum ac legendum. *Salmas.*

136 *Calidum hercle audivi esse optimum mendacium*] *Calidum mendacium* interpretatur Lambinus, quod non est cogitatum, sed ex tempore natum, *θερμόν.* Et hoc placet. *Taubman.*

137 *Quicquid Dei dicunt, id rectum est dicere*] Optimi et antiquissimi codices habent, *id rectum est dicere.* Et sic legendum est. Alii pro *rectum* reposuerunt *certum*, aut *decretum.* Sed mala loci constructione decepti sunt. Ordo est: Dicere quicquid Dei dicunt, id rectum est. *Quicquid Dii dicunt*, quicquid ex tempore dubitanti suggeritur. Deorum instinctu id suggeri credebant veteres. Vide Apul. de Deo Socratis. *Boxhorn.*

138 *Dii istum perduint*] Scil. Danistam, qui me turbavit, ut nomen venditoris ædium exciderit. Et hæc loquitur, ut senex audiat: illa vero, *imo istunc* (senem) *potius*, ut tantum spectatores.

140 *Bonan' fide*] Locus est ex ambiguo: quod inest in his verbis, *bonan' fide?* quæ senex aliter dixit, aliter servus accepit. Nam senex quærebat ex servo, bonane fide loqueretur, hoc est serione, et vere id diceret, emtas ædeis esse a filio: servus autem in aliam sententiam accepit, aut certe se accipere simulavit, quasi quærat ille, bonane fide ædes emtæ sint, hoc est, utrum dolus malus in ædibus vendendis adhibitus sit, an bona fides. Itaque sic respondet, si argentum venditori promissum, ac pactum redditurus es, bona fide ædeis emit filius; si minus, bona fide non emit. Ex his intelligi potest, actiones bonæ fidei eas demum proprie appellari, quibus postulatur, ut fides data, bene, atque uti par est, servetur. *Hottom.*

158 *Senatum consilii in cor, &c.*] Facete et erudite cor 'senatum' appellat; ut et Epid. I. 2. Apul. Apolog. 'Cui nulla fandi cura sit, impensius cetero corpore os colendum, quod esset animi vestibulum, et orationis janua, et cogitationum comitium:' scilicet, quia ex ore cogitationes animi in apertum prodeunt. Alias ineptum sit dicere, cogitationes in ore concipi. Mamertinus: 'Versari cœpit in sacri pectoris comitio consulatus.' *Sc. Gent.*

SCENA II. 1 *Melius anno hoc mihi non fuit domi*] 'Bene esse,' *γενικῶς* vitam omnem voluptariam complectitur. *Jan. Gul.*

2 *Nec quando esca*] Falsum est, in Mss. repertum, *Ne quod est culina uxor.* Unde ineptissime conjicitur, *Nec quando est culina meruerit magis;* quod scil. sit construendum, Nec est quando magis meruerit culina. Scripti, *Nec quid est cauna meruerit magis:* unde faciendum cum Casaubono et Acidalio, *Nec quando esca una me juverit magis:* nec scilicet, fuit, ut supra: 'Nec, quom me melius, mea Scapha, rear esse defœcatam:' dicit autem 'juvare escam,' ut in Captivis: 'Neque unquam quicquam me juvat, quod edo domi.' Horatius, 'Cœna brevis juvat.' Juvenalis, 'magis illa juvant, quæ pluris emuntur.' Valerius Flaccus, 'Quod nullæ te, nata, dapes, non ulla juvabant Tempora.' Quintil. Decl. 298. 'Juvat autem cibus post opus.' Acad. 'Nequidem cauna meruerit magis.' *Gronov.*

6 *Melius quom prandium, quam solitum, dedit*] Non, inquit, temere et ca-

Digitized by Google

su id fieri illico in mentem venit, cum lautius cotidiano prandium apponi mihi viderem: et certe illud erat: meridianam a me operam impetrare voluit. *Non forte*, Plautinum est, *οὐκ ἀλόγως*, ut apud eundem nostrum. 'Non temere est,' in Bacchid. 'Non temerarium est,' Aulul. Idem valet, 'Non de nihilo.' Propert. 'Non sum de nihilo blandus amator ego.' *J. Gul.*

8 *Non bonus somnus est de prandio*] Mos erat veteribus, qui etiamnum obtinet, æstivo tempore meridie somnum leviusculum capere, quem Varro Re Rust. I. 1. 'somnum insiticium' appellat elegantissime: 'Ego hic, ubi nox et dies modice redit et abit, tamen æstivo die, si non diffinderem meo insiticio somno meridiem, vivere non possem,' &c. *Meursius.*

10 *Tota turget*] Casin. II. 5.

24 *Te ipse jure optumo*] Quia tibi ipse malefacis: dum ultro abis domo, non modo ab uxore non ejectus, sed ab ea blande in cubiculum allectus. *Lamb.*

26 *Hoc habet*] *Hoc habet*, et *habet*: vox propria in gladiatores vulneratos, aut irretitos; vel insultantis adversarii, vel vulgi acclamantis. *Donatus.*

36 *Sic decet, ut homines*] Quasi dicat: Philolaches est corruptus et voluptarius: sapienter igitur facis, qui ei non adverseris, sed morem geras. Terent. Adelph. III. 4. 'Verum quid facias? ut homo est, ita morem geras.'

40 *Musice hercle agitis ætatem*] *Musice vivere* quid sit, docet hic ipse Plautus. Huic confine, 'Tibicinis vitam vivere,' hoc est, laute quidem, sed alieno sumptu. 'Jus hoc est cantorum et poëtarum ut sacrificent sine fumo:' id est, laute epulentur, nullo suo sumptu. *Taubm. Musice* idem est quod concinne, eleganter, quod Græcis interdum est *μουσικῶς*. Interpretes vulgo malunt ex more cantorum læte et laute, et sine suo sumptu. Nam jus cantorum et poëtarum est, inquit Athenæus, *ἀκαννα θύειν*, id est, *laute epulari sine sua impensa.* Sed hæc interpretatio loco Plauti non quadrat. *Gronov.*

41 *Electili*] Pro optimo et eligendo. Sic factum est 'ductile' a ducto; 'apertile,' Ovidio, ab aperto. *Salmas.*

49 *Quid est? quomodo*] Scribe, SI. *Quid est?* TR. *Quomodo pessime potuit.* SI. *Qui ne subducta erat tuto in terram antehac?* Eo modo, quo modo quo pessime potuit; ventus nempe deserat ratem. Respondet Simo: Eamne, quæ jam subducta antehac tuto in terram fuit? *Heins.*

50 *Subducta*] Subducuntur naves ex alto in portum; deducuntur ex portu in altum.

53 *Velim ut velles*] Cui boni ac secundi aliquid obtigerat, ei, ominis caussa, gratulabundi dicere solebant, 'Feliciter,' aut 'Feliciter quod agis:' cum significarent, cupere se eum perpetuo eadem felicitate uti. Contra, cui male et adversus animi sententiam erat, eum alloquentes dicebant, 'Vellem, quæ velles:' cum indicarent dolere sibi, quod illi male esset: ac si dicerent, Vellem tibi ita esset, ut tu quoque velles; mihique ægre est, quod tibi quicquam præter voluntatem tuam evenerit. Sen. Ep. LXVII. 'Adspice M. Catonem, sacro illi pectori sævissimas manus admoventem, et vulnera parum demissa laxantem. Utrum illi tandem dicturus es: vellem quæ velles et moleste fero? an feliciter quod agis?' *Muretus.*

58 *Patrone salve*] Sic eos, quorum patrocinio usuri erant, salutabant. Etiam hac formula manumissi patronos suos salutabant.

64 *Tam liquidus est, quam liquida esse tempestas solet*] 'Turbare' et 'liquare' contraria sunt, et in liquore ponuntur: quod vel ex Plaut. Mostell. II.

Digitized by Google

1. liquet; ubi servulus, 'Efficiam,' inquit, 'quæ facta hic turbavimus, Profecto ut liqueant omnia et tranquilla sint.' Inde ad alia transferuntur; ut 'liquida æthra,' quæ opponitur turbido aëri: 'liquidus ignis' est purus, tenuis, clarus: 'liquidam auspicium,' Epid. II. 2. 'liquidus animus,' Pseud. I. 3. *Turneb.*

69 *Ambulacrum et porticum*] Notari meretur, in privatis ædificiis fuisse et ambulationes et porticus. *Guther.*

70 *Quid consommiavit*] Τὸ ἀκοῦσον ὀνειροπόλησε; unde hoc ei tam stulte venit in mentem? *Turneb.*

79 *Imo edepol vero, &c.*] Imo, inquit Simo, contrarium fit: nam cum ubique locorum umbra est, sol ad vespertinum tempus a matutino usque, quasi creditor importunus, hic pro foribus adstat.

80 *A mani*] Sic et Servius in Æn. v. ubi docet, adverbia, si nomina fiant, declinari: ita in Milite, 'de vesperi suo.'

81 Hæc nota referenda ad præcedentem scenam I. actus III. vs. 81. *Calidum hoc est*] Lambino danista significat orationem suam de fœnore molestam esse Tranioni; quamvis discedat ille, se nihilominus fœnus sublato clamore flagitaturum, et proinde hoc pacto ei molestum futurum. Quod contemnit Acidalius, et hunc versum vult esse Tranionis, ac trajiciendum post vs. 135. Gruterus putat cessare aliorum commenta et ipsius Acidalii, si tribuatur Thensropidi seni, qui sequentem pronuntiat. Ego vero nihil innovari malim. Non deterrent me tua convicia, inquit danista: alius me stimulus et potentior urget. 'Calidum hoc est,' nempe negotium quod ago: exactio scilicet pecuniæ ad certam diem debitæ statim vult et diligenter celeriterque fieri. Sic Epid. I. 2. 'Huic homini opus est quadraginta minis celeriter calidis.' Jam quis non videt quo longius abest copia recipiendi debiti danistæ, eo pejus eum uri et vexari metu amittendorum nummorum? hoc est, ergo, etsi procul abest, urit male. Ludit ambiguo τοῦ *urere*. Negotium hoc urit male, (id est, me sollicitat, inquietum habet) præter naturam aliorum ignium, qui non urunt procul remotos. *Gronov.*

83 *Quid? Sarsinatis ecqua est, si umbram non habes*] Argute, sed umbrose et obscure. *Sarsinatis* enim nominativus antiquus, ut 'summatis,' 'infimatis,' 'cujatis:' pro quibus nos *Sarsinas, summas*, diceremus: quod olim P. Valla etiam monuit. Alludit autem ad patriam suam Plautus: siquidem Sarsina una ex Umbriæ civitatibus Straboni lib. v. Silius lib. VIII. 'his Sarsina dives.' Etiam Plinius III. 8. 'Sarsina' agnoscit. Jam vero *Umbra* bipartitæ notionis est, significans non modo 'aërem lumine cassum,' ut ait Lucret. sed et mulierem ex Umbria prognatam. In quo ambigno poëta ludit.

91 *Vehit hic clitellas, &c.*] *Vehit*, dixit, non *gerit*; quia mulus, equus, camelus, bos, vehicula sunt. *Lambin.* 'Clitellæ' Horatio Sat. I. 5. sellæ dossuariæ sunt, jumentis imponi consuetæ ad onera commodius gestanda. Sensus ergo hujus versus est: Quemadmodum hero meo clitellas impono, et vehere facio; ut super illis omne onus, hoc est, dolos et fallacias meas imponam; ita et hic alter senex Simo vehit clitellas, &c. hoc est, uterque probe ludificatus est. *Pylades.*

95 *Magni sunt oneris*] Quem hic miseret ineptiarum, in quas putat incidisse interpretes, vellem misertum esset sui. Quis eum docuit 'magni oneris esse,' ut intelligatur, ferundi, capiundi, Latine non dici? At non eodem modo, 'escæ maximæ esse,' 'majoris cibi esse,' 'multi meri esse,' 'magni laboris esse' Plautus, Varro, Horatius dixerunt. Abstineat igitur corrigere, *Magni sunt: oneris*

Digitized by Google

quicquid imponas, vehunt. Gronov.

96 *Haud scio, an colloquar*] Potuit servus inter molitiones istas, ut fit in malis consiliis, trepidare; aut certe simulare, novo aliquo et e re nata consilio sibi nunc subito opus esse. *Taubm.*

104 *Simul flare sorbereque haud facile est*] Nam 'duas res magnas præsertim' (ait Cic. in Philip.) 'non modo agere uno tempore, sed ne cogitando quidem explicare quisquam potest.'

111 *Ut istas remittat sibi*] Venditione rescissa.

112 *Sibi quisque ruri metit*] Ita Mss. Cam. et Lamb. Proverb. rusticum, quo significatur, sibi quemque consulere. *Taubm.*

113 *Redhibere, &c.*] 'Redhibitum id proprie dicitur, quod redditum est improbatumque ei qui dedit, itemque rursus coactus est habere id quod ante habuit,' Festus.

123 *Tanquam*] Theuropides, cui aliud persuasum erat, hoc adverb. non potest concoquere. 'Tanquam' et 'quasi' voculæ similitudinis sunt, non veritatis.

130 *Istum perductorem*] Cicero lib. 1. in Verr. 'lenonum, aleatorum, perductorum nulla mentio fiat.' 'Lenones' sunt scortorum, 'perductores' etiam invitarum personarum, et in quibus stupra exercita legibus vindicantur. *Ascon.*

136 *Eo pretio empti fuerant olim*] Cum pulcros postes laudaret alter, hic responderet: Sane tali, id est, pulcro pretio sibi emptos. *Pulcrum* est luculentum pretium: unde 'pulcre vendere,' et similia, apud Nostrum. *Acidal.*

140 *Ab infimo tarmes secat*] Tarmes is est Vitruvio, qui θρὶψ Græce vocatur. Ut intelligat vermiculatos et θριπηδέστους. Jam 'secare' et 'cædere,' aptum verbum ei rei. Lucillius: 'Lanæ opus omne perit: squallor, tineæ omnia cædunt.' Nam Græci *κόπτειν*, ut *κόπτεσθαι ὑπὸ σεών. Scalig.*

143 *Pultifagus opifex*] Intelligo Pœnum: hi enim lignario opere claruerunt: unde multa fabricæ ligneæ opera ab illis nominata, ut 'lecti Punici' Plin. XXXIII. 11. 'fenestræ Punicanæ' Varroni; et 'torculare Pœnicum' eidem; et 'coagmenta Punicana,' quæ fideliter hærebant, nec hiascebant, apud Catonem. Itaque ab hac mente Plautus, cum vult ostendere ædium postes hiare, ait non esse factos a Pœno fabro: non enim hiascerent commissuræ, si Pœnus faber eas conjunxisset. *Scalig.* Pultiphagus opifex barbarus, accipiendum de Romano opifice. Pulte ut plurimum usi sunt veteres Romani. Res nota. *Salmas.*

144 *Quam arcte dormiunt, &c.*] Quia connivere dicuntur, qui dormitant: ut apud Cinnam lectus est versiculus, 'Jam gravis ingenti connivere pupula somno:' ideo, cum in foribus juncturas esse minime laxas servus ostenderet, dormire eas ridicule prius, dein etiam, connivere jocularier dicit, ex oculis dormitantium ducta metaphora. *Politian.*

147 *Viden' pictum, ubi ludificatur*] Hoc fingit; nam nusquam hæc pictura in ædibus Simonis erat. Per 'cornicem' autem se Tranio intelligit; per 'volturios' senes duos: vel propter capitum canitiem; vel propter defloccatam calvitii deformitatem; vel etiam ob avaritiam. *Douza.*

151 *At tu isto ad vos obtuere*] *Ad vos*, id est, in eam partem, ubi vos estis. Facete enim jubet senem in eam partem oculos flectere, ubi ambo sunt; quasi ibi sint duo volturii picti: cum tamen alii nulli volturii essent præter senes ipsos, quos Tranio per *volturios* significat. *Douza.*

161 *Ædes dico, &c.*] Totus hic locus in ambiguo est. 'Habere mulierem;' 'mulierem cum aliquo esse;' Græcis *συνεῖναι*, et *συνοικεῖν, ductare,*

Digitized by Google

eandem rem exprimere; ut enim ductat exercitum is, cui paret exercitus; ita 'ductare mulierem' dicitur is, cui illa obtemperat morigeraque est in rebus omnibus. Asin. I. 3. et alibi. Terent. 'Meam ductas gratis?' *Muret.*

162 *Videam ne canis*] Scil. sit aliqua mordax in introitu, quæ domus custos in te ignotum sæviat: quem Seneca de Ira III. 37. 'canem catenarium' appellat. Ut sibi caverent, qui domum ingredi vellent, inscriptum erat januæ longis litteris, CAVE CANEM. Quia non solum vivus canis accubare solebat, sed etiam sculpi vel januæ appingi cum ista inscriptione. *Popm.*

163 *Est.* TH. *ubi canis est, &c.*] Nihil est dubii, quin pro *est* hoc loco ubique legendum sit *St:* et *abi*, pro *ubi:* hoc modo: *St, abi canis, st, abi directa, st, abin' hinc in malam crucem? At etiam restas? st, abi istinc.* SI. *nihil periculi est, age.* Interjectiones enim *Heu, O, Papæ, Au, St,* et similes animi motum exprimentes, sæpe actoris sunt non poëtæ; adeoque ad versum non pertinent. *Schoppius.*

165 *Tam placida est, quam est aqua*] Tam placida est quam mare, cum tranquillum est. Nam et 'aqua' dicitur, cum æquata est, ut in tranquillitate; 'unda,' in tempestate. *Turneb.*

SCENA III. 3 *Ablectas ædes*] Nihil ad hanc rem Scaligeri *ablegmina.* Scribendum cum Turnebo *abjectas,* id est, vili venditas. Sic Phædrus Fab. LXIII. 'Agros abjiciet mœcha, ut mundum paret:' ubi opportune elegantissimus Tan. Faber addidit ex Terentii Adelph. IV. 7. 'quæ quantum potest, Aliquo abjicienda est: si non pretio, gratiis.' Ad quod offendit Guidetus subjiciendo *abigenda.* l. 36. § 1. D. Mandati: 'Quid enim fiet, si exiguo pretio hi, cum quibus tibi communis fundus erat, rem abjicere, vel necessitate rei familiaris, vel alia causa cogerentur?' *Gronov.*

9 *Mercimonii lepidi*] Græcismus; in quo subintelligitur ἕνεκα, vel potius ὦ, ut Plato de Repubi. l. VI. Ἀπολλον δαιμονίας ὑπερβολῆς! Tale illud, ὦ Ζεῦ τῆς ἔτης! Item, ὦ Ζεῦ, τῆς λεπτότητος τῶν φρενῶν! Eodem referendum illud Æneid. XI. 'Justitiæne prius mirer belline laborum?'

21 *Egon' abs te ausim non cavere, &c.*] Itane imprudens sim, ut mihi abs te non caveam? Comici faciunt senes deliros et credulos; sed tamen ita, ut habeant aliquod simulacrum prudentiæ. *Lamb.*

23 *Cavi recte: eam mihi debeo gratiam*] Quod nunquam deceptus sum, id non tibi, sed meæ prudentiæ debeo. *Acidal.*

ACTUS IV.

SCENA I. 6 *Faciunt a malo, &c.*] Dicitur 'peculium facere a malo,' quemadmodum, 'æs,' 'divitias facere a malo;' quod antiquum est et elegans. Apul. lib. VI. 'nisi nos putetis æs de malo habere:' ubi 'de malo æs,' furtis, latrociniis, fraudibusque partum. Sed Plautus in ambiguo ludit. *De malo* enim *peculium* vocat offerumentas et vibices e verberibus: quia 'dare malum' est 'verberare et plectere.' *Acidal.*

8 *Augent ex pauxillo*] *Paxillo* non mutand. in *pauxillo,* sed ambigua pronunciatione pro hoc ipso capiundum. Ut spectatores utrumque exaudiverint, dubii magisne e palo seu paxillo, an paulo seu pauxillo peculium augeri diceretur. Ad hunc jocum et sensum certe singula verba ducunt. Et vide ordinem: Peculium faciunt: id ex pauxillo augent: ita thesaurum parant. Parantur enim thesauri paulatim augendo. *Acidal.*

11 *Exsinceratum*] Est a conjectura Camerarii: nam in Mss. ejus et non-

Digitized by Google

nullis vett. edd. locus hic ita concipitur: *Faciunt a malo peculio, quod nequeunt . . . | Augent ex pauxillo . . . deparant | Mihi in pectore consilii . . . malam rem prius. | Quam ut meum, . . . | Ut adhuc fuit, &c.*

14 *Si huic imperabo*] Obscura admodum sunt ista; nec, credo, genuina: nec placet aliorum expositio. Conabar potius: *Usque uti vitem verberari: Sic huic imperabo: probe tectum habebo.* Hoc sensu: Ut porro evitem verbera, sic huic ori imperabo (quod cum gestu pronunciandum; ut digito labrum comprimat) probe tectum habebo, scil. os. Notum enim inter præcipuas servi virtutes silentium. Loquitur igitur tanquam de tecto: ut docent etiam quæ sequuntur. *Pisteris.*

19 *Peculi sui prodigi*] Qui non servant tergum suum a loris sartum ac tectum: nempe cum officii sunt immemores. Sallustius, 'Alieni appetens, sui profusus.' Horat. Od. I. 12. 'animæ prodigus.' Licet etiam proprie interpretari, qui peculium profundunt in lustra. *Lamb.*

22 *Ire vis mula foras pastum*] Hæc et quæ præcedunt verba sunt servorum domi desidentium, et servum frugi irridentium. Ire vis aliquo in popinam ut te farcias, sicut mulæ solent fractis retinaculis pastum ire. *Lambin. Bene merens*] Pro benefactis meis hanc mercedem, dicteria, sc. mordacia, retuli.

SCENA II. 1 *Illi bucædæ*] Illi non possunt passive sumi, de his qui loris bubulis cæduntur. Ista quippe terminatio, in compositionibus ex verbis et nominibus factis, agendi habet significationem. Bucædæ igitur sunt qui boves stimulis cædunt. Videtur hoc proverbium tunc fuisse usitatum; Bucæda vel bubulcus ille potius erit, quam ego sim restio. *Salmas. Illi bucædæ*] Verum est ista terminatione ex nominibus et verbis composita habere agendi significationem. Sed quale poterit esse proverbium, aut quo sensu commodo? 'Bubulcus ille potius erit quam ego sim restio.' Non dubium est quin Plautus voluerit: illi potius taureis aut loris e bovillo corio cædentur, quam ego committam, ut cædar restibus. Sed quemadmodum posteriore verbo abusus est, ut 'restionem' dixerit illum, qui restibus cæditur, quum revera 'restio' sit, qui facit restes, non qui illas patitur, ita et 'bucædam,' quem mortui incursant boves, quem boves cædunt, quum proprie sit is qui boves cædit. Neque enim 'restionem' hic accepero, qui se suspendat, ut volunt. Persa II. 4. 'Cædere hodie tu restibus.' *Gronov.*

9 *Herus tam amat*] Mss. ambo, *quia te eratus amat:* id est, æratus pro pecunioso, divite. Malospina ad lib. I. Epist. ad Atticum.

10 *Oculi dolent*] Vide notas Asinar. v. l. 4.

11 *Tace sis, faber, qui cudere soles plumbeos nummos*] Tace tu, qui, simulatis officiis et speciosis dictis ac factis, hero persuasisti te esse frugi servum; cum nequam sis. 'Æratos obulos' Plautus vocat Græcorum χαλκοῦς et κολλύβους, quosvis parvi pretii numulos. Tales etiam Roman. 'lupini' et 'plumbei' illi nummi: de quibus Plaut. hoc loco, et Martial. Ep. X. 74. *Casaub.*

13 *Novit herus me, &c.*] Planti versum exsulantem in veterem sedem restitui: præsertim cum ei nihil possit objici præter libertatem sermonis. Lege autem Julia non verba mœchantia, sed facta puniri receptum est. In duobus enim Vatic. hæc inseruntur: SER. *Suam Sol ipse culticellam oportet.* PH. *Si sobr.* quæ germana Planti verba esse, ne Carneades quidem ille dubitaverit, qui dubitare in omnibus solet, &c. Ita et Dolabella Cæsarem, qui 'delitium Nicomedis' audiebat, 'spondam interiorem regiæ lecticæ,' ab eadem causa dixit. *Lips.*

15 *Tibi obtemperem*] Ita Mss. tamen

Digitized by Google

Lamb. leg. *temperem*, quasi dicas, Parcam maledictis in te, cum tu mihi non possis parcere? quomodo et Horat. Od. III. 24.

19 *Qui his injuriam foribus defendat*] Qui fores aperiat, ne a me effringantur. Proprie valde usus est verbo 'defendere,' pro arcere, avertere. Sic Cæsar: 'Et quod bellum non intulerit, sed defenderit:' id est, repulerit. *Lips.*

32 *Puer, nimium es delicatus*] Puto scribendum, *Puer nimirum es delicatus*. Delicati pueri, qui in deliciis herorum suorum, et catamiti. *Salmasius.* *Puer, nimium es delicatus*] Alludere Plautum ad delicatos, qui et 'catamiti' dicebantur, fero: nihil aliud eum dicere, eoque scribendum *nimirum*, non fero. Nam 'nimium es delicatus,' est nimium ludis vel illudis, non serio agis. Ut Menæchm. II. 3. 'Eja delicias facis:' Milite IV. 1. 'Vide modo.' PA. Vah delicatus, quæ te tanquam ocnlos amet.' Pœnulo I. 2. 'Assum apud te eccum. AG. At ego te elixus sis volo. MI. Enimvero here delicias facis.' *Gronov.*

36 *Cerebrosus certe est*] Cerebro male affectus, mente commotus. Horat. Sat. I. 5. 'Cerebrosus prosilit unus,' id est, ἀκρόχολος καὶ ὀξύθυμος, qui Virgil. dicitur 'præceps animi,' et 'iræ impatiens.' *Erras perverse*] 'Fugit te ratio;' ut loquitur Amph. I. 1.

49 *Præter speciem stultus es*] Quasi dicat, Formosus equidem es, sed isti formæ mens non respondet. *Lambinus.*

51 *Atque ibi meliuscule*] Hoc sic explicandum: *Bene* interdum idem est quod valde aut multum. Sic auctor de Bello Hisp. 'Bene multis vulneribus adfecti in oppidum se contulerunt:' et 'bene magna prioris muri pars dejecta est.' Sic et 'bene potum' dicimus, qui multum bibit. Cic. Fam. Ep. VII. 22. 'Etsi domum bene potus seroque redieram.' Sic igitur 'meliuscule' prorsus idem est hac in re, quod plusculum. Et frustra Guilielmus, *ne pluscule:* frustra Gruterus *meriuscule.* Nec satisfacit, qui 'bene,' 'melius,' 'optime agere' notat dici et 'male agentes.' *Gronov.*

58 *Destinatum Philolachem*] Repositum id. Lego, *destinatam Philolachi;* antique, ut 'Chremi.' 'Destinata,' empta: 'destinare' enim est emptione facta arrhabonem dare; ceterum pretium in diem differre. *J. Gul.*

67 *Sacerrimus*] Omnibus modis exsecrandus. Virg. Æn. III. 'Auri sacra fames.' Horat. Sat. I. 3. 'intestabilis et sacer esto.' Vide Macrob. III. 7. et Festum in 'Sacer.' *Taubm.*

68 *Is vel Herculi conterere, &c.*] Hyperbole: dicitur in hominem maxime prodigum. Herculi enim decimæ voventur, quas hic facete 'quæstum' appellat. *Cas.*

70 *Amburet misero ei corculum carbunculus*] Id est, mœrore conficietur et contabescet. *Lamb.*

74 *Libertas pænula est tergo tuo*] Jocus senis in puerum: quo significat, pænulam non habere. Libertas, inquit, pænula est, o puer, tergo tuo: et cum liber non sis, pænula cares, qua tergum tuum tegas: cui puer respondet acutissime et facetissime, sibi metum domini, et curam officii esse loco pænulæ, qua tergum tegat: significans, sibi tectum et tutum a verberibus esse tergum non pænula, sed domini metu et cura. *Lamb.*

SCENA III. 8 *Efferri mortuum*] Scilicet et funera ducta per forum, præcipue indictiva. *Dion. Halic.* Ant. Rom. lib. IV.

12 *Promisi foras*] Quasi dicat: Ne spem tibi facias, a me ad cœnam te vocatum iri, ut solent peregre advenientes: quia ipse alio jam condixi, neque domi cœnabo. 'Promisi foras,' vetus loquendi modus, præceptis gram. ut videtur, repugnans. Sed non sine caussa ita dicitur: tunc enim motus intelligitur: valetque

Digitized by Google

sermo ille, 'promisi, me iturum foras.' Utitur hac forma in Men. I. 2. Sticho, et alibi passim Plautus. *Victor.*

25 *Mecum ut ille*] Lege, *Mecum ut ille hic gesserit, dum tu hinc abes, negotii quidquam? At quo die?* Heins.

28 *Non mihi quidem, &c.*] Ego sic conjicio, *Non memini quidem hercle, verum si debes, cedo.* 'Si debes,' hoc est, quandoquidem debes. *Si* conjunctio indicativo juncta, rem magis indubitatam facit, inquit Priscianus. *Dissald.*

35 *Ædificare hoc*] Forsan *hinc*, ut et verum seq. Ut innuat Simo, voluisse reformare ædes suas Theuropidem ad exemplum domus suæ; sicut supra præ se tulerat Tranio.

36 *Vocis non habeo satis*] 'Αφασία μ' ἔχει, id quod accidit derepente perterritis. *Cam.*

ACTUS V.

SCENA I. 1 *Nauci non erit*] *Naucum* seu *nauci* alii dicebant esse id, quod in olea nuceque intus est; alii, omnium rerum putamen; alii, fabæ granum, quod hæreat in fabæ hilo; alii, nucis juglandis medium dissepimentum; alii, ex *val* καὶ *οὐχί* contractum. Ita Festus.

5 *Ostium quod in angiportu*] Hæc syntaxis est: Patefeci fores horti, quod est ostium in angiportu. Figurata syntaxis, 'fores, quod ostium.' Horti fores erant ostium in angiportu. *Acidal.*

9 *Atque illi me*] Nullam sibi moram adferunt, quin me segregent. *Atque*, pro 'statim.' *Palmer.* Sic Epid. II. 2. 23. Bacchid. II. 3. 45. Mercat. II. 1. 32. Virgil. Georg. I. 201. 'Non aliter quam qui adverso vix flumine lembum Remigio subigit, si brachia forte remisit, Atque illum in præceps prono rapit alveus amni.' Liv. XXVI. 37. 'Hinc Quintium simul pugnantem hortantemque suos incautum hasta transfigit. Ille atque præceps cum armis procidit ante portam.' *Gronov.*

10 *Rem vorti in meo foro*] Ubi ego video litem in meo foro agi, ita ut non possim recusare, quo minus judicium accipiam et patiar, tum quantum fieri potest, facio idem, q. &c. Hoc eo referendum, quod jure civili extra suum forum nemo judicium accipere cogitur: in suo autem debet. Et actor rei non reus actoris forum sequitur. *Lambin.*

19 *Ludificabo corium*] Tergum flagris et loris variabo. *Lamb.*

21 *Captandum est cum illoc*] Cum Tranione. Insolentius paullo 'captare cum aliquo:' seq. tamen sc. etiam dixit 'cavere cum aliqua.' Actius: 'Contra est eundum cautim et captandum mihi.' *Acidal.* Sic 'orare cum aliquo,' 'queri cum aliquo,' 'osculari cum aliquo,' Plauto, et aliis frequentia. *Gronov.*

22 *Mittam lineam*] Tranionem captabo, ut piscem, missa linea. Est autem hoc loco *linea*, illud linum, cujus extremo hamus annexus est. Seneca: 'sentit tremulos linea pisces.' Mart. III. 58. 'Tremulave captum linea trahit piscem.'

24 *Doctior, &c.*] Astutior, δεινότερος. Irridet herum: et significat, ei stolido facile esse verba dare.

38 *Dixi ego istuc idem illi*] Me jusjurandum ei daturum, ædes filium emisse, et argentum dedisse. Ita vulgatam lectionem interpretatur Lambinus. Sed ea haud dubie est corrupta. Neque tamen desunt versus aliquot, quod vult Acidalius. Aut fallor, aut scripsit Plautus, *Neque se hasce ædes vendidisse, neque sibi esse argentum datum, Dixit. Nego istuc idem illi.* Cum jusjurandum dare polliceretur, diceretque se neque vendidisse ædes, neque argentum accepisse, ego negavi vera esse ista quæ diceret. Responsio Tranionis, 'Quid ait?' id est, quid tum dixit, cum tu negares vera ea esse quæ dixerat?

Digitized by Google

plane ita legi postulat. *Boxhorn.*

45 *Aram occupabo*] Abripi, aut in jus vocari non possunt, qui ad aras et fana Deorum confugiunt. Cic. pro Domo sua. Plaut. Rud. III. 2. Duo perfugia habebant servi, aram et deprecatorem: unde illud Ter. Heautont. v. 2. 'Nec tu aram tibi nec precatorem parabis.' De ara habes exempla apud Comicos, et in jure de servis ad statuas confugientibus: deprecatorum mentio etiam in Phorm. ubi 'precator' dicitur. Meminit et JC. de ædilitio edicto. Aræ autem in scena veræ et propriæ: dextra Baccho in tragœdia, Apollini in comœdia: sinistra ei vel Deo, vel Divo, vel heroi, vel civi, cui fiebant ludi, aut justa, aut parentalia. In iis verbenæ imponebantur Apollini, ut est in Andr. Ter. IV. 4. Baccho hederæ. *Scalig.*

47 *Tibi præsidebo, ne interbitat quæstio*] In hac ara tibi ero quasi in præsidio collocatus, ne intereat quæstio. *Præsidere* verbum est operantium in Casto proprium; in quo Plautus, more suo, ex ambiguo lusit. *J. Gul.*

54 *Nimio plus sapio sedens*] 'Romanus sedendo vicit,' inquit ille; et, 'sedendo prudentiores efficimur.' Subest autem jocus ex ambiguo. Nam et qui aram occupabant, quique ad aram Deos venerabantur, et precabantur, sedebant; et qui de re aliqua consultabant, sedebant. Cujus rei causa forte ista est, quod judex animo constante, et sedato, et bene composito esse debet. Talis autem magis esse potest, cum etiam corpus est quietum. Quo et Plautus hic, sed ludens respexit. *Polletus.*

55 *Tum consilia firmiora sunt de divinis locis*] Quod apud Rom. plerumque senatus haberetur in templis Deorum, ut in æde Concordiæ, in templo Jovis Capitolini, Honoris, Pacis, &c. tum reges in templis sedentes suis civibus jura dabant; et item in templis legatos ad se missos audiebant. Virg. Æn. et VII. 1. *Lamb.*

58 *Quia nihil quæsti siet*] Quasi dicat: Nos duo adeo probi sumus fallaciarum artifices; ut si quis tertius ex fallaciis lucrum facere, et nobiscum eundem quæstum factitantibus certare velit, procul dubio frigeat ille fameque pereat. *Lamb.*

64 *Inultus destinaverim tibi*] Scribendum auguror, *Nunquam ædepol id hodie inultus dissignaveris, tibi Jam jubebo ignem et sarmenta, carnifex, circumdari.* Dissignare aliquod facinus tritum antiquis. Jam sic emendaverat Acidalius, sed aliter interpunximus. Nec mutandum *tibi* in *mihi*, ut ille faciebat. Sæpius in libris antiquis *destinare* scriptum offendi pro *designare* vel *dissignare*. Salmas.

65 *Jam jubebo ignem, &c.*] Ab ara neminem licebat vi abripere: ut tamen arcerentur inde, admovebant ignem; atque ita non ab hominibus, sed a Deo (Vulcano), amoveri credebantur. *Turn.* Neque igne tantum admoto, sed et clausis templis et tecto eorum sublato identidem olim factum, ut perirent, qui ad aras et templa, ut asyla, confugerant. Nobilis est Nepotis in Pausania locus: 'In ædem Minervæ, quæ Chalcioecus vocatur, Pausanias confugit. Hinc ne exire posset, ephori valvas ejus ædis obstruxerunt, tectumque sunt demoliti, quo facilius sub dio interiret.' Ita asyla fugientibus ad ea subinde erant exitio. *Boxh. Et sarmenta carnufex*] Acad. *Jam jube ignem et sarmen carnifex.* Quod cum mirarer, recurro ad excerpta Mss. Codd. Camerariorum, quæ mihi legavit Pareus, in quibus invenio totidem verbis: 'V. C. *sarmen.* Dec. *Sarnem.* Ed. pr. Ven. *carnem.*' Sic ibi. Gruterus transsiluit. Sed profecto scribendum, *Jam jubebo ignem et sarmen, carnifex, circumdari.* Sarpo, (unde 'sarpta vineta' apud Festum, et 'sarpuntur vineæ,') sarpimen, sarpimentum, contractius sar-

Digitized by Google

men et sarmentum. Itaque ' sarmen' et ' sarmentum ' eadem res, ut ' vimen ' et ' vimentum.' Atque ut versus constet, memineris postremam in *jubebo* non coalescere cum prima syllaba vocis sequentis: quasi esset, *Jam jubebod ignem et sarmen:* et est trochaicus perfectissimus. Neque enim dubitandum, quin scripserit *jubebo* Plautus, etsi scripti, *jubeo, jubo, jube.* Versu præced. veniebat in mentem, *Nusquam ædepol hodie insultus declinaveris.* Quia sedebat in ara, nusquam inquit, inde vestigio te moveris, quin plectare: et scio, qui excitem te: jubebo enim tibi ' tedasque et fragmina,' ut Ovidius lib. VIII. loquitur, vel, ut noster, ' ignem et sarmen circumdari.' *Gronov.*

SCENA II. 9 *De cœna facio gratiam*] V. N. Menæchm. act. II.

22 *Surge, ego istic assedero*] Orator surgit; judex considet: unde dictæ sunt in jure, ' sessiones judicum.' Orator stat, ad majorem prophasin actionis et pronunciationis. *Polet.*

25 *Jam minoris, &c.*] Non tanti facio damnum, quam dedecus. *Gruter.*

26 *Bene hercle factum, et factum gaudeo*] Hoc antiqui moris erat, tum, quando non pœnitere se facti dicerent, sed voluptatem ex eo capere: ' Gaudeo factum, si quid tibi feci quod placet.' *Palm.*

40 *Impetrabilis*] Πιθανότερος; qui facile, quod vult, impetrat. Sic *suasibilis vox, ἐνεργητικῶς*, persuadere efficax. ' Delenifica et suada facundia ' appellatur Symmacho III. 6. Sic Terent. Phorm. I. 4. ' causam vincibilem ' dixit, quæ facile vincat; interprete Donato.

43 *Si hoc pudet fecisse*] Pudor antiquis sæpe pro pœna. Pudor autem erat in culpæ confessione. Si quis alius hunc maxime facit elegans ille Taciti locus: ' Vistilia, prætoria familia genita, licentiam stupri apud ædiles vulgaverat; more inter veteres recepto, qui satis pœnarum adversum impudicas in ipsa professione flagitii credebant.' Hæc ejus verba sunt, his Plautinis simillima, extremo lib. II. Annal. *Boxhorn.*

44 *Dispudet.* TR. *dat istam*] Sane omnibus codicibus ignotum est τὸ *dat*, inventum Acidalio: sed non potest sententia melius expleri, nisi malis, CA. *Dispudet, da istam veniam.* TR. *Quid me.* Sic Casina II. 8. 34. omnes omnino scripti, *Bona multa faciam uxorem:* ubi requiritur latens in similibus literis τὸ *clam.* Est etiam phrasis Plauti 'dare aliquam veniam,' pro dare alicui veniam. Sic Casina v. 4. 25. ' Censeo ecastor veniam hanc dandam.' Sic enim scripti: ubi vulgo addiderunt *huic.* At est, qui mirifice turbet totum hunc locum, et tamen de commentis suis vetet dubitari. Facit primum, *supplicii jam habeo satis.* Quid opus illo *jam?* deinde, *ista venia quid mi fiet nunc jam?* sed quid est *ista venia?* aut quis ita locutus? Demus tamen intelligi posse, *data* vel impetrata, cur *mi?* An non hoc est fateri ignorantiam illius veteribus frequentissimi, *quid me fiat?* denique *Tamen si me pudet?* qua parte melius est quam *tamen etsi me pudet?* Gronov.

46 *Fac istam cunctam gratiam*] Nec bene *conjunctam;* sed pessime, *Fac isti mecum istam gratiam* corrigitur. Elegantissima autem vetus lectio: nec male interpretantur integram et plenam. *Cunctus* est universus. Ut autem ' data hæc venia,' ' data ista venia,' est huic et isti data venia, ita ' facta cuncta gratia,' est facta cunctis vel universis, qui peccassent. Florus IV. 12. ' Sic ubique cuncta et continua totius generis humani aut pax fuit aut pactio:' ubi Freinshemius *certa:* ego, si quid mutandum esset, *una* mallem: sed defendit vulgatam hic Plauti locus. *Gronov.*

49 *Pessum premam*] ' Pessum ire,' perire est; ut ' pessum dare,' per-

Digitized by Google

dere: et in eadem significatione, 'pessum premere;' ducta tralatione a re maritima. Glossarium, 'Pessundat, *βυθίζει, καταποντίζει,*' et alterum, '*Καταβυθίζω, demergo, pessumdo.*' J. Gul.

50 *Restat*] Remanet: residet in ara, exponit Lambinus; minus recte. Significat enim gestum servi magnifice et confidenter adstantis, in contemptum senis. Ideo monet eum Callidamates, ut quieseat, hoc est, modestior sit, et senem irritare desinat. Quod certe ad sedentem in ara dicere opus non fuisset. Quid? quod ab ara jam surrexerat Tranio ad illa verba Callidamatis, 'Surge: ego istic adsedero.' *Pistoris.*

MENÆCHMEI.

PROLOGUS. 8 *Omnes res gestas Athenis autumant*] Interdum tamen fingitur *ἡ σκηνὴ τοῦ δράματος* esse non Athenis Atticis, sed in alia urbe Græciæ. *Casaub.*

11 *Hoc argumentum Græcissat, &c.*] Quasi dicat hoc argumentum Græcum sermonem imitatur; non tamen Atticum, sed Siculum. Siciliam autem eo sermone olim usam, qui neque plane Græcus, neque plane Latinus, sed quasi cinnus quidam ex utroque mistus esset, e Cicerone et Asconio intelligi potest. Imo 'trilingues Siculos' appellat Apul. lib. XI. quod Græce, Latine, et Sicule loquerentur. *Muret.* Latina et Germana loci hujus interpretatio hæc est: Argumentum hujus fabulæ Græcissat quidem, (in Siciliam enim plurimi olim Corinthiorum, Achivorum, et Doriensium confluxerant,) non tamen Atticissat, sed Sicilicissitat, hoc est, meros Siculos (ii Menæchmi potissimum sunt) repræsentat. Est autem *τὸ Sicilicissitat*, speciei, ut loquuntur, frequentativæ. Ut enim ab Italia dicimus Italus et Italicus; ab Ætolia, Ætolus et Ætolicus; a Gætulia, Gætulus et Gætulicus; ab aliis alia; sic a Sicilia fit non solum Sicilus, sive Siculus, sed etiam, ut hoc loco, Sicilicus. Itaque a Siculo fit Sicilisso; a Sicilicus autem Sicilicisso; et tandem Sicilicissito, frequentativum. *Siber.*

15 *Verum ipse horreo*] Ait se non parce aut restricte, sed copiose et abundanter argumentum fabulæ narraturum. Cic. ad Att. VI. 1. 'Sic illa jam habent pleno modio verborum honorem,' &c.

16 *Tantum ad narrandum argumentum*] Ita Mss. Cam. Talis forma, Epid. II. 2. 'nihil in ea re captio est.' Pseud. I. 5. 'Cum apud te parum stet fides.' Similis constructio illi Terent. Eun. I. 5. 'mihi parum habeat fidem.' V. N. Bacchid. III. 6. *Grut.*

46 *Flagitarier*] Per præcones proclamari; ut Gyton ille, apud Petron. *Douz.*

49 *Pedibus redeundum est mihi*] Alludit ad pedes carminum. *Taubm.*

54 *Nisi qui argentum*] Notant hic, qui velit aliquid Epidamni curari, nisi argentum dederit, nugas acturum. Intelligo: sed quare? Nihil enim Epidamni potest sine pecunia curari. Hoc non intelligo: neque veram causam puto: sed quia tabellarii non sunt in opera gratuita. Jocatur autem de se quasi pedibus redituro Epidamnum, quo non nisi orationem convertit. At sequenti versu, qui dederit, majores ait nugas actu-

Digitized by Google

rum. Apparet id quidem vel cæco. Sed cur hoc? Damnum enim tantum apud Epidamnios potest curari: et ad id mali ominis nomen venustissime alluditur. Hoc vero ineptum et insanum. Jam enim de se loquitur, ut non ituro: neque aliud vult quam frustra futurum et perditurum nummos. Itaque iisdem verbis utitur in Pœn. prolog. vs. 80. ubi fingit se reverti Carthaginem. *Gronov.*

55 *Magis majores, &c.*] Quia mihi tam stulte pecuniam dederit nihil suæ rei curaturo. Est autem Hellenismus: quo utitur et Prol. Pœnuli: item Virg. in Culice: 'Qui magis aptato queat esse beatior ævo?' Aristoph. ad verbum, Τίς γαρ γένοιτο μᾶλλον ὀλβιώτερος.

57 *Epidamniensis ille*] Nota, hunc rectum casum non habere, quo referatur. Sed hoc est comicum: hæc enim negligentia imitatur sermonem quotidianum, quo maxime comœdia utitur. Licet tamen dicere referri posse ad verbum 'Adoptat,' quod versu 4. sequitur: et versum, *Ei liberorum*, et κατὰ παρένθεσιν legi. *Lambinus.*

59 *Liberorum nisi divitiæ*] Non debebat quidem insolentiæ arguere hoc Lambinus: sed nec verum est alludi ad verbum 'parere,' cujus usus est et cum de liberis et de divitiis agitur. Quis non miretur acumen? Nimirum non videbat τὸ *nisi* hic poni pro 'sed,' ut sæpe huic nostro, Ciceroni, Livio aliis. Perinde est igitur, quasi dixisset, Ei nihil erat liberorum, sed divitiæ. Liv. lib. XXIV. 'Apparebatque non id modestia militum aut ducis, nisi ad conciliandos Tarentinorum animos fieri.' Noster Persa I. 3. 'Nihil sunt crudæ, nisi quas madidas glutias.' Rud. IV. 2. 'Neque piscium unciam hodie pondo cepi, nisi hoc quod fero in rete.' *Gronov.*

62 *Quam ipse obiit diem*] Nihil hic includendum parenthesi, neque legendum, *qua ipse obiit die.* Qui enim potissimum venit ei in mentem, ut quo die testamentum fecerit, rus peteret et in torrente periret? Quasi non solerent veteres in longinquos casus testamenta habere parata, et prout eorum mutarentur fortunæ atque amici, sæpe mutare? Non est dubitandum, quin vere Acidalius et Gruterus, *quem ipse obiit diem.* Præsertim cum eodem modo in Pœnulo: 'Et is me heredem fecit, cum obiit ipse diem.' Successorem bonorum ac nominis reliquit, cum ipse mortuus est. *Gronov.*

63 *Pluverat*] A 'pluveo;' ut 'annuvit' apud Enn. ab 'annuveo.' *Scaliger.*

65 *Rapidus raptori*] Fluvius imbribus auctus submovit pedes mercatori illi, qui puerum Menæchmum surripuerat.

66 *In maximam malam crucem*] *Crux* hoc loco non in adstricta illa significatione pro gabalo, βασάνῳ, et patibulo accipitur: sed in laxa, pro omni angore, cruciatu, atque exitio; ut hic pro homine aquis merso. *Lips.*

74 *Sicut familiæ*] Videntur familiæ etiam histrionum fuisse, ut gladiatorum: cujus rei an exemplum alibi quam hic exstet, ignoro. *Douza.*

ACTUS I.

SCENA I. 1 *Juventus nomen fecit Peniculo mihi*] Ut servis conditione parasiti proximi sunt, ita in eorum quoque moribus lepide ubique et copiose exprimendis, Plautus urbanam suam rusticitatem ingenii varietate amœnitateque temperavit. *Turnebus.* Ad excutiendum pulverem nos magis utimur vulpinis caudis, veteres etiam bubulis, quin et peniculos ad extergendas mensas bubulos fuisse credo, imo et pictorios: unde 'peniculamentum' pro cauda Arnob. dixit. Et non solum ad peniculorum, sed et ad muscariorum quoque usum caudis bubulis utebantur. Et quemadmo-

Digitized by Google

dum Plautus Parasito, quod mensas extergeret, nomen indidit Peniculo; ita etiam Theopompus Comicus anum, quæ lances lingendo detergebat, σπόγγον λεκάνης καὶ πτερὸν λεπαστῆς vocavit. *Scalig.*

6 *Ad malum accidit malum*] Si ad malum culpæ homini accedat malum pœnæ. Pœna enim est malum passionis propter malum actionis, ut in scholis loquuntur. *Boxhorn.*

9 *Januam lima, &c.*] Ego malim legere e Mss. Cam. item Excerptis Pall. *anum lima præterunt:* nam vet. codex Nonii ante annos c. Venetiis excusus, diserte suggerit *anum.* Gruter. Ita omnino scribendum, ut et habent vetustissimi codices. *Anus* vinculum est quo pedes vincti. Ex eo diminutum 'annulus,' vel 'anulus,' ut veteres libri scribunt. Inde in veteribus glossis, *anatus* exponitur δακτυλιοφόρος, συμποδισθείς. Apud Apuleium quoque 'anati' sunt compedes. *Salmas.*

20 *Nam ego ad Menæchmum*] Qui monuerint interpretes, Mss. habere *Meum hunc eo ad Menæchmum,* ipsi viderint: ego nusquam reperi. Monuerat Gruterus esse in Mss. *Men. hunc eo:* quo nihil aliud volebat, quam *hunc* esse ibi ἀντὶ τοῦ *nunc.* In spongiam igitur incumbat conjectura, *Meum hinc eo ad Menæchmum nunc ego, quoi jam diu.* Hoc est turbare versus, non restituere. Nec est necesse τὸ *quoi.* 'Quo sum judicatus,' ut in Aulularia, 'Quo illæ nubent divites?' id est, in quam domum. Sticho I. 2. 'Si manere hic sese malint quam alio nubere.' Et sequenti, 'nam quo dedisti nuptum abire, nolumus.' *Gronov.*

22 *Non alit, &c.*] Nonius, qui hunc locum testem laudat: '*Alere* est victu cultuque temporali vitam sustentare: *educare,* ad satietatem perpetuam educere.' *Recreare,* verbum Lucretianum: quo ita hic Plaut. utitur, ut significet, plus etiam esse recreare quam alere. *Rittersh.*

23 *Nullus melius medicinam facit*] Nullus est medicus, qui præsentiorem medicinam ægris faciat suis, quam gutturi ventrique meo famelico Menæchmus. *Douza. Medicinam facit*] *Medicina* non hic est ars coquinaria, vel culinaria, ut argutantur; sed continuat lusum, quem inceperat in verbo 'recreare.' Id dicitur de illis, qui ex morbo refoventur. Cicero post Red. ad Quir. 'qui e gravi morbo recreati sunt.' De Inv. l. II. 'Ille autem leviter saucius facile est ex vulnere recreatus.' Quia igitur hoc præstat medicina, ideo quem dixerat 'recreare,' eum subjicit optime 'medicinam facere.' Est autem et medicinæ pars διαιτητική, unde et 'nutrire' medici dicuntur, ut ad Livium notamus. *Gronov.*

24 *Ipsus escæ maximæ*] Non aiunt esse parasiti laudare eum, qui multum ipse edit, sed qui multum præbet convivis. At o bone, qui multum ipse edit, is etiam multum præbet convivis. Pro suo enim ore de aliis judicat, et quum sibi multum instruit, non potest facere, quin multæ sint inde reliquiæ. Suetonius Galba: 'Cibi plurimi traditur, quem tempore hiberno etiam ante lucem capere consueverat: inter cœnam vero usque adeo abundanter, ut congestas super manus reliquias circumferri juberet, spargique ad pedes stantibus.' Corrigunt tamen, *ita est adolescens; ipsus escæ maximæ Cereales cœnas dat.* Ego vero multo melius dici puto adolescentem *escæ maximæ,* Cereales cœnas dantem, quam *Cerealem cœnam escæ maximæ:* non est enim Cerealis, nisi sit abundans. *Gronov.*

26 *Tantas struices concinnat patinarias*] *Struices,* ait Festus, hunc locum citans, 'antiqui dicebant omnium rerum exstructiones:' ita Livius, 'struices saxeas.' Nævius etiam, teste Servio, dixit, 'struix malorum.' *Struere* enim pro adjicere, augere

Digitized by Google

utebantur. Unde 'industrios' quoque dicebant, a 'struo:' et 'struix' alias est 'strues,' σωρός. Quin et cocum hinc 'structorem' vocant. Juv. Sat. VII. 'Qui fercula docte Componat.' Ad quod comment. 'Structura, ut cocus.' *Siber.*

29 *Cum caris meis*] Eadem allusio apud Lucret. lib. v. 'Si quos ante domi domitos satis esse putabant.' Quod ad *caros* attinet, alludit sane ad liberos qui absolute 'cari' tum dicebantur, ut jam notatum viris doctis. Sed parasitus alios a se 'caros' vocari, sibique adeo alios caros esse quam liberos, qui sic vulgo appellarentur ab iis qui liberos habebant, significat; simulque interpretatur quinam illi cari essent, cum quibus domi domitus fuerat: 'Nam neque edo,' inquit, 'neque emo, nisi quod est carissimum.' Ergo 'carorum' nomine non liberos se intelligere significavit, ut vulgo dicerentur, sed cibos; quos ideo 'caros suos' appellabat, quia nullos emeret aut ederet nisi qui essent carissimi. In seq. versu legendum, 'I quoque jam cari qui instruuntur, deserunt.' *I* pro *ii*, ex quo *id* factum est. Sed hi quoque cari qui instruantur mi desunt. Ut liberi qui cari sunt parentum suorum, eos plerumque deserunt, ita mei cari me jam deserunt, dum pecuniam scilicet non habeo qui 'instruantur:' instrui cibos et dapes Latine dici notius est, quam ut pluribus doceri debeat. De aliis caris hic non intelligi debere certus sum. *Salmas.*

Scena II. 8 *Portitorem domum duxi*] 'Portitorem' vocat uxorem suam, hoc est, sciscitatricem. 'Nam portitores,' inquit Nonius, 'dicuntur telonarii, qui portum obsidentes, omnia sciscitarentur, ut ex eo vectigal acciperent.' *Dissald.*

12 *Aurum*] Quo ad texendum utebantur nobiles matronæ. *Barth.*

18 *Evax*] Exultantis interjectio: ab 'Evoë,' quæ bacchantium vox est, εὐοῖ: unde 'Evan' Liberi patris cognomen.

24 *Meo malo*] Lambinus interpretatur 'damno,' Acidalius 'periculo;' ego furaci ac fallaci ingenio. *Dissald.* *Ad damnum deferetur*] Nihil mutandum. *Ad damnum deferri*, ad perditionem. Inde 'damnosus' prodigus, qui profundit ac perdit bona sua, ὁ δαπανηρός. *Salmas.*

26 *Præmii mihi*] Conjungit sæpe Plautus 'præmium' et 'prædam;' et utrunque prope idem est: id videlicet, quod hosti aut viatori miles aut grassator manu eripit. Virgil. Æn. XI. 'Multaque præterea Laurentis prædia pugnæ Aggerat; et longo prædam jubet ordine duci.' Hinc ea vox translatione ad honorem deducta, qui habetur viro strenuo pro opera navata reip. Et pulcerrime in glossis *præmium* explicatur γέρας. *J. Gulielm.*

29 *Genium meum*] V. N. Capt. IV. 2. 99.

33 *Si quid titubatum est*] Somnium merum de quæstionibus convivalibus, quæ solerent parasitis proponi, quis hunc vel alium cibum coxerit? Quis autem unquam dixit *titubare* pro disputare? Sed et ostendunt non cepisse, quid reliquias dixerit Plautus, cum ita explicant; statim colligam ex reliquiis mihi oblatis, si quæ supersint. Imo 'reliquiæ' sunt ipsum coctum, sive cibus paratus. Sic Curcul. act. II. 3. 'Jam edes aliquid. C. Nolo hercle aliquid: certum quam aliquid mavolo. P. Imo si scias, reliquiæ quæ sint. C. Scire nimis lubet, &c. Pernam, abdomen, sumen, suis glandium, &c. In lancibus: Quæ tibi sunt parata postquam scimus venturum.' Persa I. 3. 'Calefieri jussi reliquias.' Et infra, 'pereunt reliquiæ.' Sic appellant, quicquid est de penu. Sed hoc ne alii quidem animadverterunt. Habeant igitur sua certissima et planissima: nos accipiamus ut omnes. Rogatus a Menæchmo parasitus,

Digitized by Google

numquid vellet inspicere facinus luculentum, (quod erat cognoscere furto subductam a marito uxoris pallam,) pro ingenio suo nihil aliud luculentum putat, quam quod ad luculentum focum sit paratum, nec id inspicere esse aliud quam probare, exigere, gustando explorare, rectene accuratum an in eo peccatum sit. Ergo ait, 'quis id coxit coquus?' tanquam luculentum nihil daretur, nisi a coquo. Jam sciam, arte rem gesserit an offenderit, videam modo ipsum pulpamentum vel scitamentum. 'Inspicere' sic apud Sueton. Calig. c. 58. de pueris ad operas in scena edendas evocatis, 'ut eos inspiceret hortareturque.' Martialis: 'Quidam me modo, Rufe, diligenter Inspectum velut emptor aut lanista.' 'Titubare,' apud Horatium: 'Vide ne titubes mandataque franges.' Terent. Heaut. II. 3. 'Verum ille ne quid titubet.' *Gronov.*

35 *Catamitum*] Id est, Ganymedem. Sic enim Latini illum nominarunt; quem poëtæ finxerunt Jovem in aquilam versum rapuisse. Cic. Philip. II. pro impudico aut effæminato posuit catamitum, et intellexit Antonium. Videtur a γανυμήδης, quod idem est cum γανυσήδης, detortum esse; γδᾶσθαι enim et γδύσθαι idem: ut prius diceretur *Gadamidus*, inde *Catamitus*. Sic 'Lanmedo,' pro 'Laomedon.' *Scal.*

36 *Ad me attinent*] Parasitum, qui ventrem cibo, non oculos pictura pascere cupio soleoque. *Lamb.*

37 *Ecquid assimulo similiter*] Ecquid Ganymedem et Adonin forma aut ornatu refero? qui uterque pueri molles et mulierum similes erant. Hoc autem ideo quærit, quod palla uxoris indutus erat. *Lamb.*

40 *Ecquid audes*] Nunquid nam abstete impetrare potes, ut præterea de tuo istuc vel corollarii vicem addes quippiam? Item alibi: 'Nunquid audes gratiam mihi aliquam hinc facere argenti?' nam *audere* pro 'velle' usurpabant. *Douza.*

42 *Oh, mihi abs te caveo cautius*] Delirat hic Lambinus. Quid parasito interest causam litigii scire? Tum, quomodo cavet hic ab illo sibi, cui manifesto se prodit? denique ultimus versus unde pendet? nisi sic a parasito cavetur, si uxor celatur. Nugæ. Quin elegantissime et verissime sic restitui: ME. *Perge.* PE. *Non pergo herele ego, nisi scio qua gratia. Litigium est tibi cum uxore: hoc mihi abs te caveo cautius.* ME. *Clam uxorem ubi sepulcrum habeamus, &c.* Jubet Menæchmus parasitum pergere in supparasitatione: at ille renuit blandiri gratis, nisi sciat qua mercede. Atque ob eam causam, inquit, diligentius abs te mihi caveo, et præscire præmium cupio; quia litigium tibi cum uxore est: ut haud facile me domum sis ad cœnam vocaturus. Respondet Menæchmus: Eo pretio, quicquid dices, dices, ut hunc diem luculentum nobis, clam uxore habeamus. *Acidal.*

43 *Clam uxorem, ubi sepulcrum habeamus, et hunc comburamus diem*] Hanc sententiam habet: ubi mortuo et exacto die genium curemus et epulemur? nam 'mori diem' dicebant. Statius Silv. I. IV. 'Jam moriente die rapuit me cœna benigni Vindicis.' Sed et 'dies componi,' id sepeliri, ut mortuus, dicebatur. Virg. Æn. I. 'Ante diem clauso componet Vesper Olympo.' Sic fere Hor. Od. IV. 5. 'condere diem' dixit. Eo autem tempore cœnare veteres solebant. Ita ex 'morte' et 'sepulcro' diei, tempus cœnandi intellexit: proinde quasi cœna sit 'diei bustum' et sepulcrum. *Turneb.*

45 *Dies quidem jam ad umbilicum est dimidiatus mortuus*] Id est, inclinatus jam in pomeridianum tempus est dies: atque ita jam quasi dimidiatus mortuus: igitur comburendus. Fulgentius, de Solis equis: 'Lampos dici-

Digitized by Google

tur, dum ad umbilicum diei centratum conscenderit circulum.' Jam, *Ad umbilicum*, id est, ad mediam partem: umbilicus enim quasi media pars animalis est. *Turneb.*

46 *Oculum persolum*] Oculum plane et omnino solum. Significat se luscum esse. Et particula augendi data est verbo, quod omnis expers est incrementi. *Turneb.* V. N. Curc. I. 3.

49 *Ab leonino cavo*] A spelunca leonina, ubi commoratur uxor, quæ ei instar leonis timebatur.

51 *Respectas identidem*] Jocus in verbo 'respectare.' Anrigator, vel agitator, in ludis Circensibus identidem respicit eos qui pone sequuntur. Sic Menæchmus pallam uxoris indutus crebro oculos retorquet, timens ne ab uxore conspiciatur.

54 *Captum sit*] Roganti Menæchmo, ecquid divinare de odore posset; præclarus ille augur, Egone? inquit, Non ipsum collegium augurum melius conjecturam fecerit. *Lips.* Sic 'captus augur,' 'captus judex,' 'captus arbiter' dicuntur. *Turneb.*

57 *Nam ex istoc loco nasum spurcatur odore illutibili*] Quasi dicat: Summam pallæ partem mihi olfaciendam porrige: nam *ex istoc loco*, id est, ex infima parte, nasum (pro 'nasus' antique) læditur et inquinatur odore fœtido atque illuto, hoc est, qui elui seu lavando abstergi non potest. Recte sane illi, meo judicio, qui τὸ *illutibile* sic interpretantur. Nec licet aliter. Neque, quod a nonnullis factum, quicquam hic mutandum est. *Lutus* dicebant veteres pro 'lotus.' Unde grammatici volunt lutum, id est, cœnum, per antiphrasin dictum, quasi minime lutum, hoc est, lotum. Hinc *illutus*, pro illotus. Glossæ Papiæ: 'illutus, sordidus.' Ab 'illutus' fit 'illutibilis.' Est ergo 'illutibile,' quod elui, quod lavando abstergi non potest. *Boxhorn.*

58 *Decet*] Ita Mss. Acidalio languidum hoc videtur: ideo malit *licet*, assentiendi formula solemni. At τῷ *licet* hic nullus est locus. Rectissimum autem est *decet*. Subintellige, fastidire; quia, nempe, palla olebat furtum et scortum: quod sequitur. *Boxhorn.*

62 *Diurnam stellam*] Id est, Luciferum: ut Hesperum 'Noctiferum' vocat Catullus. *Turneb.*

63 *Jam fores ferio*] Ita distinguendi ac legendi hi versus: *Jam fores ferio?* ME. *Feri: Vel mane etiam.* PE. *Mille passum commoratus cantharum.* ME. *Placide pulta.* PE. *Metuis credo, ne fores Samiæ sient.* ME. *Mane, mane obsecro, &c.* Interrogaverat Menæchmum Peniculus an fores feriret amicæ. 'Feri' ille respondet, sed statim revocans quod jusserat, 'vel mane etiam,' dixit. Ad hæc Peniculus: 'Tu mille passum commoratus es cantharum.' Isto verbo, inquit, quo manere me jubes ne feriam, commoratus es cantharum mille passum, id est, mille passuum spatio ac mora, vel mille passibus. Tu a bibendo nos remoraris quantum est spatium mille passuum. *Salmas.*

64 *Vel mane etiam*] Puto scribendum, *Væ! mane etiam.* Cum dixisset Menæchmus 'feri,' pultaverat parasitus, sed improbe ac vehementer nimis. Ergo Menæchmus, *Væ*, scilicet tibi, qui delicatæ delicatas fores tam rustice insultas. Ne perge, ne iterum feri: sed *mane etiam*, exspectadum. Respondet parasitus: Tua nunc opera serius bibemus. Et ludit confundendo longitudinem loci et temporis. Ut ille apud Quintilianum, 'quot millia passuum declamasset.' *Gronov.*

66 *Ab se*] Lambin. *ab se*, interpretatur 'domo sua;' Meursius 'sponte sua.' Sed Acidal. legit, ME. *Mane, mane obsecro hercle: eapse ecce exit: oh! Solem vide: Satin' ut, &c.* Quasi dicat: Nonne vides, solem hujus Erotii candoribus ex adverso oppositis obscuratum esse?

Digitized by Google

SCENA III. 1 *Extra numerum es*] Idem valent, *numero*, *pretio*, *loco*, ut, esse aliquo vel nullo numero, loco, aut pretio; esse extra numerum aut pretium. Hinc factum, ut pro 'cito,' Latini promiscue dicerent 'e numero,' vel 'in numero;' et postea omissa præpositione, 'numero:' quod Plauto familiare est. *Schopp.*

2 *Idem istuc aliis adscriptivis ad legionem*] Varro: 'Adscriptivi dicti, quod olim adscribebantur inermes, qui succederent armatis militibus, si quis eorum deperisset.' Contemptiores igitur isti adscriptivi. Dixerat Erotium Menæchmo, 'Salve.' Peniculus quæsierat; cur et sibi salus ab ea non diceretur. Responderat Erotium; extra numerum apud se esse Peniculum, id est, pretio nullo aut loco. Peniculus autem 'numeri' vocem, ut militarem accipit et interpretatur. De militaribus numeris sufficiet adduxisse Ulpiani locum, L. 'ex eo tempore,' D. de Milit. Testam. 'Ex eo tempore quis jure militari incipit posse testari, ex quo in numeris relatus est; ante non. Proinde qui nondum in numeris sunt, licet etiam lecti vel tirones sint, et publicis expensis iter faciant, nondum milites sunt. Debent enim in numeros referri.' Quæ verba maxime huic loco illustrando faciunt. Nunc patet, quare legionis et ad eam adscriptivorum Peniculus, respondens Erotio, meminerit, et in ea metaphora pergatur. *Boxhorn. Adscriptivis*] Ubi legitur contemptiores fuisse adscriptivos? præclare consulentem imperatorem, qui sibi sciens et volens legeret pejores ac viliores in supplementa. Potius meliores legere debebat, qui casu interfectorum non terrerentur. Imo nihilo viliores adscriptivi relatis in numeros: sed credibile est hos præsentiorem operam reipublicæ debuisse, ut illis parceretur, nisi necessitas admoneret. Et hoc vult parasitus, qui probrum meretricis in meliorem partem vertit. Cum enim illa dixisset, 'extra numerum es mihi;' quasi diceret, te nullo numero habeo; Atqui, inquit ille, non ideo sum vilior, nam et adscriptivi ad legionem, non viliores relatis in numerum, extra numerum sunt. *Gronov.*

3 *Prælium*] *Prælium* urbane dixit, 'prandium' significans, manens in metaph. a re militari.

4 *Uterque*] Intelligit se et parasitum suum; ut recte Lambinus. Nam Erotio electionem tribuit, ut dijudicet cum utro, ipsone Menæchmo an parasito esse velit. *Pistor. Pro Ilio potabimus*] Nec mutandum est aliquid, nec est serium dicendi genus, sed jocus duplex παρὰ προσδοκίαν. Nam cum dixisset, 'mihi hodie apparari jussi apud te,' exspectabant spectatores, ut diceret 'prandium,' audiunt inopinantes 'prælium:' deinde, in eo prælio uterque pro Ilio, circa quod tantum bellum fuit, exspectabant dictum iri 'pugnabimus,' audiunt autem 'potabimus:' et utrimque in risum solvuntur. *Gronov.*

10 *Qui impetrant*] Quasi dicat: Facile a me obtines, ut te pluris faciam, quam quemquam eorum, qui a me impetrant mei corporis usuram. *Lamb.*

12 *Nam si amabas, jam oportebat nasum*] Nihil mutandum. Hic versus a parasito clare, ut et audiret meretrix, pronunciatus. Præcedentem sub lingua dixerat, 'meretrix tantisper blanditur.' Ut autem dissimularet quod ita submurmuraverat, ex abrupto incipit, quasi continuaret id quod submisse secum dixerat, 'Nam si amabas.' *Salmas.*

13 *Exuvias facere, quas vovi, vole*] Hic *exuvias facere* est spoliare se, et spolia a se in alterum transferre; quod Men. facit. *Turneb.* At vero, gravissime personæ errant: et mirum nemini hucusque in mentem venisse. An Men. exuit pallam et dat Peni-

Digitized by Google

culo, ut in ea saltet? nugæ. Exuvias facturus Men. id est, pallam Erotio destinatam exuturus, pallium dat interea Peniculo sustinendum: pallium, inquam, quod pallæ superinduxerat occultandæ, et in quo alias prodibat in scenam, ut solet in palliatis comœdiis. Id cum Peniculus reciperet, simul orat Menæchmum, ut exuto hoc, in illa aliquantulum saltet, priusquam deponat: ubi hoc negat alter, quippe adhuc sobrius, statim exuere jubetur, &c. Igitur verbis nihil immutatis, tantum personas reconcinnavi. *Acidal.*

20 *Hoc animo*] Ita versus hic dandus Menæchmo, sequens parasito, quasi interpreti, quod illi dixit. *Gruter.*

23 *Ut ratio redditur*] Volunt distingui *perierunt plane. Ut ratio redditur.* Quod sit, quam bonam init et reddit rationem? atque hoc εἰρωνικῶς dici. Quod perinde est ac si dicam Mostell. IV. 3. 'Ut verba audio, Non equidem in Ægyptum hinc modo vectus fui, sed in terras solas:' scribendum esse, *Ut verba audio?* Sic enim parasitus: quantum audio vel colligere licet ex ratione, quam hic reddit, cum ait se quatuor minis emisse pallam, quam uxori subreptam meretrici defert, minæ quatuor perierunt. Sic Amph. 'Decimo post mense, ut rationem te dictare intelligo.' *Gronov.*

26 *Atque aliquid scitamentorum de foro*] Quidquid alii dicant aut mutent, verissimam lectionem eruit Turnebus, *scitamentorum*: qua voce etiam usi alii. Ponitur hic pro scitis cibis. Nugantur enim qui 'scitamenta' ita dicta putant a ciendo, scilicet appetitum. Est cibis et condimentis etiam suus ornatus. Inde 'scitamenta,' sive 'sciti cibi,' ut supra, 'faceti cibi,' id est, pulchri appellantur. *Boxhorn.*

27 *Glandionidam suillam*] Nec conjunctim hæc legenda, nec ut voluit ea legi Gruterus. *Glandionidem* dixit parasitus, pro glandiis, ut 'pernonidem' pro pernis. Ita enim scribenda. Quæ nomina ad eum modum per lasciviam et jocum parasiticum formavit, *Glandionidem, suillam, laridum, pernonidem, sinciput aut polimenta porcina.* Salmas. Sed et 'suis glandium' est in Curcul. II. 3. Nec *Glandionidam* pejus est quam *Glandionidem*, quia dicebant Leonidas et Leonides, et similia. *Gronov.*

28 *Aut polimenta porcina*] 'Polimenta,' ait Verrius, 'antiqui dicebant testiculos porcorum, cum eos castrabant: a politione segetum, aut vestimentorum: quod similiter atque illa curentur.' Arnob. lib. VII. 'Polimenta sunt ea quæ verecundius proles dicimus.' Idem de prolibus lib. V. 'Parte altera proles cum ipsis genitalibus occupat.'

29 *Madida*] Veteres *madere* pro 'coqui' usurpasse, sat multis exemplis docere possum. Virg. Georg. I. 'Et quamvis igni exiguo properata maderent,' &c. Id ex eo credo, quod plerumque quæ cocta sunt, tenerescere et madescere solent. *Turneb. Madida quæ mihi apposita*] Prorsus non dubito errare, qui vix dubitat, quin sit scribendum, *Madido quæ mihi.* Nam *madida* sunt, ut recte acceperunt et docti interpretes, 'cocta.' Persa I. 3. 'Collyræ facite ut madeant et colliphia, Ne mihi incocta detis. SA. Rem loquitur meram, Nihil sunt crudæ nisi quas madidas glutias.' Sed, inquit, quid opus erat dicere, ut cibi cocti in mensa apponerentur? Imo quid opus erat dicere, ut cibi apponerentur jam ebrio et pleno? *Gronov. Milvinam*] Quæ milvinam ὄρεξιν et appetentiam mihi suggerant, id est, vehementem: de milvi rapacissimæ et semper famelicæ avis natura. *Turneb.*

SCENA IV. 1 *Nummos tris habes*] Aureos intelligit Lambinus, non sestertios. Ego vero nec sestertios, nec

Digitized by Google

aureos, sed, ut alibi Plautus, didrachmos. Nam si obolo olera et pisciculi sufficiebant in cœnam seni apud Terentium: si nummo, hoc est, didrachmo, erat χοιρίδιον, ut videre est act. IV. sc. 2. (quod Athenis constabat tribus drachmis, ut ostendit Aristophanes in Pace) quidni triginta sex obolis lauta cœna compararetur tribus? *Gronov.*

4 *Jam isti sunt decem*] Facete expressit Peniculi edacitatem. Videtur autem mihi Enbulum comicum imitatus, apud Athenæum lib. I. qui ingeniose edacem Philocratem, cum unus esset, bis nominavit, et pro duobus numerari voluit. *Muret.*

ACTUS II.

SCENA I. 4 *Si adveniens terram videas quæ fuerit tua*] Maximam censet voluptatem Menæchmus, si terra saltem videatur: at majorem servus, si terra patria videatur: quam et hic unice desiderat pertæsus itineris. Argutiola Lambini in verbo *fuerit* inanis est; et possis emendare *fuat*, ut omnis ambignitas tollatur. *Acidal.*

11 *Mare Superum*] Hadriaticum, Italiæ lavans superiora: dictum ab Adria oppido. Superum dicitur, quod, si Inferum spectetur, orientalius, vel (ut alii volunt) Arctico polo vicinius, ubi pars mundi putatur superior. *Merula. Græciamque exoticam*] Quare Græcia dicta sit 'Italia,' non dubitatur; sed quare 'Major Græcia.' Certissimum est ita vocatum a Romanis, quia propior ea esset illis, quam transmarina Græcia: quemadmodum contra Græcos Italos ipsi Græci transmarini vocabant ἐξωτικούς, id est, *barbaros*. Nam Messenio apud Plautum vocat 'exoticam Græciam,' quam Romani 'Majorem Græciam,' non quidem ex persona sua, nam erat Siculus: neque vocasset consulto se ipsum barbarum: sed μιμητικῶς ex persona Græcorum ipsorum, qui Siculos et Calabros vocabant Ἕλληνας ἐξωτικούς, id est, barbaros: ut Plautus cum se vocat 'barbarum,' et 'barbariam' Italiam, non ex consuetudine Rom. dicit, sed ex persona Græcorum, qui βαρβάρους καὶ ἐξωτικοὺς Italos vocabant: Turnebus, qui illam Græciam, quæ in Epiro erat, intellexit, profecto non leviter erravit. *Scalig.*

14 *Si appareret, jamdiu*] Recte Camerarius et Lambinus, quod habent scripti, distinxerunt, *si appareret, jam diu. Hominem inter vivos quæritamus mortuum.* Et hoc vel ob id ipsum, quia sequitur, *Nam invenissemus jam diu, si viveret.* At illos aiunt mentem non intellexisse: et scribendum, *si appareret tamdiu:* et id explicant: Si acus tamdiu posset apparere et in oculos incurrere, id autem fieri non posse: statim enim amissam acum occultari, et se subtrahere oculis. Sed non intellexerunt boni viri, quid Plauto hic esset 'apparere;' est enim id idem quod exstare, superesse, non amotum esse, ubi quæritur. *Si appareret*, sicubi exstaret, conspiceretur. Truculent. II. 7. 'Hoc saltem servat mare: cum illi subest, apparet; huic des quantum vis, nusquam apparet.' *Gronov.*

20 *Vivus*] Censeo *vivus* retineri posse, bono etiam sensu. Non enim vivum tantum exequi statuit, sed et mortuum: usque dum mortuum saltem certo sciat, &c. Et nisi *vivus* retineatur, inutilis vox est *aliter*. Ita locutus est Amph. 'Tu me vivus h. nunq. facies, quin sim Sosia:' non *vivo;* ut temere mutant. *Acidal.*

23 *Historiam scripturi*] Nempe situs terrarum orbis, urbium, insularum, marium, per quæ peregrinamur. Forte alluditur ad celeberrimam Ulyssis peregrinationem. De qua multiplex olim a diversis scripta historia, quæ nec scribi potest sine accurata geographicarum rerum cognitione. *Boxhorn.*

25 *Non tuo hoc fiet modo*] 'Suo mo-

Digitized by Google

do aliquid facere,' est, obtemperare libidini: ut sibi rectum videtur, sic facere. *Palm.*

30 *Viaticati hercle admodum æstive sumus*] Recte se habent, *Viaticati hercle admodum æstive sumus:* id est, admodum leviter. Veteres habuere æstivas vestes leviores, et hibernas crassiores ac magis graves. Hinc 'æstive viaticatus' dicitur, qui leve viaticum habet. Levi viatico nihil esse gravius, festive dixit Sidonius Apollinaris. *Salmas.* Viatores, præsertim tenniores, æstate minus sibi provident de viatico, quam hyeme; nam et paucioribus diebus, quo volunt, perveniunt, non tempestatibus hibernis detinentur; et inter eundum frugibus, quos capiunt ex agris, prope vitam tolerare possunt, et sub dio sine injuria corporis cubare, minusque in vestem impendunt. *Gronovius.*

39 *Quia nemo ferme sine damno*] Joco dictum est Epidamni nomen junctum esse ex ἐπὶ et *damnum;* quia illuc nemo fere nisi damno suo divertere soleret: quod omen fugiens populus R. antiquum oppido restituit Dyrrhachii nomen. *Muret.*

45 *Id utrumque*] Plane ad eum modum quo Agricola ille apud Tacitum: 'Maluit præficere non peccaturos, quam punire qui peccassent.' Haud aliter hic Menæchmus mavult Messenioni ad peccandum proclivi adimere paratam peccaturo occasionem, quam ei post peccatum nimium irasci. Nam iracundus natura et animi perditi erat Menæchmus. Neque enim *animi perciti* legendum est, quod vult Lipsius. 'Perdito animo' aut 'perdite' aliquid facere dicitur, qui ita ab affectibus abripitur, ut rationi nullum reliquisse locum videatur. Inde dicimus, 'perdite amare,' 'irasci,' 'perdito animo esse.' Ut hoc loco. *Boxhorn.*

SCENA II. 12 *In vidulo salvum fero*] Arbitror loqui de periculo quo extergebantur baxeæ aliaque; habebatque servus in vidulo qui in humeris. *Gruter.*

16 *Sacres sinceri*] *Porci sacri,* sive, ut vet. loquebantur, *porci sacres sinceri,* id est, puri et integerrimi, atque ad sacrificium idonei, laribus immolabantur, ab iis qui piaculum aliquod admiserant, aut qui insani fuerant; imo etiam, quibus aucta erat liberorum prole familia. Videatur Varro R. R. I. 1. et 4. *Muret.*

21 *Seu Coriendrus*] Pro *Cylindrus* omnino hoc versu scribendum puto *Culindrus,* nomine quasi a 'culo' facto. *Nic. Heins. Culindrus,* pro Cylindrus, tunc scriptum et pronunciatum fuit. Nam eo tempore *Y* Græcum passim a Romanis, in Græcis vocibus quas usurpabant, mutabatur in *V* Latinum. Cum igitur se dixisset *Culindrum* vocari, respondet Menæchmus, Seu tu *Culindrus,* seu tu *Coliendrus,* perieris: a coleis voce obscœna conficta, ut 'culindrus' videbatur esse a 'culo.' Quasi diceret, sive a culo, sive a coleis nomen habes, periisti. *Salmas. Perieris*] Catull. Carm. LI. 'Peri rustice:' Græcorum ἔρρε, et φθείρου exprimit; ita hoc loco 'perieris,' id est, ἔρροις. *Scal.*

29 *Cyathisso*] Κυαθίζω, οἰνοχοῶ. Translatum est significatum a caussa efficiente in instrumentum. Isti pincernæ dicebantur 'pocillatores servi,' et 'Ad cyathos.' Propert. 'Lygdamus ad cyathos.' Quibus convivæ subinde dicebant, πίνειν κέρνα, *mince ut bibam.* Scalig.

41 *Multum et odiosum*] 'Multus' dicitur, qui negotii plurimum facessit, tanquam si ipse non solus, sed plures cum eo. Nec absimiliter Catullus Carm. CLX. 'Multus homo es naso,' &c. *Gruter.* 'Multus' pro homine tetrico morosoque et importuno accipitur, quem Græci φορτικὸν dicunt. Afranius apud Nonium: 'Multa es, et molesta multum.' Flav. Vopisc. in Epist. Valeriani de Aure-

Digitized by Google

liano scripta: 'Nimius, multus est, gravis est, ad nostra non facit tempora.' Sed Græci πολλὸν dicunt hominem gravem et serium, et quantivis pretii: at Latinis 'multus' semper in malam partem pro ardelione usurpatur et satageo. *Gronov.*

43 *Quamvis ridiculus est*] Id est, nihil magis ridiculum eo ne operari quidem potest. Sic Catull. Carm. XII. 'Quam sordida res,' id est, admodum sordida, interprete Mureto. V. N. Amphitr. I. 3. *Taubm.*

51 *Madebunt*] Id est, cocta sint. Vide notas supra I. 3. 29.

54 *Ire hercle melius, &c.*] *Te* suspense legendum est, ut sit jocus ex ambiguo: *Ire hercle melius est te*, nempe maximam in malam crucem; vel, intro, atque accumbere. *Dissald.*

55 *Ad Vulcani violentiam*] Id est, ad ignem.

69 *Navis prædatoria*] Meretrix Erotium.

75 *Navales pedes*] Intelligit servos remiges, qui in navi loco pedum sunt. *Turneb.*

SCENA III. 1 *Sine fores sic*] Non divinatui difficile, cur fores suas operiri, id est, claudi vetet Erotium, eis præsertim, qui experimentis cognitum habent, nihil pejus homines amatores, quam occlusas dominarum suarum januas odisse. *Douz.*

5 *Amanti amœnitas malo est*] Amœnitas loci allicit amantem, ut velit in domo meretricia versari: quod ei damnosum, &c.

9 *Potissimus*] *Amator potissimus*, qui primas partes apud amicam tenet. Ter. Eun. 'primum' vocat. Hinc Plauto, 'amicæ potiorem fieri' est ita insinuare et conciliare se amicæ, ut pulsis rivalibus solus et primus placeat, et regnet in exoptatis amoribus. *J. Gul.*

24 *Folia nunc cadunt*] Significat: Si comparentur hæc, quæ nunc fiunt, cum iis quæ intra triduum futura sunt; proinde esse, ac si folia cadentia cum ipsis arboribus cadentibus conferantur. *Folia* vocantur etiam res nullius pretii aut ponderis. Apul. 'folia sunt artis et nugæ meræ.' *Gruter.*

26 *Electebræ*] 'Electebræ argentariæ, meretrices, ab eliciendo argento dictæ.' Ita Festus.

30 *Delicias facis*] *Delicias facere* interdum est irridere; ut hoc loco: interdum idem quod in Pœnulo, 'facere nequam,' id est, indulgere libidini. Catull. 'Si quis delicias diceret, aut faceret.' *Muret.*

36 *Bene vocas: tam gratia est*] Leg. *Jam.* Quasi dicat: Beniguam te et liberalem in eo præbes, quod me ad prandium vocas; veruntamen habeo gratiam: quod est, gratiam tibi tui prandii facio; prandio tuo non utor. *Lambin.* Græci cum nollent ire invitati, dixere κάλλιστα, ἐπαινῶ, et πάνυ καλῶς, quomodo Latini, 'benigne,' 'gratia est,' 'facio gratiam.' At qui invitabant, dicebant, 'Una erimus hodie.' Terent. 'Dionysia hic sunt: hodie apud me sis volo.' *Casaub.*

40 *Qui extergentur baxeæ*] Jocularitur ludit in ambiguo significatu Peniculi; qui et parasitus erat, et spongia oblonga caudæ similis; qua, præter cetera, baxeæ etiam extergebantur. Sunt autem baxeæ, calceamenti genus. Apuleius in Floridis: 'Vestem de texterna emere, baxeas de suterna præstinare.' *Baxeæ* item crepidæ sunt, ἀπὸ τῆς βάξεως, sed philosophis speciatim attributæ. *Junius.*

44 *Hæc mulier cantherino ritu adstans somniat*] Jocus ex ambigno. Nam et *somniare* somnia est videre inter dormiendum: dormiunt autem equi plerunque stantes, (somni autem comes somnium est,) tamen cantherii magis; qui, quod castrati sunt, mitiores et placidiores somniculosique et dormitantes magis ob torpo-

Digitized by Google

rem videntur. *Somniare* etiam delirare, nugasque et deliramenta effutire valet; ut Curc. IV. 3. ' quos tu mihi libertos somnias?' id est, nugaris et blateras. Mulierem igitur insanire et delirare dicit. *Turneb.*

51 *Quam tu mihi navem narras*] Alibi quærant in voce *navis* obscœnitatem. Hic nulla est. Quæ potest enim cogitari obscœnitas, ubi quis dicit, se in navi prandisse, inde huc egressum esse? Quæ autem subjicit mulier, ' Perii, quam tu mihi navem narras?' nihil aliud significant, quam perturbationem mulieris longe nec opinatissima audientis. Rud. II. 2. ' Confracta, mi Trachalio, est hac nocte navis nobis. TR. Quid navis? quæ istæc fabula est?' *Gronov.*

53 *Quasi suppellex pellionis, palus palo proximus*] Et in tentipellio sunt pali ad distendendas pelles: et de palis multis in taberna merces suspendebantur, et domi suppellex. Atque hoc de Pellione homine paupere dicit, cujus suppellex præter palos nudos nulla erat. Is autem etiam comœdiarum actor, sed malus erat. Quem etiam perstringit Bacchid. II. 2. *Turneb.*

58 *Ubi rex Agathocles, &c.*] De uno eodemque Agathocle ista a Plauto dici censemus, quæ ita rescribenda sunt: *Ubi rex Agathocles regnator fuit, et iterum Plinthias, Tertium Lyparos, qui in morte regnum Hieroni tradidit.* Sed quæstionis est, quare dicatur Agathocles unus, idemque primum, iterum, atque tertium regnasse. Facilis istis est responsio; ex qua etiam illud liquebit, quare Plinthias, itemque Lyparos a Plauto dicatur. Primum igitur Agathoclem regnasse dicitur, ad quod fastigium quibus artibus evectus sit, fuse docet Diod. Sicul. lib. XIX. Ea tamen dignitatis sede pæne excussus fuit, cum in Africa bellum gereret. Veruntamen victis rebellibus, in integrum fuit restitutus, ut Diodor. lib. XX. Atque hinc quasi iterum de novo rex factus videtur. Quare autem Plinthias, *ἀπὸ τοῦ πλίνθου*, figlinam enim fecerat Agathocles, dicatur, causa petenda est ex Diodoro. Verum non diuturna admodum Agathocli hæc felicitas fuit; sed ita dejectus est paulo post, referente Diod. lib. XX. ut desperabundus ad imperii abdicationem ultro sese offerret. Quam conditionem cum recusarent illi, penes quos erat rerum summa, collatis signis feliciter dimicavit Agathocles, partaque est ab eo victoria, firmatumque imperium, quod asserere sibi quasi de novo tertium videbatur. Sed id administravit crudelitate cum summa, cujus experimentum dedit, deleto funditus illo exercitu, qui se dediderat; unde merito a Plauto Lyparos, *λυπαρὸς ἢ λύπηρος*, id est, *sævus* et *molestus* appellatur. *Petitus. Et iterum Pinthia*] Non *Pythia*, ut Hermolaus et Lambinus, non *Panthia*, ut Camerarius, non *Pinthia*, ut Gruterus, non denique *Plinthias*, ut Petitus, sed *Phintias* est scribendum. Hoc enim nomen fuit unius ex multis tyrannis, qui post mortem Agathoclis per Siciliam exstiterunt, commemoratus Diodoro Siculo lib. XXII. cujus et nummi reperiuntur inscripti ΦΙΝΤΙΟΥ ΒΑCΙΛΕΩC, quique urbem *Phintiam* vel *Phintiada* condidit. Sed Agrigenti dominatum obtinuit, et in ea successit Agathocli, non Syracusis: hoc excusandum est in persona mulierculæ, ex male tradito, male accepto rumore, memoria mala, ut fit, rem narrantis et personas, tempora, loca, acta facile confundentis. Pronunciat autem *Phintia*, qui Græce *Φυτίας*, ut alibi *Pterela*. Nec dubito, quin alia in parte fuerit revera aliquis *Liparo*, etsi in historia nomen ejus interciderit: neque enim Pyrrhi nomen sic deformasse ausim dicere. Excusandum quod in morte Liparonem istum tradidisse regnum ait Hieroni: nec enim ille regnum debuit

Digitized by Google

cuiquam, sed suæ virtuti atque amori civium. *Gronov.*

71 *Amabo*] *Amabo* hic nihil aliud significat quam 'orabo;' ut et infra act. III. sc. 3. Terent. Hec. sc. penult. 'Dic me amare, ut veniat.' Est enim blandientis, 'Ait te amare.' Sed et Græci haud dissimili modo στέργω sunm accipiunt: hoc enim non tam *amo* quam *oro* significat, si Sophocli credimus: imo nos hodieque quippiam ab aliquo postulaturi, 'Amabo te,' in oratione directa dictitamus. *Lips.* *Scin' quid te amabo*] Scin', inquit, quid te sim oratura, ut facias mei honoris causa? Itaque ineptissime concidítur oratio distinguendo, *Sed scin' quid? te amabo ut facias:* quasi intelligatur, 'scin' quid velim?' Imo etsi hoc intelligatur, non tamen ita distinguendum est: foret enim integrum, *Scin' quid velim, te amabo, ut facias? scin' quid te velim, ut facias, amabo?* quæ oratio media alia interrogatione dividi non potest. *Gronov.*

72 *Ad phrygionem, &c.*] Non solum pallam suam vult reconcinnari, et quæ in ea corrupta erant ac læsa, sarciri; sed etiam alia quædam adjici ornamenta picturasque ad eas quas jam habebat, acu phrygionis factas. Phrygio enim non ipse pulvinar aut vestem faciebat; sed jam factam accipiebat, ut variis operibus eam ornaret, et picturis variegaret. Præterea quod in pulvinari aut veste pinxerat phrygio, id opus ita expressum in veste extabat, ut extra corpus vestis emineret; et qua parte insutum aurum, aut colores acu intexti essent, ea parte vestis asperior ac rigidior reddebatur. *Salmas.*

74 *Eadem ignorabitur*] Eadem opera seu ratione palla reconcinnata immutabitur ne ab uxore agnoscatur.

79 *Quid ergo?* ME. *Opus est*] Non multum corruptelæ et difficultatis in hoc loco, qui viros doctos habuit exercitos. Menæchmus ingressurus domum meretricis, servo Messenioni abeunti quo jusserat aliquid adhuc mandaturus vocat, 'Ebo Messenio, accede huc.' Iratus servulus quod dominum videret in ædes meretricis intrare, respondet, 'Quid negotii est?' Et iterum, 'Quid ergo opus est?' 'Imo opus est,' herus dicit: servulus iratior, 'Scio opus est;' nempe ut mendices, quia ad mendicitatem facile redigebant meretrices quemcunque arripuissent ac tenuissent. Ad hæc herus respondet, 'Tanto nequior.' Ita enim scribendum, non *tanto nequior es.* Nam de se hoc dicit Menæchmus, non de servo suo. Tanto, inquit, nequior sim, si hoc fiat quod dicis, ut non solum meretricis domum ingrediar, sed etiam ad mendicitatem ibi me redigam. Tantum vero abest, ut illa me mendicare cogat, ut etiam prædam invenerim ex ejus notitia. 'Habeo prædam,' inquit, 'tantum incepi operis.' *Salmas.* *Quid ergo?* ME. *Opus est*] Non modo Scioppius et Acidalius hic luserunt operam, sed vel maxime ὁ πάνυ qui non multum corruptelæ et difficultatis in hoc loco esse ait. Imo corruptelæ nihil est. Servum a quo paullum recesserat, quum diceret illa vers. 66. 'hunc metuebam,' vocat Menæchmus. Respondet ille, 'Quid negotii est?' in quo nulla apparet ira; sed rogat simpliciter, quasi dicat, Quid me vis? Merc. I. 2. 24. Rursum dominus, St! scire vis quid sit negotii? opima præda mihi objicitur. Quod non assequens servus, 'Quid ergo est,' inquit, quod significas? Rursum dominus, Opus est me has ædes ingredi, cum audacia et astutia, ut quod molior, emoliar. Servus ne sic quidem cogitationes domini cum perciperet, 'Quid opus est?' ait. Quem cum aliquamdiu sic lusisset, ac suspensum tenuisset, 'Scio,' interponit, 'ut me dices,' nempe periisse funditus, si pedem posuero intra hoc limen. Subjicit servus, 'Tanto nequior es.' Eo, in-

Digitized by Google

quit, pejor es, quod scis, quæ dicta merearis, quæque ego objurgandi tui causa dicturus sim: et tamen in istud barathrum te conjicis. Tandem fatetur palam, quod prius non fuerat elocutus, 'Habeo prædam.' Pro *scire vis* erat in Mss. et vett. codd. *suscciri*; unde satis commode alterum effinxerunt. At illud *mendices* nihil est, quum in optimo codice sit *medicas*, et in eodem ex illo factum antiqua manu *me dices*. Nec vero scripti, *Tanto nequior*: etsi nihil interest: sed et scripti et editi vetusti, *Tanto nequiorem. Habeo prædam.* Unde fecit, quod edidit Camerarius. Recte: nisi malis, Mss. *Tanto nequior.* Me. *En habeo prædam.* Illud *ut me dices* intellexit etiam Acidalius. *Gronov.*

82 *Ut venias advorsum mihi*] 'Adversum venire alicui' non tantum est obviam ire, sed etiam ire quæsitum aliquem loco designato: et dicitur præcipue de servis, qui veniunt, ut dominos aliunde deducunt. *Gronov.*

87 *Lembum dierectum*] Vide notas Capt. III. 4. 103.

ACTUS III.

Scena I. 4 *Dum hieto*] Priscum verbum et ad hunc locum unicum. Diomedes lib. I. 'Hietare' et 'hiatare' veteres dixerunt. Cæcilius: 'Sequere me tu, qui mihi oscitans hietansque restas.' Laberius: 'Hietantur fores;' pro eo, quod est *hiatant*, id est, patent. Glossar. Benedicti: 'χασμῶμαι, *oscitor hieto*: χάσμησις, *oscitudo*.' Palmer.

6 *Qui illum Dii omnes perduint*] Quam parati fuerunt ad Plautum restituendum, quibus hoc genus loquendi novum, et placuit conjicere ad marginem, *Quin illum?* Cur non idem tentarunt ad Casin. II. 4. 'Qui illum Dii Deæque omnes perdant.' Persa v. 2. 'Qui illum Persam atque omnes Persas, atque etiam omnes personas Male Di omnes perdant.' Trinummo IV. 2. 'Hem istic erit, qui istum Di perdant.' *Gronov.*

9 *Census capiant*] Qui in senatum non venerat, pignoribus captis multabatur: ita qui non venerit in concionem, eum pignoribus captis coërceri vult parasitus. Sed *pignora capere*, dixit 'census capere.' *Turneb. Census capiant illico*] Forte, *census careant illico*: id est, mulctentur parte census. Ut apud Terentium, 'tui carendum quod erat.' *Gronov.*

10 *Qui singulas escas edunt*] Scalig. Conject. μονοφαγεῖν interpretatur, Cujus nemo particeps est. Mihi constat eos hic dici 'in dies singulas escas edere,' qui semel tantum de die edunt; qui cœnam tantum, non prandium sumunt. In eorum numerum se censeri non vult parasitus, qui jam tamen prandium perdiderat. *Pist.*

18 *Perdidissem prandium*] Hoc Græcis est παραδειπνηθῆναι, *cœnam perdere*; non, ut putant, *domi cœnare*: vel quod Martial. Ep. XII. 78. eleganter dixit, 'affici domicœnio.' *Casaub.*

Scena II. 20 *Minore nusquam bene fui dispendio*] Nusquam tam bene acceptus et lepide curatus fui minore sumptu. Et 'esse probe,' pro bene admordere et tuburcinari quicquid intra dentes venerit. *J. Gul.*

27 *Fecisti funus me absente, &c.*] Sepelivisti, me absente, prandium, id est, consumsisti. Seneca Ep. XII. 'Cum se funereis epulis sepelivisset.'

28 *Cui ego æque ac heres eram*] Omnino legendum, *cui ego æque eres eram*, id est, heres. Nam in meo codice Cantabrico, *cui ego, eaque eris eram.* Ego, inquit, non minus heres prandii eram, id est, dominus prandii, ut supra, 'heres nunquam erit post hanc diem.' Tu illi solus me absente coheredo fecisti funus. Ac omnes heredes simul funus procura-

Digitized by Google

bant et exequiis defuncti intererant. In eodem codice legitur, *fecisti funus meo absenti prandio*, pro 'med absente,' id est, me absente. *Salmas.*

31 *Pro maledictis dari postea*] Comice additum est ex abundanti, *postea*. Palmer.

46 *Occisa est hæc res*] Periit hoc negotium. Capt. III. 4. Ita in Cod. Theodosiano est 'interfectum negotium:' ita Aristophan. *τὸ τρύβλιο, τέθνηκέ μοι*, pro *κέκλαυσται, factum est, periit.* Casaubon.

48 *Cinædos*] Turnebus *cinædum* 'saltatorem' hic interpretatur: Lambinus mollem et impudicum, et quem supra I. 2. 'catamitum' dixerit.

56 *Satin' ut quemquam conspicor*] Quid id rei est, satisne delusus sum? Quotquot obviam mihi veniunt, ludificant, ludibrio habent. *Boxhorn.*

SCENA III. 1 *Amare ait te multum Erotium*] Hic *amare* est amanter precari, et a caro homine rogare et optare. *Turneb.*

4 *Spinther*] Spinther genus armillæ etiam veteres interpretantur, at vers. 8. 'spinther' et 'armillæ' differunt. Spinther non simpliciter armillam significat, sed est armillæ species, ut interpretatur Festus, qua mulieres utebantur brachio summo sinistro. Armillæ sunt proprie quas in utroque brachio gerebant. Græcis ψέλια et κλάνια. Vox spinter vel spinther Græca est Æolica. Σφιγκτὴρ annulus est a stringendo. Unde et pro ano etiam sive podice, qui et inde nomen habet. Nam et δακτύλιον Græci vocarunt. Pro σφιγκτὴρ Æoles dicebant σφιντῆρ. Unde Latinum *spinter*, cum enallage etiam. Inde 'spinthriæ' genus infamis libidinis apud Tacitum, a Tiberio repertum, quod annulatim quasi connexi tenerentur. De quibus illud Epigramma Ausonii ex Græco versum, 'Tres uno in lecto.' Spinthrias plane designat. *Spinther* pro Sphincter, ut *Pinthias* supra pro Græco *Φιντίας*, quod nomen est proprium Siculum. Sic enim codex meus legit supra act. II. sc. 3. 'Ubi rex Agathocles regnator fuit, et iterum Pinthia,' pro Pintia sive Phintia, qui Græce *Φιντίας*. *Salmas.*

15 *Dicam curare*] Lego *curassere*, id est, dicam Erotio, te, quæ oravit, curaturum. *Lambin.*

17 *Inaures stalagmia*] Cohærent per appositionem. *Inauris ἐνώτιον, ἐλλόβιον*: monile, quod aurium lobis inseritur, et appendet. *Stalagmium*, inaurium genus esse crediderim oblongum, ex bacca pendula: a guttæ similitudine, quæ *σταλαγμὸς* Græcis dicitur. Cæcilius apud Festum: 'Ex aure ejus stalagmium habeo domi.' *Junius.*

20 *Manupretium*] Varro de L. L. l. IV. 'Quod manu factum erat, et datum pro eo manupretium, a manibus et pretio.' Isidorus Etymol. II. 1. 'Abusive manus etiam ars vel artifex: unde manupretium dicimus.'

25 *Ut, quantum possint, quique liceant, veneant*] Alii leg. *quanti possint*, scil. venire. Schop. leg. *Ut quantum possit, quique liceat, veneant*, id est, ut quamprimum, et quanti licet vendantur.

ACTUS IV.

SCENA I. 8 *Hæc abiit*] Lævorsum qua coronam abjecerat Men. Sosicles. *Douza.*

9 *Optime revortitur*] Opportune, in tempore.

11 *Male habeas*] Id est, excipias, tractes, verses maritum. *Taubm.*

SCENA II. 1 *More moro*] *Mos morus*, id est, stultus, *μῶρος*. Mil. 'Ego stulta atque mora multum.' Trin. 'Is mores hominum moros et morosos efficit.' Ordo et sententia est: Ut, hoc est, qui, quo pacto, seu quam maxime stulto more multumque molesto utimur! et, ut quique sunt optimi et maximi, hunc morem habent: clientes, &c. *θαυμαστικῶς. Lamb.*

10 *Qui neque leges*] Mutat nume-

Digitized by Google

rum. Quasi dicat: Isti, qui neque leges, neque æquum bonum (ἐπιεικὲς) colunt, sollicitos reddunti et negotiis molestant suos patronos. Alii hic volunt esse principium novæ sententiæ; quos non audio. *Lamb.*

19 *Ad populum*] Comitiis centuriatim calatis. *Douza.* *In jure*] Apud prætorem pro tribunali, sellave posita. *Douza.* *Ad judicem*] Vel a prætore datum, ut sunt recuperatores: vel a litigatoribus captum, ut arbitrum. *Douz.* Lites discutiuntur aut in comitio pro rostris ad populum; aut in fori area apud prætorem in jure; aut in basilica apud judices. Cicero: 'Nam si quis statuit hunc esse oratorem, qui tantummodo in jure aut in judiciis possit, aut ad populum, aut in senatu copiose loqui.' *Pollet.*

22 *Attinuit*] Ita me in suo negotio occupatum retinuit. *Lambin.* *Detinuit*] Ita me ab eo quod acturus eram, avocatum tenuit. Lambinus sic interpretatur et fallitur. 'Attinere' et 'detinere' hic eo differunt, quod 'detinere' sit diutius attinere: *de* huic verbo, ut multis aliis, junctam habet augendi significationem. *Boxh.*

24 *Conditiones tetuli*] 'Conditiones ferre' est proponere formulam transactionis, qua controversia aut res litigiosa componatur. Anton. ap. Cic. Philip. XIII. 17. 'Qui me præcipitem egerit æquissimas conditiones ferentem.' *Gronov.*

25 *Aut plus*] Mirum in modum hic hæsitant interpretes. Haud dubie legendum est: *conditiones Tetuli tortas, confragosas. Haut plus, haut minus, quam opus erat, &c.* *Aut* vulgatum si retineas, pro *haut* accipiendum est. *Aut* enim pro *haut* scribebant veteres. Neque se aliter accipere monet me Salmasius, quem audiamus. *Boxhorn.* 'Controversiam dicere' idem quod paulo ante, 'causam dicere.' Nam 'causa' et 'controversia' eadem quæ Græcis αἰτία. Sed et hoc loco *aut* pro *haut* acceperam. Sic enim scribebatur, *haut* vel *aut*, pro *haud*. 'Haud plus, aut minus, quam opus erat multo, controversiam dixeram, ut sponsio fieret.' In causa dicenda et controversia disceptanda non multo plus aut minus dixi quam opus erat, uti sponsio fieret. *Salmas.* *Aut plus aut minus*] Ego vero nec *haud plus Haud minus*, vel *haud plus Aut minus* scribendum puto, nec si vulgatum retineas *Aut*, pro *Haud*, accipiendum. Sic enim solent loqui. Captivis v. 3. 'Cur ego plus minusve feci quam æquum fuit?' Terent. Hecyra v. 1. 'Ne quid faciam plus quod me post minus fecisse satius sit.' Phorm. III. 3. 'Ne quid plus minusve faxit, quod nos post pigeat.' Sueton. Octav. c. 84. 'Ne plus minusve loqueretur ex tempore.' 'Controversiam dicere' ut 'causam dicere' accipere possum: sed quemadmodum 'non plus causam dicere,' pro non plus in causa disceptanda dicere, handquaquam tolerarem, ita nec sufferre possum *haud plus aut minus controversiam dicere*, pro tantummodo in controversia dicere. Lambinus, *dixi In controversiam*, ut sponsio. Quod si auderem, facerem *multæ*. *Dixeram in controversiam, uti multæ sponsio fieret:* ut se invicem provocarent, Ni hoc ita est, dabis mille nummum? Sed forte melius: *aut plus Aut minus, quam opus erat, multo dixeram, Controversiæ uti sponsio fieret.* Modo, inquit, augebam rem, modo minuebam ut ambiguum facerem judicem, ne clientem meum primo cœtu condemnaret; sed ut ad sponsionem veniretur. *Gron.*

40 *Næ fœnerato abstulisti*] Næ tu pallam magna tua mercede, id est, magno tuo malo abstulisti. Tralatio est ab iis, qui pecuniam grandi fœnore mutuam accipiunt. *Lamb.* Imo ab iis, qui quod audiunt accipiuntve, bonum malumve fuerit, omnino deinde reddunt, juxta regulam Hesiodi, cum fœnore luculento. *Gruter.* *Sic datur*] Sermo castigantis et pœnas

Digitized by Google

sumentis, aut pœnas sumptas esse gratulantis: quare par istud verborum parasito datum cuperem. *Gruter.* secutus Lambinus hanc interpretationem. *Sic datur*] Utrumque falli aiunt, nam 'sic datur' hic idem esse quod sic tenetur. At illi plane hic tenentur et deprehenduntur pro infrequentibus lectoribus Plauti, quemadmodum et in Asinaria II. 4. 33. ubi tentabant simile, *sic dedero.* Nunquam aliter hæc formula accipitur, et exempla sunt in promptu, quæ jam alii congesserunt. Afferunt tamen locum Ovidii: 'Se quoque det mulier populo speciosa videndam.' Quid autem simile: 'sic datur,' et 'det se videndam?' Deinde an 'det se videndam,' est teneatur, deprehendatur in flagitio? *Gronov.*

46 *Nisi unum: palla pallorem*] Hæc neutiquam Menæchmo sunt tribuenda, qui confidenter in sequentibus negat se pallam uxori surripuisse. Igitur Peniculi persona his præscribenda, et reliqua legenda, quomodo edidit Camerarius: MU. *Pallam.* ME. *Pallam, quid?* MU. *Pallam, quid paves?* ME. *Nihil equidem paveo.* PE. *Nisi unum: palla pallorem incutit. At tune clam me comesses prandium! &c.* Non a Plauto, sed monstra sunt quæ in ultimas Plauti editiones ex nescio quibus deterioris notæ Mss. irrepsere. *Boxhorn.*

57 *Responsant*] Significat, ferociter et irreverenter respondent. Sic Truc. II. 7. 45. Hor. Sat. II. 7. 'Responsare cupidinibus,' et sic sæpius alibi. *Gronov.* PR. *Nugas agis*] Ita hæc ubique Peniculo do; cum verba sint illudentis potius quam iratæ uxoris. Et uxor jam ante dixerat, se tacere velle. Et paullo post ait Men. Peniculo, 'Potin' ut mihi molestus ne sis,' &c. multo concinnius. *Pistor.*

62 *Bellus blanditur*] 'Belli homines' nonnunquam dicuntur, qui ad aliorum quasi nutus se accommodant. Et 'belle dicere,' qui, quæ alii velint, loqui student. Et 'belli homines' sunt, quos Aristoteles ἀρέσκους vocat. Ita Muret. ad Catull.

81 *Et quid tristis*] Corrigunt, *Eo, quid resistis:* pessime. Dixerat supra Menæchmus vs. 44. 'Quid tu mihi tristis es?' et vs. 58. 'Tristis admodum es.' Horum illa memor, 'Audi,' inquit, 'atque ades: Et quid tristis ego sim, et quid hic mihi dixerit, faxo scias.' *Gronov.*

83 *Captat*] Id est, verbis captiose ludit! ut argutus est scil. *Taubm. Huic surrepta est, non tibi*] Acidalius, *tibi surrepta est, non huic.* Gruterus explicat *huic*, in usum hujus Menæchmi, ut esset quod daret Erotio: nam si tibi, id est, in usum tuum surrepta esset, salva apud te esset: et Lambinum sine causa æstuare. Certe æstuat Lambinus et tamen verissimum est quod refert, ut nescio cujus, etsi non probet ipse, præcedenti verbo legendum, *palla surrepta est mihi.* Ludit enim Menæchmus repetendo uxoris verba, 'Palla mihi domo est surrepta.' Ille quasi ignorans subjicit, 'palla surrepta est mihi?' nam quod perdit uxor, videtur et perdere maritus. Ne dicam, ablata interrogationis nota eum dicere verum, et facinus tecte confiteri: ipse enim surripuerat. Ergo parasitus, 'viden' ut scelestus captat?' verba scilicet, repetendo præcise sermonem uxoris. Huic uxori surrepta est, non tibi. Nam profecto tibi, Menæchme, surrepta si esset (cum eam deferres ad scortum et huic reddita) salva nunc foret. *Gronov.*

90 *Vin' afferri noctuam, quæ tu, tu, &c.*] *Tu, tu,* Græcis τὺ, τύ: unde et τυτὼ *noctua,* apud Hesychium: quippe et hic alluditur ad vocem noctuæ, *tu, tu,* seu *tou, tou.* Sonat autem noctua uberius hoc Germanum, non exilius illud Gallicum. Ita recte interpretes. Porro noctua hinc dicitur 'tutubare.' Vetus grammaticus Sidonius, cujus fragmentum de voci-

Digitized by Google

bus animantium in aliquot Gloss. nostris Mss. legitur, 'Noctua tutubat.' Sic enim legendum, non *cucubat*. Idem verbum restituo auctori veteris poëmatii, quod ejusdem est argumenti, *Noctua lucifuga tutubat in tenebris*. Male vulgo editur *cucubat*, quod ex Plautino hoc loco satis est manifestum. *Boxhorn*.

93 *Non dedisse*] Scilicet me. Nihili sunt quæ garrit Lambinus. Tantum cavillatur Menæchmus, et dicit, se non tam dedisse pallam, quam commodasse: tunc scilicet facile recepturus, cum plane detrita: nam sequitur, 'Sed ego illam non condonavi.' Vocis utriusque discrimen notum JCtis, nec ignoravit Plautus, Trin. v. 2. 'Nam beneficium homini proprium quod datur, proprium sumserit: quod datum est utendum, id repetendi copia est, quando velis.' *J. Grut.*

105 *Excludit foras*] Lambinus hic, ut et supra act. III. sc. 2. atque alibi leg. *foris*, cum *excludo*, inquit, verbum sit quietem significans: nam is 'excluditur,' cui ingredi volenti ostium non aperitur; 'extruditur,' qui jam intus est. Sed venia doctissimi viri, genius antiquæ locutionis alterum etiam non respuit. *Taubm.*

109 *Orabo*] Vos critici majores reponite et hic *amabo*. Scriver.

Scena III. 7 *Ad phrygionem*] Phrygiones dicuntur qui subtiliora opera in sindone aut serico, acu aut nendo, conficiunt, et inprimis aureo filo, quod vocant 'acu pingere.' *Gronov.*

9 *Factum reperies*] Gruter. ex vestigiis Mss. qui habent *releceris*, fecit *relege res*, quod temere in editiones quasdam irrepsit. Pareus notat in veteri codice scriptum esse *redixeris*: quare ille rescripsit, *reviceris*. Omnino scribendum est, *nunquam factum. Ne dixeris*: te nempe mihi dedisse pallam ferendam ad phrygionem. Ita passim Plautus. *Boxhorn. Nunquam factum reperies*] Duo fuere codices Palatini, quibus in recensendo Plauto a Bacchidibus ad finem usque sunt usi ambo quondam Camerarii: alter integer quem Pal. 1. aut κατ' ἐξοχὴν V. C. solent vocare: alter orsus a Bacchidibus, quem propterea Dec. vel Decurtatum et Pal. 2. appellant. Ne quis igitur putet hic dissentire Gruterum et Pareum in edenda scripta lectione, uterque annotat Pal. 1. seu V. C. habere *releceris*, et supra scriptum *redixeris*; uterque Pal. 2. seu Dec. *relegeris*. Ceterum satis placet Boxhornii, *ne dixeris*. Gronov.

12 *Quia commisi*] Quia tibi pallam commisi, et sic stultitia et credulitate mea nimia factum est, ut me defraudare possis, me defraudare cogitas. *Lamb.*

17 *In oculos compingite*] Nihil carius est oculis, nihil æque vel a natura vel cautione hominum custoditur. Inde illæ vetustissimæ loquendi rationes, 'oculissimus,' pro dilectissimo; 'in oculis aliquem ferre,' pro multum amare, curare, maximi facere. Ita hoc loco Erotium dicit Menæchmo, ut vel uxor, vel ipse pallam in posterum ita custodiant; sicut oculi datis a natura fidissimis claustris custodiuntur. Neque huic interpretationi obstat vox 'compingere,' tanquam ejus solius usus sit, ubi de dura et gravi custodia agitur, ut carcere, quod vult Lambinus. 'Compingere' enim quid in aliquem locum simpliciter dicimur, quod accuratius volumus asservatum. *Boxhorn. In oculos compingite*] Iratus sermo: ponite et asservate ibi, ubi nemo quærit. *Gronov.*

20 *Frustra me ductare*] Quid sit ductare meretricem ac scortum, satis notum est. 'Frustra ductare' hoc loco idem est quod gratis ductare, nulla data pecunia. Nisi feres, inquit, argentum, frustra me ductare non potes. Vel sane subintelligendum 'es;' frustra es, me ductare non potes. Et sic interpungendum: *Nisi*

Digitized by Google

argentum feres, frustra. Me ductare non potes. Salmas.

ACTUS V.

SCENA I. 11 *Muttire*] *Muttire* est ne mu quidem audere proferre: quod Græce γρύζειν. Glossar. '*Muttum*, γρύ.' V. N. Mil. III. 1.

14 *Hecubam quapropter canem, &c.*] Hecubam, velut canem, Græci lapidibus insectati sunt, quia maledicta in quemvis obvium e Græcis ingerebat. Et propter hanc animi acerbitatem et rabiem, fingitur in canem esse conversa. Juven. Sat. X. 'Sed torva canino Latravit rictu, quæ post hunc vixerat uxor.' Quin et ejus effigiem canis forma pingi solitam, canemque eidem immolatum tradunt. Ejusdem et sepulcrum 'Cynossema' vocatum, Plinius auctor est lib. IV. c. 11. *Gruter.*

36 *Quære*] Non est necesse ut hæc mutet Colvius: nam *quæro* ac *quæso* permutantur. *Gruter.*

41 *Degeris amicæ*] 'Degero' dicitur, ut 'defero.' Est autem idem verbum quod 'digero,' *e* in *i*, ut fit, mutato; quod nihil aliud vulgo significat, quam ordinare aliquid, componere, et in debitum locum referre, quod fieri non potest nisi degerendo, sive rem ex uno loco in alium transferendo: qua vetusta significatione 'degerere' hic ponitur. *Boxhorn.*

42 *Monstra, quod bibam, &c.*] Recte se habent, *si scis, monstra, quod bibam, &c.* Si potes me alere et ostendere unde vivam, tuam perpetiar petulantiam, ut tibi obnoxius. Alia conditione eam ferre non possum, nisi ut me alas, et mihi monstres quod edam et bibam. Sed 'bibam' tantum dixit, quia causa vivendi præcipua Græcis in bibendo. Unde et συμπόσιον dixere, quod Latini *convivium*. Eandem sententiam expressit Theocritus in Ἀδωνιαζούσαις, nisi fallor, Πασσάμενος ἐπίτασσε· *Ubi nos alueris, impera.* Salmas.

48 *Cum Calcha*] *Cum Calchante*, ut est in Mss. Thestoris filio; qui arte divinandi plurimum pollebat in exercitu Græcorum ad Trojam.

SCENA II. 4 *Consitus sum senectute*] Ita Ter. Eun. II. 1. 'annis obsitus.' Virgil. Æn. VIII. 'Ibat rex obsitus ævo.' *Obsitum* pro pleno usurpatum antiquis: eo, quod locus frugibus obsitus aut sentibus, iis plenus sit. *Turneb.*

5 *Onustum gero corpus*] Duo sunt hæc onera; nam et corpus hic senex gerit, et corporis onus, senectutem sive annos. Mercat. IV. 1. 'Quin is ocius? SY. Nequeo mecastor: tantum hoc oneris est, quod fero. DO. Quid oneris? SY. Annos octoginta et quatuor.'

25 MU. *Ibo advorsum: salve*] Ita hæc ordino. Filia enim officii sui memor patri obviam procedit: tum salutat. Nam ita solebant parentibus natæ, aut propinquæ honoratiori cognato: ut Sticho: 'Ferre advorsum hominem occupemus osculum. Salve mi pater.' *J. Gul.*

28 *Velitati estis*] V. N. Rudent. II. 6.

29 *Non longos loges*] Scil. facias. 'Logi sunt sermones, vel dicta ridicula et contemnenda,' Nonius. Utitur et Terent. Phorm. III. 2. et Cicero. *Logi* enim vocabulo pœne jam ut vernaculo utebantur Romani: et *logos* in nugis, tanquam suam vocem dicebant. *Palmer.*

35 *Neuter ad me*] Censeo dissecandam vocem, *Ut caveres, ne uter ad me:* hoc est, ne vel maritus vel tu. *Gronov.*

39 *At ille hinc amat*] V. C. *hanc.* Probo. *Scriver.*

40 *Atque ob istanc industriam*] Quam adhibes in observando viro.

46 *Lanam carere*] Ita vett. edd. neque aliter citat Varro L. L. l. VI. *Carere* a carendo; quod lanam tum purgant ac deducunt, ut careat spurcitia: ex quo tum 'carminari' dici-

Digitized by Google

tur lana, cum caret eo quod in ea est nequam. *Carere* a 'caro, is, it;' quod sine dubio est a Græc. *κείρειν, tondere, ξαίρειν*; non, ut Varro: unde et 'carduus,' quia aptus carendæ lanæ, et 'carmen' instrumentum ferreum ad carendum lanam. Lucr. IV. 'Quasi carmine lana trahatur.' A quo verbum 'carminare,' infra act. v. sc. 8. Aliud 'carmen' a canendo, aliud 'carmen' a carendo. *Scalig.* Inde 'caritores,' qui in Glossis Papiæ dicuntur 'lanarii, qui lanam carunt, carpunt, dividunt.' Sic enim ibi legendum est. Unde apparet *carpere*, quod in Mss. Pall. pro *carere* legi hic notant eruditi, non nisi glossam esse *τοῦ carere*. Porro nobis ejusmodi caritores *kaerders* etiam dicuntur. *Boxhorn.*

58 *Quod vos dissertatis*] Potest tolerari, ut sit *λιτότης*, sive extenuatio rei per verba, pro litigatis. Colvius *disceptatis:* Meursius *dissentitis.* Sed nullo modo ferendum, quod nuper conjecerunt, *discernatis.* Hoc juxta hic locum habet, ac separatis, distinguitis. *Gronov.*

61 *Cujus rei rerum omnium*] Recte Lambinus interpretatur velle senem, cujus rei ex omnibus rebus causa Deos testes facis? Et prorsus inepte, qui personas ita ordinat: *cujus rei?* ME. *Rerum omnium, Me neque:* quod ineptius reddit interpretando, quasi dixerit Plautus 'Deos rerum omnium.' Quis enim unquam est ita locutus, ut diceret 'deos rerum' et 'rerum omnium?' Ego si hanc scripturam tueri vellem, 'rerum omnium' referrem ad sequentia, et id acciperem, ut solent dicere 'ceterarum rerum:' quemadmodum illud ipsum usurpavit auctor Cistellaria I. 1. 33. Sed nihil est causæ, cur spernamus vulgatum. *Gronov.*

72 *Non tu te tenes*] Jubet tacere ac quiescere filiam senex: ipse solus scilicet serio opus executurus. *Tene te*, id est, abstine, cohibe. Cas. III. 2. 'Vix teneor, quin quæ decent te, dicam.' *Gruter.*

76 *Viden' tu illi oculos virere*] Nihil mutandum. *Virere* est lucere, et sic 'virens flamma' Horatio, et apud Homerum, *φλὸξ ἰμαράνθη, flamma marcescit*, quæ quasi 'virere' desinit. Nam et *virere* pro *ἀνθεῖν*, quod verbi et flammæ tribuunt Græci pariter ac Latini poëtæ; ut 'florentia lumina flammis,' et *ἀνθοῦσα φλὸξ*, et color *ἀνθηρός*. Nec obstat quod sequitur, ut 'oculi scintillant,' plus est enim scintillare quam virere vel lucere. At viridis color, qui ex temporibus et fronte exoritur, non est mutandus in iridis colorem. Cæruleum intelligit et glaucum, quem 'olivastrum' vulgo vocant, qui color est morbosorum. Fortasse an et virere oculos dixerit, cum albus in oculis viridi illo colore inficitur, vel glauco, ex morbo vel animi passione violenta. Hæc explicanda sane, non mutanda. Libri enim omnes meliores ac vetustiores sic habent. *Salmas.*

80 *Ut pandiculans oscitatur*] Glossarium: 'Oscitatur, *χασμᾶται.*' *Taubm.*

82 *Evoë, Evie, Bromie*] Quia Menæchmus se furere et bacchari simulat, usurpat vocabula, quibus bacchantes utebantur. *Evoi* interjectio est *ὀργιασμοῦ, evoë.* Evius et Bromius sunt Bacchi nomina. *Lambin.*

95 *Pugnis me vetas, &c.*] Hæc iterum clare loquitur, ut eos terreat. Vetasne, o Apollo, me quicquam meis pugnis in hujus mulieris ore parcere?

101 *Tremulum, Titanum*] Melius hic fortasse legi posset *Tithonum*, qui ad extremam senectutem vixit, adeo ut emori non posset, quamvis omnibus senii decrepiti malis vexaretur. Non iste quidem cygno prognatus patre, quem Aurora adamavit, sed hic homo non pro sano loquitur. Cum enim insaniam simulet, ea dicit de industria quæ insani hominis sunt. *Salmas.*

Digitized by Google

102 *Artus*] Non obliquos casus verborum quartæ declinationis generis neutrius reperiri inficior. Verum sunt isti, non a rectis in *u*, sed in *us*. Nam nomina ejusmodi olim utramque habebant terminationem. Contra itidem quædam hodie in *us* solum efferuntur, quæ olim terminabantur in *u*. Tale pro 'artus,' 'artu;' inde *artus* hoc loco; a quo 'deartuare' supra Capteiv. III. 4. et 5. *Voss.*

106 *Dedolabo assulatim viscera*] Hoc *minutatim* exponit Nonius: recte. Hinc 'assulæ marmoreæ' apud Vitruvium, τὰ ἐμπελεύσματα, ex marmore, dum cæditur, excussa: nec quicquam mutandum. Glossæ: 'Ἀποπελεκῶ, *deformo, dedolo.*' Utrunque dicebatur 'astula' et 'assula' pro eodem: sic 'mersus,' 'mertus;' 'fissus,' 'fistus;' 'fixus,' 'fictus,' et similia. *Salmas. Exossabo, dein dedolabo*] Hæc Camerarii conjectura est. Superiores, *senem Exossem, nisi dedolabo.* Aldus auxit, *Exossem reddam, dedolabo.* Ambo scripti, *Senem osse fini dedolabo:* unde Pareus, *ossetim* et *exossetim.* Sed scribendum est, *hunc senem Ossum fini dedolabo assulatim viscera:* sermo dignissimus Plauto, et minima mutatio. *Ossum fini* est usque ad ossa. *Dedolabo* est decidam et amputabo securi: quemadmodum dolabra est instrumentum quo cædimus, non quo levigamus, ut ascia. Potuissem et *huic seni:* sed non est necesse. Hac fabula II. 2. 'Nummum illum, quem mihi dudum pollicitus dare, Jubeas, si sapias, porculum afferri tibi.' *Dedolabo,* truncabo circum hunc senem, quod ad viscera, assulatim et minutatim desecta fini ossium, ut nil nisi sceletus supersit. *Gronov.*

114 *Facite inflexa*] Sana omnino sunt, *facite inflexu sit pedum pernicitas,* modo disjunctim legatur *in flexu.* Pernicitas equorum, præcipue curru cinctorum, in flexu maxime requirebatur. In flexu metæ inprimis necessaria fuit. *Salmas.*

117 *Qui me capillo hinc de curru deripit*] Allusum ad Palladem Homericam, quæ Achillem capillis a pugna revocavit. *Deripit*] 'Deripere' est deorsum rapere et detrahere: 'diripere,' diverse et in varias partes rapere, ut fit in expugnationibus urbium. *Popma.*

118 *Atque dictum*] Apollinis oraculum 'dictio' olim nuncupata. Pacuvius: 'Flexa, non falsa, antumare dictio Delphis solet.' Ait, tortuosa et obliqua esse oracula, non mendacia: unde et Apollo Λοξίας. Accius apud Herenn. lib. II. 'Aperte fatur dictio, si intelligas.' Et aliequi 'dicta' interdum jussa sunt: unde 'dictator' et 'dicto-audientes:' de quibus Varro L. L. lib. IV. et V. *Apollinis*] *Apollinis* rectus olim casus, pro *Apollo.* Verum hoc loco aiunt quidam, *Apollinis* esse vocandi casum; sed falluntur: nam 'tuum Apollinis imperium' ait, ut Cicero Phil. II. 'Tuum hominis simplicis pectus:' et in Maniliana, 'Tuum gravissimi viri judicium.' *Voss.*

SCENA III. 9 *Obligasse crus fractum Æsculapio*] Quid sit obligare crus fractum aut brachium chirurgi sciunt, ad quorum artem hoc pertinet. Græci ἐπιδεσμεῖν vocant: unde libri veterum medicorum, περὶ ἐπιδεσμῶν. Sed hic deridiculi gratia gloriosum introducit medicum, qui se jactat obligasse crus fractum Æsculapio, brachium Apollini, quasi ipsi medicinæ auctores Dii ipsius cura opus habuerint. Veteres medici etiam fuere χειρουργοί. De Æsculapio et Apolline, quod auctores medicinæ fuerint, res nota. *Salmas.*

12 *Movet formicinum gradum*] Formicarum gradus minutissimus est ac spississimus, atque ideo tardus. Multum quidem movent, sed parum promovent. Pari forma dixit Catullus Carm. XXXIX. 'incedere myrmice,' et Martial. 'Crusculum formicæ.'

Digitized by Google

Muret. Est etiam proverbium apud Græcos, *μυρμήκων ἀτραπούς*, pro angustis et incurvis viis: quod ita explicat Suidas: *περὶ Ἀγαθῶνός φησι τοῦ ποιητοῦ, ὡς λεπτὰ καὶ ἀγκύλα ἀναπεπταμένου μέλη. Gronov.*

Scena IV. 2 *Cerritus*] V. N. Amph. II. 2. 144.

8 *Quin suspirabo plus sexcenties in die*] Qui sæpius et celerius ultro citroque commeant et discursant rei alicujus curandæ caussa, suspirant, suspiria alte petunt. Dicit igitur hic medicus, se magna cum cura insanum curaturum, quin ad eum invisurum, eaque de caussa suspiraturum plus sexcenties in die. Hæc genuina est hujus loci sententia. *Boxhorn.*

Scena V. 4 *Meus Ulysses*] Quo utebar consiliario et administro, ut Agamemnon Ulysse ad Trojam.

5 *Vita devolvam sua*] A Parcarum fusis aut stamine puto sumptum. Virgil. Georg. l. IV. 'Carmine quo captæ, dum fusis mollia pensa Devolvunt.' *Bosius.*

14 *Ecquid sentis*] Ridiculum est ita medicum rogare: et Menæchmus nimis molliter respondeat; si illud ab eo quæsitum. Quin tu personas ita restituas: Se. *Ecquid sentis?* Men. *quidni sentiam? Non pot.* Acidal.

15 *Ellebori jugere*] Non potest hujus ægri sanitas tanta ellebori copia obtineri, quanta ex agri jugere meti potest. Simile Hor. illud Sat. II. 3. 'Danda est ellebori multo pars maxima avaris: Nescio an Anticyram ratio illis destinet omnem.' Dicebant veteres 'jnger' vel 'jngus,' ut 'later' et 'latus,' unde in singulari remansit 'jngere,' et in plurali omnes casus. *Gronov.*

22 *Percipit*] Id est, penitus capit. Ter. Eun. 'urbis odium me percipit:' ubi τὸ 'per' αὐξητικὸν est.

23 *Etiam percontabor*] Lego, *Etiam percontabor alia.* Se. *Occidis fabulans.* Cum alia etiam percontari velle diceret medicus, gravatur hoc senex: et, Occidis hominem, inquit, tuis fabulis: ad vulgi dictum forte alludens, quo medicus garrulus, fertur alter ægroto morbus. *Acidal.* Malim retinere quod in Mss. est, post *alia* posita rogantis nota. Senex ergo dicit, *Alia?* Visne tu adhuc plura et alia percunctari? Profecto fabula, nimium fabulando et percunctando eum occidis. *Boxhorn.*

24 *Oculi duri fieri*] Ne hoc quidem temere quærit medicus: eorum, quos atra bilis vexat, corpora constat fieri extrinsecus duriora, propter atræ bilis naturam, quæ siccissima et calidissima est: inprimis oculi, qui sunt textura præditi rarissima, partesque corporis sunt infirmissimæ. Etiam hæc insaniæ signa ab Aristotele probantur. *Vict.*

25 *Me locustam censes*] Locustæ cum de insectorum genere sint, palpebris carent; idcirco duriss. sunt oculis. Arist. de Part. Anim. l. II. et Plin. XI. 37. *Taubman.* Fere ad verbum, *Ἡρά μ' ἀττελοβόβαλμον ὄντα νομίζεις ὑπὸτριπτε*; qua voce in Sphingocarione usus fuerat Eubulus. Duris autem oculis, hoc est, *σκληροφθάλμους* locustas esse, notum est. *Heins.* Porro cum non tam ignavia, quam imperitia medico hic exprobretur, non *homo ignavissime*, ut vulgo, sed *ignarissime* hic legendum puto. *Boxhorn.* *Homo ignavissume*] Medico putant non tam ignaviam quam imperitiam oportere exprobrari, eoque corrigunt *ignarissume.* Sed observasse debuerant 'ignavum' Plauto passim pro homine nihili ac nullius usus poni. Casina II. 3. 'Quid tu scis? Cl. Te sene omnium senem neminem esse ignaviorem. Unde is nihili?' Sic 'ignavissumis vervecibus' in eadem fabula III. 2. Persa V. 2. 'Mea ignavia tu nunc me irrides.' Trinummo I. 2. 'qui illius sapientiam Et meam fidelitatem et celata omnia Pæne ille ignavus funditus pessum dedit.' Et IV. 2. 'quid ergo ille ignavissumus mihi

Digitized by Google

'latitabat?' Rud. III. 5. 49. *Gronov.*

29 *Curans*] Præfero lectionem quæ in quibusdam edd. comparet, *facilene tu dormis cubans.* Id versus etiam postulat. Quidam etiam sedentes dormiunt. *Salmas.* Confirmat alter Ms. in quo *cuvans.*

38 *Coronam surripuisse scio Jovis*] Quod Petilius quidam dicitur fecisse, qui ex eo dictus est Capitolinus. *Lamb.*

40 *Cæsum virgis*] Non enim ad mortem semper cæsi. *Lips.*

47 *Aliquos viginti dies*] Valet, circiter viginti dies. Varro R. R. I. 2. in extr. 'Si velis in convivio multum bibere, cœnareque libenter, ante esse oportet brassicam crudam ex aceto, et post aliqua folia quinque.' *Lambin.*

49 *Arcesse homines*] *Homines* hic pro servis poni, ut et Mostell. v. 1. autumat Donza. *F.*

50 *Nihilo minus*] Quatuor satis sunt: nihilo pauciores arcessi oportet. *Lambin.*

61 *Nimis proventum est nequiter*] Nimis infeliciter res processit. Rud. III. 5. 'Equidem proveni nequiter multis modis.' Trucul. II. 4. *Taubman.*

62 *Saltem credo*] Si exclusus sum ab Erotio, saltem intromittar ab uxore. *Lambin.*

Scena VI. 1 *Spectamen bono servo*] Δοκίμιον, probatio et experimentum boni servi. Constructio est, ut illa Mil. III. 1. 'Esset his annona vilior.' Et potest videri respectum ad formulam antiquam, 'spectatus satis,' de servis: quo significabatur, diu et bene serviisse.

5 *Tergum quam gulam, &c.*] Oportet servum tergo suo potius, quam gulæ consulere, et cruribus potius quam ventri. Nam si officium negligat, futurum est, ut tergum quidem virgis cædatur, crura vero compedibus vinciantur. *Lambinus.*

6 *Cui cor modeste situm est, &c.*] Servus, cui animus modeste affectus est, recordetur, quid servis nequam mercedis a suis heris persolvatur: scil. verbera, compedes, pistrina, ubi magna lassitudo. *Lambin.*

14 *Patior facilius verba*] Qui *verba* hic accipiunt illa, quibus servos suos heri excipiunt, cum objurgant, nimis inepti sunt. Non enim talia debentur servis bonis et frugi, qualem se esse ac manere velle hic profitetur Messenio. *Verba* hic sunt dicta, jussa, imperia herilia. Dicit se illa, quamvis dura subinde et gravia, perpeti malle, quam immorigerum verbera. *Boxhorn.*

15 *Nimioque edo libentius molitum, &c.*] Nimio libentius edo, quod alii servi in pistrino misero labore moluerunt, quam ego aliis id, quod moleste moluerim, edendum præbeo. *Lambin.*

20 *Metum ut mihi adhibeam*] Quo scilicet deterritus in officio maneam. *Taubman.*

24 *Postquam malum promeritum est, &c.*] *Promeritum* hic et passive et in malam partem est positum, quod rarius; pro 'commeritum.' Sic et Amph. II. 1. Donatus: '*Promeruit*, est adjuvit, profuit: cui contrarium est *commeruit.*' Sententia est: Nam illi, qui nullo metu afficiuntur, neque metu deterriti, a culpa abstinent; postquam malum commeruerunt, tum denique metuunt. *Lamb.*

30 *Neque utrum, &c.*] Donza legit, *Neque ut eum ex hoc saltu damni, &c.* et *saltum damni* accipit quemadmodum, 'montes mœroris,' 'montes mali.' Sed longe distat a vulgata lectione, quod habet V. Cod. *Utque meum ex hoc saltem Epidamno alvum eluam amphora.* Alludit ad damnum heri, quod datura esset Erotium, et Epidamnum civitatem in qua erant. Videtur autem cupere in eo heri damno, saltem participem fieri prandii, ad quod acceptus fuerat Menæchmus ab Erotio; quod ut supra sæpius, ita et hic

Digitized by Google

μεταφορικῶς prælium vocat. *Meum alvum*, masculine, sic alibi: 'Cum has herbas in suum alvum congerunt.' Et Accius in Annal. teste Nonio, 'alvus quam frigidissimus.' *Depugnato prælio*, hoc est, finito prandio, et sublatis mensis, ut jam nihil sit quod bibam, quo alvum meum eluam. *Dissald.* Iste V. C. est editio Parisina, in qua sic legitur a conjectura Sarraceni, ut videre est apud Gruter. Sed vere veteres codices, *Neque utrum ex hoc saltu damni salvom ute duo anfora.* Unde scribendum, *Atque ut eum ex hoc saltu damni salvom ut educam foras.* Fores pultabo, ut adesse me sciat, et ut eum ex istis Caudinis Furculis, ex loco tam insidioso, educam. Tò *ut* repetit eo modo, quo Bacchid. IV. 6. 18. *Educam* vidit Pareus, quod frustra spernit Gruterus. *Scio eliciam* est a conjectura Camerarii. Alii olim editi, *alium eluo an phora.* De prandio nugæ. Translatio est ab iis, qui in loco saltuoso et insidiis opportuno circumsidentur ab hostibus, et sustinent, donec subsidia veniant. *Depugnato prælio*, id est, postquam jam captus, sub jugum actus, despoliatus est. *Gronov.*

SCENA VII. 3 *In medicinam*] V. N. Epid. II. 2.

4 *Crura aut latera*] Nisi quidem vos vestra crura compedibus vinciri, aut latera virgis cædi velitis. *Lamb.*

7 *Cum venietis*] V. C. *ut venitis:* et valet, simulac. *Scriv.*

17 *Luci deripier*] Singula habent emphasin, 'pacato opido;' 'luci;' 'in via;' 'liber.' *Taubm.*

25 *Face ut oculi locus, &c.*] Fac ut oculus ei sit erutus. *Lamb.*

28 *Pecte pugnis*] *Pectere* est multare: hinc 'depectere,' 'circumpectere,' malum aut infortunium alteri dare. Terent. Heautont. 'depexere' et 'exornare' jungit: 'adeo exornatum dabo, Adeo depexum,' &c. *Gruter.* Interim notandum, histriones istos serio male multatos: deque eis Juvenal. Sat. X. 'ridere potest quis Mamercorum alapas: quanti sua vulnera vendant, Quid refert?' carpit enim nobiles qui sua voluntate sipario se locant, et pulpita sponte conscendunt, personam qualemcunque sustinentes: ita et apud Terent. Adelph. II. 1. 'pugnis male excipitur Sannio.' *Taubm.*

30 *Bene ora commentavi*] Fortasse melius scriberetur, una litera empta, *ora commetavi.* Qui metas ponebant et metabantur agrum, variis locis palos infigebant ad mensuras agendas; *commetare* autem pro *commetari.* Salmas. Si cui lectionem vulgatam tueri placeat, haud incommodam ex ea sententiam eruet, si *commutare* simpliciter accipiat pro deformare ora, vulneribus nempe. Neque certe aliud hic quærendum. *Boxh.* Haud scio unde petiverit illam vulgatam lectionem *commutavi.* Omnes enim et scripti et editi *commentavi*, idque recte explicat Gruterus: ut Pœnul. I. 5. 'Stilis ulmeis conscribere:' ut Catullus: 'Ne laneum latusculum natesque mollicellas Inusta tibi turpiter flagella conscribillent.' *Gronov.*

33 *Nam absque ted esset*] Oratio solemnis et perelegans, 'absque te esset.' Notata etiam Turnebo II. 28. et L. Fruterio Verisimil. II. 1. Usus eadem et Terent. Phorm. I. 4. *Taubman.*

39 *Sic sine igitur*] Quindecim versus sequentes varie transpositi sunt in Mss. Camer.

57 *Secius quam somnia*] Hunc locum Varro olim in Plautinis Quæstionibus sic explicavit: 'Nihilo magis narranda esse, quam si ea essent somnia.' Gloss. '*Secus*, aliter, unde *secius.*' Boxhorn.

SCENA VIII. 2 *Quin modo eripui, homines*] Nihil magis Plautinum, et frustra tumultuantur interpretes, accusantque Lambinum, qui recte intellexit. Dicit enim, quin modo te, quia sub-

Digitized by Google

'latitabat?' Rud. III. 5. 49. *Gronov.*

29 *Curans*] Præfero lectionem quæ in quibusdam edd. comparet, *facilene tu dormis cubans.* Id versus etiam postulat. Quidam etiam sedentes dormiunt. *Salmas.* Confirmat alter *Ms.* in quo *cuvans.*

38 *Coronam surripuisse scio Jovis*] Quod Petilius quidam dicitur fecisse, qui ex eo dictus est Capitolinus. *Lamb.*

40 *Cæsum virgis*] Non enim ad mortem semper cæsi. *Lips.*

47 *Aliquos viginti dies*] Valet, circiter viginti dies. Varro R. R. I. 2. in extr. 'Si velis in convivio multum bibere, cœnareque libenter, ante esse oportet brassicam crudam ex aceto, et post aliqua folia quinque.' *Lambin.*

49 *Arcesse homines*] *Homines* hic pro servis poni, ut et Mostell. v. 1. autumat Donza. *P.*

50 *Nihilo minus*] Quatuor satis sunt: nihilo pauciores arcessi oportet. *Lambin.*

61 *Nimis proventum est nequiter*] Nimis infeliciter res processit. Rud. III. 5. 'Equidem proveni nequiter multis modis.' Trucul. II. 4. *Taubman.*

62 *Saltem credo*] Si exclusus sum ab Erotio, saltem intromittar ab uxore. *Lambin.*

SCENA VI. 1 *Spectamen bono servo*] Δοκίμιον, probatio et experimentum boni servi. Constructio est, ut illa Mil. III. 1. 'Esset his annona vilior.' Et potest videri respectum ad formulam antiquam, 'spectatus satis,' de servis: quo significabatur, diu et bene serviisse.

5 *Tergum quam gulam, &c.*] Oportet servum tergo suo potius, quæ gulæ consulere, et cruribus p... quam ventri. Nam si officium ... gat, futurum est, ut tergum ... virgis cædatur, crura ver... bus vinciantur. *Lambin.*

6 *Cui cor modeste* Servus, cui animus modeste affectus est, recordetur, quid servis nequam mercedis a suis heris persolvatur: scil. verbera, compedes, pistrina, alia magna lassitudo. *Lambin.*

14 *Patior facilius verba*] Qui *verba* hic accipiunt illa, quibus servos suos heri excipiunt, cum objurgant, nimis inepti sunt. Non enim talia debentur servis bonis et frugi, quales se esse ac manere velle hic profitetur Messenio. *Verba* hic sunt dicta, jussa, imperia herilia. Dicit se illa, quamvis dura subinde et gravia, perpeti malle, quam immorigerum verbera. *Boxhorn.*

15 *Nimioque edo libentius molitum, &c.*] Nimio libentius edo, quod alii servi in pistrino misero labore molu-erunt, quam ego aliis id, quod molestæ moluerim, edendum præbeo. *Lambin.*

20 *Metum ut mihi adhibeam*] Qui scilicet deterritus in officio mane... *Taubman.*

24 *Postquam malum promeritu... &c.*] *Promeritum* hic et passi... malam partem est positum ... rius; pro 'commeritum ... Amph. II. 1. Donatus ... est adjuvit, profuit: ... est *commeruit.*' Sen... illi, qui nullo me... que metu deterr... postquam mal... denique me...

30 *Neq...* *Neque u...* *saltum...* 'm... S...

Digitized by Google

…ræconis munere fun-
…n. Est autem ver-
herbas in … sua natura adjecti-
Et Accius in … campo,' 'cauponius,' et
vus quam … ut tale quid subintelli-
prælio, hoc est … l Attic. XIII. 12. 'Tibi
latis mensis, ut … feram.' *Gronov.*
bam, quo … Vide notas Epid. II. 2.
sald. Iste V. C. … *licebunt*] Dicuntur au-
in qua sic legitur … es 'licere,' et quæ cer-
ceni, ut videre est … catæ sunt. Contra, 'li-
vere veteres codices, … l. VI. 66. 'Parvo quum
hoc saltu damni … ceret.' Valla III. 28. et
Unde scribendum, … II. 1. *Lambin.*
hoc saltu damni … *redo, tota auctione, &c.*]
Fores poltabo, ut … vix, ut credo, ex omni-
ut eum ex isto … uctione venditis, rediget
loco tam insidios… quinquagies centum mil-
repetit eo modo, … circiter centum quinqua-
16. *Educan* … orum nostrorum millia.
… spernit Gruterus. …
… conjectura Camerarii. …
…, *alium ibo* … …
… mgæ. Translatio est … …
… saltuoso et insidiis … …
… videntur ab hostibus … …
… subsidia … …
… *prælio*, id est, … …
… ubi jugum actus. …
… *Ternon.* …
… VII. 3 *In* … …
… *latere*] … …
… …
… *rietis*] V. C. … qui
… *matae. Scrip.* … est.'
… *cervice*] … que
… …llam,
… …ice hoc
… …inus con-
… …us Asconius
… …i credatur, in
… …ud Cic. 'Præ-
… …a præstigiatori-
… …ilit verbum; vel a
… …ari et rudes pugnæ
… …nitu terrentur

…TIOSUS.

…præstrictis luminibus. Si a præsti-
…giatoribus 'præstringo,' non ab an-
tiquo verbo 'stinguo,' deducitur: si
a 'præstringo,' stricturæ; 'præ-
stringo,' non 'præstringuo' dicen-
dum: alioqui 'stincturas' vel 'stic-
turas' diceremus: quod quis ferat?
Delrius.

5 *Mihi*] Παρέλκει. Terent. Phorm.
'Qui mihi, ubi ad uxores ventum
est, tum fiunt senes.' Ad quæ Dona-
tus: 'Eleganter insertum *mihi*; ut in
Heaut. 'Is mihi, ubi adbibit, plus
paulo sua quæ narrat facinora.''

8 *Fratrem facere*] Quidquid dicant
de antiqua librorum lectione *fratrem*,
et quomodocunque eam exponant,
non potest satisfacere, et mendosa
omnino videtur. Qui ex loco Arno-
biano eam confirmant, alibi errare

Digitized by Google

limem ferebant homines quatuor, eripui illis. At est, qui putat se observasse *eripere* quandoque esse disjicere, dispellere. Nimia mira. Ubi hoc quæso? Cicero dicit 'eripere lucem:' at id non est disjicere, sed auferre. Rursus Silius dicit 'tenebras eripere lucem.' Ne hic quidem aliter: sic, 'rebus nox abstulit atra colorem:' attamen Virgilius, 'nubem eripiam.' Sane et nubes disjici vel dispelli potest, non tamen 'eripiam' hic est dispellam, sed demam, detraham. Nec denique secus Silio, 'Eripiunt flammæ noctem:' auferunt enim, ut videatur ibi non esse. Nullo igitur hic sano sensu scribetur, *Eripui homines, qui te ferebant sublimem quatuor.* Gronov.

7 *Me petere*] E taberna diversoria.

10 *Mepte*] Me ipsum. V. N. Asinar. III. 3.

Scena IX. 1 *Si vultis per oculos*] Etsi per oculos velitis jurare, nihilo magis tamen efficietis, ut ego pallam et spinther abstulerim. Alloquitur Erotium et ejus ancillam. Et hic incipit ἀναγνωρισμός. *Lamb.*

8 *Non ædepol ita promeruisti de me, &c.*] Cum me e manibus servorum, qui me sublimem rapiebant, eripuisti, non ita sane de me promeritus es, ut pigeat me quidquam facere, quod tu velis. Sic infra eadem fabula, 'Promeruisti, ut ne quid ores, quod voles, quin impetres.' *Lambin.*

13 *Ego hunc censebam esse te*] Ego hunc, qui herus meus non est, putabam esse te, qui herus meus es. Sed attendat lector, usque adhuc errare Messenionem, et eum putare esse herum suum, qui non est; eum, qui est, non putare. *Lambin.*

15 *Delirare mihi videre*] Nunc errans Messenio in viam rectam ab hero revocatur, qui sic servum reprehendit. Desipere mihi videris Messenio, qui te servum meum esse neges, hujus esse dicas: an non memi-nisti, te una mecum hodie e navi exire? *Lamb.*

20 *Imo equidem adolescens, &c.*] Imo equidem, o adolescens: quamvis dixerim, me Moscho prognatum esse patre, ut sum, non tamen tuum tibi patrem occupare aut præripere, æquum esse arbitror. Nam fieri potest, ut et ego Moscho patre natus sim, ut sum, et tu alio patre natus sis, cui nomen Moscho fuerit. *Lamb.*

24 *Nam et patrem et matrem*] Leg. *Nam et patriam et patrem, &c.* Nulla enim facta est mentio matris: infra primum quæritur, et nominatur: et firmat hanc lectionem, quod servus idem statim repetit: 'postea autem eandem patriam ac patrem Memorat.' *Lipsius.*

30 *Neque lacte est lacti*] Vide Mil. II. 2. Sic et 'ovorum similitudo' est in proverbio. *Lacte* autem veteres in recto casu dixisse, notant grammatici. *Taubm.*

58 *Vostrum patri filii quot eratis*] *Vostrum* gen. divisionis: et hic explicandus: Ex vobis, quot eratis filii patri, sc. vestro? *Lamb.* Lege, *vos tum.* Scalig.

68 *Te et patrem esse mortuum*] Si hoc verum sit, comœdia tota probetur vana. Nam cur tantopere fratrem quæreret, si rumor 'mortuum' potius quam 'surreptum' attulisset? Imo prologo clare dicitur, parentem esse emortuum, puerum vero subductum. Quare scribendum, *Postquam ad nos renunciatum est de te, et patrem esse emortuum.* Is. Pont.

72 *Post quem conspicor*] V. N. Mostell. I. 2.

73 *Frater.* M. So. *Et tu*] Si repetitum interponeretur verbum *salve*, esset et oratio perfectior, et numeri pleniores; qui absque hoc διαμέτρως sunt explicandi. *Camer.*

88 *Sed meliore, &c.*] Lipsius ad Tacit. Ann. I. XIII. Libertas seu Manumissio, inquit, duplex: justa; non justa. Justa, quæ vindicta, censu,

Digitized by Google

testamento data: non justa, quæ inter amicos in conviviis; per epistolam. Justa illa qui manumissi, plane pleneque liberi: qui altera, vinclo adhuc quodam attinebantur servitutis. Scite ergo ob hunc iteratæ (hæ sunt iterationes, quarum mentio Justin. Novell. 78.) servitutis metum Messenio servus, qui inter amicos manumissus, subjicit. Lambini commentum ineptum: Lipsii nimis longe petitum. Certo certius est, Messenionem alludere ad id, quod supra quoque a putativo suo domino Menæchmo surrepto liber esse jussus fuerat, et tamen postea a vero hero in servitutem retrahebatur. Ait igitur opus sibi esse meliore auspicio, quam paulo ante, cum etiam liber fiebat, sed non diu. *Pistor.* Vide N. Epid. v. 2. Milit. IV. 1.

93 *Mihi ut præconium detis*] Ut me in hac auctione præconis munere fungi sinatis. *Taubm.* Est autem verbum *præconium* sua natura adjectivum, ut a 'caupo,' 'cauponius,' et sic 'munus' aut tale quid subintelligitur. Cic. ad Attic. XIII. 12. 'Tibi præconium deferam.' *Gronov.*

95 *Auctio*] Vide notas Epid. II. 2.

97 *Quiqui licebunt*] Dicuntur autem res venales 'licere,' et quæ certo pretio indicatæ sunt. Contra, 'liceri.' Martial. VI. 66. 'Parvo quum pretio diu liceret.' Valla III. 28. et V. N. Stich. II. 1. *Lambin.*

99 *Vix, credo, tota auctione, &c.*] Menæchmus vix, ut credo, ex omnibus bonis auctione venditis, rediget sestertium quinquagies centum millia, id est, circiter centum quinquaginta aureorum nostrorum millia. *Lambin.*

MILES GLORIOSUS.

ACTUS I.

2 *Olim*] Est adverbium omnium horarum ac temporum. Asinaria III. 3. 126. 'an quid est olim homini salute melius?' *Grut.* Hoc cum sub oculis haberet, non intellexit, qui subjicit, 'coilum cum sudum est.' Quid faciet Rud. I. 2. 'Exsicasque arundines, Qui pertegamus villam, dum sudum est.' *Gronov.*

4 *Præstringat aciem*] Unice hoc rectum esse, quamvis Lambinus contra nitatur, docet vel solus Asconius Pedianus, dignissimus cui credatur, in re longe majori, ad illud Cic. 'Præstringat aciem:' vel a præstigiatoribus, inquit, transtulit verbum; vel a tironibus, qui ignari et rudes pugnæ etiam vano armorum sonitu terrentur præstrictis luminibus. Si a præstigiatoribus 'præstringo,' non ab antiquo verbo 'stinguo,' deducitur: si a 'præstringo,' strictura; 'præstringo,' non 'præstringuo' dicendum: alioqui 'stincturas' vel 'stincturas' diceremus: quod quis ferat? *Delrius.*

5 *Mihi*] Παρέλκει. Terent. Phorm. 'Qui mihi, ubi ad uxores ventum est, tum fiunt senes.' Ad quæ Donatus: 'Eleganter insertum *mihi;* ut in Heaut. 'Is mihi, ubi adbibit, plus paulo sua quæ narrat facinora.''

8 *Fratrem facere*] Quidquid dicant de antiqua librorum lectione *fratrem*, et quomodocunque eam exponant, non potest satisfacere, et mendosa omnino videtur. Qui ex loco Arnobiano eam confirmant, alibi errare

Digitized by Google

limem ferebant homines quatuor, eripui illis. At est, qui putat se observasse *eripere* quandoque esse disjicere, dispellere. Nimia mira. Ubi hoc quæso? Cicero dicit 'eripere lucem:' at id non est disjicere, sed auferre. Rursus Silius dicit 'tenebras eripere lucem.' Ne hic quidem aliter: sic, 'rebus nox abstulit atra colorem:' attamen Virgilius, 'nubem eripiam.' Sane et nubes disjici vel dispelli potest, non tamen 'eripiam' hic est dispellam, sed demam, detraham. Nec denique secus Silio, 'Eripiunt flammæ noctem:' auferunt enim, ut videatur ibi non esse. Nullo igitur hic sano sensu scribetur, *Eripui homines, qui te ferebant sublimem quatuor.* Gronov.

7 *Me petere*] E taberna diversoria.

10 *Mepte*] Me ipsum. V. N. Asinar. III. 3.

Scena IX. 1 *Si vultis per oculos*] Etsi per oculos velitis jurare, nihilo magis tamen efficietis, ut ego pallam et spinther abstulerim. Alloquitur Erotium et ejus ancillam. Et hic incipit ἀναγνωρισμός. *Lamb.*

8 *Non ædepol ita promeruisti de me, &c.*] Cum me e manibus servorum, qui me sublimem rapiebant, eripuisti, non ita sane de me promeritus es, ut pigeat me quidquam facere, quod tu velis. Sic infra eadem fabula, 'Promeruisti, ut ne quid ores, quod voles, quin impetres.' *Lambin.*

13 *Ego hunc censebam esse te*] Ego hunc, qui herus meus non est, putabam esse te, qui herus meus es. Sed attendat lector, usque adhuc errare Messenionem, et eum putare esse herum suum, qui non est; eum, qui est, non putare. *Lambin.*

15 *Delirare mihi videre*] Nunc errans Messenio in viam rectam ab hero revocatur, qui sic servum reprehendit. Desipere mihi videris Messenio, qui te servum meum esse neges, hujus esse dicas: an non memi-nisti, te una mecum hodie e navi exire? *Lamb.*

20 *Imo equidem adolescens, &c.*] Imo equidem, o adolescens: quamvis dixerim, me Moscho prognatum esse patre, ut sum, non tamen tuum tibi patrem occupare aut præripere, æquum esse arbitror. Nam fieri potest, ut et ego Moscho patre natus sim, ut sum, et tu alio patre natus sis, cui nomen Moscho fuerit. *Lamb.*

24 *Nam et patrem et matrem*] Leg. *Nam et patriam et patrem, &c.* Nulla enim facta est mentio matris: infra primum quæritur, et nominatur: et firmat hanc lectionem, quod servus idem statim repetit: 'postea autem eandem patriam ac patrem Memorat.' *Lipsius.*

30 *Neque lacte est lacti*] Vide Mil. II. 2. Sic et 'ovorum similitudo' est in proverbio. *Lacte* autem veteres in recto casu dixisse, notant grammatici. *Taubm.*

58 *Vostrum patri filii quot eratis*] *Vostrum* gen. divisionis: et hic explicandus: Ex vobis, quot eratis filii patri, sc. vestro? *Lamb.* Lege, *vos tum.* Scalig.

68 *Te et patrem esse mortuum*] Si hoc verum sit, comœdia tota probetur vana. Nam cur tantopere fratrem quæreret, si rumor 'mortuum' potius quam 'surreptum' attulisset? Imo prologo clare dicitur, parentem esse emortuum, puerum vero subductum. Quare scribendum, *Postquam ad nos renunciatum est de te, et patrem esse emortuum.* Is. Pont.

72 *Post quem conspicor*] V. N. Mostell. I. 2.

73 *Frater.* M. So. *Et tu*] Si repetitum interponeretur verbum *salve*, esset et oratio perfectior, et numeri pleniores; qui absque hoc διαφέρειν sunt explicandi. *Camer.*

88 *Sed meliore, &c.*] Lipsius ad Tacit. Ann. l. XIII. Libertas seu Manumissio, inquit, duplex: justa; non justa. Justa, quæ vindicta, censu,

Digitized by Google

testamento data: non justa, quæ inter amicos in conviviis; per epistolam. Justa illa qui manumissi, plane pleneque liberi: qui altera, vinclo adhuc quodam attinebantur servitutis. Scite ergo ob hunc iteratæ (hæ sunt iterationes, quarum mentio Justin. Novell. 78.) servitutis metum Messenio servus, qui inter amicos manumissus, subjicit. Lambini commentum ineptum: Lipsii nimis longe petitum. Certo certius est, Messenionem alludere ad id, quod supra quoque a putativo suo domino Menæchmo surrepto liber esse jussus fuerat, et tamen postea a vero hero in servitutem retrahebatur. Ait igitur opus sibi esse meliore auspicio, quam paulo ante, cum etiam liber fiebat, sed non diu. *Pistor.* Vide N. Epid. v. 2. Milit. IV. 1.

93 *Mihi ut præconium detis*] Ut me in hac auctione præconis munere fungi siuatis. *Taubm.* Est autem verbum *præconium* sua natura adjectivum, ut a 'caupo,' 'cauponius,' et sic 'munus' aut tale quid subintelligitur. Cic. ad Attic. XIII. 12. 'Tibi præconium deferam.' *Gronov.*

95 *Auctio*] Vide notas Epid. II. 2.

97 *Quiqui licebunt*] Dicuntur autem res venales 'licere,' et quæ certo pretio indicatæ sunt. Contra, 'liceri.' Martial. VI. 66. 'Parvo quum pretio diu liceret.' Valla III. 28. et V. N. Stich. II. 1. *Lambin.*

99 *Vix, credo, tota auctione, &c.*] Menæchmus vix, ut credo, ex omnibus bonis auctione venditis, rediget sestertium quinquagies centum millia, id est, circiter centum quinquaginta aureorum nostrorum millia. *Lambin.*

MILES GLORIOSUS.

ACTUS I.

2 *Olim*] Est adverbium omnium horarum ac temporum. Asinaria III. 3. 126. 'an quid est olim homini salute melius?' *Grut.* Hoc cum sub oculis haberet, non intellexit, qui subjicit, 'coilum cum sudum est.' Quid faciet Rud. I. 2. 'Exsicasque arundines, Qui pertegamus villam, dum sudum est.' *Gronov.*

4 *Præstringat aciem*] Unice hoc rectum esse, quamvis Lambinus contra nitatur, docet vel solus Asconius Pedianus, dignissimus cui credatur, in re longe majori, ad illud Cic. 'Præstringat aciem:' vel a præstigiatoribus, inquit, transtulit verbum; vel a tironibus, qui ignari et rudes pugnæ etiam vano armorum sonitu terrentur præstrictis luminibus. Si a præstigiatoribus 'præstringo,' non ab antiquo verbo 'stinguo,' deducitur: si a 'præstringo,' strictura; 'præstringo,' non 'præstringuo' dicendum: alioqui 'stincturas' vel 'sticturas' diceremus: quod quis ferat? *Delrius.*

5 *Mihi*] Παρέλκει. Terent. Phorm. 'Qui mihi, ubi ad uxores ventum est, tum fiunt senes.' Ad quæ Donatus: 'Eleganter insertum *mihi;* ut in Heaut. 'Is mihi, ubi adbibit, plus paulo sua quæ narrat facinora.''

8 *Fratrem facere*] Quidquid dicant de antiqua librorum lectione *fratrem*, et quomodocunque eam exponant, non potest satisfacere, et mendosa omnino videtur. Qui ex loco Arnobiano eam confirmant, alibi errare

Digitized by Google

limem ferebant homines quatuor, eripui illis. At est, qui putat se observasse *eripere* quandoque esse disjicere, dispellere. Nimia mira. Ubi hoc quæso? Cicero dicit 'eripere lucem:' at id non est disjicere, sed auferre. Rursus Silius dicit 'tenebras eripere lucem.' Ne hic quidem aliter: sic, 'rebus nox abstulit atra colorem:' attamen Virgilius, 'nubem eripiam.' Sane et nubes disjici vel dispelli potest, non tamen 'eripiam' hic est dispellam, sed demam, detraham. Nec denique secus Silio, 'Eripiunt flammæ noctem:' auferunt enim, ut videatur ibi non esse. Nihilo igitur hic sano sensu scribetur, *Eripui homines, qui te ferebant sublimem quatuor.* Gronov.

7 *Me petere*] E taberna diversoria.

10 *Mepte*] Me ipsum. V. N. Asinar. III. 3.

Scena IX. 1 *Si vultis per oculos*] Etsi per oculos velitis jurare, nihilo magis tamen efficietis, ut ego pallam et spinther abstulerim. Alloquitur Erotium et ejus ancillam. Et hic incipit ἀναγνωρισμός. *Lamb.*

8 *Non ædepol ita promeruisti de me, &c.*] Cum me e manibus servorum, qui me sublimem rapiebant, eripuisti, non ita sane de me promeritus es, ut pigeat me quidquam facere, quod tu velis. Sic infra eadem fabula, 'Promeruisti, ut ne quid ores, quod voles, quin impetres.' *Lambin.*

13 *Ego hunc censebam esse te*] Ego hunc, qui herus meus non est, putabam esse te, qui herus mens es. Sed attendat lector, usque adhuc errare Messenionem, et eum putare esse herum suum, qui non est; eum, qui est, non putare. *Lambin.*

15 *Delirare mihi videre*] Nunc errans Messenio in viam rectam ab hero revocatur, qui sic servum reprehendit. Desipere mihi videris Messenio, qui te servum meum esse neges, hujus esse dicas: an non memi-nisti, te una mecum hodie e navi exire? *Lamb.*

20 *Imo equidem adolescens, &c.*] Imo equidem, o adolescens: quamvis dixerim, me Moscho prognatum esse patre, ut sum, non tamen tuum tibi patrem occupare aut præripere, æquum esse arbitror. Nam fieri potest, ut et ego Moscho patre natus sim, ut sum, et tu alio patre natus sis, cui nomen Moscho fuerit. *Lamb.*

24 *Nam et patrem et matrem*] Leg. *Nam et patriam et patrem, &c.* Nulla enim facta est mentio matris: infra primum quæritur, et nominatur: et firmat hanc lectionem, quod servus idem statim repetit: 'postea autem eandem patriam ac patrem Memorat.' *Lipsius.*

30 *Neque lacte est lacti*] Vide Mil. II. 2. Sic et 'ovorum similitudo' est in proverbio. *Lacte* autem veteres in recto casu dixisse, notant grammatici. *Taubm.*

58 *Vostrum patri filii quot eratis*] *Vostrum* gen. divisionis: et hic explicandus: Ex vobis, quot eratis filii patri, sc. vestro? *Lamb.* Lege, *vos tum.* Scalig.

68 *Te et patrem esse mortuum*] Si hoc verum sit, comœdia tota probetur vana. Nam cur tantopere fratrem quæreret, si rumor 'mortuum' potius quam 'surreptum' attulisset? Imo prologo clare dicitur, parentem esse emortuum, puerum vero subductum. Quare scribendum, *Postquam ad nos renunciatum est de te, et patrem esse emortuum.* Is. Pont.

72 *Post quem conspicor*] V. N. Mostell. I. 2.

73 *Frater.* M. So. *Et tu*] Si repetitum interponeretur verbum *salve*, esset et oratio perfectior, et numeri pleniores; qui absque hoc διαμέτρεσι sunt explicandi. *Camer.*

88 *Sed meliore, &c.*] Lipsius ad Tacit. Ann. I. XIII. Libertas seu Manumissio, inquit, duplex: justa; non justa. Justa, quæ vindicta, censu,

Digitized by Google

testamento data: non justa, quæ inter amicos in conviviis; per epistolam. Justa illa qui manumissi, plane pleneque liberi: qui altera, vinclo adhuc quodam attinebantur servitutis. Scite ergo ob hunc iteratæ (hæ sunt iterationes, quarum mentio Justin. Novell. 78.) servitutis metum Messenio servus, qui inter amicos manumissus, subjicit. Lambini commentum ineptum: Lipsii nimis longe petitum. Certo certius est, Messenionem alludere ad id, quod supra quoque a putativo suo domino Menæchmo surrepto liber esse jussus fuerat, et tamen postea a vero hero in servitutem retrahebatur. Ait igitur opus sibi esse meliore auspicio, quam paulo ante, cum etiam liber fiebat, sed non diu. *Pistor.* Vide N. Epid. v. 2. Milit. IV. 1.

93 *Mihi ut præconium detis*] Ut me in hac auctione præconis munere fungi sinatis. *Taubm.* Est autem verbum *præconium* sua natura adjectivum, ut a 'caupo,' 'cauponius,' et sic 'munus' aut tale quid subintelligitur. Cic. ad Attic. XIII. 12. 'Tibi præconium deferam.' *Gronov.*

95 *Auctio*] Vide notas Epid. II. 2.

97 *Quiqui licebunt*] Dicuntur autem res venales 'licere,' et quæ certo pretio indicatæ sunt. Contra, 'liceri.' Martial. VI. 66. 'Parvo quum pretio diu liceret.' Valla III. 28. et V. N. Stich. II. 1. *Lambin.*

99 *Vix, credo, tota auctione, &c.*] Menæchmus vix, ut credo, ex omnibus bonis auctione venditis, rediget sestertium quinquagies centum millia, id est, circiter centum quinquaginta aureorum nostrorum millia. *Lambin.*

MILES GLORIOSUS.

ACTUS I.

2 *Olim*] Est adverbium omnium horarum ac temporum. Asinaria III. 3. 126. 'an quid est olim homini salute melius?' *Grut.* Hoc cum sub oculis haberet, non intellexit, qui subjicit, 'coilum cum sudum est.' Quid faciet Rud. I. 2. 'Exsicasque arundines, Qui pertegamus villam, dum sudum est.' *Gronov.*

4 *Præstringat aciem*] Unice hoc rectum esse, quamvis Lambinus contra nitatur, docet vel solus Asconius Pedianus, dignissimus cui credatur, in re longe majori, ad illud Cic. 'Præstringat aciem:' vel a præstigiatoribus, inquit, transtulit verbum; vel a tironibus, qui ignari et rudes pugnæ etiam vano armorum sonitu terrentur præstrictis luminibus. Si a præstigiatoribus 'præstringo,' non ab antiquo verbo 'stinguo,' deducitur: si a 'præstringo,' strictura; 'præstringo,' non 'præstringuo' dicendum: alioqui 'stincturas' vel 'sticturas' diceremus: quod quis ferat? *Delrius.*

5 *Mihi*] Παρέλκει. Terent. Phorm. 'Qui mihi, ubi ad uxores ventum est, tum fiunt senes.' Ad quæ Donatus: 'Eleganter insertum *mihi*; ut in Heaut. 'Is mihi, ubi adbibit, plus paulo sua quæ narrat facinora.''

8 *Fratrem facere*] Quidquid dicant de antiqua librorum lectione *fratrem*, et quomodocunque eam exponant, non potest satisfacere, et mendosa omnino videtur. Qui ex loco Arnobiano eam confirmant, alibi errare

Digitized by Google

bant et exequiis defuncti intererant. In eodem codice legitur, *fecisti funus meo absenti prandio*, pro 'med absente,' id est, me absente. *Salmas.*

31 *Pro maledictis dari postea*] Comice additum est ex abundanti, *postea*. Palmer.

46 *Occisa est hæc res*] Periit hoc negotium. Capt. III. 4. Ita in Cod. Theodosiano est 'interfectum negotium:' ita Aristophan. τὸ τρύβλιο, τέθνηκέ μοι, pro κέκλασται, *factum est, periit.* Casaubon.

48 *Cinædos*] Turnebus *cinædum* 'saltatorem' hic interpretatur: Lambinus mollem et impudicum, et quem supra I. 2. 'catamitum' dixerit.

56 *Satin' ut quemquam conspicor*] Quid id rei est, satisne delusus sum? Quotquot obviam mihi veniunt, ludificant, ludibrio habent. *Boxhorn.*

SCENA III. 1 *Amare ait te multum Erotium*] Hic *amare* est amanter precari, et a caro homine rogare et optare. *Turneb.*

4 *Spinther*] Spinther genus armillæ etiam veteres interpretantur, at vers. 8. 'spinther' et 'armillæ' differunt. Spinther non simpliciter armillam significat, sed est armillæ species, ut interpretatur Festus, qua mulieres utebantur brachio summo sinistro. Armillæ sunt proprie quas in utroque brachio gerebant. Græcis ψέλια et κλάνια. Vox spinter vel spinther Græca est Æolica. Σφιγκτὴρ annulus est a stringendo. Unde et pro ano etiam sive podice, qui et inde nomen habet. Nam et δακτύλιον Græci vocarunt. Pro σφιγκτὴρ Æoles dicebant σφιντήρ. Unde Latinum *spinter*, cum enallage etiam. Inde 'spinthriæ' genus infamis libidinis apud Tacitum, a Tiberio repertum, quod annulatim quasi connexi tenerentur. De quibus illud Epigramma Ausonii ex Græco versum, 'Tres uno in lecto.' Spinthrias plane designat. *Spinther* pro Sphincter, ut *Pinthias* supra pro Græco φιντίας, quod nomen est proprium Siculum. Sic enim codex meus legit supra act. II. sc. 3. 'Ubi rex Agathocles regnator fuit, et iterum Pinthia,' pro Pintia sive Phintia, qui Græce φιντίας. *Salmas.*

15 *Dicam curare*] Lego *curassere*, id est, dicam Erotio, te, quæ oravit, curaturum. *Lambin.*

17 *Inaures stalagmia*] Cohærent per appositionem. *Inauris ἐνώτιον, ἐλλόβιον*: monile, quod aurium lobis inseritur, et appendet. *Stalagmium*, inaurium genus esse crediderim oblongum, ex bacca pendula: a guttæ similitudine, quæ σταλαγμὸς Græcis dicitur. Cæcilius apud Festum: 'Ex aure ejus stalagmium habeo domi.' *Junius.*

20 *Manupretium*] Varro de L. L. l. IV. 'Quod manu factum erat, et datum pro eo manupretium, a manibus et pretio.' Isidorus Etymol. II. 1. 'Abusive manus etiam ars vel artifex: unde manupretium dicimus.'

25 *Ut, quantum possint, quique liceant, veneant*] Alii leg. *quanti possint*, scil. venire. Schop. leg. *Ut quantum possit, quique liceat, veneant*, id est, ut quamprimum, et quanti licet vendantur.

ACTUS IV.

SCENA I. 8 *Hæc abiit*] Lævorsum qua coronam abjecerat Men. Sosicles. *Douza.*

9 *Optime revortitur*] Opportune, in tempore.

11 *Male habeas*] Id est, excipias, tractes, verses maritum. *Taubm.*

SCENA II. 1 *More moro*] *Mos morus*, id est, stultus, μῶρος. Mil. 'Ego stulta atque mora multum.' Trin. 'Is mores hominum moros et morosos efficit.' Ordo et sententia est: Ut, hoc est, qui, quo pacto, seu quam maxime stulto more multumque molesto utimur! et, ut quique sunt optimi et maximi, hunc morem habent: clientes, &c. θαυμαστικῶς. *Lamb.*

10 *Qui neque leges*] Mutat nume-

Digitized by Google

rum. Quasi dicat: Isti, qui neque leges, neque æquum bonum (ἐπιεικὲς) colunt, sollicitos reddunti et negotiis molestant suos patronos. Alii hic volunt esse principium novæ sententiæ; quos non audio. *Lamb.*

19 *Ad populum*] Comitiis centuriatim calatis. *Douza.* *In jure*] Apud prætorem pro tribunali, sellave posita. *Douza.* *Ad judicem*] Vel a prætore datum, ut sunt recuperatores: vel a litigatoribus captum, ut arbitrum. *Douz.* Lites discutiuntur aut in comitio pro rostris ad populum; aut in fori area apud prætorem in jure; aut in basilica apud judices. Cicero: 'Nam si quis statuit hunc esse oratorem, qui tantummodo in jure aut in judiciis possit, aut ad populum, aut in senatu copiose loqui.' *Pollet.*

22 *Attinuit*] Ita me in suo negotio occupatum retinuit. *Lambin.* *Detinuit*] Ita me ab eo quod acturus eram, avocatum tenuit. Lambinus sic interpretatur et fallitur. 'Attinere' et 'detinere' hic eo differunt, quod 'detinere' sit diutius attinere: *de* huic verbo, ut multis aliis, junctam habet augendi significationem. *Boxh.*

24 *Conditiones tetuli*] 'Conditiones ferre' est proponere formulam transactionis, qua controversia aut res litigiosa componatur. Anton. ap. Cic. Philip. XIII. 17. 'Qui me præcipitem egerit æquissimas conditiones ferentem.' *Gronov.*

25 *Aut plus*] Mirum in modum hic hæsitant interpretes. Haud dubie legendum est: *conditiones Tetuli tortas, confragosas. Haut plus, haut minus, quam opus erat, &c. Aut* vulgatum si retineas, pro *haut* accipiendum est. *Aut* enim pro *haut* scribebant veteres. Neque se aliter accipere monet me Salmasius, quem audiamus. *Boxhorn.* 'Controversiam dicere' idem quod paulo ante, 'causam dicere.' Nam 'causa' et 'controversia' eadem quæ Græcis δίκη. Sed et hoc loco *aut* pro *haut* acceperam. Sic enim scribebatur, *haut* vel *aut*, pro *haud*. 'Haud plus, aut minus, quam opus erat multo, controversiam dixeram, ut sponsio fieret.' In causa dicenda et controversia disceptanda non multo plus aut minus dixi quam opus erat, uti sponsio fieret. *Salmas.* *Aut plus aut minus*] Ego vero nec *haud plus Haud minus*, vel *haud plus Aut minus* scribendum puto, nec si vulgatum retineas *Aut*, pro *Haud*, accipiendum. Sic enim solent loqui. Captivis v. 3. 'Cur ego plus minusve feci quam æquum fuit?' Terent. Hecyra v. 1. 'Ne quid faciam plus quod me post minus fecisse satius sit.' Phorm. III. 3. 'Ne quid plus minusve faxit, quod nos post pigeat.' Sueton. Octav. c. 84. 'Ne plus minusve loqueretur ex tempore.' 'Controversiam dicere' ut 'causam dicere' accipere possum: sed quemadmodum 'non plus causam dicere,' pro non plus in causa disceptanda dicere, handquaquam tolerarem, ita nec sufferre possum *haud plus aut minus controversiam dicere*, pro tantummodo in controversia dicere. Lambinus, *dixi In controversiam*, ut sponsio. Quod si auderem, facerem *multæ*. *Dixeram in controversiam, uti multæ sponsio fieret:* ut se invicem provocarent, Ni hoc ita est, dabis mille nummum? Sed forte melius: *aut plus Aut minus, quam opus erat, multo dixeram, Controversiæ uti sponsio fieret.* Modo, inquit, augebam rem, modo minuebam ut ambiguum facerem judicem, ne clientem meum primo cœtu condemnaret; sed ut ad sponsionem veniretur. *Gron.*

40 *Næ fœnerato abstulisti*] Næ tu pallam magna tua mercede, id est, magno tuo malo abstulisti. Tralatio est ab iis, qui pecuniam grandi fœnore mutuam accipiunt. *Lamb.* Imo ab iis, qui quod audiunt accipiuntve, bonum malumve fuerit, omnino deinde reddunt, juxta regulam Hesiodi, cum fœnore luculento. *Gruter.* *Sic datur*] Sermo castigantis et pœnas

Digitized by Google

sumentis, aut pœnas sumptas esse gratulantis: quare par istud verborum parasito datum cuperem. *Gruter.* secutus Lambinus hanc interpretationem. *Sic datur*] Utrumque falli aiunt, nam 'sic datur' hic idem esse quod sic tenetur. At illi plane hic tenentur et deprehenduntur pro infrequentibus lectoribus Plauti, quemadmodum et in Asinaria II. 4. 33. ubi tentabant simile, *sic dedero.* Nunquam aliter hæc formula accipitur, et exempla sunt in promptu, quæ jam alii congesserunt. Afferunt tamen locum Ovidii: 'Se quoque det mulier populo speciosa videndam.' Quid autem simile: 'sic datur,' et 'det se videndam?' Deinde an 'det se videndam,' est teneatur, deprehendatur in flagitio? *Gronov.*

46 *Nisi unum: palla pallorem*] Hæc neutiquam Menæchmo sunt tribuenda, qui confidenter in sequentibus negat se pallam uxori surripuisse. Igitur Penienli persona his præscribenda, et reliqua legenda, quomodo edidit Camerarius: MU. *Pallam.* ME. *Pallam, quid?* MU. *Pallam, quid paves?* ME. *Nihil equidem paveo.* PE. *Nisi unum: palla pallorem incutit. At tunc clam me comesses prandium! &c.* Non a Plauto, sed monstra sunt quæ in ultimas Plauti editiones ex nescio quibus deterioris notæ Mss. irrepsere. *Boxhorn.*

57 *Responsant*] Significat, ferociter et irreverenter respondent. Sic Truc. II. 7. 45. Hor. Sat. II. 7. 'Responsare cupidinibus,' et sic sæpius alibi. *Gronov.* PR. *Nugas agis*] Ita hæc ubique Peniculo do; cum verba sint illudentis potius quam iratæ uxoris. Et uxor jam ante dixerat, se tacere velle. Et paullo post ait Men. Peniculo, 'Potin' ut mihi molestus ne sis,' &c. multo concinnius. *Pistor.*

62 *Bellus blanditur*] 'Belli homines' nonnunquam dicuntur, qui ad aliorum quasi nutus se accommodant. Et 'belle dicere,' qui, quæ alii velint, loqui student. Et 'belli homines' sunt, quos Aristoteles ἐφέκτους vocat. Ita Muret. ad Catull.

81 *Et quid tristis*] Corrigunt, *Eo, quid resistis:* pessime. Dixerat supra Menæchmus vs. 44. 'Quid tu mihi tristis es?' et vs. 58. 'Tristis admodum es.' Horum illa memor, 'Audi,' inquit, 'atque ades: Et quid tristis ego sim, et quid hic mihi dixerit, faxo scias.' *Gronov.*

83 *Captat*] Id est, verbis captiose ludit! ut argutus est scil. *Taubm. Huic surrepta est, non tibi*] Acidalius, *tibi surrepta est, non huic.* Gruterus explicat *huic*, in usum hujus Menæchmi, ut esset quod daret Erotio: nam si tibi, id est, in usum tuum surrepta esset, salva apud te esset: et Lambinum sine causa æstuare. Certe æstuat Lambinus et tamen verissimum est quod refert, ut nescio cujus, etsi non probet ipse, præcedenti verbo legendum, *palla surrepta est mihi.* Ludit enim Menæchmus repetendo uxoris verba, 'Palla mihi domo est surrepta.' Ille quasi ignorans subjicit, 'palla surrepta est mihi?' nam quod perdit uxor, videtur et perdere maritus. Ne dicam, ablata interrogationis nota eum dicere verum, et facinus tecte confiteri: ipse enim surripuerat. Ergo parasitus, 'viden' ut scelestus captat?' verba scilicet, repetendo præcise sermonem uxoris. Huic uxori surrepta est, non tibi. Nam profecto tibi, Menæchme, surrepta si esset (cum eam deferres ad scortum et huic reddita) salva nunc foret. *Gronov.*

90 *Vin' afferri noctuam, quæ tu, tu, &c.*] *Tu, tu,* Græcis τὺ, τύ: unde et τυτὼ *noctua,* apud Hesychium: quippe et hic alluditur ad vocem noctuæ, *tu, tu,* seu *tou, tou.* Sonat autem noctua uberius hoc Germanum, non exilius illud Gallicum. Ita recte interpretes. Porro noctua hinc dicitur 'tutubare.' Vetus grammaticus Sidonius, cujus fragmentum de voci-

Digitized by Google

bus animantium in aliquot Gloss. nostris Mss. legitur, 'Noctua tutubat.' Sic enim legendum, non *cucubat*. Idem verbum restituo auctori veteris poëmatii, quod ejusdem est argumenti, *Noctua lucifuga tutubat in tenebris*. Male vulgo editur *cucubat*, quod ex Plautino hoc loco satis est manifestum. *Boxhorn.*

93 *Non dedisse*] Scilicet me. Nihili sunt quæ garrit Lambinus. Tantum cavillatur Menæchmus, et dicit, se non tam dedisse pallam, quam commodasse: tunc scilicet facile recepturus, cum plane detrita: nam sequitur, 'Sed ego illam non condonavi.' Vocis utriusque discrimen notum JCtis, nec ignoravit Plautus, Trin. v. 2. 'Nam beneficium homini proprium quod datur, proprium sumserit: quod datum est utendum, id repetendi copia est, quando velis.' *J. Grut.*

105 *Excludit foras*] Lambinus hic, ut et supra act. III. sc. 2. atque alibi leg. *foris*, cum *excludo*, inquit, verbum sit quietem significans: nam is 'excluditur,' cui ingredi volenti ostium non aperitur; 'extruditur,' qui jam intus est. Sed venia doctissimi viri, genius antiquæ locutionis alterum etiam non respuit. *Taubm.*

109 *Orabo*] Vos critici majores reponite et hic *amabo*. Scriver.

Scena III. 7 *Ad phrygionem*] Phrygiones dicuntur qui subtiliora opera in sindone aut serico, acu aut nendo, conficiunt, et inprimis aureo filo, quod vocant 'acu pingere.' *Gronov.*

9 *Factum reperies*] Gruter. ex vestigiis Mss. qui habent *releceris*, fecit *relege res*, quod temere in editiones quasdam irrepsit. Pareus notat in veteri codice scriptum esse *redixeris*: quare ille rescripsit, *reviceris*. Omnino scribendum est, *nunquam factum. Ne dixeris*: te nempe mihi dedisse pallam ferendam ad phrygionem. Ita passim Plautus. *Boxhorn. Nunquam factum reperies*] Duo fuere codices Palatini, quibus in recensendo Plauto a Bacchidibus ad finem usque sunt usi ambo quondam Camerarii: alter integer quem Pal. 1. aut κατ' ἐξοχὴν V. C. solent vocare: alter orsus a Bacchidibus, quem propterea Dec. vel Decurtatum et Pal. 2. appellant. Ne quis igitur putet hic dissentire Gruterum et Pareum in edenda scripta lectione, uterque annotat Pal. 1. seu V. C. habere *releceris*, et supra scriptum *redixeris*; uterque Pal. 2. seu Dec. *relegeris*. Ceterum satis placet Boxhornii, *ne dixeris*. Gronov.

12 *Quia commisi*] Quia tibi pallam commisi, et sic stultitia et credulitate mea nimia factum est, ut me defraudare possis, me defraudare cogitas. *Lamb.*

17 *In oculos compingite*] Nihil carius est oculis, nihil æque vel a natura vel cautione hominum custoditur. Inde illæ vetustissimæ loquendi rationes, 'oculissimus,' pro dilectissimo; 'in oculis aliquem ferre,' pro multum amare, curare, maximi facere. Ita hoc loco Erotium dicit Menæchmo, ut vel uxor, vel ipse pallam in posterum ita custodiant; sicut oculi datis a natura fidissimis claustris custodiuntur. Neque huic interpretationi obstat vox 'compingere,' tanquam ejus solius usus sit, ubi de dura et gravi custodia agitur, ut carcere, quod vult Lambinus. 'Compingere' enim quid in aliquem locum simpliciter dicimur, quod accuratius volumus asservatum. *Boxhorn. In oculos compingite*] Iratus sermo: ponite et asservate ibi, ubi nemo quærit. *Gronov.*

20 *Frustra me ductare*] Quid sit ductare meretricem ac scortum, satis notum est. 'Frustra ductare' hoc loco idem est quod gratis ductare, nulla data pecunia. Nisi feres, inquit, argentum, frustra me ductare non potes. Vel sane subintelligendum 'es;' frustra es, me ductare non potes. Et sic interpungendum: *Nisi*

Digitized by Google

argentum feres, frustra. Me ductare non potes. Salmas.

ACTUS V.

SCENA I. 11 *Muttire*] *Muttire* est ne mu quidem audere proferre: quod Græce γρύζειν. Glossar. '*Muttum*, γρύ.' V. N. Mil. III. 1.

14 *Hecubam quapropter canem, &c.*] Hecubam, velut canem, Græci lapidibus insectati sunt, quia maledicta in quemvis obvium e Græcis ingerebat. Et propter hanc animi acerbitatem et rabiem, fingitur in canem esse conversa. Juven. Sat. X. 'Sed torva canino Latravit rictu, quæ post hunc vixerat uxor.' Quin et ejus effigiem canis forma pingi solitam, canemque eidem immolatum tradunt. Ejusdem et sepulcrum 'Cynossema' vocatum, Plinius auctor est lib. IV. c. 11. *Gruter.*

36 *Quære*] Non est necesse ut hæc mutet Colvius: nam *quæro* ac *quæso* permutantur. *Gruter.*

41 *Degeris amicæ*] 'Degero' dicitur, ut 'defero.' Est autem idem verbum quod 'digero,' e in *i*, ut fit, mutato; quod nihil aliud vulgo significat, quam ordinare aliquid, componere, et in debitum locum referre, quod fieri non potest nisi degerendo, sive rem ex uno loco in alium transferendo: qua vetusta significatione 'degerere' hic ponitur. *Boxhorn.*

42 *Monstra, quod bibam, &c.*] Recte se habent, *si scis, monstra, quod bibam, &c.* Si potes me alere et ostendere unde vivam, tuam perpetiar petulantiam, ut tibi obnoxius. Alia conditione eam ferre non possum, nisi ut me alas, et mihi monstres quod edam et bibam. Sed 'bibam' tantum dixit, quia causa vivendi præcipua Græcis in bibendo. Unde et συμπόσιον dixere, quod Latini *convivium*. Eandem sententiam expressit Theocritus in Ἀδωνιαζούσαις, nisi fallor, Πασσάμενος ἐπίτασσε· *Ubi nos alueris, impera.* Salmas.

48 *Cum Calcha*] *Cum Calchante*, ut est in Mss. Thestoris filio; qui arte divinandi plurimum pollebat in exercitu Græcorum ad Trojam.

SCENA II. 4 *Consitus sum senectute*] Ita Ter. Eun. II. 1. 'annis obsitus.' Virgil. Æn. VIII. 'Ibat rex obsitus ævo.' *Obsitum* pro pleno usurpatum antiquis: eo, quod locus frugibus obsitus aut sentibus, iis plenus sit. *Turneb.*

5 *Onustum gero corpus*] Duo sunt hæc onera; nam et corpus hic senex gerit, et corporis onus, senectutem sive annos. Mercat. IV. 1. 'Quin is ocius? SY. Nequeo mecastor: tantum hoc oneris est, quod fero. DO. Quid oneris? SY. Annos octoginta et quatuor.'

25 MU. *Ibo advorsum: salve*] Ita hæc ordino. Filia enim officii sui memor patri obviam procedit: tum salutat. Nam ita solebant parentibus natæ, aut propinquæ honoratiori cognato: ut Sticho: 'Ferre advorsum hominem occupemus osculum. Salve mi pater.' *J. Gul.*

28 *Velitati estis*] V. N. Rudent. II. 6.

29 *Non longos logos*] Scil. facias. 'Logi sunt sermones, vel dicta ridicula et contemnenda,' Nonius. Utitur et Terent. Phorm. III. 2. et Cicero. *Logi* enim vocabulo pæne jam ut vernaculo utebantur Romani: et *logos* in nugis, tanquam suam vocem dicebant. *Palmer.*

35 *Neuter ad me*] Censeo dissecandam vocem, *Ut caveres, ne uter ad me:* hoc est, ne vel maritus vel tu. *Gronov.*

39 *At ille hinc amat*] V. C. *hanc.* Probo. *Scriver.*

40 *Atque ob istanc industriam*] Quam adhibes in observando viro.

46 *Lanam carere*] Ita vett. edd. neque aliter citat Varro L. L. l. VI. *Carere* a carendo; quod lanam tum purgant ac deducunt, ut careat spurcitia: ex quo tum 'carminari' dici-

Digitized by Google

tur lana, cum caret eo quod in ea est nequam. *Carere* a 'caro, is, it;' quod sine dubio est a Græc. *κείρειν, tondere, ξκαρον*; non, ut Varro: unde et 'carduus,' quia aptus carendæ lanæ, et 'carmen' instrumentum ferreum ad carendum lanam. Lucr. IV. 'Quasi carmine lana trahatur.' A quo verbum 'carminare,' infra act. v. sc. 8. Aliud 'carmen' a canendo, aliud 'carmen' a carendo. *Scalig.* Inde 'caritores,' qui in Glossis Papiæ dicuntur 'lanarii, qui lanam carnut, carpunt, dividunt.' Sic enim ibi legendum est. Unde apparet *carpere*, quod in Mss. Pall. pro *carere* legi hic notant eruditi, non nisi glossam esse τοῦ *carere*. Porro nobis ejusmodi caritores *kaerders* etiam dicuntur. *Boxhorn.*

58 *Quod vos dissertatis*] Potest tolerari, ut sit λιτότης, sive extenuatio rei per verba, pro litigatis. Colvius *disceptatis*: Meursius *dissentitis*. Sed nullo modo ferendum, quod nuper conjecerunt, *discernatis*. Hoc juxta hic locum habet, ac separatis, distinguitis. *Gronov.*

61 *Cujus rei rerum omnium*] Recte Lambinus interpretatur velle senem, cujus rei ex omnibus rebus causa Deos testes facis? Et prorsus inepte, qui personas ita ordinat: *cujus rei?* ME. *Rerum omnium, Me neque*: quod ineptius reddit interpretando, quasi dixerit Plautus 'Deos rerum omnium.' Quis enim unquam est ita locutus, ut diceret 'deos rerum' et 'rerum omnium?' Ego si hanc scripturam tueri vellem, 'rerum omnium' referrem ad sequentia, et id acciperem, ut solent dicere 'ceterarum rerum:' quemadmodum illud ipsum usurpavit auctor Cistellariæ I. I. 33. Sed nihil est causæ, cur spernamus vulgatum. *Gronov.*

72 *Non tu te tenes*] Jubet tacere ac quiescere filiam senex: ipse solus scilicet serio opus executurus. *Tene te*, id est, abstine, cohibe. Cas. III. 2. 'Vix teneor, quin quæ decent te, dicam.' *Gruter.*

76 *Viden' tu illi oculos virere*] Nihil mutandum. *Virere* est lucere, et sic 'virens flamma' Horatio, et apud Homerum, φλὸξ ἰμαράνθη, *flamma marcescit*, quæ quasi 'virere' desinit. Nam et *virere* pro ἀνθεῖν, quod verbi et flammæ tribuunt Græci pariter ac Latini poëtæ; ut 'florentia lumina flammis,' et ἀνθοῦσα φλὸξ, et color ἀνθηρός. Nec obstat quod sequitur, ut 'oculi scintillant,' plus est enim scintillare quam virere vel lucere. At viridis color, qui ex temporibus et fronte exoritur, non est mutandus in iridis colorem. Cæruleum intelligit et glaucum, quem 'olivastrum' vulgo vocant, qui color est morbosorum. Fortasse an et virere oculos dixerit, cum albus in oculis viridi illo colore inficitur, vel glauco, ex morbo vel animi passione violenta. Hæc explicanda sane, non mutanda. Libri enim omnes meliores ac vetustiores sic habent. *Salmas.*

80 *Ut pandiculans oscitatur*] Glossarium: 'Oscitatur, χασμᾶται.' *Taubm.*

82 *Evoë, Evie, Bromie*] Quia Menæchmus se furere et bacchari simulat, usurpat vocabula, quibus bacchantes utebantur. *Evoi* interjectio est ὀργιασμοῦ, *evoë*. Evius et Bromius sunt Bacchi nomina. *Lambin.*

95 *Pugnis me vetas, &c.*] Hæc iterum clare loquitur, ut eos terreat. Vetasne, o Apollo, me quicquam meis pugnis in hujus mulieris ore parcere?

101 *Tremulum, Titanum*] Melius hic fortasse legi posset *Tithonum*, qui ad extremam senectutem vixit, adeo ut emori non posset, quamvis omnibus senii decrepiti malis vexaretur. Non iste quidem cygno prognatus patre, quem Aurora adamavit, sed hic homo non pro sano loquitur. Cum enim insaniam simulet, ea dicit de industria quæ insani hominis sunt. *Salmas.*

Digitized by Google

102 *Artus*] Non obliquos casus verborum quartæ declinationis generis neutrius reperiri inficior. Verum sunt isti, non a rectis in u, sed in us. Nam nomina ejusmodi olim utramque habebant terminationem. Contra itidem quædam hodie in us solum efferuntur, quæ olim terminabantur in u. Tale pro 'artus,' 'artu;' inde *artua* hoc loco; a quo 'deartuare' supra Capteiv. III. 4. et 5. *Voss.*

106 *Dedolabo assulatim viscera*] Hoc *minutatim* exponit Nonius: recte. Hinc 'assulæ marmoreæ' apud Vitruvium, τὰ ἐμπελεκήματα, ex marmore, dum cæditur, excussa: nec quicquam mutandum. Glossæ: 'Ἀναπελεκῶ, *deformo, dedolo.*' Utrunque dicebatur 'astula' et 'assula' pro eodem: sic 'mersus,' 'mertus;' 'fissus,' 'fistus;' 'fixus,' 'fictus,' et similia. *Salmas. Exossabo, dein dedolabo*] Hæc Camerarii conjectura est. Superiores, *senem Exossem, nisi dedolabo.* Aldus auxit, *Exossem reddam, dedolabo.* Ambo scripti, *Senem osse fini dedolabo:* unde Pareus, *ossetim* et *exossetim.* Sed scribendum est, *hunc senem Ossum fini dedolabo assulatim viscera:* sermo dignissimus Plauto, et minima mutatio. *Ossum fini* est usque ad ossa. *Dedolabo* est decidam et amputabo securi: quemadmodum dolabra est instrumentum quo cædimus, non quo levigamus, ut ascia. Potuissem et *huic seni:* sed non est necesse. Hæc fabula II. 2. 'Nummum illum, quem mihi dudum pollicitus dare, Jubeas, si sapias, porculum afferri tibi.' *Dedolabo,* truncabo circum hunc senem, quod ad viscera, assulatim et minutatim desecta fini ossium, ut nil nisi sceletus supersit. *Gronov.*

114 *Facite inflexa*] Sana omnino sunt, *facite inflexu sit pedum pernicitas,* modo disjunctim legatur *in flexu.* Pernicitas equorum, præcipue curru cinctorum, in flexu maxime requirebatur. In flexu metæ inprimis necessaria fuit. *Salmas.*

117 *Qui me capillo hinc de curru deripit*] Allusum ad Palladem Homericam, quæ Achillem capillis a pugna revocavit. *Deripit*] 'Deripere' est deorsum rapere et detrahere: 'diripere,' diverse et in varias partes rapere, ut fit in expugnationibus urbium. *Popma.*

118 *Atque dictum*] Apollinis oraculum 'dictio' olim nuncupata. Pacuvius: 'Flexa, non falsa, antumare dictio Delphis solet.' Ait, tortuosa et obliqua esse oracula, non mendacia: unde et Apollo Λοξίας. Accius apud Herenn. lib. II. 'Aperte fatur dictio, si intelligas.' Et alioqui 'dicta' interdum jussa sunt: unde 'dictator' et 'dicto-audientes:' de quibus Varro L. L. lib. IV. et V. *Apollinis*] *Apollinis* rectus olim casus, pro *Apollo.* Verum hoc loco aiunt quidam, *Apollinis* esse vocandi casum; sed falluntur: nam 'tuum Apollinis imperium' ait, ut Cicero Phil. II. 'Tuum hominis simplicis pectus:' et in Maniliana, 'Tuum gravissimi viri judicium.' *Voss.*

SCENA III. 9 *Obligasse crus fractum Æsculapio*] Quid sit obligare crus fractum aut brachium chirurgi sciunt, ad quorum artem hoc pertinet. Græci ἐπιδεσμεῖν vocant: unde libri veterum medicorum, περὶ ἐπιδεσμῶν. Sed hic deridiculi gratia gloriosum introducit medicum, qui se jactat obligasse crus fractum Æsculapio, brachium Apollini, quasi ipsi medicinæ auctores Dii ipsius cura opus habuerint. Veteres medici etiam fuere χειρουργοί. De Æsculapio et Apolline, quod auctores medicinæ fuerint, res nota. *Salmas.*

12 *Movet formicinum gradum*] Formicarum gradus minutissimus est ac spississimus, atque ideo tardus. Multum quidem movent, sed parum promovent. Pari forma dixit Catullus Carm. XXXIX. 'incedere myrmice,' et Martial. 'Crusculum formicæ.'

Digitized by Google

Muret. Est etiam proverbium apud Græcos, *μυρμήκων ἀτραπούς*, pro angustis et incurvis viis: quod ita explicat Suidas: *περὶ Ἀγαθῶνός φησι τοῦ ποιητοῦ, ὡς λεπτὰ καὶ ἀγκύλα ἀναπρυομένου μέλη. Gronov.*

SCENA IV. 2 *Cerritus*] V. N. Amph. II. 2. 144.

8 *Quin suspirabo plus sexcenties in die*] Qui sæpius et celerius ultro citroque commeant et discursant rei alicujus curandæ caussa, suspirant, suspiria alte petunt. Dicit igitur hic medicus, se magna cum cura insanum curaturum, quin ad eum invisurum, eaque de caussa suspiraturum plus sexcenties in die. Hæc genuina est hujus loci sententia. *Boxhorn.*

SCENA V. 4 *Meus Ulysses*] Quo utebar consiliario et administro, ut Agamemnon Ulysse ad Trojam.

5 *Vita devolvam sua*] A Parcarum fusis aut stamine puto sumptum. Virgil. Georg. I. IV. 'Carmine quo captæ, dum fusis mollia pensa Devolvunt.' *Bosius.*

14 *Ecquid sentis*] Ridiculum est ita medicum rogare: et Menæchmus nimis molliter respondeat; si illud ab eo quæsitum. Quin tu personas ita restituas: SE. *Ecquid sentis?* MEN. *quidni sentiam? Non pot.* Acidal.

15 *Ellebori jugere*] Non potest hujus ægri sanitas tanta ellebori copia obtineri, quanta ex agri jugere meti potest. Simile Hor. illud Sat. II. 3. 'Danda est ellebori multo pars maxima avaris: Nescio an Anticyram ratio illis destinet omnem.' Dicebant veteres 'juger' vel 'jugus,' ut 'later' et 'latus,' unde in singulari remansit 'jugere,' et in plurali omnes casus. *Gronov.*

22 *Percipit*] Id est, penitus capit. Ter. Eun. 'urbis odium me percipit:' ubi τὸ 'per' αὐξητικὸν est.

23 *Etiam percontabor*] Lego, *Etiam percontabor alia.* SE. *Occidis fabulans.* Cum alia etiam percontari velle diceret medicus, gravatur hoc senex: et, Occidis hominem, inquit, tuis fabulis: ad vulgi dictum forte alludens, quo medicus garrulus, fertur alter ægroto morbus. *Acidal.* Malim retinere quod in Mss. est, post *alia* posita rogantis nota. Senex ergo dicit, *Alia?* Viane tu adhuc plura et alia percunctari? Profecto fabula, nimium fabulando et percunctando eum occidis. *Boxhorn.*

24 *Oculi duri fieri*] Ne hoc quidem temere quærit medicus: eorum, quos atra bilis vexat, corpora constat fieri extrinsecus duriora, propter atræ bilis naturam, quæ siccissima et calidissima est: inprimis oculi, qui sunt textura præditi rarissima, partesque corporis sunt infirmissimæ. Etiam hæc insaniæ signa ab Aristotele probantur. *Vict.*

25 *Me locustam censes*] Locustæ cum de insectorum genere sint, palpebris carent; idcirco duriss. sunt oculis. Arist. de Part. Anim. I. II. et Plin. XI. 37. *Taubman.* Fere ad verbum, Ἡρά μ' ἀττελοβόθαλμον ὄντα νομίζεις ἀκίτριπτε; qua voce in Sphingocarione usus fuerat Eubulus. Duris autem oculis, hoc est, *σκληροφθάλμους* locustas esse, notum est. *Heins.* Porro cum non tam ignavia, quam imperitia medico hic exprobretur, non *homo ignavissime*, ut vulgo, sed *ignarissime* hic legendum puto. *Boxhorn.* *Homo ignavissume*] Medico putant non tam ignaviam quam imperitiam oportere exprobrari, eoque corrigunt *ignarissume.* Sed observasse debuerant 'ignavum' Plauto passim pro homine nihili ac nullius usus poni. Casina II. 3. 'Quid tu scis? CL. Te sene omnium senem neminem esse ignaviorem. Unde is nihili?' Sic 'ignavissumis vervecibus' in eadem fabula III. 2. Persa V. 2. 'Mea ignavia tu nunc me irrides.' Trinummo I. 2. 'qui illius sapientiam Et meam fidelitatem et celata omnia Pæne ille ignavus funditus pessum dedit.' Et IV. 2. 'quid ergo ille ignavissumus mihi

Digitized by Google

'latitabat?' Rud. III. 5. 49. *Gronov.*

29 *Curans*] Præfero lectionem quæ in quibusdam edd. comparet, *facilens tu dormis cubans.* Id versus etiam postulat. Quidam etiam sedentes dormiunt. *Salmas.* Confirmat alter Ms. in quo *cuvans.*

38 *Coronam surripuisse scio Jovis*] Quod Petilius quidam dicitur fecisse, qui ex eo dictus est Capitolinus. *Lamb.*

40 *Cæsum virgis*] Non enim ad mortem semper cæsi. *Lips.*

47 *Aliquos viginti dies*] Valet, circiter viginti dies. Varro R. R. I. 2. in extr. 'Si velis in convivio multum bibere, cœnareque libenter, ante esse oportet brassicam crudam ex aceto, et post aliqua folia quinque.' *Lambin.*

49 *Arcesse homines*] *Homines* hic pro servis poni, ut et Mostell. v. 1. autumat Donza. *F.*

50 *Nihilo minus*] Quatuor satis sunt: nihilo pauciores arcessi oportet. *Lambin.*

61 *Nimis proventum est nequiter*] Nimis infeliciter res processit. Rud. III. 5. 'Equidem proveni neqniter multis modis.' Trucul. II. 4. *Taubman.*

62 *Saltem credo*] Si exclusus sum ab Erotio, saltem intromittar ab uxore. *Lambin.*

Scena VI. 1 *Spectamen bono servo*] Δοκίμιον, probatio et experimentum boni servi. Constructio est, ut illa Mil. III. 1. 'Esset his annona vilior.' Et potest videri respectum ad formulam antiquam, 'spectatus satis,' de servis: quo significabatur, diu et bene serviisse.

5 *Tergum quam gulam, &c.*] Oportet servum tergo suo potius, quam gulæ consulere, et cruribus potius quam ventri. Nam si officium negligat, futurum est, ut tergum quidem virgis cædatur, crura vero compedibus vinciantur. *Lambinus.*

6 *Cui cor modeste situm est, &c.*] Servus, cui animus modeste affectus est, recordetur, quid servis nequam mercedis a suis heris persolvatur: scil. verbera, compedes, pistrina, ubi magna lassitudo. *Lambin.*

14 *Patior facilius verba*] Qui *verba* hic accipiunt illa, quibus servos suos heri excipiunt, cum objurgant, nimis inepti sunt. Non enim talia debentur servis bonis et frugi, qualem se esse ac manere velle hic profitetur Messenio. *Verba* hic sunt dicta, jussa, imperia herilia. Dicit se illa, quamvis dura subinde et gravia, perpeti malle, quam immorigerum verbera. *Boxhorn.*

15 *Nimioque edo libentius molitum, &c.*] Nimio libentius edo, quod alii servi in pistrino misero labore molnerunt, quam ego aliis id, quod moleste moluerim, edendum præbeo. *Lambin.*

20 *Metum ut mihi adhibeam*] Quo scilicet deterritus in officio maneam. *Taubman.*

24 *Postquam malum promeritum est, &c.*] *Promeritum* hic et passive et in malam partem est positum, quod rarius; pro 'commeritum.' Sic et Amph. II. 1. Donatus: '*Promeruit*, est adjuvit, profuit: cui contrarium est *commeruit.*' Sententia est: Nam illi, qui nullo metu afficiuntur, neque metu deterriti, a culpa abstinent; postquam malum commeruerunt, tum denique metuunt. *Lamb.*

30 *Neque utrum, &c.*] Donza legit, *Neque ut eum ex hoc saltu damni, &c.* et *saltum damni* accipit quemadmodum, 'montes mœroris,' 'montes mali.' Sed longe distat a vulgata lectione, quod habet V. Cod. *Utque meum ex hoc saltem Epidamno alvum eluam amphora.* Alludit ad damnum heri, quod datura esset Erotium, et Epidamnum civitatem in qua erant. Videtur autem cupere in eo heri damno, saltem participem fieri prandii, ad quod acceptus fuerat Menæchmus ab Erotio; quod ut supra sæpius, ita et hic

Digitized by Google

μεταφορικῶς prælium vocat. *Meum alvum*, masculine, sic alibi: 'Cum has herbas in suum alvum congerunt.' Et Accius in Annal. teste Nonio, 'alvus quam frigidissimus.' *Depugnato prælio*, hoc est, finito prandio, et sublatis mensis, ut jam nihil sit quod bibam, quo alvum meum eluam. *Dissald.* Iste V. C. est editio Parisina, in qua sic legitur a conjectura Sarraceni, ut videre est apud Gruter. Sed vere veteres codices, *Neque utrum ex hoc saltu damni salvom ute duo anfora.* Unde scribendum, *Atque ut eum ex hoc saltu damni salvom ut educam foras.* Fores pultabo, ut adesse me sciat, et ut eum ex istis Caudinis Furculis, ex loco tam insidioso, educam. Τὸ *ut* repetit eo modo, quo Bacchid. IV. 6. 18. *Educam* vidit Parens, quod frustra spernit Gruterus. *Scio eliciam* est a conjectura Camerarii. Alii olim editi, *alium eluo an phora.* De prandio nugæ. Translatio est ab iis, qui in loco saltuoso et insidiis opportuno circumsidentur ab hostibus, et sustinent, donec subsidia veniant. *Depugnato prælio*, id est, postquam jam captus, sub jugum actus, despoliatus est. *Gronov.*

SCENA VII. 3 *In medicinam*] V. N. Epid. II. 2.

4 *Crura aut latera*] Nisi quidem vos vestra crura compedibus vinciri, aut latera virgis cædi velitis. *Lamb.*

7 *Cum venietis*] V. C. *ut venitis:* et valet, simulac. *Scriv.*

17 *Luci deripier*] Singula habent emphasin, 'pacato opido;' 'luci;' 'in via;' 'liber.' *Taubm.*

25 *Face ut oculi locus, &c.*] Fac ut oculus ei sit erutus. *Lamb.*

28 *Pecte pugnis*] *Pectere* est multare: hinc 'depectere,' 'circumpectere,' malum aut infortunium alteri dare. Terent. Heautont. 'depexere' et 'exornare' jungit: 'adeo exornatum dabo, Adeo depexum,' &c. *Gruter.* Interim notandum, histriones istos serio male multatos: deque eis Juvenal. Sat. X. 'ridere potest quis Mamercorum alapas: quanti sua vulnera vendant, Quid refert?' carpit enim nobiles qui sua voluntate sipario se locant, et pulpita sponte conscendunt, personam qualemcunque sustinentes: ita et apud Terent. Adelph. II. 1. 'pugnis male excipitur Sannio.' *Taubm.*

30 *Bene ora commentavi*] Fortasse melius scriberetur, una litera dempta, *ora commetavi.* Qui metas ponebant et metabantur agrum, variis locis palos infigebant ad mensuras agendas; *commetare* autem pro *commetari.* Salmas. Si cui lectionem vulgatam tueri placeat, haud incommodam ex ea sententiam eruet, si *commutare* simpliciter accipiat pro deformare ora, vulneribus nempe. Neque certe alind hic quærendum. *Boxh.* Haud scio unde petiverit illam vulgatam lectionem *commutavi.* Omnes enim et scripti et editi *commentavi*, idque recte explicat Gruterus: ut Psend. I. 5. 'Stilis ulmeis conscribere:' ut Catullus: 'Ne laneum latusculum natesque mollicellas Inusta tibi turpiter flagella conscribillent.' *Gronov.*

33 *Nam absque ted esset*] Oratio solemnis et perelegans, 'absque te esset.' Notata etiam Turnebo II. 28. et L. Fruterio Verisimil. II. 1. Usus eadem et Terent. Phorm. I. 4. *Taubman.*

39 *Sic sine igitur*] Quindecim versus sequentes varie transpositi sunt in Mss. Camer.

57 *Secius quam somnia*] Hunc locum Varro olim in Plautinis Quæstionibus sic explicavit: 'Nihilo magis narranda esse, quam si ea essent somnia.' Gloss. '*Secus*, aliter, unde *secius.*' Boxhorn.

SCENA VIII. 2 *Quin modo eripui, homines*] Nihil magis Plautinum, et frustra tumultuantur interpretes, accusantque Lambinum, qui recte intellexit. Dicit enim, quin modo te, quia sub-

Digitized by Google

limem ferebant homines quatuor, eripui illis. At est, qui putat se observasse *eripere* quandoque esse disjicere, dispellere. Nimia mira. Ubi hoc quæso? Cicero dicit 'eripere lucem:' at id non est disjicere, sed auferre. Rursus Silius dicit 'tenebras eripere lucem.' Ne hic quidem aliter: sic, 'rebus nox abstulit atra colorem:' attamen Virgilius, 'nubem eripiam.' Sane et nubes disjici vel dispelli potest, non tamen 'eripiam' hic est dispellam, sed demam, detraham. Nec denique secus Silio, 'Eripiunt flammæ noctem:' auferunt enim, ut videatur ibi non esse. Nullo igitur hic sano sensu scribetur, *Eripui homines, qui te ferebant sublimem quatuor.* Gronov.

7 *Me petere*] E taberna diversoria.

10 *Mepte*] Me ipsum. V. N. Asinar. III. 3.

Scena IX. 1 *Si vultis per oculos*] Etsi per oculos velitis jurare, nihilo magis tamen efficietis, ut ego pallam et spinther abstulerim. Alloquitur Erotium et ejus ancillam. Et hic incipit ἀναγνωρισμός. *Lamb.*

8 *Non ædepol ita promeruisti de me, &c.*] Cum me e manibus servorum, qui me sublimem rapiebant, eripuisti, non ita sane de me promeritus es, ut pigeat me quidquam facere, quod tu velis. Sic infra eadem fabula, 'Promeruisti, ut ne quid ores, quod voles, quin impetres.' *Lambin.*

13 *Ego hunc censebam esse te*] Ego hunc, qui herus meus non est, putabam esse te, qui herus meus es. Sed attendat lector, usque adhuc errare Messenionem, et eum putare esse herum suum, qui non est; eum, qui est, non putare. *Lambin.*

15 *Delirare mihi videre*] Nunc errans Messenio in viam rectam ab hero revocatur, qui sic servum reprehendit. Desipere mihi videris Messenio, qui te servum meum esse neges, hujus esse dicas: an non memini-sti, te una mecum hodie e navi exire? *Lamb.*

20 *Imo equidem adolescens, &c.*] Imo equidem, o adolescens: quamvis dixerim, me Moscho prognatum esse patre, ut sum, non tamen tuum tibi patrem occupare aut præripere, æquum esse arbitror. Nam fieri potest, ut et ego Moscho patre natus sim, ut sum, et tu alio patre natus sis, cui nomen Moscho fuerit. *Lamb.*

24 *Nam et patrem et matrem*] Leg. *Nam et patriam et patrem, &c.* Nulla enim facta est mentio matris: infra primum quæritur, et nominatur: et firmat hanc lectionem, quod servus idem statim repetit: 'postea autem eandem patriam ac patrem Memorat.' *Lipsius.*

30 *Neque lacte est lacti*] Vide Mil. II. 2. Sic et 'ovorum similitudo' est in proverbio. *Lacte* autem veteres in recto casu dixisse, notant grammatici. *Taubm.*

58 *Vostrum patri filii quot eratis*] *Vostrum* gen. divisionis: et hic explicandus: Ex vobis, quot eratis filii patri, sc. vestro? *Lamb.* Lege, *vos tum.* Scalig.

68 *Te et patrem esse mortuum*] Si hoc verum sit, comœdia tota probetur vana. Nam cur tantopere fratrem quæreret, si rumor 'mortuum' potius quam 'surreptum' attulisset? Imo prologo clare dicitur, parentem esse emortuum, puerum vero subductum. Quare scribendum, *Postquam ad nos renunciatum est de te, et patrem esse emortuum.* Is. Pont.

72 *Post quem conspicor*] V. N. Mostell. I. 2.

73 *Frater.* M. So. *Et tu*] Si repetitum interponeretur verbum *salve*, esset et oratio perfectior, et numeri pleniores; qui absque hoc διαμέτρως sunt explicandi. *Camer.*

88 *Sed meliore, &c.*] Lipsius ad Tacit. Ann. I. XIII. Libertas seu Manumissio, inquit, duplex: justa; non justa. Justa, quæ vindicta, censu,

Digitized by Google

testamento data: non justa, quæ inter amicos in conviviis; per epistolam. Justa illa qui manumissi, plane pleneque liberi: qui altera, vinclo adhuc quodam attinebantur servitutis. Scite ergo ob hunc iteratæ (hæ sunt iterationes, quarum mentio Justin. Novell. 78.) servitutis metum Messenio servus, qui inter amicos manumissus, subjicit. Lambini commentum ineptum: Lipsii nimis longe petitum. Certo certius est, Messenionem alludere ad id, quod supra quoque a putativo suo domino Menæchmo surrepto liber esse jussus fuerat, et tamen postea a vero hero in servitutem retrahebatur. Ait igitur opus sibi esse meliore auspicio, quam paulo ante, cum etiam liber fiebat, sed non diu. *Pistor.* Vide N. Epid. v. 2. Milit. IV. 1.

93 *Mihi ut præconium detis*] Ut me in hac auctione præconis munere fungi sinatis. *Taubm.* Est autem verbum *præconium* sua natura adjectivum, ut a 'canpo,' 'cauponius,' et sic 'munus' aut tale quid subintelligitur. Cic. ad Attic. XIII. 12. 'Tibi præconium deferam.' *Gronov.*

95 *Auctio*] Vide notas Epid. II. 2.

97 *Quiqui licebunt*] Dicuntur autem res venales 'licere,' et quæ certo pretio indicatæ sunt. Contra, 'liceri.' Martial. VI. 66. 'Parvo quum pretio diu liceret.' Valla III. 28. et V. N. Stich. II. 1. *Lambin.*

99 *Vix, credo, tota auctione, &c.*] Menæchmus vix, ut credo, ex omnibus bonis auctione venditis, rediget sestertium quinquagies centum millia, id est, circiter centum quinquaginta aureorum nostrorum millia. *Lambin.*

MILES GLORIOSUS.

ACTUS I.

2 *Olim*] Est adverbium omnium horarum ac temporum. Asinaria III. 3. 126. 'an quid est olim homini salute melius?' *Grut.* Hoc cum sub oculis haberet, non intellexit, qui subjicit, 'coilum cum sudum est.' Quid faciet Rud. I. 2. 'Exsicasque arundines, Qui pertegamus villam, dum sudum est.' *Gronov.*

4 *Præstringat aciem*] Unice hoc rectum esse, quamvis Lambinus contra nitatur, docet vel solus Asconius Pedianus, dignissimus cui credatur, in re longe majori, ad illud Cic. 'Præstringat aciem:' vel a præstigiatoribus, inquit, transtulit verbum; vel a tironibus, qui ignari et rudes pugnæ etiam vano armorum sonitu terrentur præstrictis luminibus. Si a præstigiatoribus 'præstringo,' non ab antiquo verbo 'stinguo,' deducitur: si a 'præstringo,' strictura; 'præstringo,' non 'præstringuo' dicendum: alioqui 'stincturas' vel 'stincturas' diceremus: quod quis ferat? *Delrius.*

5 *Mihi*] Παρέλκει. Terent. Phorm. 'Qui mihi, ubi ad uxores ventum est, tum fiunt senes.' Ad quæ Donatus: 'Eleganter insertum *mihi*; ut in Heaut. 'Is mihi, ubi adbibit, plus paulo sua quæ narrat facinora.''

8 *Fratrem facere*] Quidquid dicant de antiqua librorum lectione *fratrem*, et quomodocunque eam exponant, non potest satisfacere, et mendosa omnino videtur. Qui ex loco Arnobiano eam confirmant, alibi errare

Digitized by Google

ostendam et vitium vitio confirmare. *Factum* igitur probo. Eo sensu et Theophrastus ζωμὸν πολὺν ποιεῖν dixit. 'Facere sanguinem' Livius, ut et Ovidius, 'Et queritur facti sanguinis esse parum.' Non potest ferri lectio *fratrem facere* in hoc Plautino loco, sed posset unius litteræ mutatione commoda sententia elici et forsitan vera, legendo, *fratres facere ex hostibus*, id est, hostes morte fratres et pares facere, dum omnes eodem genere necis adficiuntur. Ita apud Virgil. 'fratrem ne desere frater:' quasi diceret, qui fratres estis natura, etiam fato esse debetis, ut alter alterum non deserat. *Salmas. Gestit fratrem facere*] Quam sunt infelices, qui aliis rebus intenti et districti, ad quæstiones difficiles, de quibus aut nunquam aut a longo tempore non cogitarunt, respondere coguntur! Ut τὸν πάνυ fere, dum abjicit extemporalis curæ in Plautum schedia, longe alia occupatio tenuit. Nam quis potest æquo animo legere, *fratres facere ex hostibus* posse dici pro eo, quod est hostes morte pares facere, dum omnes eodem genere mortis afficiuntur. De τῷ *factum* taceo, quia Livius et Ovidius 'facere sanguinem' dixerunt: nam operas ei fecisse puto injuriam, cum vellet *fartum*; quod post Muretum certatim invaserunt. Certe et apud Arnob. l. VII. edidit, *dives sis cum fartibus*. Abeant igitur *fratres* et *fratres*. Sed quid est, quod ambo codices *gestit et fratrem?* Suspicor Plautum scripsisse, *gestit offam facere ex hostibus:* ut in Trucul. II. 7. 'Jam hercle ego te hic hac offatim conficiam:' et, 'quem ego offatim jam, jam, jam concipilabo.' Ex *offam* ductibus quibusdam obscuris et male lectis reddidit minuta scriptura librarius, *et frm.* inde *et fratrem*. Gronov.

10 *Forma regia*] 'Forma regia' corporis est dignitas egregia, et superans atque augusta, qualis regem decet. *Turneb.*

18 *Gurgustidoniis*] Per jocum a poëta fictum a 'gurgustiis,' forma gentili; ut 'Chalcedoniis,' &c. *Camer.*

18 *Panniculam tectoriam*] *Quasi ventus folia aut peniculum tectorium* lectio quidem est antiquorum codicum, sed vereor ut vera sit. Non enim facile ventus diffiare potest hujusmodi peniculum quo tectoria inducuntur, sive ex setis porcinis compactum sit, sive ex pilis caudæ equinæ. Quare omnino accedo sententiæ virorum doctorum, quibus legendum videtur *paniculam tectoriam*. In tectoriis admiscebatur lanugo arundinum ut etiam hodieque fit, ex lana decerpta pannis pectine. Vulgo enim tectoria farciunt hujusmodi tomentis ex vestibus derasis. Hinc et 'tomenta' vocabantur, quia et culcitæ iis implebantur. Unde apud Martial. 'Vellera Lingonicis accipe rasa sagis.' At olim paniculis arundinum ad hoc utebantur, quas tectoriis miscebant. *Salmas.* Turnebi est *paniculam tectoriam*, sed aliter ille interpretabatur. Intelligebat enim lanosam comam arundinis, qua integi villaticæ ædes solent, cujus meminit Plinius XVI. 36. et earum tegulo domus suas septentrionales populos operire ait. *Gronov.*

24 *Epityrum*] Apud Varronem L. L. lib. VI. recta, nisi fallor, conservata est hujus versus scriptura, minus tamen recte ibi legitur *si* pro *ni*. Nec puto quidquam aliud mutandum. Miles Pyrgopolinices jactat hic præclara sua facinora quæ in bello patraverat, maximis cum mendaciis. Artotrogus, ut etiam ex sua parte virtutes quibus pollebat prædicet, se tantum posse in comedendo gloriatur, quantum miles in pugnando se valere venditat. Unum itaque Epityrum se bene comedere posse, si modo insane esuriat, commemorat. Et ni ita sit, vult se mancupio militi illi glorioso tradi. Oportet cibi ge-

Digitized by Google

nus fuisse quod in magnam molem fingebatur: caseum in eo non fuisse, cum ex multis speciebus componeretur, sed ita dictum quod caseo accederet. Ad magnitudinem igitur casei et formam fingebatur. Hic gulosus igitur, cui inde nomen Artotrogi indidit poëta, se posse ita unum Epityrum esurientem comedere insane bene jactitat; ut miles gloriatur, se legiones diffiare uno spiritu, ut ventus folia et paniculas tectorias. *Salmas. Epityro ut apud illum*] Mss. *nisi unum Epitir aut apud illa esuriensa ne bene.* Inde mirificæ processerunt conjecturæ. Apud Varronem L. L. lib. VIII. habetur, *si unum epityrum edam apud illum esuriens insane bene.* Scioppius edidit, *epityrum estur esuriens:* ubi τὸ *esuriens* puto ex margine irrepsisse: reliqua fallenti memoriæ credidisse Varronem. Nam si quid video, scripsit Plautus, quia versus sunt senarii: *Me sibi habeto: et ego me mancupio dabo, sed u- | No epityro, ut apud illum estur insane bene.* 'Ego me mancupio dabo, sed uno epityro, ut apud illum estur insane bene.' Si quis, inquit, monstrare possit vaniorem hominem me sibi habeat, et ego me mancipabo qualis sum, non tamen sine mercede, quanquam ea non magna, nempe unius epityri, modo tam laute beneque parati, ut apud ipsum regem meum estur. Sciendum autem in Mss. ut posuimus, *et ego me mancupio dabo.* Vulgo interposuerunt *illi.* Grunterus reddidit *ei ego me.* Nos tenemus priscam manum, et pronomen facile intelligi putamus. *Gronov.*

26 *Brachium*] Ad proboscidem elephanti, quæ Latinis 'manus,' allusum. Et jocus est ex ambiguo: significat enim obscure parasitus, militem, dum aliquem olim manu cædere conatur, pæne sibi brachium perfregisse, per elephantem notans militem, quod sit instar elephanti magna bestia et stolidus, et quasi ἀναίσθητος, ut elephantus, propter corii duritiem. *S. Bosius.*

28 *At indiligenter*] Ἀλλ' ἐν ταῦτα ἐῤῥαδιούργουν. *Lamb.*

34 *Peraudienda*] Hoc etiam ex iis fuerit, ut multa alia in Planto, quæ extra scenam non eunt. *Dentes dentiant*] Dentes esuritorum hic 'dentire' dicuntur: ut enim pueri 'dentire' dicuntur, cum eis primum dentes oriuntur; sic quibus cessant a terendo cibo, quia non deteruntur, grandescere videntur, atque dentire, populari joco. *Turneb. Dentes dentire* Græci dicunt μυλιᾶν: ut Hesiodus, δεινὸν μυλιόωντες. In eadem significatione *dentire* Varroni ἔως ποτὲ περὶ ὠρῶν: ut in Pluto: *Teges ruina, ne jacentem sub dio Ambesset algus dentientem frigore.* Hipponax, βαμβαλίζειν: Δὸς χλαῖναν Ἱππώνακτι: κάρτα γὰρ ῥιγῷ, Καὶ βαμβαλίζω. *Scaliger.*

38 *Vis rogare*] Falsa sunt, ne quid dicam gravius, quæ ad hujus loci eruendam mentem adferunt interpretes. *Vis rogare* idem est quod, vis militem conscribere? Miles enim rogari dicebatur. Livius lib. II. 'Cum quinque legatis profectus, obvios in agris sacramento rogatis, arma capere et sequi cogebat.' Nulla igitur caussa fuit, quare hic locus tot correctionibus criticorum vexaretur. *Boxhorn.*

43 *Et quinquaginta, centum*] Notentur gloriosorum mores, quibus non satis est, summatim facinora sua prædicare, nisi etiam ordine enumerentur. *Casaub.*

46 *Quanta isthæc hominum summa est*] De plantis hoc exemplo sententiam suam illustrat; qua probat, 'summam' rei, in tali loco, non a 'suprema' contractam vocem esse, sed a 'sumendo' dici. *Scalig.*

49 *Offa me monet*] Nihil difficile: sed voluerunt scilicet venditare aliquid alibi, ut putabant, belle observatum, morem fuisse veteribus, ut verba

Digitized by Google

facturi assiduos comites haberent monitores, qui dicenda, si forte hæsitaret memoria, confestim suggererent. Potest fieri: nam et a memoria servos habebant. Sed tamen *πρῶ κεῖται*; 'Nominatim,' aiunt, 'salutabat singulos nullo submonente:' ita Suetonius de Augusto. At hic non excluditur ille monitor verba facturi, sed nomenclator, servus qui dictaret nomina salutandorum. *Gronov.*

50 *Assiduo edes*] Jocum esse volunt in ambiguo significationis *τοῦ edere*, quod et significet comedere, sicut parasitus hic assidue edebat militem, et ostendere et prædicare, sicut hic idem parasitus militem ut summum bellatorem assiduo laudabat: et hoc demonstrandum erat ex Glossis Papiæ. Imo neutra significatio huc convenit. Quid enim diceret miles *assiduo me edes*, hoc sensu: Assidue me comedendum et deridendum habebis? Aut etiam, assidue ostendes? quid? quomodo? Nam *edere aliquem* pro prædicare et laudare ne Papias quidem. Imo *assiduo edes* simpliciter est, victus tibi apud me suppeditabit: sed ambiguitas est in illis, 'Dum talem facies, qualem adhuc:' potest enim intelligi vel me bellatorem et heroëm vel te assentatorem. *Gronov.*

54 *At peditatus*] Quingentos milites dicit occisurum fuisse uno ictu, nisi hebes machæra fuisset. Non igitur eos occidit. Deinde addit illos ipsos quingentos reliquias peditatus fuisse, quem in ea pugna jam occiderat, si viverent, id est, nisi hos ipsos quingentos occidisset, pro reliquiis peditatus potuisse numerari. His verbis ad interoecionem totum illum hostium exercitum deletum a milite fuisse significat, ne uno quidem relicto qui nuntius esse posset cladis. *Salmas.*

63 *Ergo*] *Ergo* utrobique 'merito' significat, usu antiquo; et ita usus etiam Virgilius. *Servius.*

64 *Vinus: cæsaries*] Mss. *vida et cæs.* aut, *inda et cæs.* Itaque quidam fecerunt, *vide cæsaries.* Forte, *Ergo mecastor pulcher est, inquit mihi, Et liberalis. Una et, cæsaries quam decet. Una* nempe mulierum, quæ pallio prehenderant parasitum, *et*, inquiebat. *Gronov.*

67 *Quasi pompam*] Hæc interpretor ex illo, quod solemni pompa Romæ quotannis, Circensium diebus, in carpentis traducebantur: nam id proprie 'pompam' vocarunt. *Lips. Quasi pompam præterduci* potest competere dictum in eos, qui tarde et adfectato incessu prætereant: quemadmodum Circensium ludorum diebus thensæ cum Diis (quam *κατ' ἐξοχὴν* 'pompam' appellabant) traducebantur. Ea celebritas plerumque fiebat lento et gravi incessu. Suet. Calig. c. 15. 'Instituit matri Circenses carpentumque, quo in pompa traduceretur.' Terent. 'Transeundum nunc mihi ad Menedemum est, et tua pompa traducenda.' Alludit Horat. Sat. I. 3. 'Sæpe velut qui Currebat fugiens hostem; persæpe velut qui Junonis sacra ferret.' Et lib. II. vss. 8. 13. 'Ut Attica virgo Cum sacris Cereris, procedit fuscus Hydaspes, Cæcuba vina ferens.' Cic. de Off. I. 1. 'Cavendum est autem, ne aut tarditatibus utamur ingressu mollioribus, ut pomparum ferculis similes esse videamur.' *Gronov.*

68 *Nimia est miseria*] Profert hunc versum Donatus ad illud Terent. Eunuch. IV. 7. 'Omnia prius experiri, quam armis, sapientem decet,' his verbis: 'Animadverte, quantam vim habeant ad delectandum in comœdiis severæ sententiæ, cum a ridiculis personis proferuntur, quale est apud Plautum, ubi miles suam formam admirans ait, 'Nimia est miseria, p.' &c.'

74 *Latrones*] Id est, milites: *ἀπὸ τῆς λατρείας.* Ii et *λειτουργοί*: *λα-*

Digitized by Google

τρεύειν est *obsequi* et *mercede servire*: et 'latrocinari' pro militare, Latinis in usu fuisse norunt omnes. Varro L. L. l. VI. eos appellari scribit, quasi 'laterones,' quod adsistant lateri regis; qui nunc sunt 'stipatores' et 'satellites:' vel quia ad latus ferrum habent, vel quia mercede conducuntur, quæ λάτρον dicitur: uti 'stips' 'stipatoribus' nomen fecit. *Scalig. Dinumerem stipendium*] Militum tam apud Græcos, quam Rom. duo erant genera: illi sumptu suo militabant, et 'assidui' dicebantur; hi publico, et 'ærarii' atque 'metelli' sunt nominati. *J. Meurs.*

ACTUS II.

SCENA I. 10 *Idem est miles*] Nihil hic mutandum. *Idem* hic δεικτικῶς demonstrative ponitur. Glossæ veteres: 'Idem, αὐτὸς, idem ipse, hoc ipsum.' Idem ille miles, qui hinc ad forum abiit, herus est meus. *Boxhorn.*

15 *Labiis dum ductant, &c.*] 'Labiis ductare' hoc loco est διαμωκᾶσθαι καὶ τὰ χείλη διαστρέφειν, quod proprie dicunt de his qui ore vultuque distorto, et valgis labiis aliquem derident. Gellius 'labiorum ductu irridere' dixit, lib. XVIII. cap. 4. 'Tum ille rictu oris labiorumque ductu contemni a se ostendens, et rem de qua quæreretur, et hominem ipsum qui quæreret.' *Labiorum ductu* τῇ τῶν χειλῶν διαστροφῇ, a Græco μῶκος, 'mocosum' Latini deduxerunt, de hoc genere ridiculi quod fit non salibus et dicacitate, sed vultu et gesticulationibus. *Salmas.*

16 *Valgis saviis*] 'Valga savia' labra sunt distorta: ita enim labris conformatis ridebant militem: nam hic 'savia' labra sunt: ne, si oscula interpretaris, sit quod Græci στρεπτὸν φίλημα vocant. Hesych. Στρεπτόν· φίλημά τι τοιὸν σκολιόν. Ita quidem Scalig. Acidalius, Non, inquit, hoc ait Plautus, vagis suaviis militem a meretricibus assiduo rideri, sed inde adeo, quod assidue labiis eum ductent, valga savia sive ora prave distorta sibi ipsis fecisse meretrices: ut maxima eorum pars ex contemnifica ista obtortione jam valga savia gerat. Sed nimium fallitur. Priore versu dicitur in genere meretrices militem labiis ductare, deridere; altero exprimitur modus ductandi, dum addit, majorem meretricum partem videri 'valgis suaviis,' id est, labiis distortis, nempe, militem ductare, deridere. *Boxhorn.* Ut 'osculum,' quod proprie est 'parvum os,' sumitur pro suavio seu basio, sic contra 'suavium,' quod proprie est basium, sumitur vicissim pro ore, seu labris. Anon. apud Gellium: 'Dum semihiulco suavio meum puellum suavior.' *Valgum* quid sit docet Festus: 'Valgos Opilius, Aurelius, aliique complures aiunt dici, qui diversas suras habent: sicut e contrario vari dicuntur incurva crura habentes.' Quibus diversæ, vel in diversum apertæ suræ, iis pedes introrsus flexi, et genua quoque introrsus curva, hique 'valgi:' at alii homines pedes extra versos et apertos habentes, suras et calces introrsum actas, genua in diversum patentia, hi 'vari,' his curvantur in interiorem partem crura, pedes interius. *Gronov. Majorem partem*] Non accipio majorem partem meretricum, sed majorem partem temporis, dum incedit in earum conspectu miles, meretrices habere ora distorta, et valga, quia non desinunt eum subsannare, et alia aliam ad sannam provocare, dum in oculis est. Ut Pœnulo I. 3. 'Majorem partem in ore habitas meo.' *Gronov.*

22 *Meretricem matre Athenis Atticis*] Interpretes Athenis quasi matre natum; et quam mater Athenæ Atticæ pepererunt. Alii *æque, arcte, macte, in acta, acrem*, pro *matre*. Perperam omnes: nam meretrix 'matre Athenis Atticis' est nata matre Athenis At-

Digitized by Google

ticis oriunda. Vide Observ. IV. 17. *Gronov.*

23 *Cultu optumus*] Forte scripsit Plautus, *Multo optumus*. Ita enim Latini loquuntur, et 'multo' cum superlativo venustissime conjungitur. Haud tamen nego ex vulgata lectione commodam sententiam elici posse. Amor, qui mutuo colitur, optimus est. Ut dicatur 'amor coli,' sicut dicitur 'amicitiam colere.' *Boxhorn.* V. N. Cistell. I. 3.

29 *Vino, ornamentis*] Ornamenta sunt ea, quæ gestamus corpore induti, quibus mirum quantum inescantur lenæ sive magis meretrices. *J. Gruter.*

34 *Conjicit*] Ita acute Camerarius, ex vestigiis Mss. in quibus *contegit*, aut *contigit*. Pistoris malit *compegit* retinere, quod in vulg. est admodum proprie et ad vim quam miles adhibuit significandam, et ad navis angustias atque molestias. Sic 'compingere in carcerem.'

38 *Inscendo*] Sic Cic. aliquoties 'conscendere,' absolute, pro navem conscendere. *Taubm.*

39 *Id quod volunt*] Quod genus istud maxume cupit et solet. *Taubm.*

60 *Machinas*] Quas postea 'facetas fabricas,' et 'doctos dolos' appellat.

61 *Facerem convenas*] Συνηλύτους: fortasse τὰς συνουσίας εἰς ἀφροδισιασμὸν innuit. 'Conventiones' enim et 'convenire,' pro liberis operam dare, legitur apud Arnob. lib. VII. Et 'conventus,' pro concubitu, lib. II. 'Et conventu Jovis inseminati et nati sunt.' *J. Gul.*

70 *Glaucomam*] *Glaucoma* vitium oculorum, quod Celsus lib. VI. 'suffusionem' appellat, Græci ὑπόχυσιν, Plinius semper 'glaucoma.' *Taubm.* Glaucus color cæruleus est, id est, subviridis, albo mixtus, et quasi clarus, defniente Junio Philargyrio, vetusto commentatore Virgil. ad Georg. III. 82. ubi etiam Servius, 'Glauci sunt felineis oculis.' Ceterum ne feles quidem, qui cetera glaucos habent oculos, pupulam glaucam habent, sed nigram, ut omnia animalia. Quod si pupula præter naturam glaucescat, impeditur visus et existit vitium in oculis, quod 'glaucoma' appellant. *Gronov.*

72 *Hodie vicem*] Hæc mulier Philocomasium duarum mulierum partes agens aut personam sustinens, duarum imaginem feret. *Lamb.*

76 *Foris concrepuit*] In Græcia omnes omnium ædium fores non introrsum trahendo, sed in viam publicam pellendo aperiebantur: quoniam autem periculum erat, ne quispiam, qui aut præteriret, aut pro foribus staret, ab impulsa janua pelleretur; ideo qui exituri erant domo, solebant prius ipsimet intrinsecus aut fores ædium suarum percutere, aut crepitu digitorum indicium facere; ut illo strepitu admonerentur, qui foris erant, cavere sibi, atque eatenus absistere, ut ne læderentur. Hinc factum ut in Plauti ac Terentii fabulis nunquam fere quisquam egrederetur, ut non antea fores crepuisse dicerentur. *Muret.*

SCENA II. 2 *Faciam latera lorea*] 'Latera lorea' sunt latera virgis cæsa et lacerata: quod corium sic vapulantium in lora scindi videatur; nam 'lora' corium in corrigias scissum significant. Perinde igitur est, ac si diceret, e vestro corio scindam lora virgis. *Turneb.*

5 *Quemque a milite*] Sic alibi, 'foris concrepuit a sene,' id est, senis. Particula enim *a* vel *ab* sexto casui juncta inducit vim patrui. Nec abhorret ab hac elegantia Lucr. 'Fulgor ab auro: Ceres ab Iacho:' pro, *auri fulgor: Iachi Ceres.* Mira est illa dicendi ratio apud Cic. Epist. 'reus a Milone,' id est, accusatore Milone. *Gifan.*

7 *Quid ille gallinam, &c.*] Venusta et antiqua locutio; quæ sic explican-

Digitized by Google

da: Quantum ad illud attinet, quod is caussari velit, se gallinam, aut columbam, aut simiam, quæ domo aufugerit, persequi; nullam accipio caussam, actum est de vobis, nisi ad mortem eum verberaveritis. *Muret.*

9 *Ut ne legi fraudem faciant talariæ*] Assentior illis qui allusum putant ad legem aliquam circa illa tempora latam, de lusu talorum ac tesserarum vetando. Nec enim puto intelligi posse de magistro convivii sive symposiarcha, qui talorum jactu creabatur. Lex talaria de talis tum recens lata, ut videtur, fuerat, quæ non diu tenuit, ut ejusmodi leges de rebus levioribus et quibus populus delectatur, ut facile abrogantur, ita difficulter servantur. *Salmas. Fraudem faciant talariæ*] 'Lex talaria' est ratio normaque ludendi talis, quam migrare non licet, nisi, quæ callidorum ars, fallendo collusorem. Cicero in Verr. 'Iste prætor severus ac diligens, qui populi Romani legibus nunquam paruisset, illis diligenter legibus, quæ in poculis ponebantur, obtemperabat.' Petronius: 'Quod amica non se dimisisset, nisi tribus potionibus e lege siccatis.' Prudentius Psychom. 'laxa genearum lege teneri.' Sic 'aliud ejus fori, aliud triclinii,' Cic. pro Cæl. Ita lex ludi talorum, 'lex talaria.' Quid sit 'legi fraudem facere,' liquet ex Livio lib. VII. 'Sua lege decem millium æris est damnatus, quod mille jugerum agri cum filio possideret, emancipandoque filium fraudem legi fecisset.' lib. X. 'Quid ergo attinere leges ferri rogitans, quibus per eosdem, qui jussissent, fraus fieret.' Rescriptum D. Antonii: 'Quod si constitutioni meæ fraudem fecerit, sciat me hoc admissum severius exsecuturum.' Talis in conviviis utebantur non ad strategi tantum aut modimperatoris lectionem, sed etiam ut lusu inter vinum hilaritatem provocarent. In Curculione II. 3. miles cum parasito post cœnam talis ludit. In Asinaria apud scortillum Demænetus cum filio Argyrippo talos jaciunt. Ergo 'ne fraudem,' &c. est, ne inter ludendum talis se decipiant in convivio, demite iis talos. Oratio magnifica vocum sono, sensu levis. 'Sine talis' duo significare potest, et crurifragium et talorum lusoriorum inopiam. Sic apud Phædrum: 'sinistram fregit tibiam, duas cum dextras maluisset perdere.' *Gronov.*

14 *Estne advorsum? &c.*] Cum Grutero sentio, legente ex scriptis codicibus, qui verba illa *collaturus pedem* ignorant, *itne advorsum? it quasi.* Scriptum fuit vitiose, *et ne advorsum*, pro *it ne advorsum*: unde factum est, *estne advorsum.* Salmas. *Estne advorsum? est quasi*] Hactenus scripti: unde restituendum censeo, *Aggredior hominem: et en advorsum it quasi.* Dum pronunciat initium versus Palæstrio; flectit se Periplectomenes in ingressu, ut desineret esse aversus Palæstrioni, et ei tergum ostendere, non tamen omnino fieret adversus, sed latus ei objiceret, et quodammodo fieret adversus. *Gronov.*

22 *Inquam, in tegulis*] Quia postremæ duæ voces neque in scriptis neque in edd. antiquis habentur, cancellentur sane: sed ut cedat versus, ut omnes tota hac scena, scribatur *inquio.* Gronov.

26 *Se ut videant domi familiares*] Scil. militis. Jam *se* pro *ipsam* more Plauti positum esse ait Gruterus. Sententia est: Jube, si vis Philocomasium transire ad nos, quam citissime fieri possit, ut familiares militis videant se, id est, ipsam Philocomasium domi. *Lamb.*

28 *Omnes crucibus contubernaleis dari*] Sic Aul. I. 1. 'ego te dedam discipulam cruci:' te suspendam; faciamque ut crux te discipulam scribere doceat, et longam unam literam facere. *Turneb.*

29 *Dixi ego istuc, &c.*] Proinde ha-

Digitized by Google

bere debes, ac si dixerim. *Lamb.*

30 *Paret artem, &c.*] Simulet, dissimulet, mentiatur, nec colorem mutet. *Lamb. Hei quemadmodum*] Quando omnes scripti et editi veteres, *Et quemadmodum;* cur substituerint τὸ *Hei,* causam non video. Esset aliqua, si servus hoc diceret, qui et paulo ante, *Væ mihi:* senex ut ita diceret, necesse non est. Sic Virgilius, 'Et quæ tanta fuit Romam.' *Gronov.*

33 *Os habet, linguam, perfidiam*] Homo est impudens, perjurus, interpretantur, quasi de Sceledro loquatur. At Philocomasium meretrix hic quoque describitur. *Gronov.*

37 *Delenifica facta*] Θελτικὰ, ἀπατηλὰ facta; ad decipiendum comparata. *Lamb.*

38 *Si qua est mala*] Sententia horum est: Mulier, quæ natura et ingenio malo est, non necesse habet noxium olus ex alieno horto petere, domi illud habet. *Boxhorn.*

39 *Ad omnes mores, &c.*] Per hortum significat fontem et copiam malitiarum muliebrium. *Lambin.* Hæc corrupta sunt. Non enim respondet ab horto ducta metaphora, 'hortum habet et condimenta.' Præterea scripti codices habent *moles maleficas:* unde emendandum puto, *Domi habet hortum ac condimenta ad omnes olas maleficas. Ola,* vetus pro 'olla' Quæ ex horto sumebantur condimenta, in ollis coquebantur: unde proverbium apud Catullum, 'ipsa olera olla legit.' Dicit igitur mulierem habere hortum et condimenta ad omnes ollas maleficas, ex quibus omnes ollæ, in quibus malæ et venenatæ ac maleficæ herbæ impleri possent atque instrui. *Salmas.*

46 *Severa fronte curas, &c.*] Graphice vultum statumque ac gestus omnes hominis cogitabundi exprimit. Quasi dicas: Adstricta, caperata seu corrugata ac matutina fronte curas una pariter cum superciliis adducens, et velut sursum compellens ac 'cogens:' a cujus simplicis verbi fonte frequentativum illud 'cogitans' deductum videri potest, velut coagitans unum in locum. 'Cogere' enim simul agere est, quasi tu 'coigere' dicas. Nec abit a vi propria verbi illud Virgil. Georg. I. 'Quid cogitet humidus auster.' *Douza.*

48 *Ecce autem avortit*] Repræsentatur hoc loco ritus computandi antiquis illis frequentatus: qui non manus tantum occupabat, sed et assumebat alias corporis partes: de quo heic sufficiat unum Bedæ locum annotasse: 'Veteres,' inquit, 'cum X. millia significabant, medio pectori lævam supinam admovebant, digitis ad collum erectis: cum XX. millia, eandem expansam pectori apponebant: cum XXX. millia, eadem manu prona et tamen erecta pollicem ad cartilaginem medii pectoris adfigebant: cum XXXX. millia, eandem in umbilico erectam supinabant: cum L. millia, ejusdem pronæ et erectæ pollicem umbilico applicabant: cum LXX. millia, eandem supinam femori item lævo imponebant: cum LXXX. millia, eandem pronam femori admovebant,' &c.

49 *Dextera digitis rationem*] De ratione computandi per digitos accipe hæc: Apul. Apol. 'Si triginta annos pro decem dixisses, posses videri pro computationis gestu errasse; quos circulare debueris, digitos aperuisse: cum vero quadraginta, quæ facilius ceteris porrecta palma significantur, ea XXXX. tu dimidio auges, non potes digitorum gestu errasse.' Porro omnes numeri usque ad centesimum in sinistra locabantur: in dextra centesimus incipiebat, inde rursum ducentesimus ad sinistram referebatur. Hinc intelligendum, quod apud Juvenal. Sat. X. 'Felix est nimirum, qui per tot sæcula mortem Distulit, atque suos jam dextra computat annos.' Tale est Græcum Nicarchi de anu

Digitized by Google

Anth. II. p. 194. γῆρας ἀριθμεῖσθαι δεύτερον χερὶ λαιῇ ἀριθμένη. Hieron. adv. Jovianum: 'Centesimus numerus de sinistra transfertur ad dextram.' *Gronov.*

50 *Quod tactu ægre suppetit*] In excerptis ex Ms. codice, quæ apud me sunt, legitur *quid factu*. Et haud dubie ita legendum est. Τῷ vulgato *tactu*, nullus hic locus. Quid facto opus sit ægre suppetit, non succurrit. *Boxhorn.* Cum libri habeant *factu* pro *tactu*, nihil dubii est quin ita debeat legi: nam si libri non haberent, sic ex conjectura deberet restitui. 'Quod ægre factu suppetit,' quod ægre suppetit ad faciendum. *Salmas.*

56 *Nam os columnatum*] Apparet jam tum etiam, cum hanc Fab. commentaretur Plautus, Nævium, ob maledicentiam Romæ in vinculis triumviralibus seu custodia publica fuisse: unde postea, cum hariolum et leontem fabulas scripsisset, in iisque petulantias dictorum, quibus multos ante læserat, diluisset, per tribunos pl. liberatus est. 'Os columnatum' autem jocans vocat, os brachio tanquam columna subnixum. Nævius enim in commentando solebat manum mento suffulcire. *Douz.*

57 *Bini custodes*] Veteres illi canes vocabant 'custodes;' et contra, qui custodiæ præfecti erant, 'canes.' Sic Columella 'mutos custodes,' et carmen Phallic. 'custodes' dixit canes. Quo Plautus hic αἰνιγματικῶς allusit. *Scalig.*

58 *Dulice*] Ita J. Gul. *Dulice, δουλικῶς, serviliter.* Ait enim, servum personam suam præclare agere, et statum in comœdia servilem egregie repræsentare. Ceteri *dulce.*

62 *Au! feriatus ne sis, &c.*] Puto, cum Mss. legant constanter *anseriatus*, legendum esse *cantheriatus ne sis*: id est, cantherino ritu astans ne dormias: quomodo alibi Plautus est locutus. 'Cantherior' finxit a 'cantherius,' ut a 'vulpes,' 'vulpinor' componitur. *Boxh.* Omnes ferme libri in hoc versu scribunt, *anseriatus ne sis.* Certe probarem legi *cantheriatus ne sis*, vel *cantherii ritu ne sis.* Cantherii equi castrati quos hongros vulgo vocamus. Hi multum laborabant, aut ferendis oneribus, aut trahendis carris, multumque adeo fatigabantur, ideo semper fere dormitabant, ubi paullo cessaverant. Hinc 'cantherino ritu adstans somniat' alibi apud Plautum. Cum hic igitur toties repetat *vigilia*, huic opponit cantherii ritum, quia sæpe præ lassitudine dormitant cantherii. Et fortassean inde verbum factum 'cantheriari,' ut recte conjecit clariss. Boxhornius. *Salmas.*

63 *Lucet hoc, &c.*] Δεικτικῶς, cœlum. *Turneb.*

67 *In obsidium perduelleis*] Videtur 'perduelles' posuisse, quia dicimus 'obsidere perduelles:' nam 'perduellium' dicendum erat. Aut assentiendum Camerario, qui pro *curre* legit *coge:* idque assentiente Lambino; sed dissentientibus Lipsio et Douza, qui *curre* approbant. Vel, quo nihil puto simplicius, 'perduellis' singulo numero posuerit, pro 'perduellium:' quasi dixisset 'in obsidium hostis,' sive 'populi hostilis.' *Voss.* Non satisfaciunt mihi in hujus loci explicatione viri eruditi. Omnino legendum censeo, *Curre in obsidium, perdue illos, nostris præsidium para. Perdue,* pro 'perde,' ab antiquo 'perduo.' *Boxhorn.* Non improbarem legi, ut Boxhornius conjectavit, *curre in obsidium, perdue illos,* nempe hostes, de quibus præcedit in vs. 64. 'Viden' hostes tibi adesse?' Potest tamen etiam ferri vulgata. *Salmas.*

73 *Magnam illic homo*] Puto scribendum, *magnam illic homo rem incipissit, magna mœnit mœnia.* Salmas.

74 *Si recipere hoc ad te dicis*] Tute unus si dicis, te tuo periculo promittere fore, ut hoc negotium abs te conficiatur; certa spes est, nos in-

Digitized by Google

imicos posse perdere. *Recipere, ἀναδέχεσθαι*, et *ἐφ' ἑαυτῷ δέχεσθαι. Taubman.*

79 *Juxta mecum*] Æque atque ego. V. N. Aul. IV. 7. *Salva sunres indidem*] Id est, recte et tuto apud me deposueris, seu mihi credideris: non enim ea cuique vulgabo; sed salva et integra, qualia accepero, ex eodem loco, in quo deposueris, tolles. Tralatio a rebus depositis et creditis. Vide et not. Trin. I. 2. *Taubm.*

80 *Herus meus elephanti corio circumtentus est, non suo*] Respexit non ad naturam animalis, quod teste Cic. acutissimi sensus est, et bellnarum prudentissima; sed ad nudam duntaxat pellem; quæ, quo durior est et crassior, hoc belluæ est congruentior; quo autem tenerior, eo homine magis digna, et divino ejus ingenio accommodata. *Gruter.*

95 *Causæ*] *Προβάσεις*, prætexta, excusationes. *Lamb.*

97 *Operæ non est*] Id est, non est vacua. Infra act. III. sc. 2. 'Non operæ est Sceledro.' Et V. N. Casina v. 2.

98 *Quantum vis prolationum*] Procrastinationum, *ἀναβολῶν.*

107 *Sermoni suo*] 'Participare aliquem alicui rei,' est conscium et participem alicujus rei facere. Eadem syntaxi Lucret. lib. III. 'Ut dentes quoque sensu participentur.' 'Sensu' dixit pro 'sensui,' ut Virgil. 'venatu' pro 'venatui.' *Gronov.*

111 *Ad eum vineas pluteosque agam*] Allegoria a re militari, qua significatur, se machinas omnes et artes adhibiturum, quibus Sceledro et militi persuadeat, sorores germanas inter se simillimas esse. *Lips.* Milites Romani in obsidione opera facere, aut muros subruere, solebant tecti generibus quibusdam machinarum, quas 'vineas' et 'plateos' appellabant: inter quæ duo hoc intererat, quod plutei erant similes appendicibus ædificiorum, quæ in unam tantum partem tectum habent, ut et plutei, in quibus scribimus: vineæ in utramque partem devexitatem tecti habebant. Utriusque munimenti descriptio est apud Vegetium IV. 15. *Gronov.*

SCENA III. 8 *Insiliamus*] Duo præcipua in historia crucis sunt, *τὸ ὑποπόδιον, καὶ τὸ ἐξέχον πῆγμα*, et tertium funes. Nam supplicio afficiendi pede in suppedaneum posito, crucem adscendebant: unde 'ascendere in crucem,' et 'insilire,' et 'crucissalus' in Bacchidibus. *Scalig.*

9 *Istam insulturam et desulturam*] Jocatur; et fortassis alludit ad desultores, qui duobus absque ephippiis utentes equis ex uno desiliebant, et in alterum mira celeritate insiliebant. Hinc 'desultoria levitas;' et 'desultorius,' inconstans, instabilisque ingenii homo.

11 *Scis*] Contractio prisca est, pro *scias*. Tute, inquit, tibi soli scias, mihi ne dixis, pro 'dixeris.' J. Gal.

15 *Te istuc æquum*] Jocus Plauto familiaris, ut notavit olim Palmerius. Sed sciendum distinctionem factam ex sensu Palæstrionis, non ut ea videtur intelligere altera persona. Te istuc faciant Dii æquum est, quod mihi ominari cœpisti. At Sceledrus accipit, quasi diceret: 'Te istuc æquum, quoniam occœpisti, eloqui:' æquum est te pergere in narrando quod incepisti. Utrique sensui satius videtur fore, *quod jam occœpisti;* ut video etiam placere Dissaldæo. *Gronov.*

17 *Cum altero*] Id est, alio. V. N. Trucul. I. 2.

22 *Temere haud tollas fabulam*] Alludit ad morem patrum qui agnoscebant recens natos liberos, tellure cadentes tollendo ac suscipiendo. Qui tollebat infantem, patrem ejus se profitebatur, puerum educabat ac nutriebat; sic 'tollit fabulam,' qui ejus se facit auctorem, qui incipit serere ac fovere, qui pro vera ag-

Digitized by Google

noscit. Hinc existit quidem ut palam fiat ac divulgetur: non tamen 'tollere' proprie est divulgare et palam facere. *Gronov.*

28 *Tuis nunc cruribus capitique fraudem capitalem hinc creas*] Cruribus tuis compedes, et capiti, id est, vitæ, extremam pœnam hoc sermone, si palam fiet, paras: veteres enim 'fraudem' pro pœna ponebant.

31 *Mihi nihil*] Sed rei potius.

32 *Eadem illi insidias dabo*] Eadem opera ex occulto loco Philocomasium observabo, quam tempestive, hanc partem versus, se in ædes nostras recipiat e domo vicini.

33 *Horsum ad stabul.*] Quia pasta jumenta redeunt domum ad stabulum; festive usurpavit de muliere ab amatore, tanquam a pabulo domum redeunte. Virgil. 'Ite domum pasti, si quis pudor, ite juvenci.' *Passer.* *Junix*] Δάμαλις. 'Junix teneræ ætatis fœmina bos est, quæ jam desiit vitula esse, mares eadem ætate dicuntur juvenci.' Ita autem nominat Philocomasium. *Cornutus.*

39 *Credo hercle has sustollat ædes totas, &c.*] Antiquitus moris fuit, ut in magnis sceleribus non modo animadverteretur in homines ipsos, qui deliquerant, sed eorum quoque sedes: quod probo ex Varrone, Val. Max. VI. 3. Cicerone, Livio, Quint. III. 7. aliisque. *Gruter.*

41 *Sese venditat*] Id est, vendere et prostituere cupit. *Turnebus.* V. N. Stich. II. 1.

42 *Interminat*] Minaci voce me inclamat? *Taubm.*

50 *Mirum est lolio victitare te, tam vili tritico*] Quasi dicat: Si triticum carum esset, non esset mirum te lolio vitam tolerare; nunc vero cum tam vile sit triticum, &c. Constat autem lolium, propter vapores acres quos in cerebrum tollit, non solum ebrietatis speciem quandam creare, sed oculos vitiare et obtundere. Ovid. Fast. I. 'Et carent loliis oculos vitiantibus agri.' *Lamb.*

51 *Luscitiosus es*] 'Luscitionem' dici putat Ulpian. ubi homo lumine adhibito nihil videt: cui et Nonius adstipulatur, et Varro. Sed Festus ait, vitium esse oculorum, cum quis clarius vespertino tempore, quam meridie cernit. Interim hunc locum propius inspicienti patet, per 'luscitiosum' non intelligi hic eum qui nihil, sed qui male aut parum videt. Sequentia ista, 'ædepol tu quidem cæcus, non luscitiosus,' satis ostendunt hanc hujus vocabuli esse significationem. *Bexhorn.*

53 *Ludis me, Palæstrio.* PA. *Tum mihi sunt manus inquinatæ*] Ita sine interrogatione ἀνοφαντικῶς lego, ut jocus sit ex ambiguo. Nam Sceledrus 'ludis me' sic accipit, ut 'me' sit acc. casus; Palæstrio, ut sit sexti; ut cum dico, 'Ludere pila, disco.' *Douza.*

54 *Quia ludo luto*] Quia, inquit, cum ludo te, (*te*, sext. casus) proinde est, ac si luto ludam; tu enim homo lutulentus es: qui autem lutum manibus tractant, inquinantur. *Douza.*

69 *Solarium*] *Solarium*, locus ubi solent apricari. Fiebat autem in ædibus ad excipiendam auram et vaporem solis. Dicitur et 'hellocaminus.' *Turneb.*

73 *Pedes ego jam*] Puto legendum, *per ædes ego jam illam huc tibi sistam in viam.* Id omnino volunt præcedentia, præsertim ista: 'Quid nunc si ea domi est, si faciam ut eam exire hinc videas domo, Dignus es verberibus multis?' Hoc enim agebatur, ut palam fieret domi eam esse, domo exituram. *Bexhorn.* Non videtur reponendum *per ædes* pro vulgato *pedes.* Dicit se non ascensurum esse in tegulas vel in solarium vel impluvium, ut eam in viam sistat, sed peditem id facturum, id est, de plano. *Salmas.*

SCENA IV. 3 *Mihi sola e quo superfit*] Scribendum censeo, *Mamixi nudas*

Digitized by Google

ut sint malæ, mihi solæ quo superfit. Solæ pro 'soli' ἀρχαϊκῶς. Se tantum abundare malitia ait, ut soli sibi id superfiat. *Quo* pro 'quod,' ut sæpe, scriptum fuit. *Salmas.*

6 *Credo ego istoc exemplo*] Cum Sceledrus in ostio staret, mulierculam redituram exspectans, ne qua elaberetur; ad eum Palæstrio, Bene est, inquit, forma et status in te, qui mox erit; cum herus alligatum te patibulo per urbem ducet. Atqui stetisse eum opinor manibus ante se projectis et leviter diductis, habitu quo solent captantes et apprehensuri. *Lips.* *Extra portam*] Scilicet, Metiam; quæ eadem cum Esquilina. Supplicia pleraque apud Romanos sumi solita extra portas: credo, ne frequenti sanguine et cæde contaminari oculi civium, aut delibari videretur libertas. Itaque et carnifex domum habuit extra urbem. *Lips.* Fuit Athenis, sed et in aliis urbibus, janua una, quam χαρώνειαν θύραν vocabant, qua ad supplicium educebantur capitis damnati. Hinc hoc loco proverbium, 'extra portam ire.' Seneca Controv. lib. I. 'Extra portam istam virginem.' Respondet istis Græcorum, ἐς μακαρίαν et ἐς κόρακας, Terent. 'Malum foras.' *Casaub.*

26 *Clatrata*] Clatris vallata. Clatri seu clatra virgæ sunt ligneæ aut ferreæ, quibus fenestræ muniuntur. Hinc 'clatrare' etiam apud Columell. IX. 1.

27 *Intendere*] Donatus ad Terent. Eun. III. 3. 'Intendere est crimen in adversarium jacere.'

33 Sc. *Palæstrionis somnium narratur*] Ita *Palæstrionis*, non *Palæstrioni*; ipsa sententia clamitante: ut significet Sceledrus, se ita maculam et stupidum non esse, ut non percipiat somnium quod sibi et Palæstrioni a Philoc. narratur, Palæstrionis ipsius commentum esse, eamque de compacto verbisque adeo conceptissimis hoc agere. *Douz.*

34 *Ego læta visa*] Quid opus est idem verbum sequenti versu repeti? Numquid fuit, *Ego læta viso?* ut apud Livium l. XXI. de Hannibale: 'Hoc visu lætus tripartito copias Iberum traduxit.' *Gronov.*

41 *Comprecare*] 'Comprecari' nihil alind est, quam mola salsa aut ture devenerari, id est, deprecari somnia, pacemque ac veniam a prodigiali Jove Diisque Averruncis, id est, malorum depulsoribus omni suppliciorum ac piamentorum genere exambire. Quo item pertinent ea quæ habes infra act. III. sc. 1. de precatrice, conjectrice, hariola, atque aruspica. *Douz.*

45 *Domi certo*] Scilicet Philocomasium, &c. *Taubm.*

Scena V. 1 *Inde ignem in aram*] Philocomasium, ea ipsa, quam Sceledrus cum Pleuside osculantem vidit, domo Periplectomenis exiens, quasi soror sit germana Philocomasii, non Philocomasium: quasique peregre paulo ante venerit, et ex adversa tempestate servata sit, hic Dianæ Ephesiæ sacrificare et gratias agere, et vota solvere parat. Alloquitur autem ancillam. *Lamb.*

2 *Arabico fumificem*] *Arabo* N. *Scriver.*

3 *Templisque turbulentis*] Idem quod 'loca Neptunia.' Sicut legimus apud Ennium, 'Cœli templa,' et 'Acherusia templa;' ita et 'Neptuni' seu 'Neptunia templa,' pro mari. Varro lib. VI. in principio: 'Templum tribus modis dicitur, ab natura, ab auspicio, ab similitudine. Natura in cœlo; ab auspicio, in terra; ab similitudine, sub terra.'

16 *Quin ego*] V. N. infra act. III. sc. 3.

19 *Ne nosmet perdiderimus inspiam*] Sic Amphit. I. 1. 'Ubi ego perii?' &c.

21 *Nos nostri an alieni*] Nostræ familiæ, an alienæ: ita mox, 'Certe equidem noster sum.' *Lamb.*

Digitized by Google

26 *Glycere nomen*] Hoc ita tuetur Gruterus contra Cl. Meursium, quem vide, si operæ. Vide et not. act. III. sc. 1. extr. *Taubm.*

40 *Ostium hoc mihi domicilium, &c.*] Littera inserta, emendo *hosticum hoc*, id est, peregrinum. Nam 'hostis' antiquitus, qui nunc 'peregrinus.' Callida igitur illa mulier, cum servus eam vi conaretur domum abstrahere, dissimulans se eam esse: Mi homo, inquit, vide ne erres: equidem hic non habito: sed hoc Periplectomenis hospitio tantum utor, ut peregrina. Athenis est vera domus. Res clara ex fabulæ argumento. *Lips.*

41 *Athenis domus ac herus*] Pro *hostium hoc mihi domicilium est*, legendum ex scriptis codd. *hospitium hoc mihi domicilium est:* id est, hoc domicilium mihi hospitium est, vel domus hospitalis. In hoc domicilio, in his ædibus, tanquam in hospitio, vel apud hospitem divertor. In sequentibus nihil mutandum, *Athenis domus atque herus.* Quamvis enim se pro libera et ingenua gerat, pro meretrice loquitur quæ heros suos vocabant eos, quibus mercede addictæ operam dabant, aliæ in annum integrum, aliæ in mensem aut aliud temporis spatium. Cum libri constanter hanc lectionem retineant, non temere sollicitanda. *Salmas. Ostium hoc mihi*] Explicandum, in ædibus, quarum est ostium hoc, mihi domicilium est: nam *hospitium*, quod scriptis codicibus tribuit ὁ πάνυ, in neutro optimorum apparuit. Ceterum si potes ferre 'herum' dici amatorem, facile patior: secus poterat scripsisse, *Athenis domus ac genus:* ut, 'Qui genus? unde domo?' Sic in Bacchid. IV. 2. pro *intendi tenus*, alter codicum *intendit herus.* Gronov.

43 *Lege agito*] 'Lege agere,' est in jure id, quod in lege aliqua institutum est, agere. Vide notas Aul. III. 3. 10. *Nisi das firmatam fidem*] Firmabatur fides jurejurando, sponsoribus, fidejussoribus, &c. quanquam hic simpliciter pro 'dare fidem certam' positum videtur. *Lambin.*

58 *Transtinet trans parietem*] Ms. pr. *transtinet jam p.* quod Bosius exponit, transversum tenet; cum tigna dicantur proprie transtinere duos parietes disjunctos. Sed his non assentior, quomodo ut ligna transtinere duos parietes dicuntur; sic et commeatum dici posse parietem hunc transtinere: itaque emendo, ut editum. Quin neque jam fortassis immutandum videatur, si *transtinet parietem* resolvas, et præpositionem a verbo composito, ut sæpe solet, ablatam nomini jungas, ut commeatus tenere trans parietem intelligatur. *Acidal.* Nihil mutandum; *Nimis beat*, ut 'nimis juvat;' sic 'levat' etiam absolute ponitur: 'levat integros accedere fontes:' sic enim libri apud Lucretium. *Nimis beat*, nimis nos beatos eo facit, quod commeatus transtinet jam parietem. *Salmasius. Quod commeatus transtinet*] Id est, quod paries est fenestratus et pervius, quod datus liber transitus per parietem. *Transtinere* est pertinere: quemadmodum 'trans mare' ire, et 'per mare' ire. Sic 'pellegere' et 'translegere' idem Asinar. IV. 1. 2. et 5. 'Trans aliquid pertinere,' continuari, et uno spiritu, ut veteres jurisconsulti loquuntur, perduci. Sic possem dicere, 'pons transtinet trans flumen,' hoc est, ad alteram ripam continuus est. Eodem sensu 'continere' in Sticho III. 1. 'Utroque commeatus continet,' id est, continuatur, continuus est. Sic 'pertinere' Latini dicunt, pro quo semibarbari 'pertingere,' eousque produci. Cæsar B. G. l. I. 'Belgæ ab extremis Galliæ finibus oriuntur, pertinent ad inferiorem partem fluminis Rheni.' Lib. II. 'Neque longius quam quem ad finem porrecta ac loca aperta pertinebant, cedentes insequi au-

Digitized by Google

derent.' *Gronov.*

SCENA VI. 1 *Observationi operam dare*] Diligenter fores nostras observare, ne Philocomas. exeat. *Taubm.*

6 *Hisce hominem*] 'Inveniuntur etiam nominativum pluralem *Hisce* proferentes antiqui: ut Ter. in Eunuch. (act. II. sc. 2.) 'Hisce hoc munere arbitrantur Suam Thaidem esse.'' Ita Priscian.

10 *Tractatam et ludificatam*] Male tentant. Sic Gratius, 'matres ausi tractare Deorum.' Pomponius l. 2. v. 43. D. de Origine Juris: 'Ea velut contumelia tractatus Servius.' Claudianus in sextum Honorii Consulatum: 'Tune giganteis urbem tractare Deorum Aggressus furiis?' *Gronov.*

19 *Quia latrocinamini*] Id est, quia homines militares estis.

21 *Licetne*] Scil. expurgare me.

22 *Nisi mihi supplicium virgarum, &c.*] Si cujus servus alteri damnum intulerat, vel arbitrio ejus, qui damno affectus erat, servus plectebatur: vel noxæ dedebatur: vel dominus litis æstimationem sufferebat: vel, ut ex hoc loco apparet, dedecore afficiebatur, &c. Et sane notanda verborum mira congeries seni ratum se simulanti a poëta adficta: quæ uno fere spiritu ab ipso continuatur. *Lamb.*

24 *Imbrices*] Serv. Georg. IV. 296. 'Imbrex' dicitur, quod imbrem arceat. Est enim incurvum genus tegularum. Glossarius liber: 'Imbrex, καλυπτῆρ.'

34 *Ita sum coactus*] Id est, in angustiam redactus.

41 *Placide noscita*] Dummodo ne dictis factisque injurius sis in hospitam nostram, placide omnia peragas. *Grut.*

46 *Ne quid infuscaverit*] Ne quid Philocomasium eorum, quæ ei præcepta ac præmonstrata sunt, turbaverit seu corruperit. 'Infuscare' quid sit, si scire vis, vide notas Cist. I. 1. 21.

55 *Intus domum*] 'Intus domum,' pro in domo. Adverbia enim sæpe locum præpositionum occupabant. Lucr. 'intus sedibus,' pro, in sedibus. *Popma.*

71 *Sumi*] Id est, bibi. 'Simpulum,' ait Varro, 'a sumendo,' id est, bibendo: 'unde sumi pote puteus:' id est, unde bibi potest. Cic. 'Si sumpserit meracius.' *Scaliger.*

80 *Namque hominem servum*] Notum et illud Periclis, 'At enim prætorem, Sophocle, decet non solum manus, sed etiam oculos abstinentes habere,' apud Cic. Off. l. I.

83 *Muttivero*] *Mu* canum est, inquit Charis. unde dicuntur 'muttire;' sicut γρῦ porcorum: unde 'grunnire.' Scal. Conject. Mutiunt canes, cum incipiunt irritari: ab eo, quod *M*, vel Μῦ videntur edere. V. N. Menæchm. v. 1. *Taubm.*

84 *Dato excruciatum me*] Scilicet tortoribus, quorum erat hoc munus et officium, etiam ubi dominus ipse excruciare dicebatur. Quod autem corrigunt, *egomet ducam me tibi*, didicerant nimirum usum verbi *duci*, cum est ad supplicium duci, et id jam voluerunt hic omni modo ostendere. Sed nihil mutandum est: nam juxta eleganter Plautus alludit ad noxæ deditos. Nam *dedam* in utroque codice esse plane testatur Parens, etsi Gruteri editio *dicam*, ab operarum, ut opinor, errore. *Gronov.*

89 *Etiam illud, quod scies, nescieris*] Ita te componas, ut etiam illa, quæ nosti, ita habeas ut si ignores. Donatus ad illud Enn. Terent. IV. 4. 'tu pol, si sapis, Quod scis, nescis,' notat: Hoc dictum, ut illa, 'Concordia discors,' Hor. et 'sequiturque sequentem' Virgil. ita Heaut. 'Tu nescis id, quod scis.'

97 *Me habent venalem*] Me incautum, ignarum, produnt et fallunt. Eadem loquendi forma Belgæ dicunt *yemandt verkoopen*, quod Latine reddas, aliquem vendere, pro, prodere,

Digitized by Google

circumvenire, clam fallere. *Boxhorn.*

98 *Nunquam hercle ex ista nassa ego hodie escam petam*] Significat se domum heri non iturum, ubi futurum sit, ut tanquam piscis capiatur; et unde periculum virgarum sibi imminere videat. 'Nassa,' ait Festus, 'est piscatorii vasis genus, quo cum intravit piscis, exire non potest.' *Taubm.* Eodem verbo tralate usus est Cic. ad Attic. xv. 20. 'Hac nassa exire constitui non ad fugam, sed ad spem mortis melioris.' *Gronov.*

100 *Iræ leniunt*] Agellius XVIII. 12. id quoque habitum in oratione facienda elegantiæ genus, ut pro verbis habentibus patiendi figuram, agentia ponerent; ac deinde vice versa hæc inter se mutua verterent. Cicero, 'terra movet,' patiendi significatu, pro movetur.

101 *Nam jam nunc satis*] Τὸ *jam* interposuit Gruterus. Non habent nec Camerarii, nec Lambini, nec Sambuci, nec Douzæ, nec priores Taubmanni editiones. Et ex Mss. edit ipse, *Nam nunc satis.* Scribendum ergo, *Jam nunc satis*, ut habent quædam edd. veteres. Τὸ *jam* enim videtur omnino requirere oratio: τῷ *nam* minime indigèt. At inquiunt, sic ruit versus. At melius est, ut ruat ille, quam stet fultus centonibus. Deinde si in secunda regione iambi dactylo et spondæo usus est Plautus, potuit et uti pyrrhichio. Aut τὸ *iam* dissyllabon posuit, ut et alibi. *Gronov.*

104 *Occisam sæpe sapere plus multo suem cum manducatur*] Festivus senex ludit in ambigua notione verbi *sapere:* ex eo, quod sapidissima omnium quadrupedum æstimetur vulgo suilla caro.

105 *Cum manducatur*] Longe aliter Ms. alter, *Quod in adimitatur:* alter, *Quod in adimatur:* correctumque postea, *Quod ei adimatur.* Inde conjecturæ. Sed videtur scribendum, *plus multo suem. Quoine adimatur, ne id, quod vidit, viderit.* Quippe ni? qui patiatur sibi eripi, atque extorqueri, ut id, quod vidit, non viderit. Sic Tacitus, 'plerisque mortalium non eximi.' Hoc est, non potest adimi, vel eripi ista opinio. *Gronov.*

106 *Illius oculi, &c.*] Sceledrus nihil videt, nihil audit, nihil opinatur; nisi quod volumus eum videre, audire, &c. *Lambin.*

112 *Illis sortito fuam*] Scribendum puto, *Ibo intro ne, dum absum, illis obstito fuam.* Scriptum erat *ostito*, pro obstito, ex quo factum *sortito*, repetita littera ex fine præcedentis syllabæ. Sæpe *ostare* pro obstare in veteribus libris scriptum reperi. Ibo, inquit, intro, ne dum absentia mea illis obstet ad ea quæ volunt facienda. *Ne obstito sim*, pro ne obstem. 'Obstitum' pro obstaculo, ut 'mandatum' a mando, 'jussum' a jubeo, et similia. Nihil potest boni sensus ex vulgata elici. *Salmas.*

ACTUS III.

SCENA I. 3 *Concilio, quod habere*] Hoc Camerarii est. Scripti editique antiqui, *Concilium:* nec mutandum id erat, sed distinguendum, *Concilium quod habere volumus.* Cujus hic est sensus: Ne, quod concilium habere volumus, ei uspiam insidiæ sint. Id nimirum pronomen reticetur, ut centies alibi. *Gronov.*

9 *Aut cate locus, &c.*] *Catalogo* vulgo editum est; in qua voce corrigenda conjecturarum plaustra sunt, quarum tamen nulla veram lectionem est assecuta. Nos vero sumus assecuti, *Si minus, cum cura aut cata logon loquendi lectum id est.* Nam κατὰ λόγον loqui est, lepide et commode loqui, ut paulo post sequitur: κατὰ λόγον enim loquitur, qui dicit id quod opus dicto est tantum: et κατὰ λόγον loquendi consilium legit, qui cum cura et ratione id providet, ne inimici sermonem suum sublegant, et consilium

Digitized by Google

surripiant; qui non temere loquitur aut inconsiderate. Apud Artemidorum habes sæpe, *ὀρθῶς τε καὶ κατὰ λόγον, recte atque ordine.* Salmas.

14 *Auritis plagis*] 'Auritæ plagæ' sunt aures. Virg. Æn. IV. 'Retia rara, plagæ.' Glossarium: *'Ωτοπάροχος, qui aurem omni loquenti accommodat, ὀξυακουσίλογος. Taubm.*

17 *In bonis*] Possumus tueri vulgatam lectionem, ut sit *in bonis* rebus, quæ sint iis utibiles quibus imperamus: nam facile suo quisque servit commodo. *Dissald. Facile est imperium in bonis*] Sic Mss. At Acidalius *in bonos.* Frustra. Vide ad Senecæ Nat. Quæst. lib. IV. *Gronov.*

25 *Te decora*] Per hypallagen, pro 'te digna;' cum dictum oportuerit 'tibi decora.' *Lamb.*

26 *Ex opibus summis*] Id est, summa contentione. Merc. I. 2.

30 *Quod faxis pudet*] Nam qui serio amat, eum nullius rei pudet. *Lamb.*

31 *Umbra amantum*] 'Amantum umbra' differt 'ab umbra suamet:' vult enim, si comparetur Pleusides cum amatoribus aliis, vix dici posse umbram eorum. *Taubm.*

34 *Vitam vivere*] V. N. Pers. IV. 3. Mss. et edd. *vita vivere.*

36 *Pernix sum, &c.*] *Manibus pernix* proprie dictum. Est enim *pernix* a pernitendo, quod manuum magis quam pedum est. *Pedes mobilis*, ut nuda genu, *ποδὰς ὠκύς. Dissald.*

38 *Amussitata*] Id est, 'ad amussim facta,' Festus: 'examinata,' Nonius; qui 'amussim' esse regulam fabrorum ait, quam, cum opus probant, rubrica illinunt. Varro Quæst. Plautin. 'Amussis est æquamen, lævamentum.' Vetus Gloss. 'Examussim, *ἐρεννᾶι.*' *Sua sibi ingenua indoles*] Sua propria et a natura insita: ita 'ingenui fontes,' id est, nativi, non manu facti, apud Lucret. *Indoles* incrementum significat primigenia notione: ut apud Agell. 'mendi indoles.' *Olere* enim, crescere significat, et spem, quam ex vultu colligimus virtutis futuræ in pueris: quæ vocatur *χαρακτὴρ* a Græcis; ut ab Euripide dictum, *ὡς δεινὸς τῆς εὐγενείας χαρακτήρ.* Glossæ: 'Indoles, *καλὴ ἐλπὶς ἐν νεωτέρῳ.' Scalig.*

43 *Ne petas foris*] V. N. act. II. 2.

49 *Incommoditate*] *Incommoditatem* dixit *τὴν ἀηδίαν*: ita 'commodus' est qui opponitur *τῷ ἀηδεῖ*, cujusmodi hominis graphica in hac scena est descriptio. *Is. Casaub.*

53 *Post Ephesi sum natus; non in Apulis, non in Umbria*] Quod Ephesi natum se gloriatur, credo ideo esse: quod civitas ea elegantiis facetiisque inprimis dedita, contra morem Umbrorum et Apulorum, qui rustici, illepidi, subdidique habebantur. *Douza.* Plautus scripsit, 'non sum Animula,' aut certe 'Animulæ,' id est, non sum natus Animulæ; aut non sum ab Animula, sive Animulas. Quomodo apud hunc est 'hospes Zacyntho,' pro a Zacyntho; apud Terentium, 'anus Corintho,' pro a Corintho; apud Lucillium, 'Sargus Ægypto,' pro ab Ægypto. Ad indagandam emendamque veram hanc lectionem hæc me vestigia tulerunt: quod in membranis nonnullis, *non sum in imula* scriptum compereram; quam lectionem cum Phylargirii ad Georg. II. Virg. 'non sum animata' contendenti; venit in mentem, quod apud Festum legere memineram: 'Animula, urbs parvarum opum in Apulia.' *Schopp.*

54 PL. *O lepidum senicem*] Hanc lectionem et Prisc. probat. Non dissimile, quod apud Pompon. est, *senica* pro fœmina sene. *Lips.*

60 *Discidium*] 'Discidium' apud Lucret. et Cic. est *χωρισμὸς, distractio.* 'Dissidium' animi est; 'discidium' corporis, a 'discindere,' id est, dirimere. *Gifan.*

61 *Sermonem segrego*] Finem loquendi facio. *Lamb.*

64 *Cedo treis mihi hom.*] V. N. Epid.

Digitized by Google

III. 3. 30.

71 *Liquidiusculusque*] Aliquanto liquidior, serenior, quam ventus Favonius, qui est, ut et Boreas, *αἰθρηγενέτης*, *æthræ* seu *serenitatis genitor*. Lamb.

74 *Malacus*] V. N. Bacch. I. 1. 38.

82 *Deum virtute ut transeuntem*] Vult: tantum sibi superesse bonorum, ut non gravatim prætereuntes excipere possit. Porro, ut constet versus, abjiciendum est illud *hospitio*, glossa vocis *accipere*. Gruter.

84 *Ego: me uti volo libere*] *Uti aliquo*, et *uti seipso*, peræque dicunt Latini. Horat. Epist. I. 12. 'Utere Pompeio Grospho: et, si quid petet, ultro Defer.' Idem Epist. 17. 'regibus uti.' Plaut. Capt. IV. 4. 'siquidem sese uti volet,' id est, siquidem volet esse frugi et sibi utilis. *Lamb.*

88 *Lepidum est onus*] Placet hæc Lipsii conjectura ex veteri scriptura, *lepidus sonus*. Ovid. 'Utque marem parias, onerosior altera sors est.' Sueton. in Caligula: 'Filia vero nata, paupertatem, nec jam imperatoria modo, sed et patria conquerens onera.' At in onere, aiunt, quis quæso lepor inest? respondet Plautus in fabula sequenti: 'An boni quid usquam est, quod quisquam uti possit sine malo omni?' Procreare liberos est illud quidem onus, sed cui oneri multa dulcedo adsit. Truculento II. 5. 'Mulieri nimio malefacere melius est onus quam bene.' Eurip. Her. Fur. *ἃ νεότας μοι φίλον ἄχθος*. *Gronov.*

91 *Deducta est usquam gentium*] Casina II. 8. 'Sine prius deduci.' Terent. Hecyra I. 2. 'uxorem deducit domum.' L. 13. π. 8. ad l. Jul. de Adulter. 'minor duodecim annis in domum deducta.' Et passim. Cur ergo Lipsius *educta*? Gronov.

97 *Calendis*] Sc. Martiis. Calendas omnes Junoni tributas, ut et Idus omnes Jovi, docet Macrob. Saturn. I. 9. Hinc 'Juno Calendaris' dicta. Sed Martiis Calendis Junoni, præcipue matronæ, sacrificabant; ut is annus ab exordio totus eis felix esset et faustus, et in partu et amore conjugali; atque etiam munera sibi invicem missitare solebant. Et hæc festa 'Matronalia' dicebantur. Juvenal. 'Cal. Martias' nominat 'fœmineas.' 'Munera fœmineis tractat secreta Calendis.'

98 *Quod dem quinquatribus*] Diebus festis Minervæ. *Quinquatrus*, *πανάθηναῖα*, Sosip. I. Inst. Grammat. Idem eodem: 'Quinquatrus pluraliter, non Quinquatria: non enim dicti sunt quinque dies atri, sed quod quinquatrus antiqui dicebant, a quinquando, id est, lustrando; quod eo die arma ancilia lustrari sint solita.'

99 *Præcantatrici*] Rectum est *præcantrici*; et paulo post, 'piatricem:' sic enim et versus postulat. *Salmas.* *Conjectrici*] Conjectrix, quæ interpretatur significationem somniorum. Et apparet viros conjectoribus, mulieres conjectricibus usas fuisse; ac sexibus officia artium distincta fuisse. *Turneb.*

101 *Tum piatricem clementer non potest quin munerem*] Omnino *piatricem* probo cum meo Colero. Nam die infantis lustrico sive nominali, quo nomen illi indebatur, (*Ὀνοματτήρια* Gr. nominant,) lustrandi partes proprie piatricum muliercularum, quæ anus recoctæ, fuerunt: dicebanturque *ἀκρομάκτριαι* vel *περιμάκτριαι*. Festus: 'Piatrix dicebatur sacerdos, quæ expiare erat solita, quam et sagam et simpulatricem vocant.' *Taubm.*

102 *Geraria*] Quod Græcis *ὠλενοτρόφος* diceretur, qui in ulnis suis assidue gestitando alumnum nutricaret; hinc hoc loco nutrix 'geraria' vocatur. Verum fortasse etiam legendum *toraria*, et *torarius* in Glossis exponitur *ὠλενοτρόφος*: nam librorum scriptura varia, et partim habent

Digitized by Google

ceraria, partim *teraria*. Salmas. *Succenset ceraria*] Sic Mss. unde *celaria, geraria, cellaria* fecerunt. Vide an fuerit, *succenset geræra: tum Obstetrix expostulavit. Geraræ* vel *Gèræræ* Bacchi famulæ. Demosthenes in Neæram: Καὶ τοιαύτη οὖσα εἰσῆλθεν οἵ οὐδεὶς Ἀθηναίων, τοσούτων ὄντων, εἰσέρχεται, ἀλλ' ἡ τοῦ βασιλέως γυνὴ ἐξώρκωσε τὰς Γεραίρας τὰς ὑπηρετούσας τοῖς ἱεροῖς. Et mox: Ὅρκος Γεραιρῶν Ἁγιστεύω καὶ εἰμὶ καθαρὰ καὶ ἁγνὴ, &c. αὕτη ἐποίει τὰ ἱερὰ ταῦτα καὶ ἐξώρκου τὰς Γεραίρας. Vide Harpocrationem, Pollucem, Suidam. *Gronov.*

110 *Generi monumentum et sibi*] Liberi genus suum immortale reddunt. Sic Euripides 'mares familiæ columnas' vocat, Iphig. in Taur. I. 1. 57. Στυλοὶ γὰρ οἴκων εἰσὶ παῖδες ἄρσενες.

118 *Abducunt ad exta*] Sacrificierum exta intelligit; quæ 'exta lustralia' Maro vocat Æn. VIII. quorum partem Diis reddebant; partem in epulatione comedebant. Porro adhibebantur his tantum carissimi. *Turneb.* Convivia rem sacram olim comitabantur. Aut si nollent convivium celebrare, e victima partes ad amicos mittebant. *Casaub.*

122 *Nimisque aperta tu multum*] Sanissimum hunc locum, erutum ex primariis editionibus a Camerario, fœde contaminari Gruterus ait reponendo, *nimiumque ad te et tua multum vides*: quod non negat in ambobus membranaceis apparere. Sermonem tanto viro indignissimum. Quomodo sanus, ubi tantum abeunt scripti? quæ illæ primariæ editiones optimis codicum et pæne solis tuto sequendis potiores? perturbatus his terriculis Pareus præsidium deseruit, ut tanto facilius in aperto et plano caperetur: facit *nimioque et te et tua multo vides.* Sed non est recedendum a scripturæ veteris elegantia. *Nimis bona ratione* faciunt illi, vel tu, vel facitis utrimque. Vel si libet hoc quoque continuare cum sequentibus; nimis justa de causa, vel nimis bono modo *nimiumque multum vides ad te et tua*, hoc est, in rebus ad te et tua pertinentibus sapis plus quam opus est. Vide Observ. IV. 10. *Gronov.*

124 *Satis cepissem miseriarum*] Non mihi videtur quidpiam mutandum. *Satis cepissem miseriarum liberis*, id est, per liberos, vel *in liberis*: quod etiam potest reponi. Nam *in* facile intercidit propter similitudinem ultimæ syllabæ præcedentis vocabuli, *miseriarum.* Salmas.

125 *Censerem emori*] Supra ceteras ineptas conjecturas et explicationes allitum est nuper: Censerem liberos meos, si haberem, continuo in mortis aut alio aliquo discrimine versari: quæ tamen fuerat Taubmanni olim. Sed vel ipse postea vel Gruterus, *Censerem me mori*, hoc est, æque male me haberet, ac si ipse obirem, audito aliquo liberorum infortunio. Sed ne sic quidem verum attigit. *Censerem emori*, est, censerem me identidem mori, angorem morti similem sentire, assidue cogitans, cecidissetne ebrius aut de equo uspiam. Ut apud Ovid. Fast. II. Lucretia: 'Mens abit, et morior quoties pugnantis Me subit.' Petronio, 'æque lassus ac moriens Ascyltos.' Talis proponitur Micio apud Terentium in Adelphis I. 1. 'Ego, quia non redit filius, quæ cogito? Quibus nunc sollicitor rebus? ne aut ille alserit, Aut uspiam ceciderit aut perfregerit aliquid.' Sic quotidie emorimur parentes. *Gronov.*

127 *Insignitos pueros*] Insigniti dicuntur, qui vitio aliquo, aut morbo, seu corporis seu animi notabiles; fere semper in malam partem. Curt. lib. IX. 'Genitos liberos non parentum arbitrio tollunt aluntque, sed eorum quibus spectandi habitum infantium cura mandata est: si quos insignes aut aliqua membrorum parte inutiles notaverant, necari jubent.' Suet. Ca-

Digitized by Google

lig. c. 26. 'Insignes debilitate aliqua corporis.' Id. Aug. c. 35. 'Senio vel aliqua corporis labe insignibus.' Cic. de Leg. lib. III. 'Deinde cum esset cito enectus, tanquam ex XII. Tabulis insignis ad deformitatem puer.' Sic 'insignem diem' Liv. lib. VI. pro infelici dixit. *Gronov.*

128 *Compernem*] 'Compernes' vocabant Latini, qui genibus junctis et συμβεβηκόσιν erant, Græcis γονύκροται. Festus: 'Compernes nominantur homines genibus plus justo conjunctis.' Nonius male interpretatur, 'qui longis sunt pedibus.' *Gronov.*

131 *Æquom fuit Deos paravisse*] Æquum fuit, Deos fecisse, ne omnes uno modo viverent: sed viri boni, comes, liberales, &c. essent locupletes, fortunati, ac longævi: homines contra improbi, incommodi, et illiberales, &c. essent egentes, infortunati, et brevis vitæ. *Victorius.*

136 *Qui lepide ingeniatus esset, &c.*] Vulg. *ingenuatus*, sed scribendum *ingeniatus*. Agell. XII. 1. 'Corpusque et animum bene ingeniatis primordiis inchoatum, insitivo degenerique alimento lactis alieni corrumpere.' Rarum verbum *ingeniari*, ab ingenio deductum; ut ab 'auxilio,' 'auxiliari.' *J. Gulielm.*

140 *Esset his annona vilior*] Quasi dicat: Si Dii longam vitam viris bonis dedissent, brevem improbis; futurum fuisse, ut esset rerum ad victum necessariarum proventus vilior. Ita interpretatur Victorius. Quod probo. Plane autem huic geminum est illud adagium Belgarum, Si homines insulsi et insipidi pane non vescerentur, vilis esset annona. *Boxhorn.*

148 *Decem continuos immorabitur*] Verbum postremum a Camerario est. Mss. et vett. edd. *continuos ite astodorum illas*. Saracenus, *iterasti domum illius*, quod admisit Pareus: postea illi placuit *itilasti*. Sed de hospitio agit, cui verba ista non conveniunt. Academicus quoque, 'Continuos iti astodorum illas.' Forte verum est, *Verum ubi dies decem continuos usitas domum illius*. Gronov.

152 *Meo remigio rem gero*] Id est, illis, velint nolint, parendum est, cum mei sint. Aliis enim remigibus fortasse imperare, quod vellem, invitis non possem: nunc vero meis remigibus et servis rem gero, qui mihi dicto audientes esse coguntur. *Turneb.*

154 *Nunc quod occepi, obsonatum*] Notabis *quod* poni pro *quo*; et sustinendo versui interjectam *d*: nam *quod occepi* est, quo intendi, quo ire volui. *J. Gulielm.*

155 *Commodum obsona*] Id est, ne magno sumptu. *Camer.*

157 *Proletario sermone*] Id est, plebeio et vili. Proletarii erant, qui nihil reip. exhibebant, sed tantum prolem sufficiebant; iidemque tenuissimi in plebe Romana: *assidui* contra. Agellius XVI. 10.

165 *Offam penitam*] 'Penem' caudam vocabant: unde et *offam penitam* dicebant 'offam porcinam cum cauda.' *Festus.*

167 *Dimidiati, dum appetunt*] Hæc ita distinguo: *Sed procumbunt, et se percellunt, dimidiati dum appetunt.* Ut enim apud Hor. fastidiens, et 'Languidus in cubitum sese conviva reponit;' ita contra inhians et imminens toto corpore in cibum procumbebat, et a decoro illo habitu recedebat. Athen. *Dimidiatum aliquid appetere*, est ἀνίστασθαι εἰς τι τῶν παρατιθεμένων. *Lips.*

173 *Qui admutiletur miles usque cæsariatus*] Qua sycophantia miles quantumvis bene capillatus usque ad cutem tondeatur. Significat, se fallaciam reperisse, qua miles probe decipiatur. *Turneb.*

174 *Huic amanti ac Philocomasio*] Sic mutaverunt, credo ex Camerarianis: tacent enim. In membranis tamen et vetustissima editione reperio *ad Philocomasium*. Quod multo magis ad gustum meum: nam 'copia ad ali-

Digitized by Google

quid' est copia alicujus. Sic infra, 'Ut sese ad eum conciliarem.' Et in prologo Captiv. 'operam detis ad nostrum gregem.' *Gronov.*

182 *Prædicat formam suam*] Silent hic omnes. Vix dubitem tamen, quin scripserit auctor, *Itaque Alexandri præstare prædicat formæ suam.* Gronov.

184 *De isto multi cupiunt non mentirier*] Veram esse interpretationem dictant, quam et prodiderint illi, qui non satis probant: quam multi viri sunt, qui de isto (quasi omnes mulieres ipsos ament) cupiunt te non mentiri. At hæc explicatio ex verbis Plauti extorqueri non potest. Nec sufficit galeatum, quod præmiserunt de Salmasio, 'de isto mentiri,' esse, in ista re mentiri. Nam 'ista res' erat non mulieres quosvis alios amare, sed memorare militem se ab omnibus matronis et meretricibus adfectari, aut certe ultro sectari militem omnes fœminas. Si voluisset istud, faciendum erat, *Ædepol quin te hoc de ipsis multi cupiunt non mentirier.* Nec placent, quæ attulerunt alii, nempe multos esse, qui velint uxores suas esse adulteras et mœchas ultro appetere, scilicet, ut illis deprehensis dotem lucrentur: aut ut lautiuscule ipsi viverent: nec satisfaciunt corrigentes. Videtur 'cupio te non mentiri' formula fuisse suspicantis mendacium se audire, atque adeo tectius aliquem pro mendace arguentis. Non dubito, inquit, quin multi nunc dicerent tibi, 'cupio te non mentiri,' atque adeo mentiri te putarent. (Quid ita? quia videlicet tam certum est esse derisui omnibus, ut vix verisimile sit hominem adeo stulte sibi blandiri posse. Vide supra act. II. sc. 1.) sed a me tale nihil est quod exspectes: ego ita esse, ut dicis, teneo pulchre. *Gronov.*

191 *Nam cor non potest, quod nulla habet*] Quasi dicat: Recte dixi, 'cui sapiat pectus,' non 'cor;' quasi omnes mulieres sint excordes et amentes. 'Cor' pro mente et sapientia usitatum: hinc 'cordati' et 'excordes' et 'vecordes.'

192 *Lautam vis, an quæ nondum sit lauta*] Omnino *lauta* est Lucinam experta: nam a partu lavationibus multum utebantur. Ostendit Sosia Amph. II. 2. *Palmer. Siccam*] Palæstrio vult scortum 'siccum succidum:' *siccum*, non tamen succo carens et exhaustum: ideo 'succidum,' ut Terent. 'succi plenum.' Itaque *siccam*, minime sputatricem, &c. Alias 'siccus' pro sobrio legitur apud Afranium, Plautum, Cic. alios: sicut contra 'madidus' et 'madulsa,' pro ebrio. Ita etiam ξηρὸν Græce. *Scalig.*

199 *Est primaria*] Nos emendavimus ex Mss. Camer. qui habebant *primicata; prime cata. Primi* autem pro 'prime,' ut 'peregri,' 'peregre;' 'fermi,' 'ferme;' 'præfiscini' et 'præfiscine,' et similia. *Prime* Latinis pro egregie: ut 'prime proba,' apud Nævium in Acontizomeno: 'Acontizomenos fabula est prime proba.' Ita fere Græci πρῶτον usurpant; ut πρῶτον εἶδος, *præcipua et primaria forma.* Salmas.

202 *Quasique hunc anulum faveæ, &c.*] Lego, *Quasique hunc anulum Faveæ suæ dederit, ea porro miki.* Gloss. 'Favea, παῖδισκη: Faveus, παῖς.' Juvenal. Sat. VI. 'Et faveam, cui det mandata, puellam.' *Scalig. Quasique hunc anulum*] Camerarius, *hoc anulum animo ancillæ.* Mss. et edd. vett. *Famesæ* aut *Famescæ ancillæ.* Scaliger *Faveæ suæ*, Meursius *Faniscæ.* Neutras ego fero, sed verum mostellum librarii esse existimo, scribendumque, *Quasique hæc anulum clam suæ ancillæ dederit.* Quod si in Mss. fuit *hoc*, tolerem, ut sit, ob hoc: quia scilicet depereat militem. *Gronov.*

210 *Ergo accurato et properato*] Mss. *adcuras et properas.* Lege, *Ergo adcures et properes, opus est:* vel *opu'st:* per intellectum conjunctionis. Mer-

Digitized by Google

cat. v. 4. 'Nihil opu'st resciscat.' *Gronov.*

213 *Pax*] Interjectio comprimentis, et quasi cum verecundia silentium sibi aut alteri imponentis. Hesychius, Πὰξ, ἐπὶ τῷ τὸ τέλος ἔχειν. 'Pax Græcum est, quando significat tantummodo,' ait Prisc. lib. xv. Diphilus, πὰξ τι πάξ. Satis constat, 'Pax' tum Græcum esse, tum etiam silentii esse, non admirationis quod volunt quidam. Dum enim sibi silentium imponebant, opposito ad os digito, tanquam ulterius sermonem procudere verebantur; aut cum, quæ dicta erant, indicta vellent; aut cum ex sermone præsentes dimitterent, tum πὰξ dicebant. *Scalig.*

216 *Ut nunc etiam hic agit*] Sententiam comprehenderunt: Hic, Periplectomenes nondum absolvit partes suas, sed etiamnum agit, quod ipsi mandatum est de invenienda muliere: id si expedierit, tunc tuæ erunt partes, nempe ut abducas Philocomasium. Addunt etiam recte ex media histrionum disciplina, atque adeo ex re præsenti sumtam similitudinem. Sed errant, quum eam sententiam quærendam putant emendatione, veluti, *Et nunc etiam hic agit*; vel *tace, ut nunc etiam hic agat.* Satis ea colligitur ex integra veteri scriptura, modo distingnas, *Ut nunc, etiam hic agit,* et τὸ *ut nunc* accipias pro eo quod dicere solent, *ut nunc est.* Cælius ad Ciceronem: 'Cum L. Domitio, ut nunc est, mihi inimicissimo homine.' Cicero ad Att. VII. 4. 'Sed, ut nunc est, a. d. III. Nonas jam ad urbem cogito.' *Gronov.*

SCENA II. 5 *Te vocat Palæstrio*] Camer. alter, *te voca;* alter, *te voco.* Quod haud dubie verum. Ut apud Livium, 'Hannibal peto pacem:' apud Suetonium, 'Tantis rebus gestis C. Cæsar condemnatus essem.' *Gronov.*

7 *Quid sorbet*] Sic Cælius 'soporem sorbilem' vocat, in quo maximus stertor efficitur. *Mercurialis.*

8 *Sed quia consimile*] Nihil hic mutandum, quod fecit Acidalius. Oratio est abrupta, interrumpente eam Palæstrione. Plena esset, *Sed quia consimile est quod stertas quasi sorbeas:* idcirco dixi stertentem Sceledrum sorbere. *Boxhorn.*

11 *Demisit nardini, &c.*] Scribendum, *dimisit nardini amphoram cellarius:* ita postulante versu. *Nardinum* absolute, pro nardino vino, sive nardo condito: ut 'murrhinum' pro murrha condito. *Salmas.*

19 *Neque ille hic calidum exbibit*] Calidum bibisse veteres tam vinum quam aquam θερμοπόλια indicant. *Salmas.*

23 *Alii poscam potitant*] Vinum acidum aquæ mixtum pro vili plebecula vænire solitum; quod *poscam* appellaverunt. Et sicut 'esca' pro cibis, ita 'posca' pro potibus est antiquitus usurpata: 'posculenta' item pro potulentis leguntur. *Mercur.* Sententia est: Alii servorum ebrii sunt, alii miscelli poscam bibunt. *Lips.*

29 *Si falsa dixis loris*] Pro *loris* Mss. *vocio* vel *nocio*, unde *cocio* Lipsius. Fortassis simplicissimum est, *Si falsa dixis, Lucrio, excruciabere.* Id autem nomen est pueri, quicum conservus loquitur. *Gronov.*

30 *Delices*] *Delices* legendum cum utroque Mss. quod idem esse cum 'prodere,' 'indicare,' duobus locis monuit Marcellus. In Glossario Papiæ: '*Delicare*, deferre; pro quo et *dilicare* dicebant.' Ita enim ibi pro *deligare* est legendum. *Boxhorn.*

32 *Ut tibi qui promat*] Camerariani, *si promptis.* Scribe, *qui promptet.* Et est verbum Plauti. Bacchid. III. 3. 'Illum meum malum promptare malim quam peculium.' Pseud. II. 2. 'Siquidem hercle etiam supremi promptes thesauros Jovis.' *Gron.*

36 *Hui! illecebrose! capite sistebas cadum*] *Huic illecebroso capite sistebas*

Digitized by Google

cadum. Ita editiones quas vidi, non *illecebrose.* Ex responso Lucrionis videtur legi debere, *Hinc illecebra, quassantem sistebas cadum:* nam respondet ille, 'Non hercle tam istoc valide quassabant cadi.' Quo enim hæc responsio nisi ille *quassantium cadorum* meminisset? Paulo post etiam sequitur, 'bacchabatur hama, quassabant cadi.' *Salmas. Hui illecebrose*] Quia Mss. alter, *Hic illecebro capite,* alter, *Hic illi: celebro capite,* admitto Salmasii *illecebra,* ut in Trucul. I. 2. 'Mala es, atque eadem, quæ soles, inlecebra.' Sed magis placet *Hui* quam *Hinc:* minime autem faciendum *quassantem:* cum sit elegantissimum *capite sistebas,* quod Horatio 'invertebas:' 'Invertunt Allifanis vinaria tota.' Sticho: 'Quamvis de subito vel cadus verti potest.' Sed, inquit, Quo responsio Lucrionis? At ne ibi quidem legendum *quassabant,* sed *casabant* (nam Mss. alter *cessavit,* alter *cassavat*) aut *quassabant,* est id ipsum, quod priori versu dixit, capite sistebantur. Nimirum inclinabantur, evertebantur. *Gronov.*

37 *Non hercle tam istoc valide casabant cadi*] *Istoc* accipiendum δευκτικῶς: ut intelligamus, eum gestu aut manu ostendere, se cados haud magno admodum negotio loco movisse aut vertisse: quia sine vi in lubrico loco et levi impulsu casabant, id est, nutabant et inclinabantur. *Quassabant* hoc loco ferri non potest. A cadendo, casare. *Turneb.*

42 *Bacchabatur hama*] Hæc non alio quam ad vorsuram illam antiquitus factitatam, referenda sunt: ut sit sensus: Hama, id est, urceus, sive bilibris aqualis illa (ita enim ex superioribus interpretor) propter cados astituta proxime, bacchabatur, id est, Baccharum ritu temetum in se avariter ingurgitantium, vino ex cadis mea comitate largiter defuso, decies sæpe in die complebatur. Quæ res casantes seu casabundos, id est, cernuum in morem nutantes ac pronos prorsus inclinatosque (proinde ac si ebrii forent) cados efficiebat. *Douz. Bacchabatur hama*] V.C. *avia.* Lege, *aula.* Scriver.

48 *Ne dixeritis huic*] Alloquitur spectatores, sermo autem est implicatus: talis enim videtur ordo verborum esse: Obsecro vestram fidem, ne dixeritis hero meo. Potest tamen et hic esse, Obsecro vos per vestram fidem, ne dixeritis hero meo, ut subintelligatur præpositio *per,* quod minus probo. *Lamb.*

56 *Sed Periplectomenes, &c.*] Hic Milphidippa, et Acroteleutium, a Periplectomene subornatæ Palæstrionis mandatu, procedunt: quas prospiciens Palæstrio hæc loquitur. Sed Periplectomenes nimis lepida forma ducit mulierem, quam mulierem ei mandavi ut duceret. *Lamb.*

Scena III. 9 *Quin ego me frustro, &c.*] Imo me ipsa destituo et prodo, atque a meis ipsius consiliis aberro, dum orationem tuam, quæ me moratur, ausculto. *Lamb.*

12 *Nam ego multos vidi*] Nihil hic mutandum. Comparatio est deducta ab iis qui per ignota loca iter faciunt: sicut illi, si soli sint, si ductores non habeant, sæpius aberrant a recta via, priusquam repertam habeant; ita qui soli consilium capiunt, sæpius hæsitant, aberrant a recta consilii regione, priusquam veram inveniant. *Boxhorn.*

18 *Ergo istuc metuo, quo venit vobis*] Puto scribendum, *Ergo istuc mihi tu, quo venit vobis faciundum utrumque.* Dixerat meretrix, si quid mulieri faciundum sit male atque malitiose, eam sempiternam memoriam habere; ut contra obliviosæ sunt, si quid illis faciendum sit bene ac fideliter. Respondet Periplectomenes, *ergo istuc mihi tu, quo vobis utrumque faciendum venit.* Id est, per quod vobis utrumque venit faciendum: utroque enim

Digitized by Google

opus habemus, ut in hac re si quid male feceritis, memores sitis : si quid bene, ut memoriam ejus amittatis. Nam id proderit mihi, inquit, malitia male quod facietis ambæ. *Salmas.* *Ego istuc metuo, quo*] Legendum est *quod*, ut vidit Acidalius : nihil præterea mutandum. Dixerat meretrix, mulierem, si male sit faciendum et malitiose, id meminisse satis ; si bene quid aut fideliter, id facile oblivisci. Hoc postremum captat: Ergo istuc metuo, propterea sollicitus sum, quod venit vobis faciendum utrumque : nempe et male malitioseque, et bene fideliterque. *Nam id proderit mihi*, bene fideliterque factum erit, *militi male quod facietis ambæ.* Ita quoque recte Acidalius, cui subserviunt Mss. qui *militia* non *malitia.* Gronov.

21 *Pejora ubi conveniunt*] In editionibus et scriptis legitur, *pejoribus conveniunt.* Omnino amplector Acidalii conjecturam, ut verissimam, legentis, *Mala nulla est meretrix, ne pave, pejora ibus conveniunt.* Mala, inquit, nulla est meretrix, cum sint malis pejores, atque adeo pessimæ. *Pejora ibus conveniunt : ibus* pro iis ἀρχαϊκῶς, et tralaticium. Formulæ sunt loquendi Græcanicæ, ἐστί τι καλοῦ κάλλιον, ἐστί τι θερμοῦ θερμότερον. Ita negat malas simpliciter meretrices esse, cum sint malis pejores. *Salmas.* *Pejora ubi conveniunt*] Undecunque sit, (sed videtur esse a Pistorio, quam tamen ipse non intellexit,) hæc lectio sola vera est. Nam quod habent scripti, *pejoribus conveniunt*, aut quod Acidalius conjicit, *pejora ibus conveniunt*, patiuntur quidem sensum aliquem, si sola et extra viciniam suam consideres : sed si totum contextum orationis inspicias, illud unicum, quod primum posuimus, requiritur. Ne formida, inquit, ne pave, dum ne inscientes quid bonum faciamus, *meretrix nulla mala est*, hoc est, male atque imprudenter rem gerit, *ubi conveniunt pejora*, ubi male faciendum est. Lúdit nimirum in ambiguitate *τοῦ mala est*, quod significat, et malefica est et inscite facit opus. *Gronov.*

25 Pa. *Heus noster esto, &c.*] Ita recte Acidal. hæc distinguit, et Acrotelentio nullo ait modo convenire ; Palæstrioni optime : qui senem laudet, ob conciliatas tam lepidas mulieres : quo facto, mulierem etiam salutet, &c. *Gruter.*

41 *Ubi probus est architectus*] Significatur per *navem* negotium de decipiendo milite : per *carinam* commentum et fallacia, totius denique fabricæ ratio et fundamentum : per *fabros*, Peripl. et meretrices : per *architect.* Palæstrio : per *materiarium*, miles. *Lamb.*

46 *Materiarius*] Is dicitur, qui materiam, id est, ligna ad fabricandum comparat. Et enim κατ' ἐξοχήν Latinis *materia* pro ligno ad ædificandum. Gloss. Ξύλα, *materia.* Pœn. IV. 2. 93. Cæs. B. Civ. II. 37. Idem lib. IV. ' Quæ naves gravissime adflictæ erant, earum materia atque ære ad reliquas reficiendas utebatur.' Tacit. Hist. IV. 23. ' Perfugæ captivique docebant struere materias in modum pontis.' Lib. V. 20. ' Egressum militem in cædendis materiis operatum turbavere.' Quod uno verbo Cæsar dicit ' materiare.' B. Gall. lib. VII. ' Erat eo tempore et materiari et frumentari, et munitiones fieri necesse.' *Gronov.*

49 *Cincinnatum*] Cincinnis, id est, capillis crispis et calamistratis comptum. Sic apud Cic. ' Cincinnatus galeo, et cincinnatus consul.' *Taub.*

52 *Potine ut hominem mihi des? &c.*] Quasi dicat : Da mihi tantum hominem : quod ad cetera attinet, otiosus sis : ego curabo. *Lamb.*

55 *Alia cura*] Tu aliam rem, sinas me hanc curare. Ita loquebantur, si quem de re aliqua securum esse juberent.

61 *Probe jam oneratum*] Sic Mos-

Digitized by Google

tellar. II. 1. ‘ sarcinam imponam seni,’ id est, gravi cura ac molestia afficiam. *Lamb.*

65 *Datne abs se mulier operam*] Nullo sensu est, *datne abs se mulieri operam?* Quis ferat ita loquentem, si rogatus quidpiam facere promissis additis, ipse respondeat, Facitne gratis? Versus sunt septenarii Hipponactei, in quibus quæ ultimam præcedit syllaba semper est producta. Ut statim in principio versus finit *Milphidippa:* secundus *fallaciasque:* quod ubi non observat Plautus, ibi duas breves pro una longa subjicit: ut, ‘meminisse nequeunt, indificata lepide.’ Ita hic, *mulieri operam*, nisi quis δισυλλάβως *operam* malit. Putamus autem vocem unam, quæ sensui integrando est, excidisse ob literarum similitudinem: quod cum factum esset, ex scholio, simul quo versus fulciretur, aliam irrepsisse. Illa est τὸ *mulier:* nam dixerat Acroteleutium: ‘ detne ab se mulier mulieri operam?’ Nempe cum præmium pollicitus esset senex, viris, significat illa, gratuitam operam dare non esse meretricium, sed fœminam fœminæ, id vero decere. Alteram vocem censeo esse *mittam;* quæ per se nulli rei est: quare enim *mittam* potius quam ‘ dabo,’ ‘ reddam,’ ‘ referam?’ et pulchre tale quid intelligitur. Scribe igitur, *Quid tibi ego muneris?* Ac. *Detne ab se mulier mulieri operam?* Gronov.

66 *Confido confuturum*] Terentius Andr. ‘Spero confore.’ ‘ Confieri ’ Lucr. et Virg. Glossæ Papiæ: ‘ Confieri, compleri, perfici.’ *Boxhorn.*

ACTUS IV.

Scena I. 15 *Ingenua, an festuca facta*] Per festucam ‘ liber ’ quis fieri potest, ‘ ingenuus ’ non potest, nisi quis ante fuerit. Est autem *festuca* idem quod ‘ vindicta,’ nimirum virga prætoris manumittendis a lictore imponi solita. *Douza.*

17 *Nequeas cupidis tui*] Sic Camerarius. Mss. alter, *responderet nequeas capiti uti:* alter, *responsare nequeasque cupit uti.* Lege, *quæ cupiunt tui.* Sic Symmachus I. 8. ‘ Jamdudum vestri cupiunt.’ *Scioppius.* Sic scen. seq. vs. 58.

18 *Et nupta et vidua*] V. N. Sticho I. 1.

21 *Ad tuam*] Illa una digna est, cujus forma cum tua comparetur. *Ad* hic comparationem significat. Sic Ter. Eun. ‘At nihil ad nostram hanc.’ *Lamb.*

23 *Demoritur*] ‘ Demoritur te ’ dictum, ut ‘ deperit te,’ id est, perdite amat.’ Sic infra IV. 2. 48. ‘ Heram meam, quæ te demoritur.’ *Gronov.*

26 *Quæ cupit*] Sine interrogationis nota hæc legenda. Explet Palæstrio venuste orationem Pyrgopolinicis. Cupio hercle, dixerat ille, si illa cupit. Addit hic: Cupis illam certe quæ te cupit. Nihil ergo cum Acidalio mutandum. *Boxhorn.*

39 *Celax*] Vide notas Asinar. II. 1. 10.

42 *Pithecium et spinturnicium*] Quis non videt hoc loco *spinturnicium* nomen esse quadrupedis, turpis figuræ; ut et ‘ pithecium,’ Græci πίθηκον et πιθήκιον, de homine et muliere deformi sæpe usurpant. *Spinturnicium* igitur hoc Plauti versu est, τὸ σφίγγιον, quod genus simiæ est turpicula facie, et liquet in Græco fuisse, πίθηκιον καὶ σφίγγιον, *pithecium et spinturnicium.* Alibi ‘ clurinum pecus ’ de turpiculæ formæ puella dixit, id est, simiam. Quod ‘ spinturnicem ’ quæ sphinx est, de ave quidam veterum interpretati sunt, ex eo factum videtur, quod Græci alatas sphinges ex fabula pingebant; quas Ægyptii sine alis, ut erant revera. *Salmas.*

Scena II. 5 *Qui de vesperi vivat suo*] Duæ sunt explicationes, Durantii, qui intelligit grassatores nocturnos, et Lambini, qui sua quadra viventes, quibus domi victus est, nec

Digitized by Google

opes alienas exspectant: quales plerumque sunt curiosi de rebus alienis, cum ventri non metuant, si sua in re sunt omissiores. Pejorem adoptarunt: nam verior haud dubie posterior. Sic Rudente I. 2. 'si tu de illarum cœnaturus vesperi es.' Huc facit in Trucul. I. 2. 'Nimis otiosum arbitror hominem esse te. Dr. Quianam arbitrare? As. Quia tuo vestimento et cibo alienis rebus curas.' Hieronymus ad Eustochium: 'Inter hos sæpe sunt jurgia, qui suo viventes cibo, non patiuntur se alicui esse subjectos.' *Gronov.*

7 *Domo si ibit, &c.*] Mendosus locus est. Scribendum puto, *Domo si ibit hac, dum huc transibit, quæ hujus cupiens corporis est.* Sententia est: Non mihi modo, sed et heræ meæ metuo, si domo hac via eat, dum huc ad militem Pyrgopolinicem, cujus cupiens corporis est, vult transire. *Boxhorn.*

10 *Haud cinerem quæritant*] Lutum et sordes ad hunc locum adfert, qui tantopere alios contemnit. Legendum scilicet, *Hujus sermo nos, haud cineres quæritat.* At quomodo convenit huic orationi subjecta ratio? *quia enim loquitur laute et minime sordide.* An quia mulier aliqua loquebatur laute, necessario quærebat militem et servum militis? Dein quæ similitudo inter nos et cineres? Verissimum quod a Sibero dat Taubmannus, quo tanquam eluantur et nitidentur, ut solent hodieque vasa ex orichalco: quippe jam sic tersi et splendidi. Sed obnunciat Gruterus, se ignorare et multos cum ipso vasa ex orichalco nitidari cinere. Captavit vocem *orichalco;* quod acceperant illi pro ære. Hoc igitur nos non commoveat: videmus enim quotidie. Arnobius lib. VII. 'Lavatio Deum matris est hodie. Sordescunt enim Divi, et ad sordes eluendas lavantibus aquis opus atque adjuncta habent cineris frictione.' Sed et capillos mulieres rutilabant cinere: unde 'ciniflones' et 'cinerarii.' Val. Max. II. 1. *Gronov.*

14 *Oculis tuis?* Py. *Video id, &c.*] Puto legendum, Py. *Video, idque credo tibi: Eccum hæc elocutam.* Pa. *Illam autem absentem?* Py. *Subigit me ut amem, &c.* Decorum in libidinoso milite servans Plautus, facit eum ad conspectum ancillulæ statim adhinnire: quem reprehendens quasi Palæstrio, Minime gentium, inquit, tune ut huic te des priusquam illam absentem videris? *Lips.*

15 *Cum hæc locuta*] Ita ultimæ edd. Ex vestigiis Mss. legendum puto, *Cum hæc locutam illam autumem absentem, &c.* Quasi dicat: Cum ea quæ jam dixit et de me prædicavit ancilla, heram dixisse autumem, licet absentem, cujus velut interpres est ancilla, subigit me ancilla ut amem. Quod et de ancilla et hera accipi poterat. Est enim ambigua oratio. Plane id confirmat, quod sequitur Palæstrionis responsum: hercle hanc, id est, ancillam, tu non amassis. *Boxhorn.* Lectio vulgata mihi proba videtur, quæ etiam habetur in Mss. Camerarii. Vaticani codices, ut ex multis mihi constat, longe sunt deterioris notæ quam illi Palatini. Optimus autem sensus ex vulgata elicitur. Visa ancilla ejus quæ fingebat se amare militem, eam sibi adlubescere is dicit. Quid, inquit Palæstrio, an priusquam illam oculis tuis? scilicet videris. Respondet miles, 'Ideo id, quia credo tibi, cum hæc locutus.' Non expeto, inquit, eam videre, quia facile credo tibi talem esse, ut narrasti. *Cum hæc locutus,* pro, cum hæc de ea ac de ejus forma locutus es. Addit deinde, 'Illa autem absens adigit me, ut amem hercle hanc quidem.' Cum illa absens tam amari digna sit, ut illam vis videri, subigit me ut eam amem quoque quæ ab illa venit, quam illa ad me misit. Hæc argutia fuit

Digitized by Google

stulti militis, quæ non apparet in iis lectionibus, quas commenti sunt viri docti. *Salmas.*

25 *Cedo signum, si harunc Bacchārum es*] Ritus observandus: et est allegoria a sacris Bacchi, quæ erant reconditissima; neque ulli, nisi sacris ejusdem initiato, cognita. Sic Apul. in Apol. c. 1. 'Si qui forte adest eorundem solemnium mihi particeps, signum dato.' Arnob. 'symbola' appellat; Clem. Alexandrin. *συνθήματα*; Apuleius etiam 'memoracula.' *Taubm.* Ex hoc ritu apud Min. Felic. Cæcil. ait de Christia: 'Occultis se notis et insignibus noscunt.' *Gronov.*

27 *Ex proclivo*] Q. d. facillimo negotio omnem mihi rem aperuisti.

30 *Sic*] Δεικτικῶς. Et nota orationem militi glorioso convenientem. *Taubm.*

34 *Redeo ad te*] Ad Milphidippam scilicet.

46 *Pulcher*] Erat cognomentum Clodiorum, quo distinguebantur a Marcellis in gente Claudia, qui erant plebeii, non patricii.

52 *Non hercle humanum est ergo: nam volturio, &c.*] Mihi omnis joci argutia in ambiguitate sententiæ videtur consistere. Ambiguitas vero in vocibus illis duabus *est* et *volturio*. Nam cum videatur dicere, Volturio plus humanitatis inesse, quam glorioso huic; aliud longe diversum salse significat, primum in casu *τοῦ volturio* comice ludens, qui tametsi pro dativo positus existimari possit, tamen nominandi casus intelligendus; ut sit, *volturio, volturionis.* (Sic 'lanio' et 'lanius;' sic 'longurio' et 'longurius;' aliaque multa.) Deinde *est* haud quidem pertractate aut simpliciter, verum pro *edit* positum accipere debemus: innuitque, vulturium plus humani, id est, humanæ carnis (interim dum in cadaveribus depascendis deditus est) rostro vellicatim carpere, quam Pyrgopolinicem possidere: sententia nimiæ verisimilitudinis ergo, quamvis urbana vel ridicula potius. *Douz.*

58 *Detuli huic*] Scil. Palæstrioni. *Qui porro*] Scil. tibi traderet.

67 *Huic verri*] Porco non castrato; cui opponitur 'majalis.'

68 *Non hic suo seminio quamquam porculam, &c.*] Porculam sui seminis hic verres admissarius participabit. Lucr. lib. III. 'suo cum semine seminioque.' *Seminium* hic et semen et proles esse potest. *Turneb.*

74 *Quid ego? ut sublecto os*] Quam scite ei palpando os demulceo? V. N. Cas. v. 4.

79 *Quod quæ te volt*] Ita restitui ex ambigua scriptura Mss. sec. *Quod ipse vult eandem.* Alter, *Quodque te volt eadem.* Gruter.

82 *Huc abs te avorti*] Pro illis *ob eam causam huc, abs te avorti*, una littera adjecta putem legendum, *ob eam causam hunc abs te avorti.* Id est, hunc militem, abs te avorti, ut possem tibi hæc dicere secreto. *Salmas.*

85 *Meri bellatores*] *Merum*, quid sit, aut eo ut veteres usi, paucos reperias, qui intelligant; nullum, qui explicarit. Putant vulgo nihil esse aliud quam 'solus;' et errant. *Merus* igitur a linguæ Latinæ auctoribus ponitur pro vero, præstanti; non ficto, aut simulato: pro insigni, vehementi. Ita 'merum lac' in Lucret. est recens, bonum, purum putumque. Cic. 'scelera mera loquuntur.' Idem, 'meras proscriptiones, meros Sullas attendere.' Idem, 'meram bilem, mera monstra nunciare: meros principes e schola Isocratis exiisse:' quem locum tentarunt scioli. 'Meros bellatores' dixit Plautus. Hoc autem totum a Græcis sumptum est, apud quos admirabili venustate ἀκρατὴς ponitur: ἄκρατος ὀργή, ἄκρατον ψεῦδος, &c. *Gifan.*

92 *Viva*] Ἰδιωτισμὸς hominis ab aliqua re abhorrentis. Cum enim molestam sibi fuisse alicujus garrulita-

Digitized by Google

tem volebant indicare, dicebant se adeo fuisse enectos. Sic Horatius metuit, ne a suo illo garrulo enecetur. Ita θάνατον sive *morbum* sibi esse dicebant rem auditu molestam. Sophocles, ὅμοι θάνατος μὲν τάδ' ἀκοὐειν. Cicero sæpe 'mortis instar putare,' &c. *Casaub.*

96 *Ut cor ei saliat*] Id germanum censeo: ut alludat ancilla ad id, quod servus dixerat, 'cordate;' in amore autem vehementi cor subsilire solet. *Lips.*

101 *Jube maturate illam*] 'Maturate properare' est festinationis moderatæ, ut 'lente festinare,' tardioris maturationis, quod commendabat Augustus c. 25. Sueton. *Mercer.*

Scena III. 8 *Tempus maximum*] Id est, ultimum, post quod nulla superest alia occasio id agendi, de quo agitur. Tacitus Agric. 'Imponite expeditionibus magnum diem:' 'Magnum diem,' hoc est, ultimum, supremum. *Boxhorn.*

13 *Ecquid fortis visa est*] Quare *pulcer* inspiretur, ratio declarat. Fuit enim Græcum πολύχειρ, id est, *fortis:* sic omnium doctissimus poëta Æn. VII. 656. 'Satus Hercule pulcro Pulcer Aventinus.' Igitur Romani, qui omnia ponerent in fortitudine, eum demum bonum et formosum putarunt, qui esset fortis. Itaque *fortis* quoque pro pulcro positum est apud Plautum hoc loco, neque sine ratione: exemplo enim Græcorum factum est, qui καλὸν æque et *formosum* et *bonum* significarunt: at bonus, fortis est; malus autem κακὸς, imbellis: unde 'caculæ,' qui in numero militum non essent, παρὰ τὸ χάζεσθαι, quod est *cedere:* Χάζεο Τυδείδη. *Scaliger.* Vide etiam notas Bacch. II. 2.

32 *Per gratiam bonam abeat*] Sic JC. dicunt, matrimonium dissolvi *bona gratia:* ἀγαθῇ χάριτι, *bona venia, amicabili separatione,* μετ' εὐλόγου αἰτίας: *sine querela,* ἄνευ μέμφεως.

37 *Demutare*] Id est, alius esse quam qualem eum esse dudum dixi. *Taubman.*

Scena IV. 4 *Qui enim non sum dignus*] Tantum abest, ut architecti nomen merear, tecum comparatus; ut dignus non sim, qui palum figam in parietem: quod tamen quivis potest, etiam architecturæ imperitus.

6 *Deruncinavit*] Vide notas Capt. III. 4. 108.

12 *Se ut abeat*] Sic in Prologo Mercatoris, 'Quem navi abire vetui.' Frustra ergo ille conjector, *sed ut abeat.* Gronov.

17 *Poterit hujus*] Laudo judicium Jani Guil. qui ὑποστιγμὴν collocat post *hujus.* Nihil hujus rei, inquit, quam struimus, confici poterit, nihilque hujus auferri, si miles dolos olfecerit: quare nunc cum maxime dolis utendum est caute. *Acidal.*

30 *Nisi modo unum hoc*] Scil. addas velim. *Ædes dicas dotales tuas*] Ex quo factum, ut, soluto jam matrimonio, ad te reversæ fuerint.

38 *Expolitum*] V. N. Asin. v. 2.

42 *Causiam*] *Causia,* pileus latas oras ac margines habens, ad prohibendum solis æstum: a καίω, *incendo, uro.* Val. Max. v. 1. 'Causea, qua velatum caput suum more Macedonum habebat, texit.' Suidas: Καυσία, εἶδος πίλου βαρβαρικοῦ. Et notetur habitus naucleri. *Culcitam*] Tomenta proprie sunt ex ciliciis pilis: *borram* vulgo vocamus: iis igitur tomentis aut ciliciis pilis implebant culcitas. Tamen olim, ut etiam hodie, culcitæ inferciebantur acere, et glumis spicarum. Et quicquid omento inculcabant, vocabant 'culcitam:' unde ei nomen. Itaque 'centunculum,' quod Diosc. πίκημα vocat, id est, *pulvillum,* culcitam appellat hic Plautus. *Scaliger.* Jubet ut oculi vitium simulet: nam id genus hominum lanem paniculum oculis prætendebat: qui mos etiam hodie obtinet; dicebanturque 'lanoculi.' Festus: 'Lanoculus, qui lana tegit ocu-

Digitized by Google

li vitium.' *Meurs.*

44 *Exaffilato*] Recte se habet, *expapillato brachio:* quam scripturam etiam agnoscit breviator Festi his verbis: '*Expapillato brachio*, exerto, quod cum fit, papilla nudatur.' Quod in quibusdam veteribus glossis ac libris legitur, *exfafillato*, ex mendo est, ut cum 'trofæum' pro 'tropæum' scribitur. Apud Placidum in Glossis scribitur *exfafillato* pro *expapillato.* Apud eundem Festi abbreviatorem *effafilatum* corrupte pro eodem legitur, quod a 'filo' deducit, quod omnes 'exerto brachio sunt exfilati, id est, extra vestimentum filo contextum.' Quod ineptum mihi videtur. Non enim *effafilatum* potest deduci a filo, nisi legatur *exaffilatum.* In eadem significatione positum apud eundem reperitur 'exinfulatum,' 'exinfulabat,' inquit, 'exertabat. Infulas enim sacerdotum filamenta vocabant.' *Salmas.*

52 *Pictura*] Fallaciæ in militem struendæ descriptio. *Lamb.*

60 *Celebre apud nos*] *Celeber* in nonnullis veteribus glossis exponitur, 'prior,' 'primus.' Vult ergo, primo loco sibi esse imperium Palæstrionis. Sed an male legeretur, *celere?* Quasi dicat: Nos tibi imperanti nequaquam in mora futuri sumus: celeriter tuum præcipientis imperium exsequemur. Cogitent eruditi. *Boxhorn.*

SCENA V. 4 *Ut lenta materies fuit*] Verum quidem est, *lentum* Latine nonnunquam dici, quod flexibile et sequax est. Recte Papias in Glossis: 'Lentum, molle, tenue, et quidquid flexibile est.' Sed nemo facile verum esse credat, quod tamen est verissimum, postremos Plauti interpretes *lenta* ea significatione hic accepisse. Miseret me ἀβλεψίας. Quanto rectius Lambinus? Ut longum negotium fuit! Nec aliud voluisse Plautum, versiculus proximus satis ostendit. *Boxhorn. Ut lenta materies fuit*] 'Lenta materies' est quæ tarde expeditur. Sic Cicero: 'Teucris illa lentum negotium:' quod recte adhibuerant interpretes. Sed adjecerant alia quæ parum huc faciunt. *Gronov.*

10 *Oppressit*] Pervicit, ut te secum abduceret.

SCENA VI. 5 *Locuta, &c.*] *Secuta* temere interpolatum a doctis viris, cum sit probissimum. Nam 'seco' et 'sequor' antiqui pro 'dicere' usurpabant: hinc 'sequester' et 'insequo.' Livius Andronic. 'Inseque, Musa, virum versutum.' Ovid. Met. XIII. 'Refer, o carissima, dixit: Neve tui caussam tege, sum tibi fida, doloris. Nereis his contra resecata Cratæide natam est.' Dixit 'resequi,' ut Sabini 'reloqui.' *Meursius.* Sic etiam Livius de Cicerone: 'Vir acer, magnus, memorabilis fuit, ut in ejus laudes sequendas Cicerone laudatore opus fuerit.' Et Ovid. Metam. VIII. 865. 'Illa Dei munus bene cedere sensit, et a se Se quæri gaudens, his est resecuta gaudentem.' Id est, respondit. Hoc a Græco ἕσπετέ μοι μοῦσαι. Dicitur autem poëtice ἕσπομαι pro ἕπομαι, et ἕσπω vel ἕσσω, *facio aliquem sequi*, quod faciunt qui præeunt sequentibus; sic qui alicui verbis præeunt, quasi dictantes ἕσπειν dicuntur. Latini veteres 'insequere' dixerunt. Vide Gell. XVIII. 9. *Gronov.*

10 *Per epistolam, aut per nuncium*] Nescio cur viri eruditi *regem* hic dici velint κατ' ἐξοχήν regem Persarum. Reges, aut regia potestate, omnes per epistolam, aut per fere nuncium adibantur. Tacit. Annal. IV. de Tiberio: 'Moris quippe tum erat, quanquam præsentem, scripto adire.' Apuleius de Deo Socratis: 'Inter homines, qui fortunæ munere opulentia elatus, et usque ad regni mutabilem suggestum et pendulum tribunal evectus est, raro aditur, et longe remotis arbitris in quibusdam digni-

Digitized by Google

tatis suæ penetralibus degit.' Sic et majestati et securitati consuli credebatur. *Boxhorn.* *Quasi regem*] *Regem* hic dicit Plautus κατ' ἐξοχὴν regem Persarum, quem per epistolam aut per nuntium adibant: ut vulgo notum. In hoc autem Ἑλληνίζει: nam Græci βασιλέα ἁπλῶς τὸν Πέρσην appellabant. Sed et μέγας βασιλεὺς dicebatur. Scio tamen *reges* dictos πλουσίους καὶ εὐδαίμονας: sed hic nullum locum habebunt. *Brisson.*

26 *Consciscam letum*] Hoc ipso summam præ se fert amoris vehementiam. Eodemque mimo fœminæ heredipetæ, a Simone neglectæ, minantur sibi se illaturas necem, ut refert Lucianus in Somnio.

29 *Exspectet*] 'Expectare aliquem' est ad alienum arbitrium se componere, sua tempora ex temporibus alterius disponere. Sic Mostell. I. 3. 31. infra IV. 9. 9. Pœn. I. 2. 149. Nec secus Terent. Eunuch. I. 2. 'Me somnies, me expectes, de me cogites.' *Gronov.*

32 *Phaoni Lesbio*] Quem perdite amavit Sappho: et ob cujus in Sicilia tum peregrinantis amorem, ex Leucate Epiri promontorio in mare præcipitem sese jactavit. Cujus epistol. molliss. legere est apud Ovid. numero XXI.

33 *Eo intro*] Loquitur non ut quæ introit, sed quæ gestit introire. Ita supra dixit miles, 'properando excrucior:' non quod properaret reapse, sed quod vellet. Non ipsa Acrotelentium it, sed ire ancillam jubet, ipsa interim ire gestit. Acidalium ergo vulgatam lectionem incusantem mutantemque non audio. *Boxhorn.*

41 *Nam odore nasum sent.*] Ita Mss. 'Sagax nasum,' Curcul. I. 2.

50 *Nepos sum Veneris*] Hæc enim formosos et fortunatos atque adeo venustos facit amatores. Vide infra act. V.

56 *Linguam oculi præciderunt*] Eleganter. Nam in amore, cum oculi cupide, quod amant, intuentur; non solum mens, sed etiam lingua obmutescit: ita fit, ut quasi præcipi et præcidi verba ab adspectu videantur. *Lips.*

67 *Ornatu thalassico*] Id est, marino. Supra scen. IV. dixit, 'ornatu nauclerico.'

SCENA VII. 6 *Mitto jam*] Ita restituo e Mss. Objicit Achilli, quod desidens apud naves Græcorum, civium pernitiem non averteret. *Gruter.*

10 *Quæ mora est æque mora*] Mirum sane postremis Planti interpretibus placuisse Palmerii sententiam, tradentis hic medio versu *mora* longa priore poni, itemque significare quod *stulta*. Morum illud plane et stolidum est. *Mora* vocabulum identidem hic repetitum, idem significat. Sententia venustissima est. Mulier, dum moratur semper, ex ipsa mora nata videtur. Si quæ mulieris caussa mora sit, major vulgo creditur, quam quæ, licet non sit minor, viri, aut alterius alicujus rei gratia affertur. *Boxhorn.*

26 *Nam si abstinuissem amare*] Jocus elegantissimus, et Plautino dignissimus ingenio. Nam cum Plesidides oculum sibi lævum, ne agnosceretur, obligasset; interrogatus a milite, cur id faceret, urbanissime respondet, se id maris caussa facere. Nam, inquit, si a mare abstinuissem, eo æque atque altero uterer. Ludit autem militem ambiguitate vocabuli: cum enim dicere videatur duabus vocibus, Si *a mare* abstinuissem; non id dicit; sed si *amare* abstinuissem: revera enim amor ipsi in caussa fuerat, ut eo oculo minus uteretur; aut saltem ita fingeret. *Mare* autem sexto casu usitatum. Ovidius: 'Libyco de mare carpat aquam.' Idem Trist. III. 2. 'Exiguum pleno de mare carpat aquæ.' Et de Ponto IV. 5. 'Euxino de mare vertet iter.' *Muret.*

SCENA VIII. 14 *Nequeo*] Mœcha hic

Digitized by Google

est, aut potius adultera, Lambini interpretatio. Legitimus sensus talis est: Cum ipse diceret miles, nimis eam flere; illa hoc ait: Non posse nimis se flere, ubi illum talem virum videat ultimo; et cogitet amplius non videndum. *Acidal.*

20 *Tene mulierem*] Cum enim Philocomasium se exanimatam esse simularet, Palæstrio hortatur militem aut Pleusid. ut eam retineat; ne ad terram gravi casu allidatur. *Lamb.*

23 PA. *Malo merum: ne interveneris quæso, dum resipiscit*] Non video, quomodo τὸ *merum* hic locum habere possit. Itaque ejiciendum censeo, ut spurium; præsertim quia Gruterus affirmat vocis *meri* nullum exstare vestigium in libris Mss. habent illi, *malo ne interveneris quæso dum resipiscit:* quæ haud dubie vera est lectio. Sententia est: Cum Philocomasium tua caussa animi deliquium passa sit, ne intervenias, dum malo, dum a deliquio resipiscit, et ad se redit; ne te conspecto iterum animo linquatur. *Boxhorn.* In Mss. neque *merum* est, neque *ipse*, quæ in vulgatis. Et facile admitto scripturam veterem; sed tam *malo intervenire*, quam *malo resipiscere* displicet. Fingit servus, quum nescio quid se malle vellet dicere, interrumpi orationem suam, dum accedit miles, et ipse eum properat monere, ne quia conspectus ejus mulierem exanimarit dolore discidii, rursus illi se offerat miles, priusquam ad se redierit, ne prorsus moriatur: revera autem sentit, malle abesse militem, ne mimus patefiat. *Gronov.*

26 *Spiraret, an non.* PY. *Aurem admotam oportuit*] Mihi proba videtur lectio Gruterianæ editionis, *aurem admotam oportuit*, sive ex libris illa sit, sive ex conjectura. Philocomasium simulaverat animi deliquium. Ex ea occasione osculabatur eam Pleusides, labra labris ejus jungens. Non placere hoc sibi ait miles, qui jam suspicabatur aliud agi quam quod simulabatur. Ut excusaret factum Pleusides ac tegeret, dicit se tentasse spiraret an non. Respondet miles, nam persona ejus hic reponenda est, *aurem admotam oportuit.* Si hoc tentare volebas, oportuit aurem admotam ori ejus, non os nec labra. *Salmas.*

34 *Lux salve*] Philocomasium, tanquam ad se rediens, et lucem diei, cujus usuram videbatur amisisse, revisens, hæc loquitur: quod solemne iis, qui ex deliquio animi sibi restituuntur. *Lamb.*

39 *Nos secundum ferre*] 'Secundum ferri' dicuntur, quæ a servis sectatoribus feruntur: ipsique pueri a pedibus, 'secundum ire,' Amph. II. 1. *Palmer.*

47 *Hau mihi*] Latet insigne mendum: nam membranæ concorditer *harum;* tantum agnoscitur. Et vero hæc vox suspiriosa cum fletu efferenda: aut aliud quid excogitandum. *Gruter.*

50 *Amisi omnem libidinem*] Ridicule voluntatem aut rationem dixit 'libidinem:' nam 'libido' est rationis expers voluntas. *Lamb.* Latet hic jocus a nemine animadversus. Miles hortabatur Palæstrionem, postquam cum scorto Philocomasio abiret, ut bene se gereret, prout deceret frugi servum: ille nequiter ludit, tanquam de Venere loqueretur, respondetque, non posse se; amisisse enim omnem libidinem. Fuit autem Romæ 'Venus Frugi,' cujus templum Frucinal sive Fruginal, apud Festum, &c. Venus vero Frugi ea est, quam veteres honestis amoribus præsidere credebant: quam Εὐφροσύνην Gr. nominabant. *Meurs.*

53 *Ne me deseras*] Ut mihi victum et cultum præbeas. *Lamb. Non est meum*] Scilicet, bene meritos deserere. *Lamb.*

57 *Scies: imo, &c.*] Non aliud puto mutandum in hoc versu, nisi quod interrogatione scribendum: *Scis? imo hodie verum factis faxo post dices magis.*

Digitized by Google

Quem hodie verum esse comperisti, faxo magis postea ita esse factis dices. *Verum*, id est veriloquum et veracem. Atque ita accipiendum etiam in præcedente versu: 'Scio, et perspexi sæpe verum, cum antehac, tum hodie magis.' Ut apud Terentium, 'verum scias.' *Salmas. Scies: imo hodie*] Nihil mutari velim. Primum *Scies*, inquit, scilicet cum tempore, quam tibi fidelis fuerim. Postea hoc quasi corrigens: *imo hodie*, vel hoc ipso die, id *verum factum* esse *post dices magis*. Et plane contrarium sentit servus ei, quod miles putat. Experietur enim nihil infidelius illo sibi servo fuisse. *Gronov.*

Scena ix. 12 *In statu stat senex*] Facete alludit ad modum, quo gladiatores se componebant, et colligebant in arma, insigni cura sui defendendi, alterius petendi. Quam ex arte posituram vocabant 'statum.' Sic Petron. de anu: 'statum præliantis componit:' hinc illud, 'stare in statu,' 'stare in gradu.' Petron. 'Ego intorto circa brachium pallio, composui ad præliandum gradum.' Allusit D. Hieronymus ad Demetr. 'Quasi in procinctu et acie stemus semper ad pugnam. Vult nos loco movere hostis, et de gradu decedere: sed solidanda sunt vestigia.' Lucifer. Caralit. 'Vovimus Christiani, nec prosperis nec adversis de gradu dimoveri.' *Lips.*

ACTUS V.

6 *Ut faciam*] Ut faciam ei pendere abdomen, seu candam salacem, (nam hanc forte, quæ stat in imo ventre, per abdomen significat) quemadmodum pendent puero in collo crepundia. *Victor.*

7 Ca. *Haud etiam numero*] Pessime hoc vulgo interpungitur. Ait, Nondum periisti: numero hoc dicis: præmature periisse te dicis, præut peribis. *Acidal. Numero*] *Numero*, pro 'nimium cito,' cur dictum sit antiquitus, patet e Macrob. l. II. ubi scribitur, 'His geometricis rationibus applicatur natura numerorum. Et *Μονὰς* punctum putatur: quia sicut punctum corpus non est, sed ex se facit corpora; ita *Μονὰς* numerus esse non dicitur, sed origo numerorum,' &c. Atque hinc 'Puncto' aliquid et 'Numero fieri,' dictum est; ac pro iisdem plane usurpatum: indidemque natum fortasse etiam verbum illud vetus, 'Ingenium habere in numerato.' *Douza.*

14 *Dispendite*] In Italia perticis metabantur antiquitus agros: Propertius IV. 1. 'Abstulerat miseras pertica tristis opes.' Barbari vero funibus; ut est in Sacris Literis, et apud Herodotum. Postea hunc funem etiam Romanis 'arvipendium' nominatum invenio. In vet. Glossario peroptime exponitur *σχοῖνος γεωμετρικός*. Quare cum in Gallia diceretur 'Arpennium' pro jugero, non puto magis Gallicam vocem esse, quam Latinam Gallis receptam, quasi 'arvipennium.' Sic Plauto 'dispennere,' hoc loco, pro 'dispendere.' *Scaliger.*

16 *Nondum nihili factus*] Nondum eviratus, seu castratus es. Ex hoc loco intelligere licet, eunuchos, spadones, et similes, qui virilitatem, sive (ut Phædrus loquitur) corpus amiserunt, esse homines nihili. *Rigalt.*

17 *Conciliatrix*] Proprie. 'Concilio' in re lenocinii usurpant etiam Petronius et Ovid. 'Non me nupsisti conciliante seni.' Unde et 'conciliatrix,' pro 'adductrice,' id est, lena seu stupri sequestra, comicis frequentata.

21 *Per Dianam*] Editio vetus, *per Venerem et Martem*: et vero *Diana* heic non convenit. Totus enim decor in eo est, quod putidus iste mœchus post verbera et verba ignominiosa, retineat adhuc arrogantem eam præsumptionem pulcritudinis ac fortitudinis; eaque propter per Deos

Digitized by Google

earum præsides jurare pergit. *Taubm.* Lege, *Juro Nerienem et Martem.* Trucul. II. 6. 34. *P. Scriv.*

28 *Et si intestatus, &c.*] Ludit in ambiguo significatu verbi *intestatus* et *intestabilis.* Potest enim accipi pro eo, qui testiculis privatus est; et qui propter fraudem aliquam capitalem, quam admisit, neque testis alteri esse, neque testes in sua re adhibere, neque testamentum facere potest. Sic *intestabilis* alibi in Plauto est ἀτελής: ut contra τέλεος, ὕοπχος. *Lamb.*

29 *Aliter hinc a nobis*] Oratio inter minas imperfecta: intelligetur autem, 'Non abibis.' *Camer.*

31 *Antequam amittis*] Visne, Periplectomene, ut etiam vapulet, priusquam eum missum facis? Et est venusta allusio in 'mittis' et 'mitis:' quod hic positum, pro eo quem Gr. dicunt τέτρωνα. *Camer.* De verbo 'amittere' vide etiam notas Capt. II. 2. 82.

41 *Seclus viri*] Exitus comœdiæ hujus commistus est, lætus simul ac mœstus; ut Asinariæ, Casinæ, ac Persæ: item Phormionis Terentianæ. *Scaliger.*

MERCATOR.

ARGUMENTUM I. 6 *Eum putat uxor illius*] Mss. Pall. *uxor sibi.* Veteres edd. *computat uxor sibi.* Academicus, *Cum putat uxor sibi.* Lege, *ad se simulans vendere, Tradit vicino: quem putat uxor sibi:* nam *ad se simulans* recte vidit Camerarius dictum pro *se adsimulans:* ut act. I. sc. 2. vs. 89. 'Vin' tu te mihi ob esse sequentem?' quod est, esse obsequentem. Truculento I. 2. 'Ad fores auscultato, atque serva has ædis.' *Gronov.*

ARGUMENTUM II. 12 *Protelat virum*] 'Protelare aliquem' longe propellere explicat Festus: ex Græco videlicet τῆλε, quod significat longe. Terent. Phorm. 'Ne te iratus suis sævidicis dictis protelet.' Turpil. Lemniis: 'Propter peccatum pauxillulum indignissime patria protelatum esse sævitia patris.' Sisenna Hist. III. 'Romanos impetu suo protelant, protelatos persequuntur.' Idem lib. IV. 'Dnæ cohortes de subsidio proceduut, atque equites protelant.' Dictum a *protelo*, quod Gloss. explicat ζεύγλαμπρον, vel ἐξάμπρον, quasi ζεύγλη ἀμπόρευμα, vel ἀμπρόν: et significat lorum vel funem per juga tentum, quo boves religantur ad onera trahenda: aut est lignum, quod eorum cervicibus imponitur. Sic explicant Glossaria: sed existimant potius docti, 'protelum' nihil aliud esse, quam tenorem in ducendo quendam, tractumque longum et continuatum. *Gronov.*

ACTUS I.

SCENA I. 1 *Duas res simul*] M. Ant. Muretus hoc reprehendit, quod is ipse adolescens, cujus primæ partes in fabula sunt, fabulam eam esse confitetur, et tum Græci tum Latini poëtæ nomen eloquitur, et attentionem a spectatoribus postulat: itemque, quod in Cistellaria tum demum προυλόγισε, cum jam inter se multa locutæ mulieres essent.

4 *Qui aut nocti aut die*] Ut nutrix Medeæ, apud Euripidem; et Electra, apud Sophoclem. Tale est illud in Theogneti Comici Phasmate, apud Athen. γῇ καὶ οὐρανῷ λαλεῖν, *frustra verba facere, &c.* Victor.

7 *Non tanti facere*] Δεικτικῶς gestu

Digitized by Google

exprimendum. Ita sola verba non possunt mentem hujus versus exprimere, nisi adjuventur gestu. *Taubm.*

15 *Atque advertendum*] Mss. *Atque advertendum ut an.* Lege, *Atque advortendum ad animum.* Acidal.

16 *Et hoc parum, &c.*] Ad rem ipsam attendenti et sententiam, quam locus postulat, vestigiaque ipsa veteris scripturæ, ita mihi hi versus deploratissimi constituendi videntur: *Et hoc, parum etsi morem amatorum institi, Promere perconatus, sumque index illico.* Sic sensus et versus constant. Pro *etsi* scriptum erat *etse:* unde *esse* postea factum a librariis. Pro *perconatus,* quod minus obvium, scriptum est ab iisdem *percontatus.* Deinde cum illud verbum *promere* non convenire videretur cum illo *percontatus,* pro eo fecerunt *per me.* Sententia loci nunc plana est: Etsi, inquit, parum morem amatorum institi non solum declarando quomodo in eum amorem inciderim, sed etiam detegendo ac promendo omnia, quæ insunt in amore, vitia; id facere tamen perconabor, et index illico horum omnium ero. Legendum esse *perconatus,* sequentia indicant: 'Istuc reverti certum, ut conata eloquar.' *Salmas. Et hoc parum etiam*] Dixerat se facturum secus atque in aliis fiat comœdiis. Huc respicit τὸ *Et hoc.* Præter illud prius, hoc quoque novum faciam, nec ut alii amatores. Si pro *etiam* placeat *ecce,* licet: nam in utroque Mss. *esse,* ut et in membranis Academiæ nostræ: quo codice nunc demum incipio uti. Deinde scriptus alter, *per me perconatus sumque inde exilio.* Forte, *Per me proœmiatus sum inde ab initio.* Non enim ipsam primariam personam amores suos narrantem in prima fabula inducere solent comici, sed alium quemcunque, qui prologum faciat. 'Proœmiari' et apud Plinium minorem est. *Inde ab initio,* ut alibi, 'Inde a principio.' Pseud. IV. 2. *Gronov.*

21 *Magno atque solido multat infortunio*] Sic in Fabulis Milesiis de Asino Aureo, 'Paveo et formido solide,' hoc est, vehementer, admodum. Ter. Andr. IV. 1. 'gaudium solidum,' id est, magnum et integrum. *J. Gul.*

23 *Res*] Id est, census. *Douza. Elegantiæ*] Et hic, et alibi interdum, in vitio ponitur *elegantia,* pro nimia cura sumtuque in cultu et victu superfluo. *Gronov.*

25 *Insomnia*] Capio pro visis nocturnis, ut Græcis sunt ἐνύπνια; quibus amantes terreantur. *Passer.*

32 *Attingunt*] Id est, attinent: ut *pertinent* Latini, pro quo vulgo male *pertingunt. Nec sunt usui hæc*] Veteres editi, *nec sumtus videt Tum amator:* ut et Academicus. Camerariani, alter, *nec sunt fidi tam amator;* alter, *nec sunt usuidi tam amator.* Scribe, *nec sunt usui di-Cta, amator profert.* Nec novum Planto novum versum a secta voce incipere. *Gronov.*

38 *Eodem, quo amerem, &c.*] Venus eodem die me fecit multiloquum, quo amatorem. *Camer.*

44 *Leno importunus*] Aptum lenoni epitheton. 'Importunus' enim est, qui alios quiescere non sinit. Isidorus: 'Importunus, inquietus: quia non habet portum, id est, quietem.'

47 *Lenonum expromere*] Post hunc versum restituendus in locum suum, qui vulgo est 53. *Amorem multos illexe in dispendium.* P. Scriver.

52 *Omnes tenerent mutuitanti credere*] Omnes abstinerent, caverent et parcerent credere pecuniam volenti mutuo sumere. Ita enim veterrima quæque editio habet *mutuitanti.* Recte: nam hujusmodi verba præter eam quæ omnibus nota, frequentandi significationem, etiam cupiditatem interdum et conatum notant. Certe 'venditare' est venditionis causa ostentare, vendere cupere, apud Cic. Ita hic *mutuitanti,* mutuari gestienti; ut mutuetur, omnia molienti. *Turneb.*

Digitized by Google

53 *Dispendium*] 'Dispendium, quod in dispendendo solet minus fieri.' Ita Varro.

56 *Rationem pessimam esse*] Nempe filii sic agentis. Ut apud Terentium, 'Nequeo satis mirari vestram rationem.' Male vero quidam, *ipsius optima:* quasi intelligat lenonis commoda. Sed neque 'optima' substantive accipiendum, ut 'bona,' cum opes significantur, quasi 'optima' sint luculentissimæ opes. Hæc explicatio pessima est: et tamen Lambino subducta, apud quem legis *ea optima*, hoc est, ea bona, quæ ipse perferens, &c. Quanto melius Taubmannus, *Optima*, scil. ratione, *quæ* ipse *optima ratione invenisset*. Sic apud Plinium est de Metello: 'magnam pecuniam bono modo invenire.' *Gronov.*

58 *Diffunditari ac deteri*] Camerar. alter, *ac dieheret;* alter, *diedere*. Acad. et priscæ edd. *ac dedere*. Lege, *Amoris vi diffunditari ac didier*, id est, dissipari. Vetus poëta apud Ciceronem, 'dide te ac disjice.' *Gronov.*

59 *Convicium tot me annos jam se pascere, quod, &c.*] Dicit adolescens: Etiam hoc sibi a patre per contumeliam indigne objectum, se convicium, id est, opprobramentum et ipsi et generi suo vivere, ac sine spe bonæ frugis, fruges paternas inutiliter depascere: cujus, nisi pudere mature occipiat, indignum esse adolescentem, qui vitam colat. *Douza.*

65 *Immundo rustico se exercitum*] Sic malim quam diviso verbo, *in mundo:* ut 'immundum rusticum' sordes agrestium vocet. *J. Gul.*

66 *Posse tum visere*] Lege, *posse invisere*. Scriver.

67 *Ut spectavisset peplum*] Nam Panathenaicis magnis, quorum feriæ quinquennales erant, (Panathenæa enim parva singulis annis celebrabantur) peplus seu peplum Athenis Minervæ consecrabatur, cui intexta erat Titanomachia et victoria Palladis de Enceládo. Peplum Trojanæ mulieres ferunt, ut ea veste Minervæ simulacrum induant, et Deam propitiam habeant. Magnis enim in periculis Deorum fidem et opem implorantes, eos vestibus etiam ornabant; illo cultu favorem numinis emere se credentes. Strenuorum quoque ducum Athenis gesta in peplo intexta, templo Minervæ imposita fuere. Et Aristoteles librum suum, quem de Heroum Tumulis confecerat, 'peplum' ideo vocavit. Pepli autem oblatio in templo Minervæ et Homerica est, Il. Z. Lutatius, Statii vetus et doctus interpres: 'Peplum est vestis candida, aureis clavis picta, sine manicis, quod simulacris fiebat.' *Turneb.* et *Scalig.*

70 *Laboravisse*] 'Laborare' etiam dicuntur, qui buccas inflant: ita Plinius de ranis loquitur. *Scalig.*

75 *Metretas*] Pondus amphoræ, sive dolii, sive metretæ vini, centum librarum est. Amphora autem Attica Romanam dimidio, id est, urna superat. *Agricola.*

76 *Atque eapse merces vectatum undique*] Ingeniose sic Scal. emendat: paullo tamen propius ad antiquam scripturam ego, *Parasse, atque ea se in Persis vectatum undique:* et convenit aptissime sententia. Solebant enim Attici cives in Persiam aut Asiam aut Ægyptum rei quærendæ caussa navigare; tum illic circumvehi et mercaturæ operam dare: donec onusti opibus, et quæstu magno facto, de reditu cogitarent. *J. Gul. Atque eapse merces vectatum*] Hæc Scaligeri conjectura est, quum legeretur, *atque ea semper eis vectatum*. A quo parum abeunt scripti. Gulielmus, *ea se in Persis*. Acidalius, *ea semet sic*. Scio ut τὸ *vectatum* pro vectasse possit defendi: malim tamen, *Parasse, atque isse merces vectatum undique*. Ut 'ire ultum,' sic 'ire vectatum.' *Gronov.*

86 *Cercurum*] 'Cercurus, navis Asiana prægrandis,' ut docet Nonius;

Digitized by Google

a Corcyra vel Cercyra insula. *Τὴν κέρκυρον*, et *τὴν πάρφυρα* Græci navibus nomina fecerunt, *ἀπὸ τῆς κερκύρας καὶ τῆς πάρου. Camer.*

104 *Munem*] Id est, 'consentientem ad ea quæ amicus velit.' *Nonius.* Idem est, ac si dixisset, pro meritis ejus me obligatum illi agnosco: nam immunibus rebus 'res munes' contrariæ sunt. Festus certum et officiosum interpretatur, *ἀρχαϊκῶς. Rævard.*

SCENA II. 1 *Ex summis, &c.*] Se ipsum et pedes suos ad cursuram hortans Acanthio ita loquitur: 'Ex summis opibus,' &c. id est, summo opere. Grammatici, qui *opem* significare tantum auxilium, opes, divitias, censent; Sallustio respondeant, et pereant. *Palmer.*

4 *Enicato suspiritus*] Id est, crebras istas atque identidem repetitas anheli pectoris reciprocationes (vitium asthmaticis peculiare) facito enices atque pervincas, animi invicti pervicacia ac firmitudine. *Douza.* Hic versus trajiciendus post eum qui vulgo est 15. hoc modo: *Nimis nihili tibi censiem Simul emicat suspiritus: vix suffero anhelitum.* P. Scriver. *Vix suffero hercle anhelitum*] Idem quod mox dicit, 'Perii! animam nequeo vortere,' id est, recipere anhelitum: nempe ut sursum adscendat, emicetque quasi in pectus, ut loquitur alibi. *Douza.*

5 *Plenissime*] Bene, cumulate. Plenissime toto corporis impetu. *Boxhorn.*

14 *Lien occupat præcordia*] Vide notas Casin. II. 6. 62.

15 *Nimis nihili tibicen siem*] His enim largo et expedito spiritu opus est. *Anima* spiritus est, quo calamus inflatur. Varro: 'Phrygio per ossa cornu liquida canit anima.' Apul. 'Nondum quidem tam inflexæ animæ sono, nec tam pluriformi modo, nec tam multiforatili tibia.'

16 *Laciniam*] Vide notas Asin. III. 2. 41.

20 *Foribus facere assulas*] Vide notas Capt. IV. 2. 52.

23 *Ignavior*] Scil. quam domi nostræ; ubi nemo familiarium pulsanti neque respondent, neque fores aperiunt. *Lambin.*

25 *Principium inimicis dato*] Mos deprecandi scæva et infelicia solemnis veteribus. Terent. Heaut. 'istud inimicis nostris siet.'

26 *Placide: volo acquiescere*] Ita interpungas. Neque enim hoc dicit servulus, velle se placide quiescere: sed jubet herum placide singula exquirere: sibi enim cursu defatigato quiete opus esse. *Placide*, id est, lente, cum mora, paullatim: cui e regione respondet, 'propere.' Mil. 'Propere hoc, non placide decet.' *J. Guilielm.*

27 *Rupi ramices, jamdudum sputo sanguinem*] Scio quid alii hic dicant. Ego vero et omnes docti negant, sputum sanguinis scrotum sequi dirruptum. Proinde *ramices* hoc loco explico venas pectoris latas; quas fortasse sic nominat, quod populari ac rustico vocabulo quæque venæ amplæ, ut *varices* nuncupatæ, etiam *ramices* vocarentur. *Mercurial.*

28 *Resinam ex melle*] Neque vero 'resinam ex melle Ægyptiam devorare' (quod Charinus ludens Acanthioni suadet) ramicum est remedium: quas sola chirurgica operatione curari, magni medicinæ auctores docent. Nos nostrum agamus: et quidem 'resinam ex melle,' valet, resinam cum melle; *μετὰ μέλιτος*, ut loquitur Dioscorid. Sic Varr. R. R. lib. III. 'Pullis apponitur nasturtium ex aqua in vas.' Et Hom. Od. XIX. *σχῖνες πυρὸν ἔδουσιν ἐξ ὕδατος: Anseres triticum ex aqua comedunt.* Mercurial.

42 *Palpo percutis*] Vide notas Amphitr. I. 3. 9.

55 *Quam vapulem*] Leg. *vapules.* Dixerat Charinus: '. Dissolve me:

Digitized by Google

nimis diu animi pendeo;' metaphora a servis aut aliis, qui in quæstione funibus torquentur, ducta: cui servus in eadem metaphora persistens subjicit, Imo nondum tempus est dissolvere: multa enim a te pendente adhuc exquirere volo, antequam vapules, hoc est, si verba spectes, anteqnam huic cruciatui, quo pendens distineris, etiam virgas addam. Vult autem, Antequam malum, quod tibi dicturus sum, plene cognoscas. Qui mutarunt in *vapulem*, putarunt servo minus convenire, ut hero hæc dicat: cum tamen tota hac scena admodum verniliter ipsi insultet. Et herus mox ipsi ex joculario verum malum interminatur, *hercle vero vapulabis, &c.* Quod si omnino *vapulem* retinendum est, active oportet accipias, quod mox adolescens invertit, et passive usurpat. Posset etiam dici, servum per jocum alias Plauto usitatum, sermonis formam mutare, et quod de hero dicere inceperat, in sese flagitriba desinere. *Pistor. Quam vapulem*] Jocus est elegans παρὰ προσδοκίαν. Nihil enim tale exspectabant spectatores; sed *quæ scire vis, enuntiam.* At ille, inquit, *quam vapulem:* quasi præsagiret malum nuntium de muliere visa ab sene, se expiaturum plagis ab adolescente hero acceptis, tanquam esset illius culpa, qui non satis custodisset. *Priusquam vapulem* est, priusquam audias ex me, ob quæ vapulem. Vide Obs. IV. 13. *Gronov.*

60 *Equidem credidi*] Me dignum esse, cui supplices. Alii: Me indignum videri tibi, cui supplices. *Lamb.*

71 *Oculis*] Jocus ex ambiguo. V. N. Mil. III. 1.

72 *Dierectus*] Vide notas Capteiv. III. 4. 103.

80 *Et componendis studuimus*] Male hodie sic legitur, pro *tumicibus*, id est, velis carbasinis: quæ Græcis θόμιγγες. Lucil. 'Indimus ei tomices carnabinas.' Dicebant etiam 'tumiculas' et 'tumiclas;' ut, 'tumicla spartea' apud Apul. Etiam 'tumicem' pro vibice usurpabant. Gloss. 'Tumex, σμῶδιξ, αἱματώδης τόνος.' Sed tunc Latinum est; a tumendo scilicet. *Scaliger.*

82 *Conspicatu'st, donec in navi super*] Id est, in superiore navis parte. Nam qui in navis superiore parte est, is et super et in navi est. Solebant autem præpositiones interdum geminare; ut 'in circum' pro, circumquaque; 'in super,' 'in ante,' 'ad ex,' 'ad ultra,' 'ab ante,' 'in coram,' 'in palam,' 'ab usque,' 'ex usque,' 'in usque.' Papinianus, 'strictam rationem in super habere,' hoc est, ejus, quod superabundabat, loco habere: et quia id quod abundat, negligere plerumque solemus, idcirco 'in super habere,' pro negligere positum est. Et hujusmodi geminatas præpositiones, separatas fuisse, non conjunctas, probari facile potest. Cic. 'in ante diem,' et 'ex ante diem Non. Junii, ad ex Cal. Mart.' Ter. Eunuch. 'Ex Æthiopia est usque hac.' *Ræverd.*

90 *Subigitare*] Vide notas extrema Capteiv. Per lasciviam nequiter attrectare.

101 *Responde, quæso.* Ac. *Quid*] Desperabundus adolescens, quasi supplex fit servo. *Gruter.*

111 *Electaret*] Incogitanter sane Lamb. substituit *eluctaret*, verbum nihili, nec hic Latinum. *Electaret* sincerum et probum est; quod valet, rogando et appellando blande eliceret, erogitaret. Idem, quod alibi dixit, 'exterebrare, expalpare, in quæstione exsculpere.' *J. Gul.*

ACTUS II.

Scena I. 1 *Miris modis, &c.*] Sciendum autem, non Sabinos solum, ut habet vetus adagium, sed etiam poëtas, quod volunt, somniare: ita lepidum hoc somnium est et nimium

Digitized by Google

præsenti eventu. *J. Gul.* V. N. Bacchid. IV. 3. 23.

4 *Egi satis*] Inversum per μετάθεσιν, pro *sategi*, ἀπὸ τοῦ *sat agere*. Cato, 'Jam apud vallum nostri satis agebant.' *Douz.*

17 *Dotem ambadederit*] Ludit in verbo *ambadedere*. Sonus in eo est vocis *ambo*; cui opponit *unum*. Et ait mirari se, quomodo una capra dotem ambadederit. Hoc ita nisi accipias, nihil in iis verbis salis est: quanquam et illud simul ridicule miratur, quomodo capra unica totam domum arrodere circumquaque potuerit. *Acidal.*

21 *Atque oppido, hercle*] Hunc versum præpono alteri, *Ast non hercle*. Caussas enim sollicitudinis duas ponit Demipho, suam benevolentiam in capellam, et quod eam abstrudere nusquam posset. *J. Gul.*

32 *Postquam hic id*] Ita Mss. Cam. non *illic*. Nam quid ad portum negotii transigendum fuerit seni, excogitare nequeo. Putabam enim senem non alia de caussa ad portum vidisse, quam ut de reditu filii quid cognosceret. *Schoppius.*

SCENA II. 10 *Lites judicandas*] Lites judicio disceptandas, et peragendas. Notandum, reo tribui, quod proprium est judicis. Pari ratione 'condemnari adversarium' dicitur is, qui litem vincit, ac judicatum reum facit. *Siberus.*

11 *I, et hoc memento*] *Ei* ἀρχαϊκῶς in Plaut. et Terent. semper scribitur, quod nos *ii*. Jubet enim puerum abire, et, quæ imperarat, recte nunciare. *J. Guil.*

26 *Valeo*] Scil. ab animo: hoc est, bis plus sentio ac sapio quam olim, 'Jucundum cum ætas florida ver ageret.' *Douza.*

33 *Amo*] Censet Emmanuel Alvarus senem intelligere ternas conjugationes; quarum paradigmata sint *amo, doceo, lego*. Sed mihi dubium non est, quin ternæ literæ *A, M*, et *O*, intelligantur. Nam puericia Romana, cui lingua Latina erat vernacula, non conjugationibus discendis occupabatur; sed duntaxat legere scribereque discebat: cujusmodi veterum fuit γραμματική. Illud etiam Emmanueli adversatur, quod ternas quidem literas uno die puer in ludo discat; ternas conjugationes tam brevi spatio discere non possit. *Vossius.*

49 *Hoc non voluntas*] Pro ad hoc. *Lamb.* Sed J. Gul. et Acidal. *hoc*, antiqua ratione scribendi aiunt esse *huc*. Libri tamen vett. aliter: neque male distinguunt, *ne objurga hoc*: quasi sit, propter hoc. *Taubm.*

51 *Ah! ne Dii siverint*] Proverbialis deprecatio fuit hæc veteribus. Græci, μὴ γένοιτο.

58 *Hoc nunc mihi viso est opus*] Lege, *hoc nunc mihi usu est opus*. Scriverius.

SCENA III. 4 *Proprium*] Id est, diuturnum, stabile. V. N. Trin. v. 2.

18 *Quemadmodum existimet me*] Forte, *levem admodum exist*. Scriv. V. N. Curcul. I. 1.

20 *Domo doct.*] *Domo doctus*, vel *domi didicisse* dicitur, qui ex se ipso quid expertus est, nec opus habuit, ut aliunde disceret. Amph. II. 1. 'experior domo.' *Gruter.*

21 *Arare mavelim, &c.*] Martialis IX. 22. 'Artemidorus amat, Callidorus arat.'

26 *Musca est meus pater, nihil*] Non enim parasiti solum 'muscæ' dicti sunt olim, sed etiam homines curiosi, qui nihil non exquirunt et penetrant. Itaque Ægyptios Orus tradit cum 'impudentiam' signare vellent, muscam pinxisse, quod nimirum vix abacta nihilominus continuo redeat. *Lipsius.*

29 *Spes in corde certa est*] Forte, *creta est*. Scriver.

33 *Recte, pater*] Quasi dicat: Non festino pater. 'Recte' enim usur-

Digitized by Google

pabant interdum veteres, cum negare vellent: negationis tamen particulam religione obstricti ponere nollent. Terent. Hecyr. 'Quid es tam tristis? P. Recte, mater.' Ad quem locum Donatus: 'Sic loquimur, cum sine injuria interrogantis aliquid reticemus.'

36 *Postea*] Id est, præterea. *Douz.*

37 *Mirantur tui, &c.*] Ita Mss. Palat. Sed J. Guil. distinguit: *tui magis.* Ch. *Opinor.* De. *Id.* Scilicet, qui diu in mari vectus erat, magis terram mirabatur, quam solitus erat.

38 *Abcesserit*] Scil. ægritudo.

57 *Non edepol mala*] Id est, non deformis: ut Catull. *Douz.* Vide N. Milit. III. 4.

63 *Ædes verrat*] Ἑαίρειν δῶμα, Eurip. Vide P. Vict. II. 1.

64 *Quæque habeat*] Coquam significat, et quæ panem faciat; non, ut censet Palmerius, quæ avide vescatur miseris his quotidianis servilibus escis: in quam quidem sententiam legebat is, *Quæque aveat quotid.* Est ergo hæc circumlocutio coquæ: et 'habere coctum cibum,' nihil aliud quam cibum coquere. Ita idem noster apud Varr. L. L. VI. 'Plautus Epeum fumificum, coquum: ab Epeo illo, qui dicitur ad Trojam fecisse equum Trojanum Argivis, et apte cibum curasse. Ideo ait; Epeum fumificum, qui legioni nostræ habet coctum cibum.' Jocose cocum ait vocari a Plauto 'Epeum fumificum.' Talis autem formula loquendi et illa est Cic. de Rep. lib. III. 'infestum habere,' pro infestate, et similes alibi. *J. Gul.* Vide Observationes nostras in Scriptores Ecclesiasticos cap. 17. *Gronov.*

74 *Impleantur*] Qua ratione carbones impleant fores elogiis, quæstio est. Ego id fieri arbitror, cum face extincta inscribebatur famosum aliquod ostio carmen. Jam enim diu est quod Lipsius docuit, amantes cum non reciperentur a puellis intra ædes, deficientes faculas sub auroram ad ostium abjicere solitos. Sed hoc fuerit patientiorum. Calidiores accensa etiam lumina ostio illidebant, et minitabantur exustionem domus: ut Persa IV. 4. Inter hos medii erant, quibus sufficiebat januas amicarum calcibus impetere, aut ferro incidere, aut conscribillare extincto titione. Atque ista eo libentius fiebant a petulanti juventute: quia mala, carbone; bona, creta solita erant notari. Persius Sat. v. 'Quæque sequenda forent, et quæ vitanda vicissim, Illa prius creta, mox hæc carbone notasti,' &c. Nihil tamen vetat, quin et carbone uterentur; ubi scilicet, januæ eo essent colore ut creta in iis minus appareret: unde Martial. Ep. XII. 62. 'Qui carbone rudi, putrique creta Scribit carmina,' &c. *Gruterus.*

84 *Dixit se redhibere*] Hoc semel sic usurpatum reperisse notat se Scipio Gentilis in Originibus, ut sit rursus habere. Sed jurisconsultis placuit 'redhibere' dici eum qui reddit; non qui recipit. '*Redhibere* est facere ut rursus habeat venditor, quod habuerit, et quia reddendo id fiebat, idcirco *redhibitio* est appellata, *quasi redditio*;' inquit Ulpianus. Nec secus Plautus in Mostellaria III. 2. 'Si male emptæ Forent, nobis istas redhibere haud liceret.' Itaque et hic malim, *Dixit sibi redhiberi*, hoc est, pactus est sibi restitui. *Gron.*

87 *Efferri domo*] Malim, *afferri domo*, id est, quam ut in domum meam aliquid flagitii, occasione istius mulieris inferatur. *Pistor.*

88 *Me tibi illam posse opinor luculente vendere*] *Tibi vendere* hic idem est, quod tuo nomine, tuo cum lucro et commodo alteri vendere. *Boxhorn.*

90 *Qui illam mandavit mihi*] Malim legere, *qui ancillam mandavit mihi.* Boxhorn.

96 *Treis minas accudere*] Hæc gestu adjuvanda sunt. Demipho enim, dum hæc loquitur, se vertit, et simulat se observare nutus ejus senis, cui

Digitized by Google

ancillam emptarum sese receperat. Responsi Charini, quod sequitur, 'Quo vortisti?' sententia ex gestu hoc dependet. *Boxhorn.*

101 *Commodis*] Lego, *hic commodius poscit, pater*, id est, majori commodo nostro licetur, utpote qui majus pretium offerat. Et *poscere* hic pro liceri et auctionari omnino ponitur: ita Charinus, 'At illic pollicitus est prior,' hoc est, licitatus est. Sed et Alciatus in Parerg. 'Pollicitationem' vult esse illud primum pretium, quod ultro offert emptor, antequam præconem venalem proclamet: quod ab eo tempore fieri possit licitatio. *Nannius.* Nihil mutandum censeo. Neque tamen 'commodas minas' hic acceperim pro integris totis, justi ponderis, non adulterinis; quomodo Nonius interpretatur; sed pro justo ac sufficienti pretio. De eo enim hic agitur. *Boxhorn. Commodis poscit*] Et ego nihil mutandum censeo. Neque tamen abjicienda Nonii interpretatio pro integris, totis, justi ponderis: et 'minæ commodæ' accipiendæ sunt pro justo et sufficienti pretio, ut volunt. Neque enim de eo agitur, quod addunt: nam paullo post idem quinquaginta minis poscit: et quod potissimum est, nusquam ita 'commodæ minæ,' 'commodum talentum,' et similia accipiuntur. Vide Scaligerum de Re Nummaria p. 24. *Gronov.*

112 De. *Sed ille illam*] Ita cogente sententia distinguendum. Rejicit pater objectionem filii. Nihil referre de mancupio: quoniam licet ipse non acceperit, accipere tamen illum senem: nec deterreri ab emptione, quod evictionis periculum non præstetur. *Acidal.*

121 *Illic quidam*] Ille quidam, qui mihi mandavit, ut sibi emerem. Ita Lambinus. Sed nugæ meræ sunt. Quin hoc vult: Cur nunc demum dicis, illum, cum quo tibi ancilla communis est, nolle eam vendere; cum antea dixeris, tibi mandatum ab alio ut emeres? Si ille non vult vendere, quid fiet illo, qui tibi mandavit ut emeres? Nihil agis: non constas tibi. Ita mox de mandato eum captat senex: 'Melius est te quæ sunt mandatæ res,' &c. *Pistor.*

126 *Te fecisse sedulo*] Sic solebant dicere, qui a se culpam avertebant. Cato de Re Rust. l. II. 'Si ei opus non apparet, dicit villicus sedulo se fecisse; servos non valuisse, tempestates malas fuisse,' &c. Cicero ad Att. x. 6. 'De Quincto filio, fit a me quidem sedulo: nosti reliqua.' Similiter villicus apud Senecam Ep. 12. 'Se omnia facere, in nulla re cessare curam suam, sed illas vetulas esse.' *Gronov.*

127 *Ad portum ne bitas*] Eas. V. N. Epid. I. 2.

Scena IV. 1 *Pentheum*] Pentheum Thebarum regem, Agave mater sua, et materteræ Ino et Autonoë, ceteræque mulieres Bacchi æstro percitæ discerpserunt, et quasi particulatim excarnificarunt. De quo Horat. Od. II. 19. et Sat. II. 3. Ovid. Metam III. Seneca in Theb. Eurip. in Bacchis, alii.

14 *Te nunc consulo, responde*] Antique et proprie utrumque enim, tam consuli quam respondere JCtorum est. Horat. Sat. II. 3. 'Ergo consulere, et mox respondere licebit?' Sunt relativa. *Douza.*

18 *Qui potius, quam voles*] Id est, qui vero aut qua caussa potius eas, quam voles? Quasi dicat: An vero non justa caussa est, quo 'Dædaleo ocyor Icaro' voles potius, quam eas? Idem de sequenti hemistichio dicendum: 'Qui, potius, quam auro expendas?' Scitum est Sallustii: 'Animo cupienti nihil satis festinatur.' *Douza.*

26 *Aliquid fiet*] Videtur vox desperatorum, quique insigne aliquod scelus facturi videntur potius, quam non exsequi quod destinarant. *Gruter.* Pu-

Digitized by Google

tem habitam mali ominis eam formulam, tanquam respiciat ad eam quæ habet, 'Si quid de me fuat.' Apul. 'aliquid de se tristius cogitare.' *Passerat.*

29 *Melius sanus*] Melius tibi consulueris si sanus sis. *Lamb.*

ACTUS III.

SCENA I. 20 *Subtemen*] Aliud *subtegmen* est, alind *subtemen*. Nam *subtegmen*, sive (ut Augustinus in Grammatica legit) *subtegimen*, est interior pannus, quo vestis suffulta est commoditatis aut ornatus ergo: *subtemen* vero pars est interior panni, velamentum, ἡ ἐνδὸν ἐπιπολὴ quæ stamini subest; ut *trama*, ἡ ἔξωθεν ἐπιπολὴ, superior pars, quæ trameat stamen: diciturque ut 'tela,' a texendo 'temen:' hinc, quod subtexitur, 'subtemen' dictum. Varronis itaque locus l. IV. de L. L. sic emendandus: 'Stamen a stando, quod eo stat omne in tela velamentum' (exterius puta corium, ut ita dicam, et interius panni, ἡ τε ἔξωθεν ἐπιπολὴ καὶ ἡ ἔνδοθεν): 'Subtemen, quod subit stamini: Trama, quod trameat. Phrygius, id genus vestimenti,' &c. *Fr. Junius.*

26 *Ovem tibi ancillam*] Dignitatem ei conciliat ab ætate; ponitque certum pro incerto, more poëtarum: et bene Camerarius ad istud, 'generis Graii est,' notat; proprium fuisse pecus illo nomine: deque eo Plin. initio l. VIII. c. 48. et Col. VII. 4. Eæ enim erant, quæ ob lanarum præstantiam domi fere alebantur, non foris. Jam, alicujus 'ancillam' dici 'ovem,' nihil vetat; cum eo nomine veniat Apuleio 'gallina,' Virgilio 'cerva,' aliis alia animalia. Interim alludi heic ad Demiphonem, non dubito. *Gruter.*

27 *Generis Græci est*] Ad oves Tarentinas allusum, quæ tectæ et pellitæ pascebantur, ob lanæ vellerisque præstantiam. *Turneb.*

30 *Ne tu frustra sis*] Vide notas Amphitr. II. 2. 200.

40 *Neuter stupri causa caput limaret*] 'Limare caput,' conjungere interpretatur Nonius; sed conjungere ex eo significat, quod qui amatores cum amica caput jungunt, tanquam terunt et limant sese mutuo fricando, dum osculantur. *Limare* Vetus Lex. 'sociare' explicat; συνωνιζέω. *Turneb.* XV. 6.

SCENA II. 7 *Sanguis integer*] Aut copiam ejus significat, aut sincerum illum et purum. *Victor.* Varr. XXV. 21.

SCENA III. 6 *Vervex*] Homo ad Venerem inepte, ut aries castratus est. *Lamb.*

12 *Quodne ames*] Perversene facit is, qui, quod amat, id osculetur, &c. *Lamb.*

13 *Jam plenus ætatis, animæque fœtida*] Nonius Ms. si non Had. Junii, at Jos. Merceri, præfert, *Jejunitatis plenus, anima fœtida.* P. Viet. IV. 2. Fœtorem quendam animæ, qui non vitio aliquo oris provenit, sed in omnibus fere est, qui nihil gustarunt, Græci significare volentes, νηστείας ὄζειν, quasi *jejunium olere*, dicebant. Cæcilius: 'Quæ mihi, ubi domum adveni, adscedit; extemplo savium dat jejuna anima.' *Gruter. Jam plenus ætatis*] Mss. Pall. *Jam ætatis plenus anima fœtida.* Alter, *Jamtatis plenus anima fœtida.* Tertius Academiæ nostræ, *Jam ætatis plenus animæ fœtidia.* Unde satis colligas verum esse, quod legitur apud Nonium, *Jejunitatis plenus, anima fœtida.* Quod Gruterus probat, tum ob rotunditatem numerorum, tum quod versu sequenti senectutis iterum fiat mentio. Addo aliud argumentum: nempe quod mox ait Demipho: 'Quid si igitur, unum factum hoc si censes, coquum Aliquem arripiamus?' Nam in omnibus superioribus nullum est verbum, ex quo colligere possit Demipho, Lysimachum censere sive unum sive bonum hoc factum, ut aitarchia

Digitized by Google

navigium Veneris instruatur; nisi illud unum jejunitatis. *Gronov.*

14 *Senex hircosus*] Cujacius Obs. XI. 10. existimat 'hircosum' eum esse, cui os male oleat: idque hinc etiam probat. Sed docet Laur. Ramirez Hisp. duo vitia diversa notari in hoc sene: quod illi anima fœtida sit, et quod graviter oleant axillæ: quem vide comment. ad Martial. Epigr. l. III.

17 *Factum hoc si censes*] Nihil mutandum in hoc versu censeo. Nam 'factum hoc si censes' positum videtur, pro si faciundum hoc censes. Si scriptum esset *factum hoc si bonum censes*, nemo negaret Latine dictum. Simpliciter dictum æque rectum est, *factum hoc si censes*, vel etiam potius, *facto hoc si censes*, id est, hoc censes esse facto, id est, faciendum. Sic 'accepto facere,' 'accepto ferre,' quod etiam dicitur acceptum facere, et acceptum ferre. Reliquæ conjecturæ doctorum non placent. *Salmas.*

22 *Pulchre ut simus*] Vide notas Menæch. III. 2. 20.

SCENA IV. 6 *Si opprimit pater*] Si occupat id facere, quod dixit. Vel sic: Si pater me opprimit alienando Pasicompsam, perii. *Lamb.*

12 *Quæ spectatrix, &c.*] Fortuna ab antiquis censebatur spectatrix atque hera hominum. Inde illud Ennii apud Cic. Off. l. I. 'Vosne velit an me regnare hera?' Atque hanc 'heram,' quam et δέσποιναν Græci vocant, tradit Pausan. in Arcadicis, apud eas gentes maximo honori fuisse. Ptolemæus autem fortunæ patrem 'heram' appellavit; Catullus Deos omnes, 'heros,' Carm. LXIV. 'Hostia cœlestes pacificasset heros.' Ibidem: 'Quem temere invitis suscipiatur heris.' *Turneb. Eodem es hominibus*] Forte, *omnibus.* Scriver.

15 *Pectus ardet*] Verba sunt inconstantis et pæne amentis exspectatione adolescentis. Itaque cum videret tristem advenire Eutychum, 'pectus ardet' ait: hoc est, discrucior animi maximo angore. Nam in summo dolore hanc formulam usitatam docet Cicero, his poëtæ verbis, 'Nunc demum mi animus ardet:' quibus e contrario respondere censet illa gestientis lætitia, 'Tanta lætitia auctus sum, ut mihi non constem.' *J. Gul.*

20 *Impetrabilior*] V. N. extrema Mostellar.

23 *Cum rem agas*] Nihil mutandum. Hoc vult: Odiosa est oratio multa verba profundere, ubi ad rem veniendum est. Sequentia, 'Quicquid est, ad capita rerum perveni,' hanc mentem esse, satis ostendunt. *Boxhorn.*

24 *Ad capita rerum perveni*] Die summatim. *Lamb.*

30 *Loquere porro aliam malam rem*] Aulul. III. 5. 'Et illæ malam rem metuent, quam metunt magis.' Mostell. III. 2. 'Res parata est mala in vesperum hinc seni.' Menæch. III. 2. 'An tibi malam rem vis pro maledictis dari postea?' Abeat igitur in malam rem correctio, *Loquere porro: abeam in malam rem.* Nam et alibi 'mala res' dicitur, non tantum in formula, 'abi in malam rem.' *Gron.*

31 *Jam addicta atque abducta erat*] Non tantum damnati in judicio, sed etiam venales addicuntur primum in emptione; deinde abducuntur. V. N. Pœn. III. 3.

32 *Montes tu quidem mali*] Videtur allusum ad genus tormenti; cum ferventi pice instillata corpora hominum urebantur. Lucret. 'Verbera, carnifices, robur, pix, lamina, tedæ.' Vid. Plaut. Capteiv. III. 4. Vel allusum est ad tedas ardentes: de quo cruciatu Eusebius, ut notat Dalech. ad Plin. XIV. 20. V. N. Mostellar. II. 1. et Brod. Miscell. II. 10.

43 *Quin tibi in manu est*] Quia licet tibi credere, quod libet. *Taubm.*

47 *Lapidi mando max.*] Id est, homini stolidissimo. *Taubm.*

Digitized by Google

55 *Pansam*] Plinius XI. 45. *Pansam* ait qui πλατύπους et latipes est. Glossæ Papiæ: 'Pansum, apertum, patefactum, extensum,' a pando. *Boxhorn.*

56 *Thesaurum nescio quem mali*] Nonius: 'Thesaurus etiam pessimæ rei copia dici posset.' Sic Euripides Ione, θήσαυρον κακῶν dixit. *Taubm.*

61 *Eretriam*] Eretria Thessaliæ urbs. V. N. Persa II. 3. *Chalcidem*] Chalcis, urbs Eubœæ insulæ præcipua.

62 *Sicyonem*] Sicyon, Sicyoniæ regionis in Peloponneso urbs. *Gnidum*] Cnidus, sive Gnidus, Asiæ oppidum in Doride regione est. Est et insula Rhodi. *Zacynthum*] Insula maris Ionii.

78 *Præconum jubere, &c.*] Stat sententia, quotquot sunt præcones, συνδήσεσθαι et in unum cogi. Ad conquirendas autem res amissas etiam præconibus olim utebantur. Pretium autem indicii Græcis εὕρετρον dicitur; imo indicium ipsum pro præmio quod indicibus datur, Petronius dixit: sicuti Cic. ad Att. 'nuntium' et 'evangelium' dixit præmium nuntii et evangelii. *Brisson.*

ACTUS IV.

SCENA I. 2 *Feci ego ingenium meum*] Morem gessi ingenio meo. *Lambin.*

6 *Tantum oneris*] V. N. Menæchm. v. 2.

11 *Da sane*] Id est, in aram impone.

12 *Apollo*] Προστατήριος Apollo, vel ἀγυιεὺς significatur; cujus statuam consecratam ante ædes ponebant. *Turnebus.* V. tamen N. Bacch. II. 1. 3.

24 *Tuam Alcumenam pellicem*] Ut Alcumena Amphitruonis uxor, cum qua rem habuit Juppiter, Junonis fuit pellex; sic hæc Pasicompsa pellex est Dorippæ. Arnobius lib. IV. 'An uxore contentus haud una, concubinis pellicibus atque amicalis delectatur?' Sed 'pellex' apud antiquos significavit concubinam, quam Græci παλλάκην vocant, ut JCti annotarunt, D. De Verbor. Signif. l. 144. et sic Justinus dixit 'Cyri pellicem;' Curtius, 'regis pellicem,' de Alexandro. *Popm.*

SCENA II. 5 *Hortator*] Κελευστής. V. N. Asin. III. 1.

SCENA III. 14 *Jubet salvere suus vir uxorem suam*] Hunc dicendi modum temere nimis 'inusitatum' appellarunt: quum etiam 'Plautus qui Romanæ linguæ lex quædam fuit;' etiam 'Terentius, qui veteris novique Latii lima quædam habitus est,' ita et scripserint, et scripta totius urbis judicio approbarint. Cicero pro Sylla: 'Sylla, si sibi suus pudor et dignitas non prodesset, nullum auxilium requisivit.' *Scalig.*

15 *Urbani fiunt rustici*] Dependent hæc a gestu. Lysimachus uxorem suam comiter salutaverat: 'Jubet salvere suus vir uxorem suam.' Dorippa uxor irata, ac iccirco muta et immota, ut stipes, comiter salutata marito salutem non reddiderat. Ergo maritus addit, 'Urbani fiunt rustici.' Qui urbe relicta rus sæpe eunt, ex urbanis fiunt rustici, rusticos mores pro urbanis induunt. Hæc vera est hujus loci sententia. *Boxhorn.*

20 *Quia illa mulier*] Docti certatim *Cuja illa* vel *Quoja illa.* Et merito. Sed non docti est addere *cuja* pro *cujas.* Nunquam enim dixerunt *cujus* pro *cujas:* sed *cuja* est cujus hominis vel viri; *cujas,* unde orianda, cujus patriæ. *Gronov.*

21 Do. *Resciscam tamen*] Non putem aliquid hic mutandum, aut transponendas personas esse. Lysimachus rogando roganti responderat, quasi nesciret, cuja esset ea mulier, quæ erat intus: Respondet Dorippa, Se nihilominus id cognituram; id velle scire; a sciente marito se tentari.

Digitized by Google

Neque obstat quod fœmina per Herculem juret, contra morem. Est enim sermo perturbatæ, a qua receptæ loquendi leges non observantur. *Boxhorn.*

32 *Jam non dicerem*] Recte hic se habet vulgata lectio. Turbata hominis est oratio ac nescientis quid velit dicere. Cum toties diceret *illa*, et urgeret uxor, ut nomen mulieris vellet dicere, cum in manifesto teneretur crimine, aliena dicit, et quæ nullum plane significatum habeant. Cum enim videatur velle hoc dicere, si nihil usus esset, se nomen illius posse edere. Ita enim sæpe nobis usu venit, ut aliud agentibus succurrant, quæ in memoriam non veninnt sedulo ea quærentibus. Cum igitur hoc vellet dicere, *si nihil usus esset, jam dicerem*, pro eo præter expectatum dixit, 'Jam non dicerem.' Quia sane non erat mens ejus nec voluntas, ut nomen ejus mulieris uxori suæ indicaret. Talia multa ὀξύμωρα reperiuntur in comicis, et in Plauto præcipue. *Salmas.*

35 *In consilium istam advocasti tibi*] Facete scriptum ex consuetudine antiqua. Nam qui judex olim captus vel datus erat, is sibi, qui in consilio essent, amicos advocabat, ut verius et melius de re cognosceret et judicaret: (Vide Cic. Verr. IV.) iique subselliis iisdem considebant, ut et in tribunali, qui a magistratibus advocabantur. Cic. de Orat. l. I. Est autem hic sermo irrisionis amaræ plenus. *Turneb.*

36 *Sic sequestro mihi data est*] Sequester dicitur, apud quem plures rem, de qua controversia est, deponunt. Græcis δ μέσος et μεσέγγυος, id est, *interventor*. Vocabulum a 'sequendo' factum est: quod ejus, qui electus sit, utraque pars fidem sequatur. Sed quod apud 'sequestrum' depositum erat, 'sequestro positum' per adverbium dicebant. Hinc etiam liquet, homines quoque apud sequestres deponi potuisse; sed et judicibus olim datos fuisse. Quæ autem res mobilis apud sequestrem non posita fuerit, eam in æde sive fano custoditam esse. *Rævard.* Sed errat Gell. XX. 11. quod 'sequestro' adverbium facit, est enim dativus a 'sequester.' Cato de Ptolemæo contra Thettimum: 'Per Deos immortales, nolite vos sequestro ponere.' Vide Vales. ad Ammian. Marcell. p. 37. *Gronov.*

37 *Numero purgitas*] *Numero purgitas* rectum est. Qui nimis cito se purgare conantur, eo ipso se videntur accusare. *Numero* id significare, neminem qui Plautum modo legerit, potest latere. *Salmas.*

Scena IV. 4 *Nam qui amat*] Vere et scite nimis amantium sententias exprimit hæc sententia. Et rara dicendi Venus est, 'habere pro cibo;' qua usus est et alibi: 'Qui pro cibo habeas te verberari.' *Douza.*

6 *Onustos*] Saturos, probe saburratos.

15 *Filum mulieris*] Pro forma mulieris hoc loco dixit Plautus; nam *filum* idem omnino est quod 'lineamentum,' Græcis χαρακτὴρ, περιγραφὴ εἰδοῦς. Lucret. lib. II. 'Debent nimirum non omnibus omnia prorsus Esse pari filo, similique affecta figura.' Inde 'filo pares,' vel 'filoparea' quæ pari filo, similique figura sunt affectæ. *Salmas. Virum hercle avet*] *Verum hercle amet* habent libri. Pro quo recte a Gulielmio repositum, *virum hercle avet. Amet* scriptum fuit pro *abet*, ut istæ duæ litteræ invicem sæpe permutantur. Nam et *Mascanda* et *Bascanda*, pro eodem in Gloss. veteribus reperitur. *Abet* autem pro amet. Scitum, inquit, filum mulieris, et quæ virum quærere videtur et avere. 'Quæ rubet ac pallet, quæ tot suspiria ducit Pectore, quid credas hanc sibi velle? virum.' De juvenibus etiam nimis comptis, et in muliebrem modum or-

Digitized by Google

natis, dicebant, *hæc virum quærunt*. De scita muliere ac formosa tanto magis id dixeris. *Salmas.* Sed quum *avet* atque *amat* idem hic significent, hoc potius retinendum, quia proxime accedat ad libros, quam illud reponendum videri decernunt. Quasi illud non accedat, quum codex alter *amet*, alter *anet* habeat. Præterea Gulielmius et Salmasius sciebant, 'avere virum' et 'amare virum' nec hic nec alibi idem significare. Nam quæ dicitur 'amare virum,' certum aliquem habet propositum, in quo amor ejus fixus sit: at 'avere virum,' est, quærere, venari, captare incertum. *Gronovius.*

28 *Ni metuis tu istanc*] Ita vett. edd. et Mss. Cam. *Ni metuis tu istane?* id est, *ne metuis*, pro 'metuisne?' *Meurs.*

29 *Vin' me experiri*] Emendatur argute a Palmer. *expediri*, sed non vere. 'Experimur mercenarios,' cum eorum opera utimur. Supra, hac fabula, 'opera licet Experiri:' et hoc rogat cocus, velitne operam suam experiri in percoquendo prandio Lysimachus: cum abnueret ille: At tu, inquit, mercedem cedo, quæ conducto debetur. *J. Gul.*

34 *Id non est culpa mea*] Sic ambo Mss. et noster Lugdunensis. Recentiores τὸ *id* deleverant. Sed scribendum, *at non est culpa mea*. Sic Captiv. III. 5. 26. Vide ad Livium XXIV. 37. *Gronov.*

38 *Dum illi ponunt*] Discipuli obsonium.

46 *Scorta obductarier*] In conspectum duci. Lucanus: 'tenebræ obduxere oculos.' Cic. 'Cicatricem reip. jam obductam refricare.'

56 *Concivit*] Concitavit mihi hostes.

62 *Eadem*] Scil. opera, vivemus lautius. *Taubm.*

SCENA V. 7 *Alumnus*] *Alumnum* in Lat. lingua ἀντὶ τοῦ τροφοῦ pariter et τροφίμου sumi, hoc est, active et passive, tam pro eo qui alit, quam qui alitur; contra Vallam et subsequas ejus, clariss. auctoribus Nonio, Capro, Isidoro, et exemplis docuit Jac. Cruq. ad Horat. Od. III. 18.

9 *Sua quidem salute*] Cato: 'Si quid bona salute usus venerit, benigne defendent.' 'Bona salute,' putem verbum esse, quo bonam valetudinem et salutem ominabantur, contrariaque deprecabantur. Ita ergo fuerit 'bona salute,' tanquam 'salute propitia.' *Turneb.*

13 *Istarum esse operarum*] Id est, ejusmodi operas edere. Sic etiam Liv. III. 36. 'Pater indignitate rerum cesserat in agros, suarumque rerum erat, amissa publica.' *Gronov.*

SCENA VI. 6 *Exigitur matrimonio*] Facile inducor, antiquitus repudiaturos conjuges adjecisse caussam: ideoque assentior Ful. Ursino retinenti Phil. II. Cic. 'Mimam suas res sibi habere jussit: ex XII. Tabulis caussam addidit, exegit.' Et huc respicit hic Syra: item ipsius 'repudii' etymon, quod allegat Festus: 'Repudium, Verres ait dictum, quod fit ob rem pudendam.' Si sic, eam ipsam rem enunciasse, fit simile vero. *Gruter.*

ACTUS V.

SCENA I. 1 *Limen superum inferumque salve*] Limina coli et salutari solita ad instar numinum, vel ostendat solus Deus, Limentinus dictus. Tertullianus Barnum quendam et Forculum, et Limentinum Deos conjungit in Scorpiace. Idem lib. de Corona, Limentinum a limine dictum docet. *Buxhorn.*

12 *Non est cupida civitas*] Forte melius legatur, *non est cupita civitas*. Retineo tamen *cupida*. Nam voces hujusmodi utramque significationem ἀρχαϊκῶς admittunt. Sic 'gnarus,' et qui novit, et qui notus est: 'timidus,' qui timet, et qui timetur: 'formidolosus,' qui metuit, et qui metuendus

Digitized by Google

est: 'suspiciosus,' pro suspecto et pro suspiciente. Ita et 'infestus' tam passiva quam activa notione ponitur. 'Nescius' apud Plautum tam de illo qui ignorat, quam qui ignoratur. In Rudente: 'Quæ in locis nesciis, nescia spe sumus.' Apud Sallustium, 'cupidine ignara visendi,' id est, ignota. Talia ἄσα κόνις reperiuntur apud veteres. *Salmas.* Ms. quoque Acad. *cupita.* Gronov.

SCENA II. 1 *Spectatrix, &c.*] Vide notas supra act. III. sc. 4. vs. 12.

8 *Ecquis nam Deus*] Quisnam Deus est qui ita lætus sit, ita gaudeat, ut ego gaudeo? Pro *fuat*, Palatini codices habent *fiet*. Unde *siet* hic legi malim. *Boxhorn.*

10 *Abjicio superbiam*] Hoc eo dicit, quod eat sine comite, servo, equo, et ceteris ad iter necessariis. *Lamb.*

19 *Nec calor*] Notabam *calor* hic positum neutro genere, pro 'calus:' ut 'ador' et 'adus;' 'decor' et 'decus:' nec dubitabam quin ad hanc faciem corrigendus apud Noninm locus in 'Calor:' inepte enim ibidem legitur *calorem;* cum adducat exempla, quæ utrumque recipiant genus. Sed et Junius Philargyrus ad l. II. Georg. Virgil. vs. 349. ita citat hunc versum: 'Neque frigus, neque calor metuo, neque ventum, neque grandinem.' 'Calor' inquit, pro 'calorem:' aliter hypermetrus versus erit. *Gruter.*

21 *Non concedam*] 'Concedere' est quiescendi caussa aut consistendi, in locum quempiam secedere. Rud. 'Paulisper remitte restem, dum concedo et consulo.' *Taubm.*

24 *Invoco vos lares viales*] 'Lares Viales' Dii sunt qui viæ præsunt, ut sint θεοὶ ἐνόδιοι: quos invocare solent, qui peregre proficiscuntur, et ad viam se accingunt: quo etiam cognomento colebatur Mercurius. *Turneb.* Deos peculiares 'semitales,' hoc loco, 'Lares Viales' vocat Plautus. Est et 'Bivia' Dea Arnobio. Nam in ambiviis et triviis olim carri et cisia conducebantur, hinc igitur 'Semitales Dii.' Sed et 'Dii Vii' erant. *Scal.* Sed vide mihi not. Bacc. II. 1. 3.

34 *Versoriam*] 'Versoria' est quo velum vertitur; quo nomine 'pedem' vocabant. Nam 'pedem tenere' in navi dicebatur, qui præerat tendendis, proferendis, vertendisque velis. Servius: 'Per sortem divisi ad officia remigandi, quis proreta esset, quis pedem teneret:' id est, quis versoriam teneret. Inde 'facere pedem,' pro navigare: inde et proverbium Græcum, ὁ ἕτερον μαθεῖς, τὸν πόδα διάκεις. *Salm.* 'Versoria' proprie dicitur funis ille nauticus, quo ad captandum a latere ventum in obliqua velificatione vertitur velum. Intelligitur autem vocabulum 'rudentem,' quod funem nauticum significat, et fœminini generis esse patet ex Ruden. IV. 3. 1. vide etiam not. Rud. IV. 3. 19. *Gronov.*

35 *Hic Favonius serenu'st*] Gifan. ad illud Lucret. lib. I. 'Fluctifrago suspensæ in littore vestes Uvescunt: eædem dispansæ in sole serescunt.' Notat *serescere*, id est, siccari, ut recte Nonius: nam 'serenus' veteribus etiam sonat 'siccus.' Hinc Georg. I. 'Unde serenas Ventus agat nubes,' quas alibi vocat 'arida nubila,' id est, sicca. *Taubm.*

40 *Religionem illic objecit*] Rejicit a se religionem, qui omnem ad alium transfert. Sicut contra, *Objicere religionem*, ἐνιθεάσαι: nimirum ex observatione ominis δεισιδαιμονίαν incutere: ut hoc loco Plauti. Sic Horatius religionem objicit Galateæ profecturæ, ab omine; scil. ab exemplo Europæ. Suetonius dixit, 'Afferre cui religionem.' *Scaliger.*

56 *Nullus vivit*] *Vivit*, pro 'est.' Trin. II. 2. 'lepidus vivis.' *Taubm.*

61 *Pulchre ædificatas*] Videas ab amatore esse scitam hanc medium, in qua amica erat, commendationem:

Digitized by Google

nam quid his obsecro urbanius? Allusum enim ad illam venditionis formulam; cujus Officiorum l. III. ita commeminit Cic. 'Quod si qui proscribunt villam bonam beneque ædificatam; non existimantur fefellisse, etiamsi illa nec bona est, nec ædificata ratione.' Cato: 'Patremfamiliæ villam rusticam bene ædificatam habere expedit:' unde in proclivi posthac fuerit intelligere, quid sit, quod 'ædes pulchre ædificatas' prædicet Charinus, id est, 'cum ratione,' ut quidem explicat Cicero. *Douza.*

62 *De audito*] Vide N. Bacc. III. 3.

67 *Deos orato, &c.*] Brix. ed. legit *orabo:* quod præfero; atque in hoc jocus elegantior fuerit, et irrisio apertior. Nam cum optare jussisset Charinus, ipsius erat optatum præstare. Is autem in miseria etiam sua facetus, non se præstiturum quod sodalis exspectabat, sed, quod non exspectabat oraturum Deos ait qui præstent. *Acidal.*

69 *Sed quin ornatum, &c.*] Sed cur non rejicio chlamydem viatoriam et cetera ad iter instructa? *Taubm.*

84 *Zonam sustuli*] Verba sibi dari putat ab Eutycho Charinus: itaque dicit se zonam sumsisse, quasi iter inceptum perfecturus. Condebant autem viatores in zona pecuniam, ut et milites. *Lamb.* Veteres usi sunt verbo ζώσθαι, pro eo quod erat, *induere*, præsertim arma: quoniam ζώνη inprimis militi debeatur: sicut de baltheo dicere videtur Justinianus. Inde 'Minerva Zostria,' et 'Juno Cinxia;' alio tamen fini. Itaque l. X. Iliad. non potuit Homerus tacere Nestoris baltheum: sed eum magnæ ipsi curæ esse scripsit. Inde Plauti jocus hoc loco, 'Zonam sustuli.' *Scalig.*

85 *Machæra est in manu*] Græci enim, ut et Romani, non gerebant gladium in urbe. *Lamb.*

86 *Tollo ampullam*] Mos erat pedes oleo ungere, antequam calceos induerent: itaque peregre abeuntes ampullam secum portabant, quæ oleum in eum usum suppeditaret. Posterius ex hoc Plauti loco apparet, prius ex Hesychio: cujus ea verba, ἠλείφοντο τοὺς πόδας οἱ ἀρχαῖοι, πρὶν τὸ ὑποδήσασθαι. Hinc λιπαροὶ πόδες apud poëtas. *Meurs.*

92 *Exsilium parat*] Hinc tandem blanditur aliquid Grutero, quod recipit ex quadam veteri ed. Pareus, *exsilium imperat.* Sed deludantur ambo, et scripta lectio multo elegantior. Est in eo, quod si effecerit, ego exsul ero. Sic Livio lib. VIII. Quintus Fabius Rullianus pater ad L. Papirium Cursorem: 'nec ætas mea, cui tu orbitatem paras.' Ennius Telamone, apud Festum in Obsidionem: 'Scibas natum ingenuum Ajacem, cui tu obsidionem paras.' *Gronov.*

99 *Video ibi hospitem Zacyntho*] 'Hospes Zacyntho,' hospes est Zacynthius, vel a Zacyntho: Ζακυνθόθεν, Λεσβόθεν, &c. Sic Terent. 'uxor Lemno,' 'anus Corintho,' 'vinum Chio.' *Turneb.*

102 *Zacyntho ficos fieri non malas*] Quam sententiam habet? Opinor dici, ut fici, quæ acerbæ immaturæque insuavitatem habent; percoctæ tandem ad suavitatem et dulcedinem mitescunt: sic ejus juventutem acerbam esse etiamnum et indomitam, quæ ætate emansuescet et domabitur. Sic enim obliqua figura sermonis adolescens perstringitur. Imo simpliciter hoc vult: Hospitem nihil ad me respondisse: sed quærenti poma, obtrusisse pira. *Turneb.*

104 *Calchas iste*] Id est, vetus vates.

110 *Medicari amicus*] Si non sanus sum; cur tu, qui te amicum profiteris, mihi non mederi properas? *Properas* autem pronuntiandum κατὰ συγκοπὴν, 'propras.' *Camer.*

111 *Clementer quæso, calces deteris*] Mira decori observatio est; ubi Cha-

Digitized by Google

rinus, cui, ut amatori, res omnes pro spisso videbantur procedere, ad amicam in ædes festine nimis introire gestiens, sodali illi suo, pone subsequendo, calces fingitur deterere. *Douza.*

SCENA III. 3 *Uxor tota in fermento jacet*] *In fermento jacere, ἐν τῇ ζύμῃ κεῖσθαι,* dicebantur, qui animo essent ægro, quique iracundia turgerent. Nota tralatio. Fermentum enim et acorem habet et tumorem. *Lambin. Fermentum* hic pro ira ponitur, ut *esse in fermento* sit *θυμοῦσθαι, φλεγμαίνειν ὑπὸ χολῆς.* Juvenal. 'istud Fermentum tibi habe;' id est, indignandi caussas. Etiam Hebræi 'fermentare' pro ira turgere et *βιάζεσθαι* accipiunt. Quin et de aliis affectibus dicitur: ut Prudent. 'Cum fermentati turgescant mores.' *Casaub.*

4 *Expurgationem habebo*] Id est, apud tuam uxorem te purgabo.

SCENA IV. 1 *Ad patrem ibo*] Hæc Eutychus ad Charinum in ædibus Lysimachi restitantem. *Lamb.*

9 *Suapte culpa*] Unica tantum littera mutata ex veteri scriptura lego, *Suopte culpam generi capiunt, genus ingenuum improbant.* Qui sunt, inquit, bono genere nati, si sint ingenio improbo, suopte generi culpam capiunt, hoc est, eorum culpa in genus proprium redundat, et genus ingenuum improbant. Vitium ab illorum ingenio malo adfricatur generi bono, et culpam capiunt non tantum in se, sed etiam in ipsum genus quod dedecorant. *Salmas. Suapte culpa*] Accipio partem a Salmasio, partem a Lipsio, *Suopte culpam generi capiunt, genus ingenio improbant:* nam et generis et ingenii mentionem tam posteriore quam priore versu facere debuit. *Gronov.*

24 *Aliud factum convenit*] Quia *convenit* idem valet, quod decet, eandem illi constructionem attribuit. *Lamb.*

28 *Vobis hercle habete cum porcis, cum fiscina*] *Porcis* scriptum est pro *portis*, ut *c* et *t* in libris veteribus sæpe permutantur invicem. *Portis* autem pro *sportis*, ut 'Casteria' apud eundem Plautum pro 'Schasteria.' Proverbium est. Habete hoc vobis cum sportis, cum fiscina. Sportæ et fiscinæ ex vimine texebantur, et continendis obsoniis et variis rebus serviebant. Nam a sporta, 'sportula' dicta *ὑποκοριστικῶς.* Fiscinæ etiam tunc parabantur ex vimine ad ficus et alia hujusmodi continenda. Habeatis, inquit, rem ipsam cum iis vasis quibus continetur. 'Cum sportis,' 'cum fiscina,' proverbialiter hæc usurpantur. Aliquando legebam, *cum porcis, cum fuscina. Πορκὸς* est rete piscatorium, quod Latine ita dixerit Plautus. Fuscina etiam instrumentum piscatorium, tridens, ad figendos pisces. Habete igitur prædam ipsam, et quidquid piscatum, cum porcis et cum fuscina ipsa. Si nihil mutandum sit, ego huic sententiæ nunc magis adhæresco. Cum hoc sensu, etiam *fiscina* retineri plane potest. Vas enim est vimineum in quo et pisces capti reponuntur. *Porci* sive *πορκοὶ*, sunt retia, sive nassæ potius, *Κωπτοί.* Unde proverbium *εὔδοντι πορκὸς αἴρει,* de fortunatis quibus dormientibus nassa impletur. Habete, inquit, vobis totam capturam piscium, cum ipsis nassis ac fiscina. Nisi quis dicat revera mulierem illam sportas et fiscinam secum attulisse, cum domum senis intravit. *Salmas.*

37 LY. *Ora ut ignoscat delictis tuis*] Ipsumne Demiphonem Lysimachus orare jubet? At quem? filium suumne an ipsius? Equidem non aderat Charinus, qui orandus esset: et oratorem vero sibi parat ille Eutychum, non ipsum orat. Nam hic quid oretur? Ignoscere Charini erat, in quem deliquerat pater. Non convenit igitur vulgata lectio: quam in sensum aptissimum refinges levi mutatione, si pro *tuis* scripseris *hujus.* Inequitat æquali suo Lysimachus, et filium orat,

Digitized by Google

orare atque intercedere apud filium illius pro illo velit. Salsissime rem indignam perstringens, cum, quo modo, quibus delictis, quam veniam filii rogare solent a patribus, eodem iisdem eandem patri e filio nunc rogari cupit. *Acidal.*

38 *Superbe invehere*] Mihi inequita.

51 *Suam quisque homo rem meminit*] Notat hominum mores, qui in alieno negotio dormitant, in suo quisque vigilat. *Taubm.*

59 *Cum eo nos hic lege agemus*] Id est, pœnas legibus indictas infligemus, et legem in eum consequemur. In eo significatu capitur apud Tacit. lib. XII. Est igitur, 'lege agere,' quod Cic. alibi dicit, 'facere judicatum,' id est, exsequi implereque latam sententiam. *Polletus.* Sic Liv. XXVI. 15. 'Fulvini præconi imperavit, ne lictorem lege agere juberet.' cap. 16. 'Jussu Procos. præconem pronunciasse: Lictor, viro forti adde virgas, et in eum primum lege age.' Val. Max. III. 8. 'Literas in sinistra manu, sicut erant traditæ, retinuit, ac jusso lictore jure agere, tum demum aperuit.' *Gronov.* V. et N. Aul. III. 3. 10. *Inscitum arbitrabimur*] 'Scitum' in re Venerea usurpatum antiquitus, docuerunt alii, tum Plautus Trucul. sc. ult. 'Quanquam hic horridus, quanquam hic squalidu'st: At scitus bellum init.' (V. N. ibid.) Isti contrarium 'Inscitus' hoc loco Planti. Sic enim hunc versum a nemine hactenus, quod sciam, intellectum interpretor: nec hunc solum, sed et alium Terent. Hec. v. 1. 'Nam si facis facturave es, bonas quod par est facere: Inscitum offerre injuriam tibi immerenti, iniquum est.' Vult senex: iniquum esse, si homo, qui ex rebus amœnis et voluptariis exaruit, injuriam inferat meretrici: cum hoc sit potius calidæ juventutis. *Gruter.*

60 *Et per nos quidem*] Multo concinnius et non sine joco legeretur hic versus post illum, 'Si quis prohib.' &c. Hæc enim, 'Et per nos quidem,' &c. quasi sanctio est, qua pœna in eum statuitur, qui id, quod de sumptu adolescentibus subministrando dicitur, violaverit, aut potius servaverit, nempe Egestas. *Pistoris.*

62 *Quod bono fiat modo*] Modo nil fiat contra leges et supra modum. V. N. Mil. III. 1. *Lambin.*

PSEUDOLUS.

PROLOG. 13 *Ventre raso*] Est jocus inexspectatus; alludens ad rasum caput, cui capilli deerant; ut hic ventri cui cibus. *Taubm.*

20 *Ubi lepos, joci, &c.*] Hic ordo et sententia, sine lepore omni est et Gratiis: legendum, *Qui quærit alia, is malum, &c.* sensu et aperto et eleganti. Quid enim probabilius, quam eum hominem malum, et mœrorem sibi quærere, qui alia consectatur, quam leporem, jocos, lusus, vinum, et cetera, quæ hic commemorantur. *Douza.*

24 *Expergi melius est lumbos*] Vanum hic Lamb. commentum, versusque unus aut etiam alter deesse videtur: ut sensus fuerit: Abjicite jam malas curas, ut otiosi nobis operam hodie detis. Si qui autem negotiosi sunt, eos exsurgere atque abire melius est: nam longa fabula in scenam agenda venit. *Acidal.* Sane Prologus hic in Mss. Pall. præter ultimos ver-

Digitized by Google

sus duos, desideratur: quem tamen antiquum Camer. censet.

ACTUS I.

SCENA I. 4 *Mei te rogandi*] Ni A. Gellius palam testaretur sic se legisse, ex ratione manifesta scriberem, *Meo te rogandi et tuo.* Nam quæ afferunt ad probandum hoc genus orationis, quid habent simile? 'Tuum Samii Lucumonis acumen' male legitur apud Ausonium, et scribendum est, 'Anticipesque tuo Samii Lucumonis acumen,' ut monuit Donza lib. II. Plautin. c. 22. Tamen si debebat esse Plauto simile, 'acumen tui, Samii Lucumonis,' erat habendum. Eodem modo, inquiunt, dicitur 'Noster utriusque labor.' Credo, ut, 'meus et tuus duorum labor:' non 'nostri utriusque labor,' ut, 'mei ac tui duorum labor.' Nam Hecuba Enniana cum ait, 'Miserere mei anus;' qui poterat aliter loqui? Sic et recte dicerem, 'Miserere duorum mei et tui.' Sed non ita bene sonat, 'labor duorum mei et tui;' neque 'labor mei te rogandi;' et 'labor tui respondendi mihi,' ut 'labor duorum meus ac tuus,' 'labor meus te rogandi,' 'labor tuus respondendi mihi.' Similiter apud JC. 'mens mea facientis testamentum,' si par huic Plautino esset, foret, 'mens mei faciendi.' Unicus affertur locus par Ciceronis ad Curionem ep. 6. 'Tui unius studio.' Sed hic quidem, quin 'tuo unius studio' scripserit, ut semper alias, nullum mihi dubium est. Lepidum vero est, quod istud, 'judicium tuum eruditissimi viri,' volunt esse integrum, 'tuum tui eruditissimi viri judicium;' 'meum unius peccatum' pro 'meum mei unius peccatum.' Quis unquam credat quenquam ita locutum, 'tuum judicium tui, meum peccatum mei?' Imo si verum vis, integrantur illa hoc modo, 'tuum judicium,' quod est judicium eruditissimi viri, 'meum peccatum,' quod est 'unius hominis.' 'Tuum studium adolescentis,' id est tuum studium, quod erat studium tum adolescentis: 'tua vestigia proximi prætoris;' tua vestigia quæ erant vestigia proximi prætoris. Alioqui quemadmodum non dicitur, 'uxor mei,' 'ager tui,' ita nec 'labor mei' et 'tui.' Sallustianum quoque 'majores vestrum' agnoscit Gellius: sed omnes scripti illic 'majores nostri,' teste Grutero. Quod si dixerunt ista hi duo, solo hellenismo excusantur, quem imitari nolim. Volunt etiam 'tis' pro 'tui' ex Gellio Mss. ambo: 'et te respondendi.' Acad. *Mei interrogandi et tui respondendi mihi.* Gronov.

13 *Sub Veneris regno*] Apud veteres, juvenes virginesque, sub Veneris se esse imperio arbitrabantur: et si quid mali accidisset, ejus id ipsum iræ imputabant. Præterea cum amoris sui compotes factæ, nupsissent, coronas ei suspendebant: juvenes quoque zonas amasiarum suarum, &c. *Meurs.*

22 *Alia aliam scandit*] Litteræ scil. non erant recta linea collocatæ, sed, ut A puella scriptæ, alia alii quasi incubabat.

23 *Nisi Sibylla*] Quæ etiamsi legere non possit, divinare tamen possit. V. N. Pœn. I. 3.

24 *Interpretari alium*] Alter codicum, *alium posse reor neminem*, cui subscribit Academicus: alter, *interpretari posse neminem.* Intellexit Camerarius τὸ *reor* esse insiticium; et reddidit *potesse.* Ego idem suspicor de τῷ *alium:* et scripsisse Plautum puto, *Interpretarier posse neminem.* Gronov.

28 *Gallina scripsit*] Ludi in ambiguo, et quasi ex insidiis puellam convitio verberari volunt interpretes; ac si inter male nominata nomina, meretricibus indi solita, etiam fuerit *gallina.* Non memini id me unquam legisse. Certus autem sum per gal-

Digitized by Google

linæ scripturam et manus, nihil hic significari aliud, quam inconditas, incompositas, et alias alias scandentes litteras, quibus hæ tabulæ erant exaratæ. Nos Belgæ, desumpta a gallis metaphora, ejusmodi inconcinnas litteras *hæne-pooten*, quasi tu dixeris, ' gallorum pedes,' appellamus. *Boxhorn.*

36 *Solstitialis herba*] ' Herbam solstitialem ' de ea intelligo, quæ tempore solstitii, nocte præsertim frigidiuscula, ut solet, et rorulenta subnascitur, et postea a calore solis diurni, qui tunc maxime sævit, moritur, aut certe languescit. *Becman.* Proverbialiter dicitur de re fugaci et non diuturna. *Scalig.* Imitatus est Ausonius de morte præstantis cujusdam adolescentis, in Parentalibus p. 163. ' Ostentatus, raptusque simul, solstitialis velut herba solet.' *Gronov.*

40 *Ceram et linum*] Vide notas Bacchid. IV. 4.

45 *Pro lignea salute*] Quia tabellæ e ligno. Unde et Ovid. Amor. I. 1. 12. eas vocat, ' inutile lignum.'

49 *Militi Macedonico*] *Macedonio.* Scriver.

53 *Symbolum*] Vide notas Epid. I. 2. 22. et Bacch. II. 3. 29. Casaub. in Athen. III. 31.

58 CA. *Cras ea quidem sunt*] Verba hæc non pars epistolæ, sed Calidori, qui fatalem quasi diem sibi instare conqueritur. *Taubm.*

64 *Amantium comparum*] Ex vet. cod. leg. *artæ amantum comparum.* Compares sunt σύζυγοι: usurpatur in amore de duobus, qui inter se amant. Horat. Od. II. 5. ' Nondum munia comparis Æquare valet.' *Lipsius.*

66 *Papillarum horridularum*] Id est, ' prominentium, exstantium.' *Nonius.* Catullo ' surgentes papillæ ' sunt tumescentes et veluti strophio obnitentes; quas hic Plautus ' horridulas ' vocat: alias et ' plenum ' significat; ut cum Varro ' horreum ' ab ' horrido ' deducit. *Turneb.*

68 *Discidium*] Vide notas Milit. III. 1. 60.

73 *Pumiceos*] Vide notas Aulul. II. 4. 18.

74 *Lacrumam exspuant*] Tralatio ridicula et servo digna: alioqui putida et inepta. *Lamb.*

77 *Ne parsis*] Id est ne peperceris, ne parce ejules, suppeditabo enim tibi magnam copiam vocum harum flebilium. *Lamb.*

82 *Jugis*] Perennis: propter incommoda servitutis scilicet. ' Thesaurum ' vero de re etiam mala dici, Mercat. notavimus. Sic Oppianus, ὄλβον ὀλέθρου *thesaurum interitus*, pro mundo et copia sive δυνάμει; ut observat Rittersh.

94 *Cucule*] Vide notas Asinar. extrema, vs. 73.

96 *Libellæ*] Libella numulus erat argenteus, decima denarii pars. Proinde ' As, libra, libella argenti ' Plauto, et ' libella ' Ciceroni et ' assis,' pro eodem accipiuntur. Hinc illa: ' Ad libellam debere: sumptum reddere ad assem.' Aliud est apud Plin. ' Ad libellam et normam exigere.' V. N. Capt. v. 1. 27.

99 *Quod tu istis lacrumis, &c.*] Quod censes, te existimari ab illa probum amatorem, ob lacrymas, falleris, &c.

102 *Aut hac mea*] Quia semel cessit *avi* pro *aut* restitutum, hic quoque applicandum fuit, sed, ut opinor, avi mala. Nec tamen placet, *ut hac mea.* Nihil melius vulgato: Bona opera, aut, si bona esse non potest, vel boni a me nihil exspectas, hac mea, qualiscunque esse potest. *Gronovius.*

105 *Ita supercilium salit*] Ominandi scientia a veterum superstitione diligenter culta fuit: quam κληδονιστικὴν vocabant. Quod Ausonius ait, ejus tres species esse: non dubito, quin hæ fuerint, πταρμὸς, παλμὸς, et *tinnitus auris.* De sternutatione multi; ut Propert. ' Aridus argutum

Digitized by Google

sternuit omen amor.' Cujus ominationis solicitudinem cum deprecabantur Græci, dicebant Ζεῦ σῶσον: in Epigrammate: Οὐδὲ λέγει, Ζεῦ σῶσον, ὅταν πταρῇ. De palpitatione autem Theocr. Ἄλλεται ὀφθαλμός μευ ὁ δεξιός· ἦ ῥά γ' ἴδησῷ Αὐτάν; Plaut. *Supercilium mihi salit.* Unde *salisatio*, παλμὸς dicitur a veteri Glossario. *Scaliger.*

107 *Mea si commovi sacra*] Putem hoc interpretandum de sententia Servii, scribentis ad illud Virgilii Æneid. IV. 'Qualis commotis excita sacris Thyas, ubi audito,' &c. 'Commotis sacris' ideo dixit, quia in sacrorum renovatione commovebantur simulacra: unde Horatius Od. I. 18. 'Non ego te, candide Bassareu, Invitum quatiam:' quod ad 'trieterica,' triennalia Bacchi pertinet. Ea enim sacra tertio quoque anno innovabantur. Sane sciendum ὄργια apud Græcos dici sacra omnia, sicut apud Latinos 'ceremoniæ' dicuntur: sed jam abusive sacra Liberi 'Orgia' vocant, vel ἀπὸ τῆς ὀργῆς, id est, *furore*, vel ἀπὸ τῶν ὄρων, id est, *a montibus.* Douza. Vide Observ. I. 15. *Gronov.*

108 *Turbellas*] Vide notas Bacch. IV. 9. 134.

116 *Nunc jam ne sis*] Deest huic versui pes. Pareus, *nunc jam.* Forte, *nunc jam ne sies mihi.* Gronov.

118 *Tangam patrem*] Vide notas Epidic. V. 2. 4.

119 *Verum si potes, pietatis caussa*] Per pietatem liceat tibi non patrem tantum, sed matrem quoque tangere. *Pietatis caussa*, sicut 'mea caussa,' per me. Sententia Lamb. absurda est: hæc unice vera. *Acidal.*

124 *Pube præsenti*] *Pubes*, auctore Festo, 'συνεκδοχικῶς ab iis, qui puberes sunt, omnem populum significat.' Doctissimus Romanorum Virgilius, inter alia conditæ antiquitatis arcana et hoc posuit, cum ait: 'puppesque tuæ, pubesque tuorum:' ex ea enim consuetudine dixit, cum exprimeret Homericum, Ζὺν νηΐτε σῇ καὶ σοῖς ἑτάροισι. *Scalig.*

127 *Ostium crepuit*] Vide notas Milit. II. 1. 76.

128 *Crura mavellem modo*] Crura mallem crepuisse, id est, fracta esse. De crurifragio, vide Asin. II. 4. 68.

SCENA II. 1 *Male habiti, et male conciliati*] 'Male habiti,' id est, damnose, imo (ut Catullus loquitur) 'magno cum pretio atque malo' alti eductique mihi: ne quis 'male habitos' forte pro strigosis et macilentis inscite habeat. Sic noster alibi: 'Bene ego et pudice hanc domi habui meæ,' id est, alui atque educavi. Idem de 'male conciliatis' dictum velim, nempe ἀντὶ τοῦ *magno*, id est, care et cum dispendio herili comparatis accipiendum, ut contra, 'Bene ac pulchre conciliare,' pro vili emere, dictitabant. Consule Donatum ad illud Terentii Eun. IV. 4. 'Fugitive prodi, male conciliate:' ubi omnem conventionem 'conciliationem' dici testatur: credoque pervulgatum in improba, nequam malæque frugi mancipia herile convicium fuisse. *Douza.*

3 *Quibus nisi ad hoc exemplum experior*] Δεικτικῶς. Videtur enim hoc dicens, scutica et tergino officii quemque sui commonefecisse. *Douza.*

12 *Ut valide varia sint*] Vide notas Epidic. I. 1. 15.

14 *Alexandrina belluata*] Intellexit hoc loco Plautus 'polymita;' quæ sic Græcis dicebantur a 'polymitariis,' qui stragula multis liciis texebant, et inde hoc nomine vocabantur. Hunc texendi modum et artem Alexandriæ primum institutam fuisse, testis Plinius: 'plurimis vero liciis texere, quæ polymita appellant, Alexandria instituit.' Inde etiam 'Alexandrina' dicebantur, quæ ad eum modum erant texta: non acu operabantur Alexandrini illi polymitarii, sed pectine: nam in tela et

Digitized by Google

textoriis instrumentis artem suam exercebant, ac per hoc vere et proprie texebant. Tantum tamen eorum artificium fuit et industria, ut majore ferme varietate eorum opera distinguerentur, quam quæ acu Babylonia, aut Phrygia picta essent: nam et in his, et belluarum, et hominum, et avium aliarumque rerum formæ exprimebantur, haud secus atque in Babylonicis. *Salmas.*

Conchyliata tapetia] 'Conchyliatus color' est e cæruleo et rubro, qualis Martiæ violæ. Dicitur et 'purpureus,' 'ostrinus,' 'Sarranus:' 'Thessalicus' etiam Lucretio; 'blatteus,' &c. Et 'tapetum,' vel 'tapetem' Nonius exponit 'tegmen unite pictum de variis coloribus.' Cicero: 'Conchyliatis Cn. Pompeii peristromatis servorum in cellis lectos stratos videres.' *Camer.*

18 *Vincite hoc duritia ergo*] Qui hæc mutare aggressi sunt, ignorare quam necessarium sit in comœdiæ lectione gestus identidem sibi repræsentare. *Hoc δεικτικῶς* hic ponitur. Sententia autem est: Vos, si quidem velitis et possitis, duritia vestra, et hoc terginum (id manu ostenditur) et me eo vos excepturum, vincite. *Boxhorn.*

21 *Terginum*] 'Terginum' pro scutica et corio dixerunt antiqui. Lucill. 'Dum salvo tergo et tergino licet.' *Scaliger.*

25 *Caudicali præficio provinciæ*] Ut lignum findas, et in tabulas ac fragmenta minuta disseces. Caudex seu codex, arboris truncus. Virg. Georg. II. 'Quin et caudicibus sectis,' &c. est et interdum plurium tabularum contextus. Varro apud Non. Hinc Claudius, qui primus Romanis persuasit conscendere navem, cognominatus Caudex. Seneca de Brevit. Vitæ.

29 *Idem extruito*] E thecis expromptum disponito. *Lamb.* Imo, in abaco ordine collocato. *Taubm.*

31 *Vorsa*] *Vorsa*, a verrendo, *ἐσαρωμένα*. Hunc versum videtur in animo habuisse Diomedes, cum scribit, l. I. c. 4. *Verro, meto, furio*: horum verborum non facile reperimus tempus perfectum: et tamen, quod est *verro*, in passiva significatione *versus* habet: ut apud Senec. 'Versa templa;' et Plaut. 'Versa, sparsa.' *Douza. Præsterga*] Sic Mss. Pall. Membranæ Acad. Lugd. *præsterna*. Verum puto *pertersa*: ut Horatio, 'Gausape purpureo mensam pertersit;' et Columellæ, 'munda spongia vasa pertergere.' Apud Lucretium quoque semel atque iterum *præterget* pro *perterget* habebatur in corruptioribus libris. Tum *s* et *g* misceri interdum a librariis notavimus etiam in Livio, ubi 'senes' pro 'genus.' *Gronov. Coctaque*] Quæ cocta sunt huc non faciunt. Infra demum dicit, coquos sese adducturum. Quomodo igitur aut quare hic vult, ut omnia cocta inveniat, domum reversus? *C* et *d* facile inter se in libris antiquis commutantur. Legendum ergo puto, *doctaque*. *Docta* hic dicuntur scita, elegantia, expolita; quomodo 'docta facies' in libris Amorum Nasoni appellatur. *Boxhorn.*

34 *Accipere*] V. N. Cistell. I. 1. 12.

35 *Hæc cito celebrate*] *Celebre* non solum frequens, sed etiam velox significat. *Nonius.*

37 *Cautio est*] Id est, cavendum est. Donatus Andr. II. 3.

42 *Quæ capiti*] Saluti et libertati.

49 *Præhibeo*] Præbeo. Vide Menæchm. V. 2. 51.

51 *Panticesque*] Vide notas Capteiv. IV. 3. 116. Porro hoc loco scribendum est, *Eo vos vestros pantices usque adeo madefacitis*. Vulgata lectio palam inconcinna est. *Boxhorn. Cum ego sim hic siccus*] Horatius Od. IV. 5. 'Dicimus integro Sicci mane die: dicimus uvidi, Cum sol oceano subest.' Ita 'abstemius' sæpe dici-

Digitized by Google

tur, non qui invinius priscis illis, ὁ μὴ μετέχων οἴνου, sed ὁ μήπω, qui pro hora diei nihildum vini bibit: quem 'sobrium' vel 'siccum' dicimus. Apul. Apologia: 'Nam dicitur ante horam diei secundam, jejunus adhuc et abstemius, testimonium istud vendidisse.' Ἄοινος καὶ ἄοινος. Ita utitur et Tertull. et alii. *Casaub.*

55 *Montes maximi acervi*] Acervi maximi instar montium. V. N. Epid. I. 1. et Mil. IV. 2.

59 *Regem Jasonem*] Jasonem Thessaliæ tyrannum, qui ætate Epaminondæ floruit, malim intelligi, quam illum Argonautam. *Lamb.*

62 *Lenonum æmulos Lanios*] V. N. Capt. III. 1.

64 *Tergoribus oneri uberi*] Tergoribus onere uberi: sic 'parti' pro 'parte,' &c. *Taubm.*

65 *Dircam*] Zethus et Amphion, Jovis ex Antiopa filii, Dircen, quam Lycus, Antiopa eorum matre ejecta, uxorem duxerat, quæque Antiopam in vincula conjecerat, caudæ bovis indomiti alligarunt, Lycumque interfecerunt. *Passerat.*

68 *Pati colere*] *Colere*, absolute pro incolere et degere aliquo in loco.

69 *Qui amant a lenone*] V. N. Milit. II. 2. Pœn. v. 2.

71 *Ne illi audeant*] J. Guliel. Acidal. et Popma, aiunt anastrophen esse, pro 'illine.' Terent. Andr. Audivi jam omnia.' *Douza.* 'Ah ne tu omnia?' id est, tu ne? V. N. Aulul. Prolog. *Taubm.*

77 *Dynamin*] In Tarvisina, Paris. Basil. et Veneta ed. est, *amatores olivinam domi habent.* Hinc emendo, *quojus amatores Olivitam domi habent;* nam veteribus 'olivita' sive 'oliveta,' idem erat quod 'olivetum:' ut 'menda,' 'mendum,' &c. Ergo errat Festus, qui putat esse illud tempus, quo olea colligebatur: quod tamen 'olivitas' dicebatur. *Meurs.*

79 *Pergulam*] Nullæ unquam fuerunt pergulæ publicæ, sed tantum appendices ædificiorum, quæ in publicum spectabant. Et ob id artifices et magistri, qui minus noti erant, in illis primum solebant opera sua proponere aut docere, ut populo innotescerent. Juvenal. 'Sed nec structor erit; cui cedere debeat omnis Pergula.' Et, quod Turnebus producit ex Plauto de lenone, qui interminatur mulieribus, se eas expositurum in pergula, est ipsius lenonis pergula: qui vult eas mulieres venales prostare. Propterea eas exponit in eo ædium loco, qui omnibus in conspectu esset: quo nomine vetus Glossar. exponit 'Pergulam περιφάνειον.' *Scalig.* Non verum est, quod vir doctissimus scripsit, pauperes grammaticos, quibus in ædibus habendæ scholæ potestas non erat, in pergula docuisse. *Pergulæ* erant cellæ publicæ, in quibus omnium artium doctrinarumque professores publice docebant. Cellæ quoque publicæ meretricum, 'pergulæ' hoc loco dicuntur. *Salmas.*

82 *Excetra tu*] Vide notas Casina III. V. 19.

83 *Tua tuorum opera*] Quæstu meretricio ex oleariis facto, &c. *Palmer.*

84 *Pulmento utor magis unctiusculo*] Id est, lautius cœno; cui contrarium apud Persium, 'Cœnare sine uncto.' Idem Sat. III. loquens de luxuriosis, quibus intemperantia morbos et ambiguam valetudinem affert, 'Uncta cadunt laxis tua pulmentaria labris.' *Gronov.*

92 *Phœnicio corio invises pergulam*] 'Phœniceum corium,' rubrum vocatur. Hic tergum flagris cruentum significatur. *Turneb.*

Scena III. 3 *Bene curassis*] Conjiciunt, *Ne curassis, Tu ne curassis, sine cura sis, Bene: ne curassis.* Ba. *Ne curassis.* Omnia frustra. Censeo formulam esse hortandi aliquem, ne quid ex ordine quotidiano intermittat ob præsentem metum: sed agat solita, quasi nihil sit, quod interpel-

Digitized by Google

let. Recte rem aliam gere: noli ob hoc animo perturbato minus curare res alias. Eadem brevitate verbum idem in prologo Pœnuli: 'Ne et hic varientur virgis et loris domi, Si minus curassint, cum veniant heri domum.' Hinc et mox, 'Potin' aliam rem ut cures?' *Gronov.*

6 *At.* Ps. *Bat*] *Bat* sonus est cornicinis lituum ex ore eximentis. *Charis.*

8 *Quam re advorsa*] Futile interpretamentum Lambini dicit hic Acidalius: idem enim per idem interpretatur. Ipse corrigit, *quam rei advorsa*, vel *re* accipit pro *τῷ rei:* ut sit, quam obtemperes animo iis agendis, quæ abs re sunt vel rei adversa. Non perceperunt dignam intelligi sententiam. *Animus* nonnunquam veteribus ea pars ingenii est, quæ ministrat, non quæ regit: non ratio, sed quæ suscipit affectus et iis agitatur. Ut in Trinummo II. 2. 24. 'Qui homo cum animo inde ab ineunte ætate depugnat suo,' &c. Hoc vult ergo: *Re advorsa*, in rebus parum secundis, *prævortaris quod in rem sit*, potius consulas, potius provideas et cures quomodo illas explices, *quam ausculites animo*, id est, perturbere, trepides, insanias. *Gronov.*

14 *Quod hoc malum*] Ps. *Quid hoc malum, tam? placide.* Ba. *I puere.* Scriver.

15 *Hodie nate heus*] Ita lenonem appellat, quod superiore scena dixerat, sibi hodie natalem diem esse. 'Nascuntur' etiam qui honores adipiscuntur: et 'nascuntur,' qui ab exilio reducuntur. *Turneb.*

16 *Tametsi occupatus moramur*] Lambinus malit *occupatum.* Sed non necesse est scripturam veterem mutare, *occupatu's.* Sic enim scribendum. Licet occupatus sis, tamen necessario te moramur, detinemus. *Boxhorn.*

18 *Mortuus est, qui fuit*] Vide N. Capteiv. III. 3. 1.

21 *Te volo*] Ambignum: vel, Te volo convenire: vel, Te Juppiter perdat, volo. Atque hoc modo Pseudolus intelligit, idque non fefellit lenonem, qui sic respondit: *At ego volo vos ambos perdat Juppiter.*

22 *Colloqui te*] V. N. Asin. III. 1. *Licetne obsecro vivere*] Q. d. vos me enecatis odio vestro et molestia. *Lambin.* V. N. act. IV. sc. 2. et N. Epid. I. 2.

25 *Ducito*] Scil. Phœnicium. V. N. Epid. III. 2. et Trin. II. 1.

28 *Rem actam agis*] Donatus Andr. III. 1. 'Hæc res secundum jus civile dicitur; in qua cavetur, ne quis rem actam apud judices repetat.' Idem ad Eunuch. I. 1. '*Actum est*, sumptum a jure; *ilicet*, a judicio; *periisti*, a supplicio.'

32 *Ut porriciam*] Porriciendi verbum ex disciplina haruspicum et ex præcepto pontificum solemne sacrificantibus fuisse, Macrob. III. 2. tradit. Nævius: 'Simul atrocia porricerent exta ministratores.' *Turneb.*

47 *Nimio id*] Viro bono indigna sententia; cui famæ et existimationis jactura gravior, quam rei. Sophocles: *Τὸ κέρδος ἡδύ, κἂν ἀπὸ ψευδῶν ἔῃ.* V. N. Trin. II. 2.

55 *Non lenonium est*] Scil. recte monstrare.

62 *Heus tu, postquam*] Ineptissima illa sunt Lambini, mensam de cibaria mensa accipientis; cum manifesto mensam trapezitarum intelligat. Et verborum quidem, quæ in vulgatis hodie habentur, hunc sensum esse puto: ut sit jocus in astutos trapezitas, qui cum bonis cedere et mensam relinquere decreverunt, prius omnia quæ ipsis debentur, exigunt et abscondunt, ne ii, quibus ipsi debent, ea occupent. Quasi dicat: Postquam ii, qui bonis cedunt, tam astuti facti sunt, ut non prius a mensa surgant, quam debita sua exegerint, sane cavent omnes mutuari. *Pist. A mensa surgunt saturi, poti*] Non erat cur desperarent

Digitized by Google

de hoc loco, tanquam mutilo, aut lurcones aut helluones describi putarent, aut nescio quos Saturnipetas et Saturipetas confingerent. De trapezitis agere certum est, qui cum bonis cedere et mensam relinquere decreverunt, prius omnia, quæ ipsis debentur, exigunt et abscondunt, ne illi, quibus ipsi debent, ea occupent, ut recte Pistorius. 'Qui suum repetunt,' descriptio est argentariorum. Curcul. III. 'Habent hunc morem plerique argentarii, Ut alius alium poscant, reddant nemini.' Sed cur addit *saturi, poti?* non alia de causa, quam quia appellarat 'mensam:' quæ est et trapezitica et ad quam vescimur, saturique et poti reddimur. Ut cum in Curculione quia dixerat 'datores,' addit 'et factores,' etsi ad sententiam 'factores' nihil facerent. Ut cum Menæchmum dixisset eum convivas 'recreare,' addit et 'medicinam facere.' Et tamen ἀλληγορίᾳ possunt eadem verba ad præsentem pertinere materiam, ut sint sibi credita pecunia saginati et ebrii. Postquam, inquit, argentarii crebro a mensa surgere et bonis cedere cœperunt, ex eo tempore homines ab alienis, quorum rem et statum non probe habent cognitum, cautiores sunt, et non facile cuiquam credunt. *Gronov.*

67 *Eme die cæca*] Id est, solutione in diem prolata. Contra, 'Oculata die emere,' est præsenti pecunia emere. Ita Cato dixit, 'die vendere.' Sic JCti vocant 'cæca testimonia,' quæ scripto perhibentur absentibus. Ita Virgil. in Ætna: 'Atque oculis hæsura tuis.' Hoc est, quod Græci poëtæ dicunt βλέποντα μαρτύρια. Plautus vero aliter extulit, 'Rem tibi auctorem dabo.' Sic infra: 'Non illic duce me occultas scrutabere causas: Occurrent oculis ipsæ.' Eodem modo 'oculatam diem' dixit Plautus. *Scalig.*

69 *Lex me perdit quina vicennaria*] Ita duplici *nn* scribendum: nam *viceni* sunt οἱ εἴκοσι τὸν ἀριθμόν: *vicennes* vero εἰκοσαετεῖς. Lex enim Lætoria vetabat filiumfamilias minorem viginti quinque annis stipulari, id est, ἐπερωτᾶσθαι, ut ait Priscianus, lib. VIII. et XVIII. sive stipulanti respondere: aut spondendo obligari; ut JCti loquuntur. *Lipsius.* Retulit eam legem ampliorem Claudius Cæsar de omnibus filiis familias, etiam supra legitimam ætatem, ne in mortem parentum filiis familias fœnori pecunias darent. Qua lege sævitiam creditorum coërcitam ait Tacit. Annal. XI. 13. ubi vid. Lips. Asperius Vespasianus: 'Ne filiorum familias fœneratoribus exigendi crediti jus unquam esset, ne post patrum quidem mortem.' Suet. Vespas. c. 11. Atque hoc est, quod Jcti. vocant S. C. Macedonianum, a Macedone insigni adolescentum corruptore, de quo in D. lib. XIV. tit. 6. *Gronov.*

80 *Apud novercam querere*] Lusum putant viri docti in hoc, quod Pseudolus illud *querere* ἀντὶ τοῦ *quereris* accipit, quum sit imperantis. Imo et leno et Pseudolus τὸ *querere* ἀντὶ τοῦ *quereris* accipiunt; neuter ut sit imperantis. Sed lusus est in vocabulo 'noverca,' quod per translationem accipit Ballio, ceu proprie dictum servus. 'Apud novercam queri' est queri apud aliquem qui non exaudiat, παροιμιωδῶς. Si mecum queri velis, quod utile tibi sit, fac venias cum argentata querimonia: nam quod nunc doles sine nummis, doles apud novercam, hoc est, eum qui tui non misereatur. Hoc captat Pseudolus: Ergo tu Callidori noverca es? et sic nupsisti hujus patri. Eam enim novercam dicimus, quæ post matrem patri nostro nupsit. *Gronov. An unquam tu hujus nupsisti patri*] Argutus, sed licentior sane jocus, qui in verbo nubendi consistit, quod verbum antiquitus inter ea fuit, quæ custos ille hortorum libentius quam virgines Vestæ usurparent. Inde Festo, 'nup-

Digitized by Google

ta verba,' obscena; et Petronio, 'nuptias facere,' τὸ συνοικίζειν. Inde virgini Vestali crimen incesti intentatum apud declamatores, quod versum scripsisset, 'Felices nuptæ: moriar, nisi nubere dulce est.' *Lipsius.* Vide notas Cistellar. I. 1. 45.

93 *Lanios*] Ita vocat popas hostiarum mactatores, qui malleo ipsas impeterent, dum a victimario interim tenerentur. *Guther.*

95 *Agninis me extis placari volo*] *Victimam* de magnis dixere; certum veteribus illis, qui pure loquebantur, ita observatum fuisse. Quod verum esse, manifesto Plautus docet in Pseud. ex verbis lenonis: 'Nolo victimas: minimis med extis placari volo.' Nam 'minima exta' opposuit 'victimis.' Sed lusit comice in voce 'minimis,' respiciens ad minas viginti, quibus sibi litari volebat. Adolescens vero jocum non percipiens, jubet arcessi agnos: quia eæ sunt 'minimæ hostiæ,' et quæ vere victimæ dici non possunt, quum ait, 'Propera; quid stas? arcesse agnos:' itaque male legitur hodie *agninis extis*: quum pleræque calamo exaratæ membranæ habeant, *minimis extis*: ubi sane vere Plautinus latet jocus. *Scalig.*

97 *Extra portam Metiam currendum, &c. lanios inde arcessam*] Intelligit carnifices, quorum extra eam portam domus, ad solemnem suppliciis locum. Etiam locus certus fuit extra urbem, quem Sestertium dixerunt, quia semitertio ab urbe milliari: ubi cruces, patibula defixa, cadavera abjecta, aliaque, quæ ad supplicia plebis. *Lips.*

98 *Cum tintinnabulis*] Quid fuit in mentem Scaligero, quum ad quartum Varronis notaret duo esse genera vehiculorum, sirpeas et tintinnabula, et insultaret scholasticorum ac grammaticorum nationi, quibus hæc essent ignota vocabula? Quid illis, qui toties hoc ex illo describunt? Imo nec 'sirpea' vehiculum est, sed impositur vehiculo, nec 'tintinnabulum,' sed si quando, appenditur. De sirpea alibi. Sed dixerit Lucilius: 'Tintinnabulum abest hinc, sirpiculæque oleronum.' Quid hic, quamobrem credam ea esse vehicula? Quid in loco Plauti? Palam est carnifices et tortores describi, qui solebant cædere κωδωνοφορουντας, ut ab aliis jam notatum. Et tamen etiam nolas ad usum sacrificiorum compiuiscuntur. Lusus est servuli, qui de supplicio, quo vult mactari lenonem, loquitur quasi de sacrificio, quo is, quem Jovem sibi fecerat herus, mactetur. Itaque pro carnificibus dicit lanios, quasi victimarios, sed cum tintinnabulis, quibus carnifices ornabant noxios, pro hostiis, 'greges virgarum ulmearum,' vel virgas in fascem colligatas. *Gron.*

109 *Sine ornamentis cum intestinis omnibus*] Id est, nudam vendidi: et inest in his verbis faceta antithesis. Hoc ex Lambino usque repetunt. At poterant aliquid doctius. Nempe hunc sermonem translatum a venditione ædium, ubi proprium ejus domicilium est. In iis 'ornamenta,' in iis 'opus intestinum:' et quum vendebantur, 'opus intestinum' fiebat emptoris, 'ornamenta' recipiebantur. Cicero in Topicis: 'Fecique quod liberales venditores solent, ut cum ædes fundumve vendiderint, rutis cæsis receptis, concedant tamen aliquid emptori, quod ornandi causæ apte et loco positum esse videatur: sic tibi nos ad id, quod quasi mancipio dare debuimus, ornamenta quædam voluimus non debita accedere.' Scilicet ornamenta erant in rutis cæsis. Varro R. R. III. 1. 'Quum villam haberet opere tectorio et intestino et pavimentis nobilibus spectandam.' Vitruvius IV. 4. 'Pluteis marmoreis seu ex intestino opere factis.' Sic apparet, unde quamque eleganter petiverit hunc sermonem Plautus. *Gronov.*

Digitized by Google

117 *Quantum terra tegit*] Sic omnes libri. Conjectant, *Quantum in terra degit: Quantum terra regit: Quantum terra tegit: Quantum terra gerit:* denique explicant, quantum est Acherunti mortuorum, vel qui unquam fuerunt. Putamus commodius explicari posse, quantum terra tuetur, tectos ac salvos habet. Ut Rud. I. 3. 26. 'Nec cibo nec loco tecta quo sim scio.' Sallustius in Catil. 'Neque locus neque amicus quisquam teget, quem arma non texerint.' Ut videtur et in verisimilibus accepisse Scioppius. *Gronov.*

118 *Jurastin' te illam nulli*] Tali interrogatione utuntur scriptores veteres, etiam cum responsionem aientem subjici volunt. *Lamb.*

121 *Ego scelestus, &c.*] Seneca Philosoph. Epist. CXV. e vett. poëtis: 'Sine me vocari pessimum; ut dives vocer. An dives, omnes quærimus: nemo, an bonus. Non, Quare, et Unde: Quid habeas, tantum rogant. Ubique tanti quisque, quantum habuit, fuit,' et quæ sequuntur.

124 *Ad prætorem, &c.*] Vide notas Mil. IV. 1. 15.

127 *Bustirape*] Qui lucri caussa nefanda omnia subire non verebantur, 'bustirapi' audiebant. *J. Gul.*

131 *Babæ*] *Babæ*, ut et *Bombax*, hoc loco interjectiones sunt hominis cum admiratione approbantis, vel negligentis; aut etiam læte alterius dicta ferentis. *Lamb.*

135 *In pertusum*] Proverbium a fabula Danaidum. Lucret. lib. IV. 'Et non omnia pertusum congesta quasi in vas Commoda perfluxere, atque ingrata interiere.' *Taubm.* Scite Seneca in Apocolocynth. 'Placuit novam pœnam excogitari debere; instituendum illi laborem irritum sine fine et effectu. Tum Æacus jubet illum alea ludere, pertuso fritillo.' Loquitur de Claudio Cæsare. *Boxh.*

136 *Nunquid alium*] Ita Schopp. e Mss. quasi dicat: Num præter superiora illa cognomina, quæ mihi fecistis, insuper aliud mihi facere vultis? *Taubm.*

141 *Officium me meum*] 'Officium lenonis' est perfidia: ut Capt. 'servile officium,' fuga.

146 *Paulo post magis*] Plus negotii tibi facessam.

148 *Exossabo ut murænam*] Vide notas Amph. I. 1. 163.

150 *Admœnire*] Fossa et vallo cingere. *Lamb.* V. N. Cist. II. 2. 5.

Scena IV. 6 *Exordiri*] Ordiendi verbum proprium artis Minervæ. *Lips.*

7 *Detexundam*] 'Detexere,' de perfecto panno aut tela: quod Theocritus elegantissime dixit καταβαίνειν ἀφ' ἱστοῦ: alii καθαιρεῖν ἱστόν. Vetus Gloss. 'Detexo, καθαιρῶ ἱστόν.' Titinnius Fullonibus: 'Quæ inter annos decem nequisti togam unam detexere.' Significantius tamen alii, 'deponere.' P. Diaconus II. 5. 'talem se eidem telam orditurum, qualem ipsa dum viveret, deponere ac detexere non posset.' Dixi, significantius: nam proprie *detexere* non est aliud quam τὸν ἱστὸν ὑφαγκέναι: et ita sæpe apud Plaut. et Ciceronem. Quare non omnis 'detexta tela,' utique et 'deposita.' *Casaub.*

14 *Tragulam injicere*] Vide notas Epid. v. 2. 25.

19 *Ex hoc sepulcro vetere viginti, &c.*] Putem respectum ad aperturam sepulcrorum, ad eruendos thesauros. Veteres enim partim luxus, partim securitatis caussa, pecuniam ibi condebant. *Freherus.*

Scena V. 2 *Dictator fiat nunc Athenis*] Nominat more suo magistratum Romanum in palliata comœdia, intelligitque filium suum ducem principemque ac caput esse hominum amore perditorum.

14 *Gestores linguis*] Ut, qua quis parte peccaret, eadem et plecteretur. Sic Seneca Epist. 123. 'Pessimum genus hominum videbatur, qui

Digitized by Google

verba gestarent : sunt quidam qui vitia gestant. Horum sermo multum nocet : nam etiamsi non statim officit, semina in animo relinquit.'

21 *Vetus nolo faciat*] Horum sententiam neque Lambinus, neque Acidalius sunt assecuti. Dixerat Calipho : 'Quid novum ?' &c. quibus verbis ostendit, neque Callidorum Simonis filium primum de Atheniensibus adolescentulis hanc insaniam insanivisse ; sed id ab aliis etiam jam longe factum fuisse : at reponit Simo, nolle se ut ista faciat filius suus, cum fuerit ætate provectiore. Huic interpretationi firmandæ unice facit Terentianus Micio, Adelph. I. 2. 'Non est flagitium, mihi crede, adolescentulum Scortari, &c. Et tu illum tuum, si esses homo, Sineres nunc facere, dum per ætatem licet, Potius quam, ubi te expectatum ejecisset foras Alieniore ætate post faceret tamen.' *Petitus.*

26 *Populo viritim potuit dispertiri*] Certum est alludi ad visceriationes, in quibus singulis, qui aderant, certa pars cibi dabatur. Et hoc vult : Tam magna sunt flagitia tua, ut cuilibet e populo, tanquam in publica visceratione, pars aliqua inde dari possit. Ad magnitudinem igitur pertinet ; non, quod quilibet e populo suam partem ibi inventurus sit. *Pistorius.*

32 *Hic ille est pædagogus*] Antiquo illo ævo pædagogi distincti a præceptoribus. Nam isti nihil nisi asseclæ erant, et ut puerorum progressus, actiones, mores observarent aut formarent. At præceptores docebant, et artes scientiasque infundebant. Seneca de Ira II. 22. 'Præceptores pædagogique pueris placidi dentur.' *Lipsius.*

43 *Statum*] Vide not. Amphitr. I. 1. 110.

54 *Fac sis vacivas*] Vide N. Casin. Prologo vs. 29.

65 *Delphis tibi responsum dicito*] Id est, pro certa et inevitabili veritate habeto, non secus ac si Apollinis ore prolatum esset. Eandem sententiam sic effert Lucret. lib. v. 'De re fundere fata Sanctius et multo certa ratione magis quam Pythia quæ tripode ex Phœbi lauruque profatur.' Cic. ad Brut. 'Hæc ex oraculo Apollinis Pythii edita tibi puta, nihil potest esse verius.' *Gronov.*

68 *Meum amare ? &c.*] Latent in his voces Græcæ ; lego itaque, *Meum amare ?* Ps. *ναὶ γα· ῥῆμ' ἐὸν ἐστι.* Si. *Liberare quam velit.* Ps. *Καὶ τοῦτο καὶ τοῦτο ναὶ 'γώ.* Si. *Ecquas viginti minas Per sycophantiam, atque per doctos dolos, Paritas, ut auferas a me ?* Ps. *Abs te ego auferam ?* Si. *Ita : quas meo gnato des, qui amicam liberet.* Ps. *Φα· τήρει· δεῖ. καὶ τοῦτο, καὶ τοῦτο, ναὶ, καὶ τοῦτο, ναί.* Petitus, de quo vide eum disserentem lib. II. Miscell. cap. 18. *Negare meum est*] Censeo recte vidisse Petitum in his quoque verbis aliquid Græci latere. Et videtur adamasse Græca et hic, ut bis postea, quia dixerat, 'Delphis tibi responsum dicito.' Voluit igitur Græci Dei oracula imitari. Tum alter codicum, *nægar mea est :* alter, ut et codex Academiæ, *negar meæ est.* Sed quia non videtur auctor tot supra infraque nexis senariis interjecisse duos hos versus longiores, utrumque breviorem fecerim, ejectis quæ inscitia librariorum interposuit : ut sit, *Meum amare.* Ps. *ναὶ ναί.* Si. *Liberare quam velit.* Ps. *Καὶ τοῦτο ναὶ, καὶ τοῦτ'.* Si. *Ecquas viginti minas.* Nam et posterior sic exstat in V. C. *Cetu non katto ne gras equas viginti minas.* Ac. *Cetu tu au negar sita ecquos, &c.* Gronov.

78 *Herum*] Herilem filium apud herum majorem, patrem.

85 *In mundo*] V. N. Epid. v. 1. 12.

88 *Huic erant dieculæ*] Omnia sibi respondent : 'illud' a filio ; 'istuc' a te. 'Illud' aderat præsens, hoc erat in diem, ut Ter. loquitur. *Acidal.*

Digitized by Google

89 *Nam hinc quidem a me*] Casaubonus ait laborare metri modulum: eoque tollendam glossam, legendumque, *Nam hinc quidem jam non potest:* ad illud *hinc* fuisse adscriptum *a me:* quod tolli necesse esse, si metrum salvum velimus. Sic ille in epistolis. Quod equidem vehementer miror. Quid enim perfectius versu, ut est in vulgata? Cur autem non diceret, *hinc a me:* ut in Rud. IV. 4. 'dum hic hinc a me sentiat.' Casin. II. 8. 'Vocabit huc eam ad se in nuptias.' Epid. I. 2. 'Eamus intro huc ad te.' Et similia passim. *Gronov.*

100 *Ætatem*] V. N. Asin. II. 2.

104 *Graphicum*] V. N. Epid. III. 3. 29.

110 *Priusquam istam pugnam pugnabo*] Priusquam abs te argentum auferam. Lucilius: 'Vicimus, o socii, et magnam pugnavimu' pugnam.'

126 *Consutis dolis*] Sic Gr. dicunt, *συῤῥάπτειν δόλους*: inde 'sutelas,' pro fraudibus. Vide insuper notas Amph. I. 1. 211.

132 *Stilis ulmeis conscribito*] Recte *stilis*, pro virgis dicit; ut perpetuetur metaphora. Virgil. Æn. I. 'Versa pulvis inscribitur hasta.' Sidonius lib. I. 'Mundus incanduit, glacies Alpina deletur, et hiulcis arentium rimarum flexibus terra perscribitur.' *Meurs.*

143 *Multum flagitabere*] *Multo.* Scriverius.

159 *Concenturio*] Id est, in album refero. Cic. ad Att. 'Brutus centuriat Capuæ.' V. N. Trin. IV. 2. 160.

ACTUS II.

SCENA I. 3 *Nam ea, &c.*] Τὸ *Nam*, data opera, toties iterat, ad exprimendam servi non nimis accurate loquentis negligentiam. *Lamb.*

6 *Malorum meorum*] Ridicule, imo præter auditorum exspectationem: quum in eo potius esse videretur, ut diceret, 'majorum meorum.' Nec minor in illius dicti insolentia festivitas: 'Eo sum genere gnatus, magna me facinora decet efficere.' Non sine amphiboliæ gratia, quæ ambiguo illo *τῷ facinora* vocabulo occultatur. Q. Curtius lib. IX. ex persona Alexandri: 'Ea stirpe sum genitus, ut multam prius, quam longam vitam debeam optare.' *Douz.*

10 *Ballionem exballistabo*] Similis huic plane metaphora est Bacchid. IV. 4.

11 *Admœnire*] Vide notas Cistell. II. 2. 5.

12 *Facile ego hanc rem meis*] *Facile ego claream* (vel *vincam*) *meis cluibus factis.* Scriver.

14 *Participes*] *Συμμάχους, κοινωνούς.*

17 *Clara et diu clueant*] *Claritudine clueant.* Scriver.

SCENA II. 4 *Certum qui mihi faciat*] V. N. Menæchm. II. 1.

13 *Subballio*] Sic ludens se vocat, qui Ballionis servus vult videri, quasi minor Ballio, inferior, vel alter Ballio. Compositio ideo notanda, quia in ea eleganter ludunt veteres. Nam ita Cicero 'Submarium' dixit, qui est alter Marius crudelitate et imperii cupidine, ad Attic. I. 10. Ita 'Subneronem' vocat Domitianum Tertull. de Pallio, quia hunc, ut ait Ausonius, 'calvum dixit sua Roma Neronem:' quem alibi idem Tertull. et 'portionem Neronis' vocat. Sic 'suppromus' Mil. III. 2. 12. id est, minor promus. Sic 'sublingio,' quasi minor liguritor, infra III. 2. 103. *Gronov.*

14 *Procurator peni*] Glossæ, 'Atriensis, *διαιτάριος, διαιτάρχης.*' 'Diæta' aliis est cœnatio; aliis habitatio in hortis. Sidonius: 'Ex triclinio in diætam sive cœnatiunculam fit transitus.' Glossar. 'Δίαιτα, *τὸ ὑπερῷον, cœnaculum.*' Servius Æn. I. asserit, veteres in atrio solitos epulari. At 'atrienses,' principes servi tricliniares. Vide notas Asinar. II. 1. 16.

20 *Nam mihi hic incus est*] Mss. *hæc*

Digitized by Google

incus. Quod sine mora recipiendum: sic enim malebant interdum loqui. Vide ad Senecæ Consol. ad Marciam c. 19. Et hinc firmatur, quod in Amphitr. II. 2. 82. 'Siquidem hæc jam mulier facta est ex viro.' Quod autem hic subjiciunt ex Guilelmio, Tacitum dixisse 'incudem operis et laboris,' falluntur et fallunt. Nam apud Tacitum est, 'vetus operis ac laboris,' Annal. I. 20. *Gronovius.*

34 *Dum tu strenuas*] Pro *strenuas* quod nihili est, legendum *sternuas*: sed aliter distinguendus locus, et mutandæ personæ hoc modo: *Tibi libellam argenti nunquam credam.* Ps. *I dum tu sternuas.* Id est, rem tibi solvam æque cito quam tu sternuas. Dum tu sternuis, res erit tibi soluta. Nam et legi potest, quod et melius puto, *dum tu sternuis.* Salmas. Lege, *nunquam creduam.* Ps. *Si tu creduas, Res erit soluta.* Scriver. Veniebat aliquando in mentem, *da dum strenue: Res erit soluta.* Gronov.

36 *Forcilles fidem*] Pæne assentior illis qui legunt *suggilles.* Scriptum quippe videtur fuisse *soccilles,* pro suggilles. Unde postea corruptum *forcilles.* Ex cujus vocis vestigiis commode etiam conjiciatur, *forioles fidem,* id est, inquines, contamines. 'Foriare' et 'foriolare,' idem, et 'lutare' et 'lutulare,' a quo et 'collutularit.' Mentio forioli apud Nonium: a quo verbum 'foriolare.' *Salmas.*

41 *Quid est tibi nomen*] Ita enim locutus Mostell. III. 1. 127. Menæch. v. 6. 60. et v. 9. 71. V. N. Amphit. I. 1. 240.

48 *Hoc febrim tibi esse*] Hæc tibi febris instar esse.

55 *Cum eo aiebat*] Ἀνακόλουθον, nam particula *ut,* quæ supra posita est, non habet, cum quo cohæreat. *Lambin.*

59 *Ne quid harpax feceris*] V. N. Trin. IV. 2. Lege, *harpagaveris,* vel *harpagefeceris.* Scriver.

64 *Diobolarem*] Verba Donati ad Andr. IV. 4. 'Proprium est asinus suffarcinatas esse: ut Persius, pannucea Baucis: et Plautus, doliarem, clandam, crassam.' Et is habuit omnino meliores Plauti codices quam nunc nobis sunt. Facit illud Augusti ad Horatium: 'Vereri mihi videris, ne majores libelli tui sint, quam ipse es. Sed si tibi statura deest, ventris abunde est. Itaque licebit in sextariolo scribas, quo circuitus voluminis tui sit ὀγκωδέστατος, sicut est ventriculi tui.' Sic Nicetas in Alexio Comneno lib. III. Ἐκ τοῦ τῶν Κομνηνῶν τις γένους τῷ βασιλεῖ ἐπανίσταται, Ἰωάννης τοὔνομα, προκοίλιος δ' ἂν καὶ πιθώδης τὴν πλάσιν τοῦ σώματος, τὸν παχὺν εἰς ἐκκοιλίαν εἴληχε. At ratio obstat, inquit Gruterus. Quid enim ineptius, ait, quam post 'doliarem' appellare 'crassam?' Quasi vero 'doliaris' prorsus sit idem quod 'crassus:' aut insolens sit Plauto in epithetis congestis verba propinquæ aut etiam ejusdem omnino significationis ponere. Quid autem ineptius quam explicare anum 'diobolarem,' quæ duobus obolis sui copiam faciat? Unde enim qui vel duobus obolis anus copiam peteret? Nam scorta illa diobolaria, quorum alibi meminit, utcunque sordida, habebant ætatem bonam. Deinde non significat harpax se pergere in lupanar, sed in tabernam diversoriam: et se facit frugi. *Gronov.*

68 *Ne in quæstione sis*] Sic Cas. III. 1. 'Cave inquisitioni mihi sis,' id est, quærendus sis. V. N. Cistell. II. 3.

Scena III. 4 *Hæcce allata est*] Vett. edd. Mss. Pal. cum Acad. *hæc cavata est.* Conjecturæ doctorum probabilitate certant. Scaliger, *cavita.* Douza, *captata.* Posses et *curata.* Sed *allata* Lipsii Scioppio, (etsi prius cogitasset *hæcce data,*) Meursio, Grutero probatum. Sequenti quidem versu sine dubio Mss. *hæc allata:* ut

Digitized by Google

Camerarius, Sambuccus, Douza ediderunt, Gruterus edi voluit. Quod fecit idem *cornucopia est*, vix toleres: nam *cornucopiæ* dicimus, non *cornucopiam:* nisi divisa voce; ut 'divesque meo bona copia cornu est:' et 'cornu quæ retinet divite copiam.' Sed credibile est Mss. in quibus *cornu copia est*, significare, *cornucopiae'st*. Membr. Acad. *Nam hæc alata copiast cornu*. Vix putem sectionem vocis ab librario esse: adeo suavis est. Gell. XIV. 6. 'tanquam si copiæ cornum nactus essem.' Et fere allubescit: 'Nam hac allatum copiæ'st cornu, ubi inest, quicquid volo.' Versus est integer trochaicus: sed ultima vocalis *τοῦ cornu* non eliditur: quod qui non intelligerent, videntur voces transposuisse. Hunc sensum quærebat Lambinus audacius recedendo a veteri scriptura, *Nam hoc illud cornucopiæ est*. Mox idem codex Acad. *hic amanti amica herili filio:* quod etiam suavius videtur. Ubi pariter, quum hiatum non ferrent, nec ultimam in *argentum* non elidi, contra scriptos et vett. edd. interposuerunt *est*. Gronov.

11 *Deformata*] Seneca de Benef. VII. 2. 'virum, quem deformamus:' ubi *deformare* est *ὑποτυπῶσαι, describere:* quo verbo et Cicero eodem sensu utitur. *Lips.*

12 *Centum doctum, &c.*] Plenissima hujus sententiæ explicatio a Plinio petenda lib. V. Epist. 21. 'Est omnino iniquum,' &c. [Vid. Not. Delph.]

17 *Stulti haud scimus, &c.*] Plane idem dicit, quod tota Sat. X. persequitur Juvenalis, et paucis sub initium perstringit: 'Quid enim ratione timemus Aut cupimus? quid tam dextro pede concipis, ut te Conatus non pœniteat, votique peracti? Evertere domos totas optantibus ipsis Dii faciles,' &c. *Boxhorn.*

22 *Aurichalco contra*] V. N. Epid. III. 3. 30. De orichalco V. N. Curc. I. 3. 46.

SCENA IV. 18 *Quæro cui trina*] Operæ pretium fecisse putant, qui observant *τὸ quæro* ad sequentia, non ad præcedentia esse referendum. Sed ad utraque referendum est, et oratio ob versus necessitatem trajecta, ita construenda: Te te te tyranne, qui imperitas Pseudolo, te rogo, quæro, ter trina, &c. Ludit autem numero ternario, quia dixerat præcedenti scena se tres delusurum, herum, lenonem, et a quo acceperat epistolam. *Gronov.*

19 *Spemne an salutem*] Veteres libros consensu habere, *Spemne an matrem* notavit Lipsius Ant. IV. 8. Idem expertus in Pall. Gruterus; et in Academico ego. Itaque diutius id excludere nequivi. Nam quod viro dat mulieris titulum, non magis miror quam quum in Curculione ad parasitum adolescens, 'o mea opportunitas,' aut ipse parasitus 'meam nutricem Herculem:' nec incommode ad hunc muliebrem titulum venit, quia nominavit ante Spem fœminini nominis numen. Denique videtur alludere ad ædem Spei Romæ et Matris Matutæ, quæ vicinæ erant; hæc intra portam Carmentalem, illa extra eandem. Liv. XXIV. 'In templis Fortunæ ac Matris Matutæ et Spei extra portam late vagatus ignis.' lib. XXV. 'reficiendis ædibus Fortunæ ac Matris Matutæ intra portam Carmentalem, sed et Spei extra portam.' *Gronov.*

22 *Euge! jam*] Lego, *euge! jam χαίρειν Χάρωνα volo*. Ludit enim in Charini nomine, quem valere et missum fieri vult, non usui nunc illi, cui supra jusserat ejusmodi hominem inveniri. Optime omnium hæc Acidalius. Verum scriptura eorum, si ductum Mss. Camer. sequamur, hæc nobis videtur, *Euge jam! χάρων, δεῦτε ὀπίσω νῦν, ποιῶ*. Jusserat Pseudolus sibi adduci a Calidoro hominem et astutum et callidum: dum in eo erat Calidorus, aliam decipiendi lenonis oc-

Digitized by Google

casionem nactus, castigat his verbis Calidori moram: *Euge jam!* et ostendit nihil sibi opus esse, ut quidem res erat, χάριν, ὄγ' οἶται νῦν, ποιῶ, *gratiam, ut nunc res est, facio.* Quæ verba sunt recusantis uti opera Charini, quem adduxerat Calidorus. Quod miror non animadvertisse viros eruditissimos, cum vers. seq. ubi Charinus ipse operam suam pollicetur, Pseudolus recuset pæne iisdem verbis: CH. *Quin tu, &c.* Petitus.

23 *Jam gratiam*] Camerarius intelligit *habemus.* Douza F. *jam gratia est.* Sed quum in altero codicum sit *tam gratiam*, dubium mihi non est, quin sit scribendum, *Tam gratia est*, ut voluit Parens. Vide ad Stichum III. 2. 17. Versu autem præcedente lego, Χαρίνῳ χάριν ποιῶ, id est, *Charino gratiam facio.* Gronov.

25 *Molestum est id quidem*] Vosne, inquit Charinus, mihi oneri et molestiæ esse censeam? Certe id vos suspicari, mihi molestum est. *Pontan.*

43 *Nam unam hujus*] Pro illis, *nam unam hujus mihi debet pater*, puto omnino scribendum, *Nam quinam hujus mihi debet pater.* Id est, *quinam minam*, pro, quinque minis. Sic 'æra quaterno' apud Martialem, pro quatuor assibus: et 'centenus remex' Virgilio, pro centum remis vel remigibus. *Salmasius. Nam unam hujus*] Quomodo *quinam?* An non superius I. 5. Pseudolus ad senem, 'Dabin' mihi argentum, quod dem lenoni?' Atque ille promittit. Id argentum erat viginti minæ, ut constat ex superioribus. Et infra act. IV. sc. 7. senex: 'At me viginti commodis multavit minis.' Tum scena 8. 'At ego jam inultus promam viginti minas.' Ergo Palmerius, *nam viginti minas:* Gulielmius et Gruterus delent τὸ *unam:* tolerabilius et hi et ille quam ὁ πάνυ *quinam.* Forte, *nam omne hujus:* hoc est, totam summam viginti minarum, quam noverat Charinus, apud quem Calidorus dulcia atque amara erat elocutus omnia. *Gronovius.*

48 CH. *Usque a cunabulis*] Ita omn. edd. veteres. At vero ego vehementer probem, quod repperi in schedis vetustiss. *Hircum ab alis.* Facetissime, respondet ex ambiguo, in verbo *sapit:* ac si quæsierit Pseud. quid oleret; non, quam sapiens esset; ut pluribus etiam explicat Lambinus. *Hircum* autem notare tetrum illum odorem subalarem, vel Catullus docet: et Horat. 'Gravis hirsutis cubat hircus in alis.' Epod. 12. *Turneb. Usque a cunabulis*] Frustra spectator ille unus dissentit a Turnebo, quem magno totius caveæ consensu locum hunc emendasse fatetur. Frustra sumit operam interpretando, quod Planti non esse scripti ostendunt, quia cunarum alicubi meminit, ubi quid turpiculum significatur. Nec debuit ambigue respondere Salmasius, si libri vetustissimi habeant, quomodo in his se reperisse dicit Turnebus, non aliud quærendum: sin vetus et vera scriptura sit, *usque a cunabulis*, ita fore intelligendum, ut interpretatur Lipsius. Quid enim ambiguum potest esse, ubi Pal. alter prorsus *Hircum ab alis;* alter *Hircum ab aliis.* Lambinus in duobus reperit *Hircum ab aliis*, in aliis *Iscum ab aliis.* Accedit membranaceus Academiæ nostræ, in quo ut in Pal. 2. *Hiscum ab aliis.* At ullo se in Ms. reperisse *Usque a cunabulis*, ne quidem qui tuetur, dicere ausus, Lipsius. Manicatam autem tunicam minus pati pervenire ad nasos illam pestem, quam colobion, palam est. Et tamen adest Petitus cum suo Ἰσχὸν ἀβαλείης, quod non intelligeret ipse Plautus. *Gronov.*

50 *Quid si opus sit, &c.*] Possumus ex vestigiis Thuani et Rigaltii codd. si modo certa sint, hanc lectionem exsculpere: *Quod si opus ut dulce promat, id ex se ecquid dabit? Regas. Murrhinam, passum defrutum, &c.* De murrhina veterum magna a veritate aberratio est, quum eam a 'murrha'

Digitized by Google

dictam dedactamque censent. Græcum est ὁ μυρρίνης, inde Latinum hæc *murrhina:* ut ὁ χάρτης, hæc *charta:* ὁ γαυσάπης, hæc *gausapa.* Μυρίνην οἶνον dicebant Græci temperatum unguento, vel cui superfundebatur unguentum, τὸν μύρῳ κεκραμένον. Idem et μυρίτης, ut autem a voce φύλλον, ὁ φυλλίνης, sic a μύρον, ὁ μυρίνης οἶνος: quin et μυρρίνης scribebant geminatione solemni caninæ literæ. *Salmas.* Mss. Acad. cum duobus Pall. ut editur. *Gronov.*

51 *Passum*] Vinum ex uvis passis et sole siccatis confectum. 'Uva passa est siccata. Passum est, quidquid ex uva passa compressum efflnxerit: dicitur autem passum a patiendo, vel pandendo. Uva enim tempore suo ad solem expanditur, et dum sicca fuerit, percutitur atque decoquitur. Inde fit passum vinum, quod defrutum, id est, coctum dicimus.' Hæc totidem verbis in optimo veteri glossario, quod Mss. habeo, leguntur, et huc maxime faciunt. *Boxhornius. Defrutum*] Vinum musto ad dimidias decocto factum: ἕψημα, a *defervendo:* sed vide Columell. XII. 20.

56 *Ecquid argutus est*] Jocus in verbo. Nam cum Pseud. quæsiisset, Ecquid 'argutus,' ingeniosus et sollers est? respondet Charinus, illum esse 'argutum,' id est, accusatum malorum facinorum sæpissime, atque adeo convictum. Solinus, 'Peccato argutus.' Linac. Glossæ Papiæ: 'Argutus, convictus.' *Boxhorn.*

71 *Omnes ordines*] Littera *s*, quæ prima sequentis voculæ, fini præcedentis facile, ut fit, adhærere potuit, hunc locum corrupit. Omnino rescribendum puto, *Omnes ordine sub signis.* Nihil certius, ut nihil ineptius vulgata lectione. *Boxhorn.*

73 *Confidentia est*] Nullus dubito: plenus spei, imo certus sum, futurum ut inimicos meos perdam ac evertam.

74 *Onerabo meis præceptis*] Quid 'quæstionis pondus' ad 'præcepta?' Si opus erat, poterant adjicere ex Milite III. 3. 'Ecquid hic te oneravit præceptis?' *Gronov.*

ACTUS III.

SCENA I. 8 *Quantum nunc corde conspicio*] Videtur legendum *consipio:* id est, quantum mente utor vel valeo: quantum mentis compos et sanæ sum. Verbum elegans quod Catoni et Livio Lipsius, nos ter Senecæ restituimus; et locis, in quibus vulgo etiam *conspicere* habetur. Idem cod. suo adscripserat P. Scriverius. *Gronov.*

8 *Ut curet*] Lego, *curer.* Nam in lenonia familia lautius curantur, qui amatorculos facile inveniunt: ii enim domino quæstuosi. *J. Gul.*

16 *Fructus fullonius*] Non dubium est quin *fructus fullonius* ita sit accipiendum, ut vulgo exponunt interpretes. Quod locis aliquot veterum possem confirmare. Etiam hodieque apud nos 'fulloni dari' dicuntur mulieres quæ subiguntur et permoluntur. Latini premi et comprimi mulieres dicunt, quæ verba propria sunt fullonicæ artis. *Salmas.*

19 *Manus*] Puto omnino scribendum, *quo manus gravior siet.* Nusquam legi aut extare credo manum pro ea parte qua viri sunt. Sed solebant nequitiæ artifices, cum puero meritorio, aut muliere meretrice congressuri, statim in manus eorum dare quo fieret gravior. Sic interpretantur versum illum veterem, 'Mala manu retinens gravida concepit in alvo.' Item illud Propertii, cum deprehendisset dormientem Cynthiam: 'Et modo suppositis mala dabam manibus.' Sunt illa 'mala braccica,' quæ vocantur ab auctore Priapeorum. Pudet hæc apertius interpretari. *Salmas. Quoi manus gravior siet*] Frustra turpificant et correctionibus et interpretationibus hæc verba. Legendum, *qui manus:* et sic uterque

Digitized by Google

scriptus. Nec aliud intelligit quam nummos. Sed et distinguendum, *ut nunc male eum metuo miser, Si quispiam det. Ut* pro utcumque, quamvis. Trucul. I. 2. 'Nam qui manus attulerit steriles ad nos, gravidas foras exportet.' Catullus Carm. XX. 'Meisque pinguis agnus ex ovilibus Gravem domum remittit ære dexteram.' Virgilius: 'Non unquam gravis ære domum mihi dextra redibat.' Vide Observ. III. 4. *Gronov.*

SCENA II. 6 *Orcus recipere noluit*] De homine sceleratissimo dicebant, vel mortuo, vel vivo, quasi cui nunquam contingeret beata mortuorum quies; vel cui ne infernus quidem pro meritis satis haberet supplicium. Val. Max. IX. 11. 'Etiam apud inferos, si tamen illuc receptus est, quæ meretur supplicia, pendet.' M. Senec. Contr. III. 'A superis dejecta, ab inferis non recepta, in cujus pœnam Saxum extruendum est.' *Gronov.*

7 *Mortuis cœnam coquat*] *Orcus* haud dubie hic accipitur pro Dite patre aut Summano. Porro, mortui non sunt ciborum aut eduliorum indigentes. Quivis appositi, etiam insulsi, iis placent, si quid iis placeat, quibus nihil potest displicere. Facete ergo hic descripturus coquum insulsum, dicit eum inter viventes mortuis cibum coquere, iisque solis, cum nihil quantumvis insulsissimum appositum his possit displicere, eum placere. Hæc venustissima hujus loci sententia est, quam non viderunt interpretes. *Boxhorn.*

11 *Coquus*] Si coquinariæ artis bene peritus eras, cur tu solus otiosus non conductus ad coquendum, in foro sedebas, ceteris omnibus coquis conductis. Id imperitiæ tuæ in his rebus est argumentum. *Boxhorn.*

13 *Improbior coquus*] Minus probatus sum; minus opera mea cives utuntur. Ita enim vox *improbior* hic accipienda. Non enim vult se malum et insulsum esse coquum, sed carissimum esse, ideoque minus probari. *Boxhorn.*

19 *Illi drachmis iissent miseri*] Verbum *drachmissare*, a Lambin. repertum, ego ne coquinis quidem Romanis dignum censeo. Legendum, *Illi drachmis sunt miseri.* 'Drachmis esse,' 'vænire,' sive 'operam drachmis locare;' elegantes loquendi formulæ. Cassius ad Cic. 'Nam jam ternis tetradrachmis frumentum apud Cassium est.' *J. Gul. Drachmis iissent*] In altero cod. est *drachmis sent.* Quod palam arguit τὸ *is* posterioris vocis a fine præcedentis esse absorptum. Illi, inquit, drachmis singulis conducti issent cum conducente domum: ego ut surgam et eam, non possum induci, nisi nummo, hoc est, duobus drachmis, ut superius dictum. Neque enim aurens Romanus intelligitur, ut voluerunt. Neque opus, *drachma iissent*; quia loquitur de multis. Et est quale in XII. Tabb. 'Libras farris in dies dato,' hoc est, quoque die libram. *Gron.*

25 *Atrum olus*] Atrum olus acceperim pro insipido, ingrato. 'Atrum,' 'nigrum,' pro malo et ingrato passim ponitur.

26 *Blitum*] Genus oleris, a saporis stupore appellatum esse ex Græco putatur, quod ab his βλὰξ dicatur *stupidus.* Festus. V. N. Truc. IV. 4.

27 *Laserpicii*] Vide not. Rudent. III. 2.

29 *Exstillent*] Terent. Phorm. V. 8. 'Hisce ego illam dictis ita tibi incensam dabo, Ut ne restinguas, lacrymis si extillaveris.' Ubi Donatus: 'Stillare,' est guttas emittere e corpore; 'exstillare,' ipsum corpus guttatim finire.

30 *Cœnas sibi coquint*] Tales coqui cœnas hujusmodi sibi coquant; non aliis, aut mihi.

31 *Sed strigibus*] Striges, aves nocturnæ, ut ait Verrius. Græci στρίγ-

Digitized by Google

yas appellant: unde maleficis mulieribus nomen inditum est; quas 'volaticas' etiam vocant. *Scalig.* Significat condimenta, quæ alii coqui adhibent, distorquere convivis intestina, ut striges quasdam. *Taubman.*

43 *Macidem*] Macis, cortex aromaticus, nucis myristicæ amiculum.

53 *Eum in odorem*] Τὸ *in* merito displicet eruditis. Puto conjungendum esse cum *odorem*, et *nidorem* scripsisse Plautum. *Boxhorn.*

55 *Demissis manibus volui, &c.*] 'Demissis manibus currit,' qui currit contentissime: quia cum rapido incitati cursu summa, manus utrasque moventes demittimus. At ille cocus 'demissis pedibus,' pro 'demissis manibus' dixerat: nam pedibus demissis non potuisset subvolare in cœlum odor, sed inferos petere: cum 'demittere pedes,' sit, eos deorsum mittere: ita eo odore inferi pasti fuissent, non superi. Sic labes terræ in altum desidentis et depressæ, poëta 'demissis pedibus' factas dicit in Ætna: 'Cervus et in silvis spaciosa cubilia retro Antraque demissis pedibus fodisse latebras.' *Turneb.*

57 *It incænatus cubitum*] *Incænis* scripsit Plautus. Vide Gloss. Isidori. *Scriver.*

60 *Pro pretio facio*] Facio ut et operis et mercedis ratio constet conductori meo, par pari hostimentum reddens. Cato: 'si ei opus non apparet, dicit rusticus sedulo se fecisse, servos non voluisse;' id est, sonticum morbum caussatos, quo minus opus facere valuerint. *Douza.*

75 *Conquiniscet*] *Conquinere*, decubare est: a quo 'conquinisco.' Est enim *conquiniscere*, cernuum se inflectere, vel inclinare, ut faciunt exoneraturi ventrem. Pomponius Atellanarius: 'In terra ut cubabat nuda: ad eum ut conquexi,' &c. Hoc etiam 'cernuare' dicebant: quanquam et hoc ἀντὶ τοῦ ἀσκολιάζειν accipiebant. *Scaliger.* Corrigi vole Plautum e Nonio, ubi extat: *Si conquiniscet istic, ceveto simul. Cevere* enim idem quod 'conquiniscere,' hoc est, inclinari. Itaque ut 'ocquiniscere' interdum pathicis attributum, ita semper 'cevere' de iis dictum. Juvenal. 'ego te ceventem Sexte verebor?' Et: 'Computat, et cevet.' Persius: 'An Romule ceves.' Martial. 'Sed pulcre Nævole ceves.' Glossæ, 'Cevens, κύφων.' Hujus vocis ignoratio corrupit locum Plauti: repertam enim eam in suis libris cum non intelligerent, mutarunt: dein, quia versus nimium excrescebat, quidam vocem *simul* rejecere in sequentem versum: alii *istic* e versu sustulerunt. *Mercer.*

76 *Privos custodes dabo*] Privi vetuste, qui nobis singuli. Lucilius, 'Culticulæ accedunt privæ centoniba' bonis.' *J. Gulielm.*

80 *Ut Medea Peliam concoxit*] De Æsone hoc traditur, non de Pelia: hunc enim concoquendo necavit. Jocatus igitur est et lusit Plautus sciens: vel est hoc μνημονικὸν ἀμάρτημα. *Camerar.* Plautus hic de industria affectasse τὸ πρέπον famæ, quæ plurimum mendi, si præsertim de re vetustiori sit, secum trahit. Cum enim hæc historia a vulgo depravate narraretur, Plautus vulgi errorem studio sequi voluit, ex quo errore plane proverbium originem traxerat, 'tanquam Peliam recoquere:' quo et Cicero ita utitur. *Freherus.*

94 *Ipsos sibi faciam, &c.*] Cum suavitatem alicujus cibi, aut aviditatem eorum, quibus appositum iri deberet, Græci ostendere volebant, ὑπερβολικῶς de illis dicebant, καθεσθίειν δακτύλους. Aristoph. in Pythagoreos utitur: imo nos quoque in patrio sermone. *Vict.*

99 *Nimium tinnis*] Est proverbialis locutio in garrulos nimis et obloeutores. Casin. II. 3. 32. Asin. II. 4. 42. Pœnul. prol. vs. 33. Translatio

Digitized by Google

a vasis æreis, nolis, et doliis, quæ proprie 'tinnire' dicuntur, unde et 'tintinnabula.' Hinc et Neronis dictum est apud Suet. 'Aliquid sufferti tinnire.' Nempe aliter tinniunt vasa plena, aliter vacua. *Gronov.*

101 *Et convivas cedo*] Lego, *convivas cedo.* Ut ita usurparint Latini *cedo*, quemadmodum hic hactenus ceperunt, animum inducere non possum ut credam. Certe exempla nulla proferent: at, ut nos correximus, vel sexcenta promi possunt. Curcul. 'Auro contra cedo modestum amatorem.' *J. Gul.*

103 *Est coqui sublingio*] Quasi dicat: Discipulus coci ad lingendas patinas, quam ad obsonia coquenda aptior. 'Sublingio, nis,' nomen factum a 'sublingendo:' quomodo alibi 'tocullio,' et 'turpio' apud Latinos. *Turneb.* Legendum puto, *coqui sublingio.* Coquum subliguritorem a sublingendis, et liguriendis patinis. 'Coqui sublingio,' ut 'scelus viri.' *Salmas.*

ACTUS IV.

Scena I. 5 *Malus cum malos*] Ita quidem codex alter: sed alter *cum malo*, ut et Academiæ nostræ liber. Quod recte probat Acidalius, et confirmat loco ex Mostell. v. 2. 'Hercle mihi tecum cavendum est.' At Dissaldens, *cum malum.* Ecce et qui distinguit, *Dedit verba, hercle, mihi, ut opinor, malus cum malo: stulte cavi.* At illi non intellexerunt, quid esset 'cavere cum aliquo.' Senex ait, 'tecum mihi cavendum est,' id est, caute et prudenter agendum. Pseudolus: 'ego malus cum malo stulte cavi,' id est, parum mihi providi, parum callide cauteque egi. *Gronovius.*

25 *Tantum tibi boni*] Pœn. v. 2. 'Dii dent tibi omnes, quæ velis.' Quæ proverbialiter extulisse veteres constat. V. N. Stich. II. 2.

29 *Sobrie accurassis*] 'Sobrie fieri' dicitur, quidquid cum cura et diligentia exquisita aggredimur. *Gruterus.*

31 *Meditati sunt*] Μεμελετημένοι, passive. Priscian. lib. VIII.

35 *Pulpum*] 'Obtrudere palpum' est arte fucoque decipere. Hinc 'palpari,' adulari; et 'palpones,' adulatores. Tractum ab equisonibus.

40 *Carnufex me accipito*] Ambiguitas jocum parit: nam *accipito* personæ secundæ et tertiæ est, dumque hac carnificem imprecatur sibi, simul illa carnificem ipsum appellat Pseudolum. *Acidal.*

44 *Mala merx est*] 'Merx mala,' de homine, aut re nihili. *J. Gul.*

45 *Non prorsus*] Fortasse leno aliquid servis imperabat domo exiens: atque ideo non adversa fronte, sed secundum parietem transversus egrediebatur. *Lamb.* Apparet Varroni in animo hunc locum fuisse, de L. L. lib. VI. 'Ut transversus cedit, quasi cancer; non prorsus, ut homo.' Est igitur *prorsus*, πρόσω; et *transversus*, πλάγιος: nisi Varro etiam 'proversus' accepit, ut nomen. *Camer.* Imo 'prorsus' nihil plane a 'proversus' differt: ita 'quorsum' est 'quoversum:' 'horsum,' 'hoc versum:' 'aliorsum,' 'alioversum.' Idem hoc est, quod Casin. II. 8. 'imitari nepam:' intelligit καρκίνον λοξοβάταν, ut in Epigram. Græco. *Scalig.*

Scena II. 8 *Chlamydatus*] Ita sc. 7. 'chlamydate,' &c. *Chlamys*, victoria vestis est: et hinc 'chlamydatos,' qui peregre advenirent, ab habitu fere vocabant.

23 *Perfossor parietum*] Τοιχωρύχος. Cic. in Vatin. 'Licet impune per me parietes in adolescentia perfoderis, vicinos compilaris, matrem verberaris.' Iidem et 'effractores' JCtis dicti: item 'vecticularii,' quod 'vecte,' id est palo ferreo, muros furandi gratia perfodiant: atque hi 'vecticulariam facere' dicuntur, et eorum

Digitized by Google

vita 'vecticularia.' Hinc et Thraso Ter. Donacem cum 'vecti' venire jubet ad ædium expugnationem.' Porro, veteres lenonibus versicolorem habitum attribuere, atque eosdem raso capite et calvos in scenam induxerunt. *Turneb.*

27 *In medio luto est*] Id est, non potest se expedire. *Lamb.*

28 *Hæret hæc res*] V. N. Amph. II. 2.

31 *Cognosce signum*] Linum fuit vinculum, quo epistola obligabatur: et cui signum ipsum impositum impressumque. Nec epistolam aperire fuit, nisi illo soluto. Inde 'linum incidere' apud Cic. et passiva vulgataque phrasis, 'solvere epistolam.' Fere autem signum cum eo fractum: ideoque jubebant semper ante apertionem signa agnosci, fidei caussa. Ita et Cic. in Catil. 'ostendi tabellas Lentulo, et quæsivi, cognosceretne signum?' *Lipsius.*

38 *Mortem exequi*] Id est, ferre, pati, subire. Sic 'ærumnam exsequi' Capt. II. 1. 1. *Gronov.*

52 *Calator*] Festus: 'Calatores dicebantur servi, ἀπὸ τοῦ καλεῖν, quod est vocare: quia semper vocari possent, ob necessitatem servitutis.' 'Calatores, ἐκβιβασταὶ ἱερέων, δοῦλοι δομέστικοι.' 'Calator, κλήτωρ:' Glossæ Græcorum. Ita Isidorus: 'Calator, minister sacrorum.' Et erant libertini, ut patet ex Tacito. *Scalig.*

Scena III. 5 *Obvortat cornua*] 'Cornua alicui obvertere,' ponitur pro impetere aliquem, infestum alicui se ostendere, translatione a cornutis animalibus ducta. *Gronov.*

9 *Comparem*] *Compar*, cujusvis rei aut muneris socius: unde et 'conjunges,' qui divinæ et humanæ domus socii sunt, 'compares' vocat Plinius l. XVIII. *Lang.*

Scena IV. 3 *Dentatum*] Vel magnis dentibus; vel mordacem. *Lambin.*

7 *Quid tu intus*] Lego, *Quid tu intus quæso desedisti tam diu? Mihi cor retunsum'st* (pro *retusum est*) *oppugnando pectore:* dum expecto rectene an perperam negotium peregeris, de abducenda virgine a lenone, ita mihi palpitando cor pectus tutudit, ut jam ipsum penitus retusum sit. *Dissald.*

11 *Quin hinc metimur*] Neque lectio vulgata, neque aliorum emendationes mihi probæ videntur. Non enim putem Latine simpliciter dici posse 'metimur,' ut 'via' subintelligatur. De novis lectionibus, quas alii fingunt, nihil opus est dicere. Sunt enim palam improbæ. Lego, *Quin hincmet imus gradibus militaribus;* nulla prope mutatione. Nihil obstare video, quo minus *hincmet*, quam 'tanquammet,' quod in Curculione Plauti legitur, et ejusmodi alia, dici possit. Porro 'gradus militares' sunt, quibus olim ex militiæ disciplina iter facere miles solebat. Horis quinque æstivis 20. millia passuum emetiri tenebatur, ut Vegetius docet. *Boxhorn.* Si *hincmet* dicitur, ut 'ipsemet,' aut 'semet,' non dubium est quin sit vera lectio, quam excogitavit doctiss. Boxhornius, *Quin hincmet imus.* Legebam olim, *Viam hinc metimur gradibus militaribus.* Si legitur, *Quin hinc metimur*, subintelligendum erit, 'viam.' *Salmas.* *Quin hinc metimur*] Cum ita suspenderet sententiam suam ὁ πάνυ, non ignorabat solum sanum esse, quod habent omnes libri, *Quin hinc metimur*, nempe 'viam,' et tam Latinum esse, 'Hinc metimur,' quam non Latinum, 'Hincmet imus.' Sed dedit consultori, ne inepte videretur interrogasse. In Curculion. v. 2. 29. videbis apud Gruterum, Cam. pariter et Lang. habere, 'tanquam me et genium meum:' non 'tanquammet.' Tò 'viam' eodem modo intelligi vult Rud. I. 2. 'Si ad saxum quo capessit, deorsum cadat, Errationis fecerit compendium.' Adde quæ diximus ad Liv. XXXVIII. 17. *Gronov.*

Scena VI. 2 *Signum*] Phœnicium,

Digitized by Google

ut olim Ulysses ex arce Trojana Palladium. Vide notas Bacch. IV. 9.

7 *Abs te inde est stipulatus*] Lego, *ab te industipulatus*, id est, instipulatus. *Scriv.*

22 *Mentitu'st*] V. N. Mercat. V. 2. *Ergo haud iratus*] *Ergo*, id est, ob eam caussam, quod mentitus fuerit. *Gruter.*

23 *Nec recte dicere*] Est male dicere, κατὰ λιτότητα. V. N. Bacch. IV.

31 *Qui inter me, &c.*] Ad symbolum referatur.

38 *Ad molarum coloniam*] Alludit ad morem Rom. quo, qui educendi erant in aliquam coloniam, in eam nomen dabant. Sic Asin. II. 2. 'O catenarum colone!' Et 'coloniæ' nomen passim in Nostro, et apud JCtos, pro quavis etiam habitatione et conductione coloni seu domicilii sumitur. *Sc. Gentil.*

SCENA VII. 6 *Lustrantur*] 'Lustro, lustronis,' est, qui in lustris patrita et avita absumit. Nævius: 'Pessumorum pessume, audax, ganeo, lustro, aleo.' Et verbum 'Lustrari,' Lucilius: 'Quem sumptum facis in lustris circa oppida lustrans.' Et 'lustramentum' apud JCtum ἀσέλγεια, ἀφροδισιασμός. *Scalig. Comedunt quod habent*] Non est necesse mutari distinctionem, et referri id *quod habent* ad sequens *nomen*. Servi comedunt quod habent dum peculium suum tuburcinantur. *Salmas.*

29 *Damno mihi*] Τὸ *damno* supplementum est Camerarii. Gruterus pro eodem facit *invisui*. Neutrum in scriptis ullis aut editis antiquis reperierunt. Acad. *populi strenui mihi improbi usui sunt*. Nos distinctionem modo et literam mutamus unam: imo si grave est, ne literam quidem: *Boni viri me pauperant, improbi alunt, Augent rem meam: malo populi strenui mihi, improbi usui sunt.* Potes et eadem interpunctione, *mali populi strenui*. Strenui, inquit, mihi sunt mali, id est, inutiles et non boni: improbi mihi sunt usui. *Gronov.*

34 *Bene curant*] 'Curandi' verbo, ut et 'præbendi,' in rebus vitæ ac victui necessariis utebantur. Apul. 'prolixe quam curabat!' id est, quam benigne et opipare excipiebat! Cic. 'se curare.' Ter. Adelph. 'Curasti te molliter.'

39 *Bona scæva*] Vide N. Epid. II. 2.

44 *A curio infortunio*] Non probo *crucio infortunio* legi, pro *curio*. Nec enim verisimile videtur, vocem adeo notam mutatam fuisse a correctoribus in eam quæ difficilioris esset intellectus. *Curius* a cura. Ita 'agnum curionem' supra dixit pro macro, quia præ curis emaciantur homines. Ita hoc loco 'curium infortunium' dixit, quo macer reddi possit iste, qui tam sollicite quæreret, ubi esset Ballio leno. *Salmas.*

45 *Digitum*] Martialis II. 8. 'Ridete multum, qui te Sextille cinædum Dixerit, et digitum porrigito medium.' Idem VII. 70. 'Ostendi digitum, sed impudicum, Alconti.' Juvenalis: 'cum fortunæ ipse misaci Mandaret laqueum, mediamque ostenderet unguem.'

59 *Die*] Hæc loquutio valde antiquis familiaris: 'dies multum præteriit: jam diei multum est,' Græci πολλὸν τῆς ἡμέρας. *Die*, ἀρχαϊκὸν pro diei: ut apud poëtam, 'Libra die somniaque pares:' et alio loco, 'lætitiamque die.' *Salmas.*

62 *Juxta cum ignarissimis*] Æque nescio ac ignarissimi. Vide N. Aulul. IV. 7.

69 *Quid, malum*] Jocus. *Malum* interjectiva particula, in indignatione solemnis: sed et damnum et cruciatum notat: dumque hoc dicere videtur, Quid adeo commune lucrum istuc postulas? totum id quidem est tuum: illud interim dicit, Quid commune tibi postulas mecum? Malum? id vero totum tuum sit: nec mihi partem inde peto. *Acidal.*

78 *Altero ad meridiem*] Uno die in-

Digitized by Google

tegro et dimidio.

81 *In cunis puer*] Hæc partim male corrigunt, partim non bene intelligunt docti viri. Nec enim obscœnitatis significatio in eo est, quod 'cunæ' vocabulum alludat, ad eam vocem quæ honeste nominari non potest, qua fœminæ sunt; sed ad solam cunarum motitationem respicit comicus: 'tune etiam cubitare solitus es in cunis puer?' id est, tune etiam moveri solitus es? hoc est, κινεῖσθαι: quo sensu κινεῖν Græci accipiant, solos eos latet, qui Græca vel primoribus labris nondum attigerunt. *Salmas.*

82 *Etiamne facere solitus es*] Maluissem, *Scilicet*. BA. *Etiamne solitus es puer? scin' quid loquar?* neque enim pueri meritorii faciunt, sed patiuntur: ignorataque vis illius *solitus*. Ab eadem mente 'consuetum puerum' quoque vocat Plautus Asin. III. 3. 113. et Lucret. 'canes consuetos,' absolute, sine præterea verbo; exemplo eodem, sensu alio, 'At consueta domi catulorum blanda propago,' &c. *Gruter.*

85 *Conveniebatne*] Cato cap. 21. 'Eo fistulam ferream indito, quæ in columellam conveniat et in cupam.' Κοιλεὰς, *vagina*. Et sane pars illa in nobis, quæ honeste nominari non potest, inde dicta est: quo Plautus alludere videtur. *Scalig.*

89 *Helleborum hisce*] Ellebori insaniæ curandæ peratilem esse, norunt medici. Rud. 'Ellebrosus sum. G. at ego cerritus.' Hor. Sat. II. 3. 'Danda est ellebori multo pars maxima avaris.' *Turneb.*

92 *Meo peculio*] Ad eam rem dictum etiam in Phallicis, 'Pulcre pensilibus peculiati.' Petronius in Satyrico Massiliensi: 'prolatoque peculio stuprum regare cœpit.' In vita Heliogabali leguntur 'homines bene vasati et majoris peculii.' 'Vasa' quoque in eam partem dicebant. Unde 'vasati' Lampridio, qui in Phallicis 'bene peculiati.' Alludit Pl. Pœnulo: 'Facio quod manifesto mœchi haud ferme solent. MI. Quid est? ST. Refero vasa salva.' Græcorum imitatio: nam apud medicos ea pars τὸ σκεῦος vocatur. Dicebant et 'Res.' Arnobius lib. v. 'Artificii curas tum rebus adhibuisse peritis,' id est, genitalibus. In eodem: 'Ocriculam imperaviese captivæ, ut intelligeret et cognosceret, quid sibi res vellent.' Loquitur de illis veretris quæ in foco a Tanaquile, aut Tanaquilis ancilla inventa fuerant. Idem in versione Orphei carminum: 'Objecitque oculis formatas inguinibus res.' Etiam in Gallia ita vulgo loquimur, honeste rem fœdam circumloquentes. *Scaliger. Femina summa sustinet*] Ut me breviter absolvam, *femina* hic non mulierem, sed femora significant: quod cum non intellexissent nonnulli, *sustinent* in *sustinet* perperam mutarunt. Quam quidem corporis partem summa sustinent femina, nemo dubitat. Eam videlicet innuit, quam Graccho Corneliam dicit præbuisse Martialis, Epigr. XI. 105. Etiam Cælius Curio *femina* hic de interiore coxa interpretatur. *Canter.*

93 *Uncti sunt, fricari volunt*] Proverbium conveniens in eos, qui per lasciviam ultro sibi malum arcessunt, seu jocularium in malum propria inquietudine incidunt. *Gronov.*

99 *Nullius coloris novi*] Qui homo mihi plane est ita ignotus, ut id, quod nullo colore præditum est. Phædrus Fab. III. 54. 'Unde illa scivit, niger an albus nascerer?' Apul. in Apolog. 'Etiam libenter te, nuper usque albus an ater esses, ignoravi:' quod summi contemptus indicium.

107 *Nugis meditatur male*] Nescio an sit Latinum 'nugis meditari:' mihi sine exemplo est. Nisi velis ita dictum 'nugis meditari,' ut curare amicis, curare rebus alienis, quod alibi annoto. Certe nihil nos vetat

Digitized by Google

legere, *nugas meditatur male.* Ait non esse satis confidentem, ut probum sycophantam decet, eumque male meditatas nugas proferre. *Dissald. Nugis meditatur male*] Videtur scribendum, *Sycophanta hic nequam est, nugax, meditatus male.* Non bene edoctus suas partes. Pers. IV. 2. 'Satin' estis meditati.' v. 4. 'Tragici atque comici Nunquam æque sunt meditati.' Aut, si malis, *nugas meditatus male.* Gronov.

122 *Si. Perdidisti, postquam*] Hoc cum toto sequente versu Ballioni dandum. *Scriverius.*

126 *Quod promisi per jocum*] Jus civile stipulationes introduxit, et ex stipulatu actiones: ideoque stipulationes omnes fere ipso jure sic ex interrogatione et responsione subsistere intelligebantur, ut ad obligationem, etiam jocandi animo essent interpositæ, ipso jure prodessent. *Ræv.*

130 *Viginti commodis mulctavit minis*] Ita post Lambinianam legunt sequentes omnes editiones. At certum est, *commodis* non a libris sed Lambino esse. Neque minus certum mihi est, eam lectionem nulla ratione defendi posse. Minæ, quibus quis mulctatur, non commodæ sunt, sed incommodæ. Veterr. lib. et edd. habent *modicis:* sed nec illud hic locum habet: non enim Simo dicere vult modicis, sed immodicis minis esse mulctatum. Et omnino legendum puto *immodicis.* Litera postrema vocis præcedentis *viginti*, abstulit sequenti eandem litteram, nempe *i*, quomodo contracte scribitur *in* vel *im.* Sic ex *immodicis* factum est *modicis*, pro quo *immodicis* restituendum. Dicit autem se viginti mulctatum minis, nimium et supra modum esse mulctatum. *Boxh.* Sed vide Scaligerum de Re Nummaria p. 25.

134 *Centuriata habuit, &c.*] Significat Pseudoli consilia omnibus artibus fuisse instructissima et callidissima. Alludit ad 'comitia centuriata,' quæ erant omnium maxima. Curiata enim et tributa erant minora. *Lamb.*

ACTUS V.

SCENA I. 1 *Siccine hoc fit*] *Siccine* forte hic secundus casus est *τοῦ siccusne.* Pro *fit* script. *sit. Siccine hoc sit?* Estne sobrii et sicci, pedibus ita vacillare? Ebrii, ubi a poculis abstinent, et solita aggrediuntur, et per ebrietatem impedimenta sibi objici sentiunt, mirari fere solent sese siccos et sobrios non esse. Potest tamen ferri lectio vulgata. *Boxhorn.* Vix est sicci et sobrii hæc scribere. Asin. I. 1. 'Siccine hoc fit? foras me ex ædibus ejici.' Mirantur ebrii, non se non esse siccos et sobrios, sed se plus bibisse, et majorem vim vini sentire, quam putarant. Ut ille in Eunucho: 'Atat! data hercle verba sunt: vicit vinum quod bibi.' *Gronov.*

4 *Pergitin' pergere*] Pergitisne vacillare? Sic et 'pergere ludos,' 'pergere iter,' 'culpam,' 'librum,' et hæc talia: pro in itinere, in libro perficiendo, in culpa pergere, eleganter et usitatissime dicitur. *Palmer. Ah, sæviendum mihi hodie est*] Cum in Roveriano codice disertim legi *sedendum*, testetur Lipsius; visus mihi sum veram lectionem ex his vestigiis eruisse. Pro *sedendum*, reponendum *sed eundum. Sed eundum mihi Hodie est.* Pergitisne pergere, o pedes, in cadendo et vacillando? Atqui hodie maxime mihi eundum est, vestro ministerio opus habeo. *Boxhorn.* Difficile est dicere quam orationem tunc habuerit iste ebrius; nulla enim tam stulta fingi potest, quin ebrio conveniat. Haud scio quam bonus ille codex Roverii fuerit, ex quo Lipsius prompsit *sedendum.* Si alii codices consentirent, probarem sane conjecturam clariss. Boxhornii legentis, *sed eundum est mihi.* Si *sæviendum* retine-

Digitized by Google

atur ex Camerarii exemplaribus, non alia erit sententia, quam quæ vulgo affertur; ebrium istum sævire in pedes suos voluisse, quia officium suum facere nollent. Sæviunt etiam qui verbis atrocibus et immoderatis in aliquem utuntur. 'Ne sævi magna sacerdos' apud Virgilium. Satis bene convenit hæc oratio ebrioso, et mentis suæ impoti. *Salmas.* *Sedendum mihi*] Sanę optimi codices, *sævien-dum.* Quod puto factum ex ignotiore, *cevendum.* Habes supra, 'si conquiniscet istic, ceveto simul.' Et solet facile ab turpiculis jocum petere. Sic in Casina: 'Faciundum est puerile officium, conquiniscam ad cistulam.' Præterea fert vulgaris consuetudo sermonis, ut obscœnis utantur, ubi nihil est obscœni: ut in illo Catulli, 'Pædicabo ego vos, et irrumabo:' hoc est, male habebo. Et 'bene me ac diu supinum,' &c. Quantum video, oportet me hodie inclinari, cernuari, capite sistere. *Gronov.*

7 *Abeo madulsa*] Festus: 'Madulsa, ebrius: a Græco μαδᾷν deductum: vel quia sit madidus vino.' Si hoc recte Festus, quis hærebit, quin recta mea correctio sit, *probe habeo madulsa! Probe habeo,* id est, pulchre mihi est; vel etiam, *Ab eo madulsa.* Lipsius.

15 *Bilingui*] Μανδαλωτῷ. *Scriver.*

16 *Manicula*] Parvam manum interpretantur. At ego jurare ausim, a mala manu hic esse *manicula.* Si de manu ageretur, rectum esset *manicula.* Ubi manus manicula opprimitur alia. Ceterum agitur de mamma, ac proinde omnino legendum est, *mammicula. Ubi mamma mammicula Opprimitur alia. Mamicula* diminutivum a 'mamma,' ut et 'mamilla.' A 'mamilla' etiam esse possit 'mamillula,' et sic hic legi. Nihil interim certius, quam aut 'mammicula,' aut 'mammillula,' quæ duo idem significant, hic esse reponendum. Dulce est, inquit, ibi esse, ubi Veneris frequentantur complexus; ubi mamma alia mammillula suaviter premitur. *Boxhorn.* Nihil puto mutandum. Nihil notius in istis amantium nequitiis, quam mammillarum oppressiunculæ et pertractationes. Apud Apollonium de Jasone et Medea, καλὰ μεμαρπὼς στήθεα παρθενικῆς. At si legitur, *mamma mammillula opprimitur alia,* hæc esset conduplicatio corporum, de qua statim sequitur, 'aut si lubet, corpora conduplicant.' *Salmas.*

18 *Manu candida*] Hæc veterum librorum scriptura est, quam non debuerant mutare viri docti. Constructio est et ordo: Cantharum dulciferum candida manu propinare amicissimam salutem. Sententia est: Diis proximum esse arbitror, ibi esse, ubi cantharus dulcifer candida manu propinat amicissimam salutem. Non ergo necesse erat hic hærere. *Boxhorn.*

29 *Ionica*] V. N. Stich. v. 7. *Palliolatim*] 'Tunica palliolata' mixtum est genus vestis, et formam quodammodo referens et usum præstans duarum, tunicæ et pallii. Utraque vestis tam muliebris quam virilis. Quæ non male pallæ manicatæ dicuntur, quibus matronæ domi utuntur; et 'mantelia cubicularia' vocant. *Casaub.*

31 *Occepi denuo*] De saltatione servum agere apparet, quam a se instauratam ait flagitatione sodalium, et ut amicæ suæ bellus amasius videretur. Ea causa non dubium mihi, quin recte correxerim, *Occepi denuo hoc modo volvi.* Volvi, κυκεῖσθαι, aptum tendenti saltationi verbum. *J. Gul.*

32 *Id fuit nœnia ludo*] Inepti sunt interpretes, qui Pseudolum hoc velle volunt: is casus cantus et carminis vicem fuit. Imo hoc vult: is casus huic ludo meo finem fecit. Notum est, nœniam cani solitam iis qui finierant vitam. Inde tracta loquendi

Digitized by Google

ratione, hic nænia ludi esse dicitur ludi finis. *Boxhorn.*

33 *Pax*] V. N. Mil. III. 1.

36 *Fœdus commemoratum*] Admonitum, quod ex pacto debeat. Sed dictione utitur magnifica. Tacitus Annal. II. 'Inter quæ ab rege Parthorum Artabano legati venere: miserat amicitiam ac fœdus memoraturos.' Idem lib. IV. 'Antequam arma inciperent, misere legatos amicitiam fœdusque memoraturos.' Cicero lib. II. in Verrem: 'Legatum a Verre venisse, qui gratiam, amicitiam, cognationemque commemoraret.' Livius lib. XXVII. 'Carthalonem præfectum Punici præsidii, cum commemoratione paterni hospitii positis armis venientem.' Ovid. Met. VII. 'fœdusque refert et jura parentum.' *Gronov.*

SCENA II. 1 *Quid tu video ego*] Lege, *quo modo? quid? ten' video ego?* quomodo hic homo adstat coronatus? quid fit? tene ego video? tune es, Pseudole, qui corona ornatus es? *Boxhorn.*

2 *Cum corona*] V. N. Amph. III. 4. 16. *Libere hercle*] Quasi diceret, Coronatus tu, quasi jam manu emissus: nam manumissos coronatos disertim affirmat Tertull. cap. 13.

4 *Si qua in hoc spes*] Si forte aliquid ex pecunia promissa recipere possim, aut servare. *Taubm.*

11 *Fructus*] Vindemias. *Hiberna*] Scil. hora; quæ brevissimæ sunt. Atque ita strenuior essem potor. *Cæl. Rhod.* Lect. Antiq. XII. 9.

12 *Onustam celocem*] Quod ἀναβάλλειν esset onus imponere et onerare, hinc eleganti tralatione de bibulis dicitur, qui celocem onerant et vino se implent. Inde 'celocem onerare,' pro inebriare sese, dixit hoc loco Comicus. Hinc ἀναβάλλουσα mulier, quæ celocem libenter saburrat, bibula nempe et multibiba. V. N. Mil. IV. 1. 40. *Salmas.*

17 *Onera hunc hominem*] Lambini expositio non convenit. Jam enim dederat argentum senex illo verbo, 'Tene.' Vult Pseudolus Ballioni, quem nunc conspicatur, ab hero illudi; et maledictis, aut alia re mala onerari. Mercatore: 'quibus est dictus dignus, oneremus usque ambo.' Ita 'consequere hac,' scil. ad Ballionem, ad quem ibat. *Pisteris.*

19 *Væ victis*] 'Væ victis' (titulus Satyræ Varronianæ) in proverb. venisse existimatur, cum, Roma capta a Senonibus Gallis, aurum ex conventione et pacto appenderetur, ut recederent: quod iniquis ponderibus exigi a barbaris quærente Ap. Claudio, Brennus rex Gallorum ad pondera adjecit gladium, et dixit, 'Væ victis!' quem postea persecutus Fur. Camillus, cum insidiis circumventum concideret, et quereretur contra fœdus fieri, eadem voce remunerasse dicitur. Hoc autem vulgo Ballioni hic tribuunt. Sed cum sit formula triumphantis, Pseudolo adscribendum, quibus Ballioni insultet: ut et sequentia verba, 'Vorte ergo humerum. Hem!' Ut Ballionem aversum, utpote indignabundum, circumrotet illudendi caussa. Et hoc denotat 'Hem:' hoc enim ipso hominem rotat. *Pisteris.*

21 *Ni doleres tu, &c.*] Nisi te Phœnicio intervortissem, quod promiseram Simoni, in pistrinum conditus essem. *Taubm.*

33 *In crastinum, &c.*] Vos jam vocabo, ut cras nobiscum potetis. Sic Mart. II. 37. 'Cras te, Cæciliane, non vocavi.' Quasi dicat, non in crastinam, sed in hodiernam cœnam te vocavi. Proverbii autem genus est, ut indicat titulus Varronianæ Satyræ: 'Cras credo, hodie nihil.'

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

This book should be returned to the Library on or before the last date stamped below.

A fine of five cents a day is incurred by retaining it beyond the specified time.

Please return promptly.



Digitized by Google

Digitized by Google